



IULII POLLUCIS
ONOMASTICON

CUM

ANNOTATIONIBUS INTERPRETUM.

CURAVIT

GUILIELMUS DINDORFIUS

VOL. V PARS II.


ANNOTATIONES.

IX — X.



CUM TABULA AENEA.

LIPSIAE
IN LIBRARIA KUEHNIANA
MDCCCXXIV.



ANNOTATIONES.

IX — X.

IX. 1.

'Ιουλίου] In nostro MS. initium tale notatur: *ἀρχὴ τοῦ θ βιβλίου. Πολυδεύκους Ὀνομαστικῶν θ.* Et sequitur postea epitome libri, *ἐν τούτῳ τῷ* etc. quae vulgo praefationi subiecta: sed MS. noster ordine praepostero, quod et *Seberus* de suo tradit. Nos id admonuisse contenti, vulgatam seriem persequemur. Iung.

'Ιούλιος Πολ. Κομμ. Καίσ. χ.] MS. *τῷ Κομμόδῳ Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν.* Seb.

'Ιούλιος Πολ. Κομμ. Καίσ. χ.] C. A. *'Ιούλιος Κομμόδῳ Κ. χ.* C. V. *Κομμόδῳ Κ. Πολυδεύκης χαίρειν,* quorum alterum antiquitatem, alterum *τὸ ἠθικὸν* sapit. Kuehn.

'Ιούλιος Πολ. Κομμ. Καίσ. χ.] MS. *Κομμόδῳ Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν·* tantum non ut *Seberi* nostri MS. Iung.

βιβλίον] Omittit C. A. Kuehn.

οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι] Est *titulo tenus* vel *aurium tenus*, id est, si obiter illum nominari audiveris, *ad instituendum utile, si vero in rem praesentem veneris, exigui momenti est:* ita suum fert iudicium de *Onomastico Gorgiae Sophistae* inscripto. Kuehn.

προσομιλήσας] MSSti *προομιλήσας*, *huic scripto olim quidem non assueveram, id vero temporis in illud cum incidissem, coepi sentire hoc scriptionis genus esse aliquid. Nam alias quoque utilitatem eius suspicio, in primis vero, si catalogum nominum sua natura taedii plenum dispositionis arte effecerit amabiliorem, ordinisque melioris adhibeat modulum, ut nemini citius, cognitis prioribus, taedium obrepat, dum adhuc desiderat audire posteriora.* Kuehn.

προσομιλήσας] MS. *προομιλήσας*, non *προσομιλήσας·* forte verius. ait se illud *σύγγραμμα* Gorgiae non prius versasse quondam, vel in manibus habuisse olim, quam ipse *'Ονομαστικοὺς* suos conscribere ceperit: sed nunc se incidisse in istud opus, quo viso se coepisse nonnihil etiam de suis hisce libris Onomasticis sentire. Iung.

προσομιλήσας] Cum *Kuehnio* *προομιλήσας* in textu restitui. [Recte vulgo *προσομιλήσας*. Alioqui non dixisset *πάλαι*. Quin *τῷ συγγράμματι προομιλεῖν* non probo. Imo omnino *προσομιλεῖν*. Toup.]

καὶ τὴν χρείαν] Deest in MS. *καί*. Iung.

πρὸς τὸ βλέπον] Praeclara est lectio C. V. *πρὸς τὸ ἄλυπον σοφίζεσθαί τι, πρὸς τὸ ἄλυπον* est arte efficere, ut taediosum quod est, nihil amplius habeat, quo offendantur lectores, idque ipse egregie praestitit in hoc *Onomastico*. Kuehn.

πρὸς τὸ βλέπον] Quid est *βλέπον* hic? ego mehercle non extricarem absque MS. sit qui id corruptum indicat, et ita habet: *πρὸς τὸ ἄλυπον ἐν τῷ* etc. insane bene. Sic emenda: ait enim, quum nominum et vocabulorum recensio facile, natura ita quod comparatum est, fastidium se adferat, dispositionis quodam modo eam adornatam esse ita ut nullam molestiam pariat, nec sit insuavis ista constructionis figura vel habitu etc. Iung.

πρὸς τὸ βλέπον] Veram lectionem *πρὸς τὸ ἄλυπον*, quam praeeunte *Kuehnio* in textu reposui, et *Falckenburgii* retinet Codex.

ποθεῖν.] C. V. subiicit *εὐτύχει Κύριε*. *Vale Domine*. Kuehn.

ποθεῖν.] MS. habet et illud, *quo semper finitur epistola verbo*, nempe, *ποθεῖν· εὐτύχει Κύριε*. Et sequitur statim: *ἵν' οὖν* etc. primum caput libri. Sed prius epitomen excutiamus, quam in MS. praefationi praepositam dixi. Iung.

ποθεῖν] Adieci ex MSS. duce *Kuehnio*, *εὐτύχει Κύριε*.

2.

κεφάλαια] Ea MS. ante praefationem habet. Seb.

ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ] C. A. ita: *τάδε ἔνεστι ἐν τῷ τοῦ Πολυδεύκους ἐννάτῳ βιβλίῳ ὀνομάτων περὶ τῶν πόλεως οἰκισμῶν ὅσατε ἀπὸ ὅρων* etc. *καὶ τὰ ἀπὸ ἄστεως καὶ ὅσα πόλεως σχήματα καὶ ἕτερά τινα·* reliqua absunt, quae tamen *Vossianus* Codex habet. Kuehn.

οἰκισμῶν] Sic et MS. fortasse tamen epitomator hic *οἰκισμοῦ* scripsit, ut infra est huius libri segm. 7. quamvis ibidem in lemmate primi capitis quoque *οἰκισμῶν* sit. Iung.

ὅρων] MS. *τῶν ὅρων ἢ δ*. Sed *ὅρων* legendum patet mox ex primo capite, segm. 8. Iung.

ἔξω τῆς πόλεως] MS. *ἔξω πόλ*. sine particula *τῆς*. Iung.

ἄστεως] MS. *ἄστεος*. Seb.

τείχους καὶ πόλεως] MS. *τείχους πόλεως*, sine *καί*. recte; infra segm. 55. antea segm. 2. *τὰ ἔξω πόλεως·* nunc *τὰ ἐντὸς*

τείχους πόλεως· quamvis et vulgatum καὶ sic possit accipi, καὶ ἐντὸς πόλεως. IUNG.

ὀνόματα.] MS. ὀνόματα, ἰδιωτικῶν etc. sine intercedente καί. IUNG.

3.

ἐστὶν] MS. ἔστιν. IUNG.

κατὰ περιδρομὴν] Sic et MS. rectius emendes, κατὰ παραδρομήν, id est enim potius, *in transcursu et obiter.* Sic apud *Plutarchum* περὶ παιδ. ἀγωγ. ubi ἐκ περιδρομῆς, *H. Stephanus* etiam legendum potius ἐκ παραδρομῆς iudicat. IUNG.

κατὰ περιδρομὴν] Lenocinium facit *Iungermanni* emendatio: sed quidni recta quoque sit lectio vulgata? nimirum κατὰ περιδρομὴν fuerit, *leviter, nec ita fuse,* ac in aliis *Pollux* noster fecerat, ut magis eum tetigisse isthoc loco, quam enucleate proposuisse hanc quaestionem illa phrasis indicet. et forsitan, si hoc modo intelligas, in *Plutarcho* commode suam retineat sedem: *Glossae*: περιδρομή, *ambitus, ambitio.*

θερμῶν] MS. θερμοῦ. vid. infra segm. 69. SEB.

θερμῶν] C. V. θερμοῦ· scil. ποτοῦ vel ὕδατος, *num calidam biberint Veteres?* vulgata lectio interrogat, *num veteres calidas biberint?* eodem sensu. KUEHN.

θερμῶν] θερμοῦ et noster et *Seberi* MS. nec aliter scribendum: θερμοῦ, scilicet ὕδατος. infra segm. 67. etc. IUNG.

θερμῶν] θερμοῦ ex MSS. et *Kuehnii* emendatione in textum retuli et probat inferius ipse *Pollux*: *caldam bibere*: *Cato.*

περὶ τῶν πρώτως etc.] MS. πρώτων. SEB.

περὶ τῶν πρώτως etc.] MS. περὶ τῶν πρώτων κοψαμένων νόμισμα· non minus recte. infra segm. 85. πρώτων pro vulgato πρώτως etiam *Seberi* nostri MS. habet. IUNG.

νομίσματα.] C. V. νόμισμα. KUEHN.

καὶ π. παράγουσι τ. τ. ἴσχειν.] C. V. καὶ πόσον παρὰ τῆσιν τὸ ταλάντιον ἴσχυεν καὶ etc. *et quantum apud quosdam talentum valuit.* KUEHN.

καὶ π. παράγουσι τ. τ. ἴσχειν.] Corrupta haec. MS. καὶ π. περάτησιν τ. τ. ἴσχυεν· minus corrupte. legendum enim: καὶ πόσον παρὰ τισὶν τὸ τάλαντον ἴσχυεν. vid. infra segm. 86. etc. IUNGERM.

παράγουσι τὸ τάλαντον ἴσχειν.] Apparet in textu illa lectio, quam ad oram Codicis sui reposuerat *Kuehnius.* Τισιν alia manus in Excerptis C. V. emendaverat.

4.

χαλκοῦ καὶ χαλκεῖα.] C. V. χαλκία. KUEHN.

χαλκοῦ καὶ χαλκεῖα.] Emenda, ut MS. noster habet, χαλ-

κὸν καὶ χαλκία· infra segm. 90. non enim ista ponit ut respondeant casu qui tribuitur *περὶ* praepositioni, sed *τεχνικῶς περὶ τοῦ χαλκὸν* etc. ut antea *περὶ τοῦ χρῆμα* etc. Iung.

χαλκοῦ καὶ χαλκεῖα] In textu restitui *χαλκὸς*, ut prioribus haec respondeant: non abscedit longe *Palatini C.* lectio.

παιδιῶν] MS. male *παιδίων*· et sic fere in hac vocula peccat. Iung.

διγραμμισμῶν] C. V. *περὶ διαγραμμισμοῦ*. Kuehn.

διγραμμισμῶν] MS. *διαγραμμισμοῦ*. Et sic emenda: ut admonebitur et infra segm. 99. Iung.

διγραμμισμῶν] Recte *Kuehnius διαγραμμισμοῦ*. Mox pro *ἐξίτου* spiritu mutato *ἑξίτου* posui. Paulo post vulgo erat *εἰς Ἀμίλλαν*, in cuius locum emaculatam MSS. lectionem dedi, quae hoc libro inferius, ubi de ludis, confirmabitur magis.

ἐξίτου] Sic etiam MS. sed *ἑξίτου* malim, ut etiam infra segm. 100. vulgati. Iung.

καὶ Κώου, etc.] C. V. *Κώϊον*. Kuehn.

καὶ Κώου, etc.] MS. *καὶ Κώιου*· id est, solita scriptura vetustis, *Κῴου*· et infra segm. 100. vulgati *Κῷον*. Iung.

τῆς εἰς Ἄμιλλαν] C. V. *τῆς εἰσωμιλλαν*· male. Kuehn.

τῆς εἰς Ἄμιλλαν] Pro *εἰς Ἄμιλλαν*, MS. *εἰς εἰσωμίλλαν*, ut et infra habet segm. 102. *εἰς Ὠμίλλαν* etenim dicebatur, ut ibi videbimus. Iung.

παιδιᾶς.] Mendose MS. *παιδίας*. Iung.

τρόπου Ἐπισκύρου. etc.] MS. ita habet: *Τρόπα, Ἐπισκύρου, σφέννινδα*. Et certe *τρόπα, Ἐπισκύρου*, hic legendum. de illo infra segm. 103. *Ἐπισκύρου* scilicet *παιδιά*· de *Ἐπισκύρῳ* infra ibidem segm. 103. tertium *σφεννίνδα* etiam infra semper MS. cum *σφ*. modo tamen *σφεννίδα*, modo *σφεννίνδα*, segm. 105. potest itaque et istud reponi hic. priores editiones adhuc corruptius hic *φενίδος* habebant: edit. *Flor. φεννίδος*, et *H. Stephanus* adscripserat, *in libri textu φαιν*. antea scilicet id infra editum *φαιννίδα* fuit. Iung.

τρόπου Ἐπισκύρου etc.] Commate distinguendae hae voces, et pro *Τρόπου* scribendum *Τρόπα*, ut bene utrumque in textu *Kuehnius* emendaverat.

φεννίδα.] Prior. edit. *φενίδος*. vid. infra segm. 105. Seb.

φεννίδα.] C. V. *σφεννίνδα*, et mox *ὀρτυγοσκοπίας*. post *τρόπου* distinctio ponenda. praefero *ὀρτυγοκοπίας*, quod *studium circa commissiones coturnicum* significat. Kuehn.

ἀπορράξεως οὐρανίας.] Sic et MS. sed distingue *ἀπορράξεως, οὐρανίας*· sive *ἀποῤῥάξεως, οὐρ*. potius; distincta haec *τῆς*

σφαίρας παιδιᾶς genera, ut infra segm. 103. 105. et 106. videre potes. Iung.

ὀρτυγοκοπίας] Pro eo MS. habet ὀρτυγοσκοπίας, ut et priores editiones, sed alterum rectum infra segm. 107. Iung.

διελκυστίνδα, Χαλκ.] C. V. dein habet Σχοινοφιλίνδα, Ἀποδιδρασκίνδα. Χαλκισ. Kuehn.

διελκυστίνδα, Χαλκ.] MS. auctior duabus voculis: Διελκ. Σχοινοφιλίνδα, Ἀποδιδρασκίνδα, Χαλκ. bene. vid. infra segm. 110. nihilominus tamen in hoc catalogo quaedam παιδιῶν genera praetermittuntur, ut inferius ipse potes cognoscere. Iung.

διελκυστίνδα] Ex MSS. binas voces subieci, quae in prioribus editionibus non extitere.

5.

ἀσκωλιασμὸς] Recte et MS. noster: prius editi Εἰσκωμασμὸς habent. Iung.

ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε] Etiam MS ἔξεχ', sed mox ut edit. ubi: ἔξοχ' ὦ φιλήλιε. vide infra segm. 122. Seb.

ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε] Bene edidit *Seberus* noster ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε· ut et infra *Noster*. MS. noster omnia confuse ut solet, quae tamen veram lectionem continet: ἐξέχω φιλήλιε. Iung.

τρυγοδίφησις] Sic et infra segm. 124. MS. noster hic quidem Τριγοδιφύλησις habet. Iung.

Μηλάνθη, Χελώνη] C. V. Χελισχελώνη. Kuehn.

Μηλάνθη, Χελώνη] MS. Μηλάνθη, Χελιχελώνη. pro illo altero infra plerumque Μηλολάνθη· ut indicabo, et hic malim. Χελιχελώνη vero hic corrigendum est in vulgatis, ut et infra habemus segm. 125. Iung.

Μηλάνθη, Χελώνη] Et cur non MSS. prae vulgata placeat lectio, ubi *Pollucem* sibi ipsi reddit similem? locum itaque emaculavi. In C. V. Excerptis τῷ σ in χελισχελ. punctula supposuerat aliquis, delendam significans literam.

Φιττάριαι, Φιτταμελίαι] C. V. pro Φιττάριαι legit Φιττάρσιαι. Kuehn.

Φιττάριαι, Φιτταμελίαι] MS. Φίτταροιαι, Φιτταμελίαι etc. et emenda ita pro Φιττάριαι· dicam infra ad segm. 127 Iung.

Φιττάριαι, etc.] Reposui Φίττα μαλιάδες, Φίττα ῥοῖαι, Φίττα μελίαι divisis vocibus; cuius emendationis ratio inferius abunde constabit.

Τηλέφυλλον, Κάρυννα] Ita hic MS. Codex, sed idem infra bis Τηλέφιλον. vide not. segm. 122. Seb.

Τηλέφυλλον, Κάρυνα] MS. Τηλέφιλον, Κάρινα· et Τηλέφιλον emenda, ut et infra MS. habet segm. 122. et 127. prius editi fere etiam sio, Τηλέφιον, una saltem littera defi-

ciente. Pro *Κάρινα* vero, quod et vulgo vitiosum *Κάρυνα*, repone, *Κρίνα*· ut infra segm. 122. in MS. et segm. 128. Iungerm.

Κάρυνα] C. V. *Καρῖνα*, ut notetur *διφορία* lectionis. Kuehn.

Κάρυνα] Praeeunte *Iungermanno* *Κρίνα* in textu posui, et modo *τηλέφιλον*.

κολλαβίζειν.] C. V. legit *κολακίζειν*. Kuehn.

κολλαβίζειν.] MS. *κολαβίζειν*· *ἐπὶ δὲ τούτοις* etc. illud *κολαβίζειν* uno λ et priores editiones, Iung.

κολλαβίζειν.] *κοταβίζειν* *Kuehnius*; et sequor, nisi quod literam τ duplicavero, prout lectionem C. V. quis emendaverat. [Vid. ad 129.]

τῷ ὅμοιος] MS. *τὸ ὅμοιος*, ut saepe peccat. Iung.

τῷ ἄγχειν] C. V. *αὐχεῖν* etc. *τῷ ταχὺ τῷ ὡς τὸ π.* Kuehn.

τῷ ἄγχειν] MS. *τῷ αὐχεῖν*· et sic reponendum est: ut infra vide bis segm. 145. Iung.

τῷ εἰδέναι] MS. auctior, *τῷ εἰδέναι*, *τῷ ταχὺ*, *τῷ ὡς* etc. et sic supplebis. Patet etiam ex *Polluce* infra ex lemmate MS. segm. 145. et 152. Iung.

τῷ ὑπεκθέσθαι] C. V. *τῷ ὑπεχθέσθαι τῷ κάειν τῷ ἐπράχθη*. Kuehn.

τῷ ὑπεκθέσθαι] MS. vitiose *τῷ ὑπεχθέσθαι*· deinde *τῷ κάειν* ut et antea editi; tum sequitur *τῷ ἐπράχθη*, quod pro falso vulgato *ἐπράθη* restituas. Infra segm. 156. idem repetit *Pollux*. Iung.

ευ] MS. *εὖ δ.* Iung.

σχήμασι.] C. V. *σχηματισμοῖς*· ita ille, de quibus facile iudicium feret Lector. Kuehn.

σχήμασι.] MS. noster elegantius et plenius: *ἀρχόμενα ὀνόματα ἐν ποικίλοις σχηματισμοῖς*· quam voculam ipse *Pollux* confirmat infra segm. 154. Et quis putasset tantum *σφαλμάτων* cumulum in ipsa epitome congestum latuisse? quae vero nos in ipso libro exspectat confluges? sed audacter rem adgrediamur. Iung.

6.

τὰ περὶ πόλεως] C. A. *περὶ πόλεως καὶ τῶν τῆς πόλεως μερῶν*. Kuehn.

τὰ περὶ πόλεως] Titulus deest in MS. Iung.

περὶ πόλεώς τε] C. A. *π. πόλεώς τι*, *de urbe aliquid*, *οἰκιστὴς*, *conditor*; *οἰκίζων*, *condens urbem*. Kuehn.

περὶ πόλεώς τε] Pro *τε* ad meum Codicem olim conieceram, an *τι* legendum esset, nec erravi: ita enim clare et

in MS. est. Scribe itaque: "Ιν' οὖν καὶ περὶ πόλεώς τι, καὶ etc. IUNG.

περὶ πόλεώς τε] τι ex MSS. textus habet.

λέγομεν.] MS. λεγόμεν. IUNG.

οὐ μὴν καὶ πολ. καὶ κτίζ.] Sequitur in C. A. καὶ κτίστης, εἰ καὶ παρ' Ἡροδότῳ ὁ συγκτίστης ἢ τεκταινόμενος. C. V. τεκτενόμενος ε et αι confusis. KUEHN.

οὐ μὴν καὶ πολ. καὶ κτίζ.] Desunt in MS. haec, καὶ πολίτης, καὶ κτίζων. IUNG.

συγκτίστης] *Eiusdem coloniae deducendae socius. Herod.* lib. v. f. 191. SEB.

συγκτίστης] Locus *Herodoti* nostri est in *Terpsichore* cap. 46. συνέπλεον δὲ Δωριέϊ καὶ ἄλλοι συγκτίσται Σπαρτιητέων, Θεσσαλὸς καὶ Παραιβάτης καὶ Κελέης καὶ Εὐρυλέων. Quod vero apud *Pollucem* nostrum praecedit κτίστης, quamvis Lexicographi κτιστὴς scribant, paroxytone habet quoque MS. noster: et bene; ut θύτης, πράτης, πρίστης, alia tot syllabarum fere. IUNG.

τεκταινόμενος] Mendose MS. τεκτενόμενος. IUNG.

ὑποβαλλόμενος τὴν πόλιν] Phrasis in hac significatione, *ni fallor*, notanda: quae forte idem significat, quum de structura certe urbium καὶ περὶ οἰκισμοῦ sermo sit, *quasi fundamenta urbis iacere*, ein gründt einer ſtadt legen. Sane in MS. nostro non est aliter. IUNG.

καὶ ποιῶν] Absunt a C. A. usque ad τὰ ὅμοια. KUEHN.

καὶ ποιῶν] Desunt in MS. καὶ ποιῶν, καὶ οἰκοδ. καὶ μηχανόμενος. pro ultimo vero hoc vulgato omnino emenda μηχανώμενος, uti diu in meo Codice feceram. IUNG.

7.

καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ, οἴκησις] C. A. οἴκησις ὡς Θουκυδίδης καὶ κατοίκησις, utrumque extat libr. II. *Histor.* videtur autem utrobique legendum οἴκισις et κατοίκισις ab οἰκίζειν, quod statim sequitur, ubi et C. A. leg. πρὸς ἕτερον. KUEHN.

καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ, οἴκησις] οἴκησις, καὶ κατοίκησις etiam sunt in MS. ita: sed statim fui suspicatus scribendum οἴκισις καὶ κατοίκισις· nec amplius suspicor, quum ita emendandum et res ipsa moneat, et *Thucydidis* locus, quemadmodum et *H. Stephanum* in suo Thesauro video observasse: e lib. v. Συγγραφῆς enim locum adfert: καὶ τὴν ἀποικίαν ὡς οἰκιστῇ προσέθεσαν, καταβαλόντες τὰ Ἀγνώνεια οἰκοδομήματα, καὶ ἀφανίσαντες εἴ τι μνημόσυνόν που ἔμελλεν αὐτοῦ τῆς οἰκίσεως περιέσεσθαι. Alterum κατοίκισις in eodem *Thucydide* quoque exstat, ut libr. VI. in Oratione *Hermocratis*; ubi Λεοντίνων

τε ξυγγενῶν κατοικίσεις ait. Et apud *Platonem* libr. III. *Νόμων*, et eodem libro extremo: *τὰς τοῦ Δαρδάνου ὑπωρείας τε καὶ τὴν ἐπὶ θαλάττῃ κατοίκισιν.* Eius contrarium tale, *ἐξοίκισις* apud *Platonem* lib. IV. de Legib. initio extat. Iung.

καὶ π. Θουκυδ. οἴκησις, καὶ κατοίκησις] Invitis etiam MSS. in textu restitui οἴκισις et κατοίκισις· et probant Commentatores nostri ex disertis *Thucydidis* locis; apud eundem vero *Thucydidem* non procul initio libr. I. occurrit οἰκιστής, οἰκίζειν, ἀποικίζειν, συνοικίζειν, quas omnes voces *Pollux* hic habet. et *Diogenes* in Vita *Solonis*: *πόλιν ᾤκισεν*, pro quo *συνῴκισεν* in MS. esse monet *Stephanus*. *οἱ ἐκ Λακεδαίμονος ἀποικίζοντες*, *Scholiastae Pindari* ex *Hierocle* dicuntur, *qui Lacedaemone missi in colonias abeunt*: ἀποικίζειν enim tam dicitur illa urbs quae colonias mittit, quam illi qui in colonias mittuntur: et est in *Apollinis* Oraculo, quod dicto loco *Scholiastes* recitat de *Batto*, *οἰκιστήρ· Εἰς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα*, quam quidem vocem hic non recenset *Pollux*.

οἰκίζειν] MS. *οἰκίζειν, καὶ πολίζειν, καὶ κτ.* etc. quae lectio, licet in his minutiis nihil sensui decedat hoc vel illo modo legas, placet prae vulgata. Iung.

τεῖχος] Ut extremo lib. IV. *Ἑλληνικῶν* de *Lysandro Haliartum* adoriente, *ᾔει τὸ τεῖχος τῶν Ἁλιαρτίων.* Et statim: *ἐπεὶ δὲ τῶν Θηβαίων τινὲς ὄντες ἐν τῷ τείχει* (in oppido *Haliarto*) *διεκώλυον, προσέβαλε πρὸς τὸ τεῖχος.* Sunt et alia loca, ad quae potuit respexisse *Noster*. Sed unum saltem exempli causa attulisse satis fuerit, nisi tamen hunc qui mihi occurrit primus lib. IV. *Παιδείας*· ubi *Gobryas Cyro* se dedens: *ἔχω δὲ καὶ τεῖχος ἰσχυρὸν, καὶ χώρας ἐπάρχω πολλῆς* etc. Et mox *τείχη*· fere extremo libro. Iung.

ἔφη] Abest a C. A. Usus vocis *τείχους* non semel ita occurrit l. I. H. G. sunt et urbes ita dictae, ut *Aboni murus*, *Ἀβώνου τεῖχος* in Ponto. Kuehn.

ἔντοπος, ἔνοικος] Ordine verso MS. *ἔνοικος, ἔντοπος.* Iungerm.

ἐγχώριος] Abest a C. A. Kuehn.

ἐγχώριος] Deest in MS. *ἐγχώριος.* Iung.

8.

δημόται] MS. *δημῶται.* Iung.

καὶ τὰ μέρη, τὰ μ. ἔ. π.] MS. *μέρη τῆς πόλεως τὰ μέν.* Seber.

καὶ τὰ μέρη, τὰ μ. ἔ. π.] MS. auctior: *καὶ τὰ μέρη τῆς πόλεως, τὰ μ. ἔ. π.* Iung.

ὅροι] E not.' *Sylb.* pro ὄρη. Idem mox suspicatur legendum ἐφορία, ἀγ. vel ἐφορία ἀγορά, quod et in Thesauro Graec. L. se annotasse indicat. SEB.

ὅροι] C. V. ὄρη pro ὅροι, male. KUEHN.

ὅροι] MS. ὄρη ἐφόρια, ἀγορὰ etc. perinde ut antea vulgati, nisi quod illi post ὄρη comma habebant. *H. Stephanus* ad suum Codicem hanc emendationem, quam noster *Seberus* partim secutus est, adscripsit: ὅροι, ἐφορία ἀγορά, *ut in Thes. ann.* Et in Thesauro adfert locum *Demosthenis* in *Aristocratea*, in quo ἀγορᾶς, ἐφορίας, ubi tamen ex alio loco eiusdem Orationis, et cum vet. lib. comma post ἀγορᾶς tollit, itaque et hic mavult legere, ut adscripsi. Certe ὅροι scribendum nemo dubitare potest, quum supra in recensione capitum segm. 3. et hic in lemmate ὅρων habueris; et mox ubi sigillatim exequitur ea quae ab his vocabulis deducuntur, primum καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ὅρων etc. habes. Et alterum quoque ἐφορία ἀγορά, quod et *H. Stephano* puto magis placuisse, quam si comma interiicias, verum puto, et ad *Demosthenis* locum respectum a *Nostro*; ait enim legem explicans Orator: ἀπεχόμενον φησὶν ἀγορᾶς ἐφορίας· τί τοῦτο λέγων; τῶν ὁρίων τῆς χώρας· ἐνταῦθα γὰρ, ὥς γε μοὶ δοκεῖ, τἀρχαῖα συνῄεσαν οἱ πρόσχωροι παρά τε ἡμῶν καὶ τῶν ἀστυγειτόνων· ὅθεν ὠνόμακεν ἀγορὰν ἐφορίαν. etc. ita enim recte semper in ea Oratione nullo commate nec particula καὶ intercedente habeat editiones novissimae *H. Wolfii*, qui interpretatur *forum collimitium*. Ait vero noster *Pollux* diserte nimis se agere de iis quae extra civitatem atque muros, τὰ μέρη τῆς πόλεως, ait, τὰ ἔξω πόλεως· tale autem μέρος est ἐφορία ἀγορά, non simpliciter ἀγορά, quae ad illas partes pertinet, quae ἔνδον potius: adeo ut aliter illud vix locum habere queat. IUNGERM.

ὅροι] Ita recte a *Sebero* restitutum. notarat id quoque *Falckenburgius* ad sui Codicis oram.

δῆμοι, κῶμαι] *Schotti* observatio haec est: *Ergo videntur diversa contra* Aristophanis *Interpretes et* Steph. *de Urbibus in dict.* δῆμος. *Sed, ut puto, non alia de causa haec distinxerunt.* IUNG.

προάστεια] προάστεια MS. non habet, sed mox post παράδεισοι ponit. IUNG.

ἐνηβητήρια] C. A. ἐκηβητήρια, sed melius vulgatum. KUEHN.

ἐνηβητήρια] Adnotat *Corinthus* de *Dialecto Ionica*: Ἐνηβητήρια δὲ τὰ εὐωχητήρια· nempe λέγουσιν Ἴωνες. ex dialecto

itaque Ionica ἐνηβητήριον fuerit locus, in quem laetitiae mutuiter exercendae ergo iuvenes conveniebant, atque id ipsum voluit *Hesychius*, cum inquit: Ἡβητήρια, ἑστιατήρια, κατάλυσις. [In *Hesychii* loco restituendum puto καταλύσεις. *Ex Addendis.*] videndus in *Athenaeum Casaubonus.* praeterea illo nomine gymnasia ab Atheniensibus quidem appellabantur. *Scholiastes Euripidis* ad *Hippol.* ἡβητήρια τὰ γυμνάσια· atque ita hanc vocem intelligam apud *Theodoret.* de Provid. λογ. δ'. καταγωγίων δὲ καὶ ἐνηβητηρίων ἐκδομήσω (ita lego) κάλλη.

ὅριος Ζεὺς] *Plato* libro octavo de L. L. fol. 914. Διὸς ὁρίου μὲν πρῶτος ὅδε νόμος εἰρήσθω· μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδεὶς etc. *Dionys. Halicarn.* libro secundo antiq. fol. 133. de *Numa*: κελεύσας γὰρ ἑκάστῳ περιγράψαι τὴν ἑαυτοῦ κτῆσιν, καὶ στῆσαι λίθους ἐπὶ τοῖς ὅροις, ἱεροὺς ἀπέδειξεν ὁρίου Διὸς τοὺς λίθους, Idem mox ὁρίους θεοὺς multitudinis numero dicit: *Plutarchus* autem ὅριον θεόν· quem inquit esse εἰρήνης φύλακα καὶ δικαιοσύνης μάρτυν· in Vit. *Numae* fol. 51. quomodo in quaestion. Romanis fol. 161. eadem de re loquens Τέρμινον ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης appellat. vide *Gyraldum* synt. 1. fol. 42. Seb.

ὅριος Ζεὺς] Latinis *Terminus*, unde *Terminalia* in *Glossis* ὁροθέσια, ἑορτὴ ὁρίου Θεοῦ, reddunt, et ἀπαντήσια, ab ἀπαντᾶν, *occurrere*, quia in limitibus coibant celebraturi festum illud, et iterum: *Terminus*, ὅριος Θεός. Kuehn.

ὅριος Ζεὺς] MS. Ζεὺς ὅριος, κ. στ. ἐφόρια. de his columnis aliquid et *Turnebus* v. Advers. 8. Iung.

στήλη ἐφορία] C. A. στύλη et infra segm. seq. στύλη iterum: praetulerim tamen vulgatum: postea omittit C. A. copulam καὶ statim post ἐφορία usque ad γενέσθαι. Kuehn.

προσωρίσθαι γῆν] MS. προσορίσαι. Seb.

προσωρίσθαι γῆν] C. V. προσορίσαι pro προσωρίσθαι γ. *terram finibus adiectam habere*, *regionem adimere finibus.* Kuehn.

προσωρίσθαι γῆν] MS. et noster et *Seberi* προσορίσαι γῆν. Iung.

καὶ ὅρια ἀνασπᾶσαι·] Abest a C. A. *revellere terminus.* Kuehn.

9.

ὑπόχρεων χωρίον,] MS. ὑπόχρεων, χωρίον ὡρ. Iung.

καὶ ἡ ἐνεστηκυῖα στ.] C. A. ἐνεστηκ. στύλη. Kuehn.

καὶ ἡ ἐνεστηκυῖα στ.] ἡ ἐνεστ. στήλη, ὅρος· interpretatur haec doctiss. *Turnebus* dicto iam loco de ἐφορίᾳ στήλῃ quae

in *Polluce* antecessit: sed, ni fallor, non recte. locus sane *Strabonis* quem adfert de columna a Peloponnensibus et Ionibus posita, quae fines discerneret, καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνομολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν Ἰσθμόν, hic quidem de ἐφορίᾳ στήλῃ loquitur, et non de alia. Sed hic locus *Pollucis*, ἡ ἐνεστηκυῖα στήλη, ὅρος, aliam columnam significat, ὅρον dictam, quae nempe ἐν τῷ ὑπόχρεῳ καὶ ἐστιγμένῳ χωρίῳ, quod ab ea ὡρισμένον dicebatur, collocabatur. *Noster* se ipsum clare explicavit supra, ne nos verba fundamus, III, 85. etc. ὅρους ἐφεστάναι χωρίῳ· (ita enim ibi MS.) λίθος δ' ἦν ἡ στήλη τὶς δηλοῦσα, ὡς ἔστιν ὑπόχρεων τινὶ τὸ χωρίον. etc. ubi de hoc more qui docuerunt, docui. Sed fere oblitus fui *Hesychiani* loci qui restituendus: ὡρισμένη, ὑπούρεος· ἡ ὅρους ἔχουσα καταπεπηγότας ἐπὶ δανείσματι, scribe: ὡρισμένη (sc. χώρα) ὑπόχρεος, ἡ ὅρους ἔχ. IUNG.

διῃρημένη.] MSS. διειρημένη, *statuta, dicta dies.* KUEHN.

διῃρημένη.] MS. διειρημένη, non διῃρημένη. Et vel valde fallor, vel illud *Polluci* reddendum est: explicat enim ὡρισμένην seu *definite constitutam diem*, hac vocula, quasi *dictam* dicas. διείρηται, διήγγελται, ait *Hesychius.* IUNG.

διῃρημένη.] διειρημένη cum MSS. in textum retuli: sic et in *Falckenburgii* Codice reperio.

τάχα δὲ καὶ τὸ ἐπιδ. etc.] MS. ita: τάχα δ. κ. τ. ἀποδημεῖν, καὶ τὸ ἐπιδημεῖν· omissis καὶ ἐπιδημῆσαι. IUNG.

ἐπιδημῆσαι] C. V. ἀποδημεῖν· caeterum modo ὁριστής, ὡρισμένος, ὅρος, ὡρισμένη in versione Latina retinenda sunt, si velimus sanum loci sensum habere. De *agris oppignoratis* vid. *Harpocrat.* in ὅρος. KUEHN.

καὶ ἐπιδ. καὶ ἀποδ. καὶ] Absunt a C. A. KUEHN.

ἐπιδημία] *Plato Axioch.* fol. 1304. παρεπιδημία τις ἐστὶν ὁ βίος. In sacris coniunguntur πάροικος et παρεπίδημος. *Genes.* XXIII, 4. et *Psalm.* XXXVIII, 17. SEB.

καὶ ἀποδημία] Desunt in MS. καὶ ἀποδημία. IUNG.

καὶ παρὰ Θουκυδ.] *Thucyd.* lib. I. in Oratione *Corinthiorum* fol. 45. SEB.

καὶ παρὰ Θουκυδ.] Locus *Thucyd.* extat libr. I. p. 46. ubi comparat inter se Atheniensium et Lacedaemoniorum ingenio toto ut aiunt coelo diversa. Athenienses enim ἀποδημηταὶ *peregrinationum avidi* rem habituri erant cum Lacedaemoniis domi in populo suo libentissime manentibus, id est, ἐνδημοτάτοις. KUEHN.

καὶ παρὰ Θουκυδ.] *Verba sunt Thucyd.* adnotavit *H. Stephanus* hic. MS. vitiose habet, ἀποδημιταί· lubet locum Hi-

storici adscribere, et a *Sebero* nostro indicatum, lib. I. Ξυγγρ. καὶ μὴν, aiunt *Corinthiorum* Oratores, de *Atheniensibus* ad *Lacedaemonios*, καὶ ἄσκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς, καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους· οἴονται γὰρ οἱ μὲν, τῇ ἀπουσίᾳ ἄν τι κτᾶσθαι, ὑμεῖς δὲ, τῷ ἐπελθεῖν, καὶ τὰ ἕτοιμα ἂν βλάψαι· ἀποδημηταὶ, ait *Scholiastes*, ὑπερόριοι τῆς οἰκείας πατρίδος. Iung.

καὶ παρὰ Θουκυδ. etc.] Locum *Thucydidis* monstrarunt Commentatores nostri. sed de Atheniensibus, quod sint φιλέκδημοι, *Aristides* quoque alicubi observat. Ἔνδημος, ὁ μὴ ἀποδημῶν, inquit *Etymologus*, cui contrarius, ἀπόδημος, *peregrinus*, *exterrenus*, in *Glossis*, vel ἐπίδημος, ὁ ἐπιδημῶν, ξένος, ut dicto loco habet *Etymologus*, ubi et in hanc rem ex *Aristophane* χρῆσιν adfert. De Laconibus vero, eos fuisse ἐνδημοτάτους, res est plana, siquidem suos mores, si externis miscerentur deliciis, corruptum iri putabant: vide, sis, *Xenophontem* de Lacedaem. Rep. non procul a fine, ubi in eam rem ξενηλασίαν tangit quoque.

10.

πανδημὶ] Vid. supra VI, 162. Seb.

πανδημὶ] καὶ abest a C. A. cum caeteris omnibus usque ad φιλόδημος. Kuehn.

πανδημὶ] Cum *Kuehnio* in textum reposui πανδημεί· idem vitii fuit emaculatum VI, 162. apud *Herodianum* saepe: *Aristaenetus* lib. I. Ep. 5. πανηγύριος ἐν προαστείῳ πανδημεὶ τελουμένης, καὶ δημοθοινίας ἀφθόνου· ubi adverte mihi δημοθοινίαν, cuius meminit mox *Pollux*, et supra VI, 8. Tum in ablativo emendavi πανδημίᾳ et δημοσίᾳ cum *Kuehnio*, ut πανδημίᾳ συναγείρεσθαι apud *Dionem*, et δημοσίᾳ ἐπιτηδεύειν καλοκἀγαθίαν apud *Xenophontem*.

καὶ δημοσία] Desunt in MS. καὶ δημοσία. Malim vero haec in ablativo legere in vulgatis, καὶ πανδημίᾳ, καὶ δημοσίᾳ· καὶ etc. tale apud *Herodotum* πανοικίῃ, et supra VI, 165. πανοικησίᾳ, et ibidem πανστρατιᾷ, ita enim ibi legendum. Iungerm.

δημοτελεῖς ἑορταὶ] MS. mendose δημοτελὴς ἑορταί. Iung.

δημοτελεῖς ἑορταὶ] εἴποις δ' ἂν πανηγύρεις δημοτελεῖς (non enim videntur commate utraeque voces distinguendae) καὶ πάνδημοι καὶ δημοσίαι καὶ δημοθοινίαι etc. inquit *Noster* I, 34. et digna sunt quae hic ponantur *Hesychii* verba: Δημοτελῆ ἱερὰ, καὶ δημοτελῆ μὲν, εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις, δημοτικὰ δὲ εἰς ἃ οἱ δῆμοι· eandem vero differentiam inter δημοτελῆ ἱερὰ et δημοτικὰ statuit *Harpocratio*, quem vide: utrorumque sacrorum meminit *Aeschines* in *Timarchum*, et

Aristot. de *Mundo* cap. 6. δημοθοινίαι νόμιμοι, *legitima seu legibus constituta sacra popularia*, quae plerumque ταχταῖς ἡμέραις, ut locutus est superiori libro *Pollux*, recurrebant: eademque festa κοιναὶ ἑορταὶ *Xenophonti Apol. Socrat.* dicuntur, quod communi totius urbis festivitate celebrari solerent.

καὶ ὁ δημόσιος οἰκ.] δημόσιος οἰκέτης est, *servus publicus*. δήμαρχος retinendum in versione quia est nomen officii publici *Athenis*. Kuehn.

καὶ ὁ δημόσιος οἰκ.] MS. καὶ δημόσιος οἰκ. sine ὁ. de his et supra VII, 131. ubi MS. variat. Iung.

ὁ δημόσιος οἰκέτης] Anne haec petita ex illa *Aeschinis* in *Timarchum*? ἄνθρωπον δημόσιον οἰκέτην τῆς πόλεως, quae verba citat *Harpocratio* in δημόσιος· videtur certe. *Etymologus*: Δημόσιος, ὁ τῆς πόλεως δοῦλος, ὃς ὑπηρετεῖ τοῖς δικαστηρίοις καὶ τοῖς κοινοῖς ἔργοις. Solebant autem ex captivis legi, qui publicis sumptibus instituerentur ad obeunda urbis negotia, ea quidem de causa, ut verberibus, si quid committerent, ad officium redigi possent, quod utique si homini libero fieret, turpe censebatur plane ac indecorum, eaque de re in secundam Olynthiacam, qua Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον memorat *Demosthenes*, consulendus *Ulpianus*: alludit *Aristophanes* Equit. pag. 353. Εἰ τοὺς δ' ἐπιτηδὲς ὡς - Περ δημοσίους τρέφεις Ἐν τῇ Πνυκί· hoc certe malim, quam cum *Scholiasta* intelligere τοὺς φαρμακοὺς, quae et καθάρματα, quia ingenio Comico alterum id magis est conveniens. Quivis itaque qui reipublicae erat a servitio δημόσιος dictus, etiam δημόκοινος vel βασανιστὴς, ut ex *Aeschine* docet *Thomas*; et apud *Herodotum* δημόσιος de praecone, qui vendendas res proclamabat, in *Erato*: τὰ χρήματα ἑωυτοῦ κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δημοσίου ὠνέεσθαι. Porro in omni civitate publici erant servi; *Catonem* habuisse δημόσιον, qui ipsi serviret, in eius vita refert *Plutarchus*: num itaque et magistratibus Romae servi publici privatim esse a servitio debuerunt? utique videtur: quin etiam per publicos servos custodiae adservari solebant, ut videre licet apud *Plinium* lib. x. Ep. 30. Adi, si plura cupis, *Maussacum* ad *Harpocrationem*.

καὶ δημοκράτης] MS. καὶ δημοκράτα· pro vulgato δημοκράτης· veniunt quidem in mentem δημιόπρατα, quae infra lib. ultimo frequentissime legas: sed hic tamen inter ista composita intrudere nolim facile. Et cur non δημοπράτην exponamus, *qui populo vendit aliquid?* Iung.

δημοκράτης] Non male *Iungermannus* exponit, sed χρῆσιν quaero: et vero Codicis MS. δημοκράτα, modo in priorem syllabam accentum reiicias, rectum est. praeferet Atticismi quidem norma δημιόκρατα, sed tamen nec alterum abiicias merito: fuit supra VII, 13. ubi tamen δημιόκρατα emendatum: et *Philo* in *Flaccum* pag. 763. μυρίων δημοκράτων γενομένων οὐσιῶν, αἳ τῶν κατακρίτων ἦσαν· quidni itaque hanc vulgatae lectioni praeferamus?

καὶ δημαγωγὸς, etc.] MS. alio ordine, καὶ δημαγωγία, καὶ δημαγωγὸς, καὶ δημοτ. IUNG.

καὶ μισόδημος, etc.] Absunt ista usque ad τὰ ὅμοια a C. A. KUEHN.

καὶ μισόδημος, etc.] Post φιλόδημος MS. habet, καὶ τὰ ὅμοια, omissis hisce, καὶ μ. κ. δ. κ. δ. statimque subiicit: ἀποδήμων δ' ἄν. IUNG.

κεκλημένος] MS. κεκλιμένος. IUNG.

ὁ δημόκοινος] *Tortor, qui exercet quaestiones*, βασανιστής· vid. *Thomae Eclogas* in δήμιος. in *Gloss. carnifex, speculator*: leg. *spiculator*. dicitur et δημόσιος, *qui torquendis reis est praepositus*. KUEHN.

δημόκοινος] *Etymologum* lege et *Suidam*, iisque *Thomam* addes. Sequitur ὡς ἔξω πόλεως κατοικῶν, pro quo cum *Kuehnio* malim, ὁ ἔξω etc. sed quid? MSS. illa non agnoscunt, et merito forsitan dubitemus an a *Polluce* illa sint profecta. posuerit ista in margine diligens lector; et quam saepe in textum eo modo non genuina irrepserint loca, petitis e *Polluce* exemplis affatim probari possit. sed tamen istis vocibus nollem careremus, quae apud Graecos quoque, de his enim intelliges, urbis domicilio caruisse carnifices docent, ea haud dubie de causa, ne sanguine polluti ac caede sacras res fortuito occursu interpellarent. De Romanis docet ad II. *Annalium Taciti*, ubi *in P. Martium consules extra portam Esquilinam cum classicum canere iussissent more prisco advertisse* refert, e *Cicerone* pro *Rabirio Lipsius*, idemque de Coriariis ac Vespillonibus ex *Artemidori* lib. I. c. 53. observat. *Artemidorus* certe pluribus in locis illius rei meminit, ut lib. II. cap. 20. lib. I. cap. 58. qui idem, aut fallor, non enim suppetit locus, aut alicubi de carnificibus id ipsum refert.

ὡς ἔξω πόλεως etc.] Legerem ὁ ἔξω τῆς π. κ. *qui extra urbem habitat*, ita enim olim vetus mos erat, ut carnifex extra urbes habitaret, vel in extrema urbium lacinia, quod notavit et *Salmasius*. KUEHN.

ὡς ἔξω πόλεως etc.] Desunt in MS. ὡς ἔξω π. κ. κ. τ. ὅ. Iungerm.

11.

ὅσα etc.] Est in MS. hic quoque novum caput, et in lemmate vocula amplius, ἢ ἀπὸ ἀγρῶν habet. Iung.

ἢ ἀγρῶν.] Abest a C. A. Kuehn.

κωμήτης] C. A. leg. κωμητὴς, κώμαρχος, κωμοδρομεῖν, κωμῳδία, κωμωδ. κωμωδοποιὸς, κωμωδοποιητὴς, κωμωδῶν, κωμικὸν πρᾶγμα ἐπεὶ κατὰ κ. ἔ. τ. π. ο. χ. etc. καὶ κωμικὸς ἦν etc. Kuehn.

κωμητὶς] Ita et MS. sed ego κωμῆτις malim: certe non aliter puto *Pollucem* scripsisse, quamvis et infra segm. 56. ubi MS. noster deficit, vulgati libri κωμητίδας, et κωμητίσι habeant: sed malim quoque κωμήτιδας, et κωμήτισι. *Suidas* in κωμῆται καὶ, ait, κωμῆτις θηλυκῶς ἡ γείτων· κῶμαι γὰρ τὰ ἄμφοδα· ἔνθεν καὶ ἐπικωμάσαι. Ἀριστοφάνης· πλὴν ἥγ' ἐμὴ κωμῆτις ἥδ' ἐξέρχεται, ὡς Λυσίστρατός φησι· ubi emenda; ἐξέρχεται· ὡς Λυσιστράτη φησί· sunt in ipso exordio *Lysistratae Aristophanis*, ab eaque muliere dicuntur. Idem versus infra et apud *Nostrum* emendandus erit. Iung.

κωμητὶς] Cum *Iungermanno* κωμῆτις mutato accentu reposui: κωμῆται, *vicani*, *Glossae*. Paulo post κωμῳδιδάσκαλος non insolenti errore fuit pro κωμῳδοδιδάσκαλος, meminique iam antea in *Polluce* nostro id mendi eluisse.. eadem ratione τραγῳδοδιδάσκαλος dicitur apud *Aristotelem* de *Poetica* cap. 4. Sequitur tum κωμωποιητὴς una alterave voce interiecta, quod vocabulum vitio repetitum ex praecedente plane existimo: sed in textu remaneat, si forsitan acutior quis aliis boni quid exsculpat. Antecesserat κωμῳδοποιός. *Aristoteles* de *Poëtica*: οἱ μὲν ἀντὶ τῶν ἰαμβικῶν, κωμῳδοποιοὶ ἐγένοντο; ibidemque de Comoediae origine tum quoad vocem, cum quoad ipsam rem reperies, quae illustrent sequentia *Pollucis* nostri. Porro leviculi quid emaculavimus in ἦν εἰρημένος· MSS. docent legendum ᾖ, quod in textum recepi.

καὶ κώμαρχος] MS. καὶ κώμαρχοι· omissis καὶ κωμάρχαι. Iungerm.

καὶ κωμῳδεῖν.] Deest in MS. καὶ κωμῳδεῖν, deinde MS. plenius, ἤπου δὲ καὶ κ. Iung.

κωμῳδοποιητὴς] Pro κωμῳδοποιητὴς in MS. male repetitum κωμῳδοποιὸς, sed ex ultimo ο, η factum, ut κωμῳδοποιὴς ibi mendose legatur. omissa postea, καὶ κωμῳποιητής.

Et quid est κωμωποιητὴς, an rectius scribamus κωμωποιητής? [Videtur κωμοποιητής scribere voluisse. *G. D.*] an repetitio prava haec et inanis voculae praecedentis? Iung.

δρᾶμα] MS. πρᾶγμα. Seb.

δρᾶμα] MS. κωμ. πρᾶγμα, pro δρᾶμα, ut et *Seberi* nostri. desunt dein in MS. nostro καὶ κωμῳδικόν. Iung.

τάχα δ' ἂν ἀπὸ τούτου] MS. τάχ' ἂν οὖν ἀπὸ etc. forte aptius. Iung.

ἦν εἰρημένος] MS. ᾖ εἰρημ. quod pro vulgato ἦν reponendum censeo. Iung.

Πλάτωνι.] Ut in *Symposio*, ubi *Alcibiades* advenit cum sodalibus, pulsata ianua, ὡς κωμαστῶν καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν. Et iterum fine dialogi: ἐξαίφνης δὲ κωμαστὰς ἥκειν παμπόλλους ἐπὶ τὰς θύρας, etc. Iung.

ὁ ἡδυκῶμος] MS. ὁ ἡδύκωμος· et sic potius scribendum, proparoxytone, quemadmodum et supra habes ιν, 100. inter saltationum genera: ut et alia ibi adnotavi talia, quae eodem nomine et saltationem et cantilenam designant. Iung.

ἡδυκῶμος] Conveniunt huic *Pollucis* loco *Hesychii* verba: Ἡδυκῶμος, εἶδός τι ᾠδῆς. sed vero *Noster* superius lib. ιν. cap. 14. inter saltationum genera ἡδύκωμος enumeravit. ergone utrumque et cantilenae genus et saltationis fuerit ἡδύκωμος? sic certe; siquidem simili decucurrerint modulo id cantilenae genus et saltationis, nec altera sine hac fuerit unquam exhibita. paria reperies apud *Lucianum* de *Saltatione*.

12.

ἀπὸ δὲ ἀγρῶν] In C. A. est titulus ὅσα ἀπὸ ἀγρῶν, iterum καὶ absunt usque ad ἐλθὲ π. τ. ἀ. Kuehn.

ἀγρόνδε] MS. ἀγρὸν δέ. Iung.

εὐθὺς τῶν ἀγρῶν] Melius C. A. εὐθὺ τῶν ἀγρῶν ἀ. *recta rus abire*: εὐθὺ ἀγρῶν est schematismus Atticus, de quo in *Aelian.* V. H. in voce εὐθύ. Kuehn.

εὐθὺς τῶν ἀγρῶν] MS. εὐθὺ τῶν ἀγρ. et sic potius scribere placet. Atticismus iste saepissime occurrit. *Lucianus Nigrino*: ἐστάλην εὐθὺ τῆς πόλεως. Sic infra *Noster* segm. 47. ex Comoedia puto, εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων. Iung.

εὐθὺς τῶν ἀγρῶν] εὐθὺ ex *Kuehniana* emendatione textus habet.

ἐλθὲ] MS. ἴστε pro ἐλθέ. Iung. Recte MS. ἴστε. Sic Aelian. N. A. xii, 34. ἴστε ἐπὶ τὴν θάλατταν. Toup.

ἄγροικος, ὁ σκαιός.] *Aristoph.* Nub.

οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα,
οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιόν. —

vide cum *Schol.* fol. 95. item *Suid.* SEB.

ἄγροικος, ὁ σκαιός.] *H. Stephanus* hic ita ad oram sui Codicis adnotavit:

οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα,
οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιόν. —

Aristoph. Nub. 74. Item,

ὡς ἀγρεῖος εἶ καὶ σκαιός.

Suid. *ex* Aristoph. *citat in* *Ἀγρεῖος et ait, γράφουσι δὲ καὶ ἀγροῖκος.* Totus *Suidae* locus est: *Ἀγρεία ἀυιδή· ἡ ἀγροικική· τὸ σκύτος ἀγρείης εἵνεκα τῆς πλατάνου· ἐν ἐπιγράμματι· καὶ ἀγροῖος, ὁ ἀγροῖκος, ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· ὡς Ἀγρεῖος εἶ καὶ σκαιός· γράφουσι δὲ καὶ ἀγροῖκος· ἤγουν ὁ ἄγροικος καὶ μέγαν πώγωνα ἔχων· καὶ αὖθις. Ἄλλως τ' ἄμουσόν ἐστι ποιητὴν ἰδεῖν ἀγρεῖον ὄντα καὶ δασύν.* Legendum itaque cum *H. Stephano ἀγρεῖος*, ubi in *Suida ἀγροῖος* est. In hisce alias certi vix quid proferri potest: ita variant auctorum loci in libris, ut potes videre in *H. Stephani* lexico: immo in ipso nostro *Polluce*, hic ubi *ἀγροῖκος*, *et* mox ubi *ἄγροικον*, de rusticanis, et supra *ἄγροικος* de adolescente rustico IV, 146. et infra de civitate montana et quidem rustica, *ἄγροικος* IX, 22. Non lubet itaque in hoc morari diutius, si inseruero haec *Ammonii περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ.* etiam nostri *Pollucis* praecepto consona: *ἀγροῖκος καὶ ἄγροικος διαφέρει· προπερισπωμένως μὲν, ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν· προπαροξυτόνως δὲ, ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους. Ἄγριος καὶ ἀγρεῖος διαφέρει· ἄγριος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ὠμός· ἀγρεῖος δὲ, ὁ ἀγροῖκος.* Sane talibus Grammaticorum iugis studio subduxisse colla bonos Auctores non raro valde verisimile est. IUNGERM.

ἄγροικος.] Eadem in hac voce differentiae ratio, quae et in *ἀγόραιος* et *ἀγοραῖος* notatur a Grammaticis, atque in aliis pluribus. videndus *Thomas*, qui sua hic omnia fideliter ex *Ammonio*, quod et superius monuisse in mentem venit, prout pleraque alia, descripsit. et ita *hominem rusticis moribus* appellant Romani incomptum, ingenii horridi, exercendique honesti expertem plane, ac qui merum redolet rus, ut inquit obscoenitatis facetus Romanus antistes. eaque de causa optime *Theophrastus* Charact. Eth. cap. 15. *ἀγροικίαν* esse definit, *ἀμαθίαν ἀσχήμονα*, ad quae, si accuratius hanc vocem cum vitio enucleatam cupis, videndus est summus commentator. sed emaculem obiter vitii quoddam in

Origenis loco, ubi haec vox occurrit. is est lib. VII. contra *Celsum* pag. 370. *ἀρχαῖον καὶ τοῦτο εὖ μάλα πρόσθεν εἰρημένον, ἀγροικότερον δ' αὐτὸ ἀπεμνημόνευσαν·* scribendum inquam, *ἀρχαῖον δὲ καὶ τοῦτο εὖ μάλα καὶ πρ.* etc. *ἀγροικότερον* vero *rusticius*, interpres, vel *incomptius* ac *sordidius*. De alia, quae mox sequitur, voce *ἄγριος* vide, sis, *Etymologum*, qui illam ab *ἀγρεῖος* distinguit, qui proprie dicatur *ruricola*. Diverso sensu *Menandrum* dixisse *ἄγριον κυβευτὴν* de peritissimo artis suae ac exercitatissimo aleatore observat *Harpocratio*, qua de notione alibi plura.

ἄγριος] Ita dicitur homo sinistro, distorto, et in pravum indurato ingenio praeditus. huiusmodi horrida capita descripsit *Pherecrates* in Comoedia, quam inscripserat *Ἄγριοι*, unde et chorus eius conflatus erat ex meris *μισανθρώποις*, uti prodidit *Plato* in *Protagora*. KUEHN.

ἄγριος] Vid. *H. Stephanum* animad. ad proverb. *Erasmi* in Adag. *odium agreste*. IUNG.

ἀγρευτὴς] Supra de venatione idem v, 9. IUNG.

πόλεων] C. A. *πόλεως*. KUEHN.

καί που καὶ τὰ ἄγρια θηρία, etc.] MS. *καίπου τὰ ἄγ.* SEBER.

καί που καὶ τὰ ἄγρια θηρία, etc.] C. A. *ἄγρια θηρία πάναγρον λῖνον*. vid. supra libr. I. cap. 9 Sect. 6. infra lib. x. cap. 30. *Plutarch.* sagenam ab *Homero πάναγρον* appellari ait in *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα* etc. KUEHN.

καί που καὶ τὰ ἄγρια θηρία, etc.] MS. noster, ut *Seberi*, *καίπου τὰ* etc. sine altero intermedio *καί*. IUNG.

πάναγρον λῖνον] Supra I, 97. SEB.

ἀγροτέρα θεὸς] *Ἄρτεμις* supra v, 13. SEB.

ἀγροτέρα θεὸς] Id vero *Dianae* cognomen est, quae venationem prima aut invenisse, aut certe perfecisse dicitur. *Hesych.* *Ἀγροτέραν, τὴν ὀρείαν Ἄρτεμιν*, ita malim transpositis vocibus legere, quam vulgo, *ὀρείαν τὴν Ἄρτεμιν*· montana enim habebantur numina, quae venationi praeerant, qua de causa monet *Arrianus* de *Venatione* cap. 35. *τοὺς ἐπὶ θήρᾳ ἐσπουδακότας οὐ χρὴ ἀμελεῖν τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἀγροτέρας, οὐδὲ Ἀπόλλωνος, οὐδὲ Πανός, οὐδὲ Νυμφῶν, οὐδὲ Ἑρμοῦ ἐνοδίου καὶ ἡγεμονίου, οὐδὲ ὅσοι ἄλλοι ὄρειοι θεοί.* Huic vero *Dianae Ἀγροτέρᾳ* sacrificio fiebat a venatoribus, si felici fuissent usi venatione, suspendique solebant captorum animalium quaedam partes. meminit *Callimachus* H. in *Dian.* ad quem vide quae Illustriss. *Spanhemius*, cuius diligenti ac eruditae curae haud mediocria *Cyrenaeus* vates debet, observat. *χρὴ θύειν Ἀρ-*

τεμιδι Ἀγροτέρᾳ ἐπὶ τῷδε τῷ κτήματι, praecipit *Arrianus* et quoque *Xenophon* de Venatione; eoque maiori studio huic Deae operabantur venatores, quod neglecta κορυβαντιασμὸν immittere putaretur, cuius modi infelices furores montani prae ceteris iniicere censebantur Dii, praeterquam quod eandem aestimarent *Dianam* et *Hecaten:* et vero saepissime historia fabularis exasperatam nobis exhibet *Dianam* feras in plenas concitasse segetes. Coluisse autem τὴν Ἀγροτέραν Ambraciotas ex *Liberali* fab. IV. colligere licet: sed illius cultui praecipue addictos fuisse Athenienses tradit *Scholiastes Aristophanis*. meminit *Herodotus* ubi Athenienses refert vota fecisse huic Deae ante praelium *Marathonium* tot se hoedos immolaturos esse, quot occidissent hostium, cumque numerari non possent, qui ceciderant, hostes, Athenienses decreto sanxisse quotannis quingentos immolatum iri hoedos. tangit hanc historiam ex *Herodoto*, ut carpat, *Plutarchus* de *Malign. Herod.* quo iure, quave iniuria non examino, et quoque reperies apud *Libanium* Orat. XXXII. quam inscripsit *Dianam:* utrique τὴν Ἀγροτέραν nominant. Et vero quid miri, si Athenienses Venatricem *Dianam* venerati fuerint eximie, cum in Attica regione Delo venientem primum venatam fuisse perhibeatur, indeque locus nomen retinuit Ἄγραι trans Ilissum, ubi et templum fuit τῆς Ἀγροτέρας Ἀρτέμιδος, narrante *Pausania* in Atticis cap. 19. quin forsitan hoc ipsum templum voluit *Pollux*, dum subiicit τὸ τῆς Ἀγροτέρας τέμενος, siquidem res Atticas memoret plerumque. Porro huius *Dianae* meminit *Artemidorus* Oneirocr. lib. II. c. 35. §. 4. Sed emansores sumus.

ἄγροικον μέλος] Inde *H. Stephan.* agrestium seu agricolarum, aut etiam pastorum carmen ἄγριον μέλος, et ἀγρίαν μοῦσαν vix recte appellari scribit, quod ἄγριον μᾶλλον ἐπὶ τοῦ σκαιοῦ. animadv. in Adag. *Erasmi* col. 31. *Mnasalces* tamen — ἃ δ' ἀγρία μοῦσ' ἐν ὄρει νέμεται· *Anthol.* I, 3. quod *Fulv. Ursinus* eodem videtur accipere sensu, quo *silvestrem* aut *agrestem Musam* dicunt *Lucretius* (libro quarto, 593. et v, 1400.) et *Virgil.* (Ecl. I, I. et 5, 8.) *Theocritus* autem βουκολικοὺς ὕμνους Epigramm. 2. Sed alio sensu *Iulianus* ἄγρια μέλη tribuit τοῖς ὑπὲρ Ῥῆνον βαρβάροις, παραπλήσια ταῖς κλαγγαῖς (τρωγμοῖς) τῶν τραχὺ βοώντων ὀρνίθων· in *Misop.* princ. fere. Sunt enim, quae *Eginhartus* in Vit. *Caroli M.* vocat *Barbara carmina.* vid. *I. Lipsii* Not. V. in Germ. *Taciti.* Seb.

τὴν τῶν αἰπόλων etc.] C. A. καὶ αἰπόλων τε κ. π. etc. οὐ φαῦλον δ' ἂν προσειπεῖν εἴη ὅτι καὶ Βῆλον Νῖκος τὸν αὐτοῦ π.

l. ά. τεθέντα᾽ *Α. ὠ.* legerem ὅτι καὶ Βῆλος *Νίνον, quod Belus etiam Ninum filium suum* etc. *Agronem appellaverit.* Forsan fuerunt, qui *Ninum* derivant a ניר quod *agrum novalem* notat, et mutata dein liquida pro *Nirum* dictum postea *Ninum* voluerunt: vel, quod verisimilius, ex mala lectione vocis שדי *Schaddai*, Graeci cum *Philone Biblio* fecerint 'Αγρότην vel "Αγρωνα, legerintque שדי quod *agrum* signat; vid. *Seldenum*, de *Diis Syris* Synt. II. c. 3. Kuehn.

'Αγρῶνα] Nescio an *Nino* alibi etiam hoc nomine filius. *Athen.* eo et *Semiramide* genitum *Ninyam* refert inter reges Asiae praecipue περὶ τρυφὴν σπουδάσαι, libro duodecimo, fol. 528. Libro autem x, fol. 440. *Agronem* ("Αγρωνα) Illyr. quendam regem fuisse πολυπότην etc. Seb.

13.

ὅσα ἀπὸ χώρας] Idem titulus in MS. qui vulgo. Iung.

καὶ κήπων.] Hic abest a C. A. sequitur autem post, ut indicabo. Kuehn.

χώρας] In *Labbaei* Codice adnotata sunt haec; χώρα *locus proprie.* γέγονε χώρα Φιλίππῳ, *Zosimus* 654. *Leunclavius vertit,* apertae sunt fores Ph. *nos ex Orat. pro Muraena* campum habuit. *idem* 637. *ait* εὐρυχωρίαν ἔχων *pro eodem; havenus elbone rome,* Iungerm.

χῶρος ἱερὸς] MS. ἱερός, καὶ χωρ. Iung.

χωρίτης] *Xenophon* Hellen. III. fol. 492. Seb.

* χωρητικὸν πρ.] *Henr. Stephan.* leg. χωριτικὸν et mox χωριτικῶς· quorum illud apud *Plutarch.* in *Pericle* fol. 125. hoc apud *Xenoph.* IV. de Instit. *Cyri* fol. 110. Seb.

* χωρητικὸν πρ.] C. V. χωριτικὸν χωρίτις λεώς, *populus rusticus.* In *Gl.* χωρικὸς *rusticus, agrestis*, malim χωρίτης λ. *plebs rustica*, opposita *urbanae*, Kuehn.

* χωρητικὸν πρ.] MS. χωριτικόν. Et sic pro vulgato emenda, ut dudum iussit et *H. Stephanus* in Thes. sublato asterisco. sic et mox MS. habet, χωριτικῶς ἐβίω· omissis καὶ χωρικὸν καὶ χωρικὸς ἐν βίῳ· viri docti considerabunt, certe χωριτικῶς omnino scribendum est, ut etiam in Thesauro suo *H. Stephanus* monuit; et χωριτικῶς ἐβίω, videtur ex aliquo auctore ita desumptum, prae quo ἐν βίῳ vulgatum mihi sordet, illudque *Budaeum* sequuti possumus interpretari, *rustice et duriter vivebat*, quisquis sane ille fuerit. Alias eo adverbio quoque utitur *Xenophon* de Persis duro victu et agresti assuetis. *Cyrus* apud eum libr. IV. Παιδείας· καὶ γὰρ μάλα πως ἡμεῖς οὐκ ἐν χλιδῇ τεθρύμμεθα, ἀλλὰ χωριτικῶς. Iung.

* χωρητικὸν πρᾶγμα, etc.] Deletis editionis *Seberianae*

stellulis in textu praeeunte *Kuehnio* emendavi χωριτικὸν et χωριτικῶς· tum *Kuehnius* pro χωριτικὸς ἐν βίῳ reponit χωριτικῶς ἐβίω· quin potius auctoritatem Codicis *Vossiani* sequimur, cuius lectionis ope facile locum in integrum restituimus. erat vulgo * χωρητικῶς, καὶ χωρικὸν, καὶ χωρικὸς ἐν βίῳ· vitiato deformi transpositione loco. In *Glossis* χωρικὸς, *rusticus*, *agrestis*. et apud *Hesychium* Χωρίτης, quod apud *Nostrum* praecessit, χωρίτης λεώς, *populus agrestis*, *ruricola*, ἀγρώτης, ἀγροῖκος, ἄλλοι τὸν ὁδηγόν· scilicet qui locorum habet notitiam, qua omnino viae ducibus est opus: et apud *Etymologum* χωρίτης, γεωργὸς παρὰ τὸ χωρίον· hinc utique χωριτικῶς βιοῦν, *vivere tanquam in rure esses*, quod de rustica simplicitate intelligas licet: possis quoque de incomptis moribus.

* χωρητικῶς] C. V. κ. χωριτικῶς, *rusticanum in morem*. C. A. χωρητικῶς ἐννοίῳ pro ἐν βίῳ omissis interiectis. C. V. ἐβίω· ut χωριτικῶς ἐβίω sit, *vivebat vitam simplicem*, ut ruricolae solent, quae lectio aliis praeferenda. vulgata, χωρικὸν ἐν βίῳ, notat eum, qui vivit secundum χώρας τρόπους. Kuehn.

χωρικὸν, καὶ χωρικὸς] Id mendi suspicione liberari potest adverbio χωρικῶς, quod apud *Syn.* in epist. quamvis apud eundem alicubi et χωριτικῶς. *H. Stephanus.* Seb.

καὶ κατὰ χ. ἐμ.] C. A. κατὰ χ. ἐ. (*domi mansit*) φιλοχωρεῖν, φιλοχωρία, χωροφιλεῖν, καὶ ἐπιχώριος, ἐγχώριος, πρόσχωρος, χωρίζειν, ἐκχωρεῖν, συγχωρεῖν, καὶ πανθ' ὅσα τοιαῦτα· hactenus C. A. Kuehn.

τοιαῦτα τῇ χ.] τοιαῦτα, τῇ χ. κ. MS, ita distinguit planius. Iungerm.

ἀπὸ δὲ κήπων] Hic est titulus, ὅσα ἀπὸ κήπων in C. A. ubi copulae iterum nullae apparent. Kuehn.

κηπουρεῖν] Mendose MS. κηπουῤῥεῖν. Iung.

κηπαία θ.] Ianua quae ducit per hortum, uno verbo, *posticum*, quae ianua opponitur τῇ αὐλαίᾳ, quae ducit in viam publicam, *ianua vestibularii*. Kuehn.

κῆπος] Supra 11, 29. Iung.

κῆπος, ἡ κουρά.] Id tonsurae genus apud Persas obtinuisse, praecipue inter molliores, *Hesychius* docet, cuius haec pono verba: Κῆπος, εἶδος κουρᾶς παρὰ Πέρσαις, ἣν οἱ θρυπτόμενοι ἐκείροντο ὡς ἐπὶ πᾶν ἐν μιᾷ μαχαίρᾳ· vide eum quoque in μιᾷ μαχαίρᾳ, ubi τὴν λεγομένην κῆπον κουρὰν mutari in κηποκουρὰν nolim. Hanc autem tonsuram luxuriantes nimium crines compescuisse putem, ut totum capillitium horti instar

floruerit; et facile colligas ita se rem habuisse, quod *σκάφιον* et *κῆπος* opponantur; quippe *σκάφιον* erat *κουρὰ περιτρόχαλος*, quae capillos ad cutem demebat circa totum caput, et ad verticem usque rotundabat; eaque tonsurae ratio in quibusdam monachis conspicitur hodieque: cui itaque contraria *κῆπος*, docente *Scholiaste Aristophanis* ad Av. pag. 579. indecore promissas tantum comas accidebat, praecipua vero antiarum, ac qui in frontem dependebant crinium cura, qua de causa dictus *Scholiasta*: *ὁ δὲ κῆπος τὸ πρὸ μετώπου κακοσμῆσθαι.* Sed super *Hesychii* loco dicam quae mihi venerunt aliquando in mentem: *Κῆπος, παράδεισος ἢ εἶδος κουρᾶς παρὰ Πέρσαις* etc. levi verborum transpositione peccatum putem, et scribam itaque: *Κῆπος, παράδεισος παρὰ Πέρσαις* etc. arbitrium esto lectoris.

βαρβαρικὸν etc.] *Moschopulus* quidem: *δεῖσα, ἡ ὑγρασία· ἐξ οὗ παράδεισος*, de ration. examin. orat. pag. 80. similiterque *Suid.* et *Etymolog.* Verum *Pollux* rectius peregrinum id nomen esse dicit. Nam Chaldaeis ac Persis פַּרְדֵּס est nemus aut hortus deliciarum gratia instructus, unde Asaphus שֹׁמֵר הַפַּרְדֵּס custos Paradisi aut nemoris regii appellatur *Nehem.* 11, 8. Eaque vox oritur ex duabus Hebraicis: פָּרַח *fertilis fuit, fructum protulit*, et הֲדַס: id est, *myrtus.* vide *Ioachim. Zehneri* similit. sacras pag. 5. Seb.

βαρβαρικὸν etc.] C. A. non habet quae sequuntur usque ad finem capitis. פַּרְדֵּס vocabulum ex sacris literis notum est. Kuehn.

βαρβαρικὸν etc.] Vid. *Brisson.* lib. 1. de reg. Pers. ubi taxat eos qui cum *Suida* Graecanicam huius vocis originem arcessunt. Iung.

βαρβαρικὸν etc.] Persicam vocem veterum plerique adfirmant, et facete omnino nugantur, qui ex lingua Graeca petendam eius originem statuunt, aut ex Hebraica. nam certe aut ex Persica lingua eius incunabula sunt ducenda, in qua quidem ipsa vox hodie, quantum quidem memini, non extat, aut ex Armenica, in qua alia affinium literarum et pronunciationis vox *delicias* ac *laetitiam* denotat. remanet ista vox in lingua Chaldaica, Syriaca et Arabica: et testantur Arabes *Lexicographi*, vocem designare hortum omnibus deliciis, plantarum praecipue ac arborum amoenitate adfluentem, qua quidem in re cum Graecis apprime conveniunt, qui ut plurimum hac in notione ista voce utuntur. quin etiam Persae, a quibus id vocabuli ad Graecos fluxit, arbores ac hortos colendi studia aluerunt, quod ex haud obscuris antiquitatis testimoniis constat, neque qui periti fuerint in historia anti-

qua ignorabunt. Si vero plures ex veteribus congestos de paradisis locos legere iuverit, adi *Brissonium* de Regn. *Persarum* pag. 52. ubi et *Pollucis* nostri adducit locum. Erudite quidem, quod adiicio, *Onomasticographus* noster plures in linguam Graecam e Persia devenisse voces fatetur, quod sunt in Grammaticis qui pertinaciter negant, sed inepte re vera.

καὶ κατὰ συνήθ.] κατὰ σ. MS. sine praecedenti καὶ, quod nihil hic agit sane, et bene deleatur. Iung.

14.

περὶ προαστείων] C. A. περὶ μερῶν τῶν ἔξω πόλεων. Kuehn.

προπόλεων] In titulo MS. pro προπόλεων, saltem πόλεων habet. Et προπόλεων firmat mox segm. sequ. *Pollux* vulgatus quidem: non et MS. ut ibi dicam. Iung.

ἐστὶν] Abest a C. A. mox etiam absunt λέγοις ἄν. Kuehn.

διεῤῥιμμένην] C. V. male διεῤῥημένην. dein C. A. non habet διεσπασμένην usque ad πολυγενῆ. Kuehn.

διεῤῥιμμένην] MS. διεῤῥημένην· et desunt deinde διεσπ. ἐ. δ. ἐ. πολυγενῆ. Iung.

ἄκριτον] Abest a C. A. una cum θορύβου etc. Kuehn.

ἄκριτον] Deest in MS. ἄκριτον· et statim desunt θορύβου πλέαν, ἀπολ. ἀκοσ. πάμφ. Sed ἠρανισμένην fuerit *collectitiam*; simili modo usus *Agathias* libr. II. de Persarum superstitionibus et νομίμοις· ὧδέ πως ἄρα αὐτοῖς ἡ δόξα ἐκ πλείστων ὅσων ἐθνῶν ἠρανισμένη, ὡς ποικιλώτατα ξύγκειται. Iung.

ξένου λεὼ μ.] Desunt ξένου λ. μ. πολύξ. ad ἀλλοδημίας usque in MS. Iung.

ξενίζουσαν] *Interpr. hospitalem*, quod nequaquam sapit ullum vituperium. malim intelligere de lingua urbis promiscua plebi inhabitatae, quae non pura, sed peregrinitatis plena solet esse. *Demosthen.* contra *Eubulidem* διαβεβλήκασί μου

τὸν πατέρα ὡς ἐξένισε, *quod lingua eius peregrinum quid naret*. caeterum C. A. non habet a *ξένου λεώ μ*. etc. KUEH

ξενίζουσαν] Itaque de linguae vitio cum *Kuehnio* capimus hic *ξενίζουσαν πόλιν*· non certe licet; prohibent eni et quae praeeunt, et quae sequuntur; neque vero, praepue si ratione subiecti *ξενίζουσα πόλις* intelligatur, mag laudi fuerit urbi *ξενίζουσαν* dici, quam *ξένου λεώ μεστὴν* a *πολύξενον*. Haec autem epitheta iure suo sibi Athen vindicant, quippe quae advenis ac hospitibus scatueri semper, uti non tantum ex profana sed et Nov. Test. sac constat historia.

ὑπόπλεων] MS. *ὑπόπλεον*. IUNG.

ἐπεισάκτου τροφ. δ.] MS. *ἐπισάκτου τρ. δ.* IUNG.

22.

οὐκ ἀρκοῦσαν] Et haec non comparent in C. A. usqu ad *τρέφει*, nec *τὰ ὅμοια* paulo post. KUEHN.

οὐκ ἀρκοῦσαν] Desunt in MS. *οὐκ ἀρκοῦσαν*, et ill quae sequuntur. et statim additur, *ἣν ἐμπ*. etc. IUNG.

εἰσαγωγισμῶν σιτίων] Leg. *εἰσαγωγίμων σιτίων*· ita e *Salm*. *alimentis unde unde subvehendis*. postea *ἐπεισάκτω τροφῶν*. contra *Thucyd*. lib. VI. *σίτῳ οἰκείῳ οὐκ ἐπακτῷ χρῶν ται* de *Syracusanis*. Athenienses autem frumento aliund importando maxime opus habebant, ut notum ex *Demosthen* et aliis. KUEHN.

εἰσαγωγισμῶν σιτίων] Sed vulgata ista *εἰσαγωγισμῶ σιτίων*, *ἐπεισάκτων τροφέων*, mihi nemo persuadebit san esse: erunt vero, si mecum emendabis, *εἰσαγωγίμων σιτίων ἐπεισάκτων τροφῶν*. *Plato* II. de Rep. *ἀλλὰ μὴν κατοικίσα γε αὐτὴν τὴν πόλιν εἰς τοσοῦτον τόπον οὗ ἐπεισαγωγίμων μ δεήσεται, σχεδόν τι ἀδύνατον*· et de *εἰσαγωγίμων* neminem dubitaturum scio. quod ad *τροφῶν* tamen, si quis *τροφέων* vult retinere, et altores ipsos intelligat, quique alimenta praebent, nolim reniti nimis. IUNG.

εἰσαγωγισμῶν σιτίων, *ἐπ. τροφέων*] Ita vulgo, sed importune: emendavi locum ad *Kuehnii* mentem. De Atheniensibus *Theophilus* libr. I. Instit. tit. 2. *ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις ἐκέχρητο ἐπεισάκτῳ σίτῳ, οἷα λεπτόγεως οὖσα*· eaque de causa, ut largiorem frumenti haberent advectionem, immunitatem concesserunt *σιτεμπόροις*.

εἴποις ἂν] Abest *ἂν* a C. A. KUEHN.

εὔεφορον] MSSti *εὐέφοδον*, *facile invadendam*, *irrumpendam*. KUEHN.

εὐέφορον] Pro εὐέφορον MS. longe elegantius εὐέφοδον, prae quo vulgatum facile abiiciam. notum ἔφοδος de hostili accessione. inde civitas εὐέφοδος, ad quam hostis facilis aditus patet, plana via. supra 1, 172. εὐπρόσοδον χωρίον dixit pari significatu. Iung.

εὐέφορον] Cum *Kuehnio* in textu restitui εὐέφοδον.

εἵλη.] MS. εἵλοι. Seb.

εἵλη.] MS. εἵλοι· quod magis placet. Iung.

εἵποις] Deest in MS. εἵποις. Iung.

δύσμικτος. etc.] Hic est in MS. δύσμικτος ἐρεῖς, δύσοδος. omissaque iterum ἄτριβής, ἀπρόσμ. usque ad θηρίων μᾶλλον etc. nisi quod MS. dumtaxat ἄναντις vitiose habet, et tum deest φάραγξ. Iung.

δύσοδος] In C. A. sequitur ἀνάντης θηρίων μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων πόλις αἰγίβοτος ἢ ἀστυκὴ δυσχείμωνος δύσθερος· ἐπαινῶν δὲ ἐρεῖς εὐανδρουμένην ἀκμάζουσαν εὐθυνοῦσαν (C. V. εὐθηνοῦσαν) καὶ ψέγων δέ, φλεγμαίνουσαν ὀδυνηρὰν ὀχλώδη θ. α. β. φορτικὴ ὀλιγάνθρωπον ἔρημον οἰκητόρων ἀοίκητον κενὴν ἀπάνθρωπον· ita C. A. omnibus omissis, quae inseruntur. *Salm.* etiam εὐθηνοῦσαν et εὐθηνουμένην. Kuehn.

23.

ἀστυκή.] MS. ἀστικὴ. Seb.

ἀστυκή.] MS. noster et *Seberi* per ι, ἀστικὴ· ut et segm. 17. Iung.

δύσχερος χειμ. ὑπὸ τῶν νιφ.] In MS. desunt δύσχερος χειμῶνος ὑπὸ τῶν νιφετῶν. Et quid est δύσχερος? an legendum, δυσχερὴς χειμ. etc.? *H. Stephanus* hic iterum adscribens ad librum suum: δυσάερος, *Strabo de Cauno*: *quod non debuit omitti*; facit ut quis suspicetur fortean et pro illo δύσχερος, δυσάερος posse scribi. Iung.

δύσχερος χειμῶνος etc.] Adscripsit ad oram sui Codicis *Kuehnius f.* δυσχερὴς ὑπὸ χειμ. et quid hic, ubi nos destituunt ope sua MSS., agamus? Codex tamen *Falckenburgii* una alterave voce textum habet locupletiorem. post νιφετῶν nimirum, θέρους, ἄσκιος· et hinc patet voluisse *Pollucem*, quae prius iunctis vocibus, δυσχείμερος, δύσθερος, dixerat, separatis tum exprimere. itaque sine omni dubio textus ita et emendandus et supplendus est: δυσχερὴς ὑπὸ χειμῶνος, τῶν νιφετῶν, θέρους, ἄσκιος etc. et recte ἄσκιος: ubi enim sole fervente aestus umbra leniri nequit, incommodae rei haud parum est.

εὐθύνουσαν] MS. εὐθηνοῦσαν· omisso καὶ εὐθυνουμένην. Et tu scribe utrumque ita: εὐθηνοῦσαν καὶ εὐθηνουμένην.

Elegantiss. et amoeniss. *Eustathius* in nondum edita fabella Hysminae, ab initio statim libr. I. πόλις Εὐρύκωμις, καὶ τἄλλα μὲν ἀγαθὴ, ὅτι καὶ θαλάσσῃ στεφανοῦται, καὶ ποταμοῖς καταῤῥεῖται, καὶ λειμῶσι κομᾷ, καὶ τρυφαῖς εὐθηνεῖται παντοδαπαῖς· εὐθύνειν vero et εὐθύνεσθαι longe aliud est. Iung.

εὐθύνουσαν] Cum *Kuehnio* emendavi εὐθηνουμένην et εὐθηνοῦσαν. *Iulianus Misop.* εὐθηνουμένης τῆς πόλεως, et εὐθηνία est apud *Etymol.*

κἂν ψέγῃς] Et segm. 24. MS. ψέγων δέ. Seb.

κἂν ψέγῃς] Pro κἂν ψ. etc. MS. ψέγων δὲ, φλεγμ. καὶ ὀχλ. καὶ ὀχλ. καὶ θλιβωμένην, καὶ ἀχλ. καὶ βαρεῖαν. Post hanc vocem quae sequuntur desunt omnia, usque ad segm. 57. ubi cum κοῦντας καὶ προσ. iterum MS. mala manu pessime multatus. Frustra itaque in sequentibus aliquot paginis MS. opem desiderabimus. Ceterum ψέγων δὲ quoque in suo MS. ait esse *Seberus*, ut et segm. seq. sed ad vulgata nostra. Iung.

πολυπράγμονα.] Ad πολυπράγμονα *H. Stephanus* adscripsit, *ut Lutetia.* Iung.

πολυπράγμονα.] Huic ἀπράγμων mox respondet, et ἐν σχολῇ, ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ ἄλυπος· talisque civitas describitur eleganter in sacris literis *Iudicum* XVIII. v. 7. עם יושבת לבטח שוקט ובוטח.

πλέα] Pro πλέα mallem legere πλέαν, casu eodem quo priora. fuit vero eadem phrasis et antea segm. 21. a *Polluce* posita. Sed ita tamen mox et ταραχώδη foret scribendum. Non itaque forte sollicitare quid opus absque libris scriptis. Iung.

24.

φορτικὴν] Si omnia hic integra et recta in *Polluce*, ὀλιγάνθρωπος tam cavillo quam encomio aptum erit; nec enim antea paulo superius vituperio datum id vocabulum, ubi etiam φορτικὴν sed cum προσθήκῃ, nempe διὰ πλῆθους habes de *turbulenta civitate* et *iniucunda.* de vulgatis codicibus tamen me non raro dubitare cogit, quod aliis locis tot menda MS. noster, ubi non deficit, prodit, ubi suspicaris et ubi non suspicaris etiam. Iung.

ἀπάνθρωπον] Nota ἀπάνθρωπον, ut et *Lucianum* usum adnotant, dicentem: Ἔρημος καὶ ἀπάνθρωπος ἡ γῆ· alias infra segm. sequ. alia significatione poni vides, ut scilicet opponitur τῇ φιλανθρώπῳ. Pro deserta, et ubi homines non versantur, videtur et supra interpretandum III, 96. ubi ei mox opponitur πολυάνθρωπος. Iung.

ὁμοίως δὲ μικρὰν] C. A. μικρὰν δὲ ἐπαινῶν ἐρεῖς ἀρκοῦσαν etc. οὐχ' ὑπέρογκον εὐδίαιτον etc. praemittitur autem hic titulus: ἔπαινος μικρᾶς πόλεως· abest autem καὶ τὰ ὅμοια. Kuehn.

εἰ δὲ ψέγοις] C. A. ψέγων μικρὰν πόλιν ἐρεῖς στενὴν βραχεῖαν πολισμάτιον πολίχνην π. κ. καὶ πολλὰ ἄλλα. καὶ ὁ μὲν μεγάλης πόλεως π. μεγαλοπολίτης, ὁ δὲ μικρᾶς μ. ὁ δὲ νέας νεαπολίτης, νέοικος· haec extant in fine capitis in C. A. omissis interiectis. *Thucyd.* libr. III. novos colonos urbis restauratae vocat νεοκαταστάτους. Kuehn.

ταλαίπωρον.] Potius post ταλαίπωρον, punctum ponam, quod sequentia casu recto addantur. Iung.

κώμη, καὶ π. ἄ. * Ἂν etc.] Locus in vulgatis quoque a distinctione non valet: tu mecum ita reconcinna sis: κώμη. Καὶ πολλὰ ἄλλα ἂν μὲν εὕροις etc. Iung.

κώμη, καὶ πολλὰ ἄλλα. * Ἂν μὲν etc.] Ita fuit ante nos vulgo, sed inepte. optime distinxit locum, ac a vitio liberavit *Iungermannus* noster, quem in emendando textu sequuti sumus omnino. suadet utique ipsius Graecae linguae genius; quis enim sermonem incipiat ita: ἂν μὲν εὕροις? et tamen C. A. ista καὶ πολλὰ ἄλλα praecedentibus quoque subiicere, non sequentibus adnectere liquet; neque vero ea de causa minus censeamus certam *Iungermanni* emendationem.

25.

εὐξενόπολιν] Quis hoc umquam dixit? ne quidem in comoedia hoc fictum reor. Non dubito emendare: εὔξενον πόλιν· perspicue enim *Pollux* ut τῇ φιλανθρώπῳ τὴν ἀπάνθρωπον versu sequenti, ita τῇ εὐξένῳ τὴν ἄξενον opponit. Et *Noster* ipse firmat quae dixi; ait enim, licet non de urbibus talia haec supra exposuerit, tamen de hominibus exposuisse: unde ad urbes transferri liceat. sic supra de laude domini convivii habes idem ipsum εὔξενος VI, 27. et ibidem εὐδίαιτος. Iung.

εὐξενόπολιν] *Kuehnius* hic modo pro τὴν reposuerat τὸν, et mox quoque τὸν ἀπάνθρ. putans nimirum haec de homine dici a *Polluce*, quae urbibus possint applicari, non vero de ipsis urbibus. qua quidem in re eum si falli dixero, haud absque causa fuerit: neque dissentiet a nobis, qui diligentius inspexerit locum. Tum praeterea εὔξενον restituit deleta voce πόλιν· et in hac quoque re *Iungermannum* potius sequar, quam *Kuehnium* nostrum. habes itaque in textu prout ille legit, εὔξενον πόλιν.

ἄξενον, εἰ γὰρ καὶ etc.] Distingue *ἄξενον· εἰ γὰρ* etc. IUNGERM.

χωρίων] Quae supra tradidit peculiari capite 18. lib. V. IUNGERM.

προσεκτέον] Nihil temere mutare velim: vide tamen an potiùs *προσακτέον* legere debeamus. IUNG.

προσεκτέον] In textum dedit *Küehnius προσακτέον·* bene et firmant quae praecessere modo: *χρῆσιν ἄγειν ἐπὶ τὰς πόλεις*

μικροπολίτης.] *H. Stephanus* adnotavit in suo Codice apud *Aeschinem* Orat. *περὶ παραπρ.* aut *κατὰ Κτησιφ.* id extare. In Thesauro suo tamen ei auctorem *Aristophanem* nominat. Sed *τὸ μικροπολιτικὸν* dixisse *Aristophanem*, ait noster. Alterum vero *Aeschinem* habet auctorem; ait enim Orator in ea *περὶ παραπρεσβείας· τοὺς γὰρ μικροπολίτας, ὥσπερ αὐτοὺς, φοβεῖν τὰ τῶν μειζόνων ἀπόῤῥητα·* vel *Xenophontem* qui lib. II. *Ἑλληνικ.* de Atheniensibus victis, sibi male conscii, qui ante non puniendi studio ob illatam iniuriam *ἀλλὰ διὰ τὴν ὕβριν ἠδίκουν ἀνθρώπους μικροπολίτας.* IUNG.

26.

νέας] *Sub. πόλεως· H. Stephanus* hic. IUNG.

Πλάτωνα] Supra non *νεαπολ.* sed *νεοπολῖται* ex *Platone* adferuntur III, 56. IUNG.

νέοικος] Sequitur in C. A. *πολιτεία πολιτοκοπεῖν καὶ πολιτοκοπία* (*civium ambire favorem, popularis aurae captatio*) *πολιτικὴ σ. πολι. ἀ. πολιεῖς θεοὶ πολιοῦχοι φιλόπολις τι ἦθος καὶ πολλὰ τοιαῦτα.* KUEHN.

χρυσογένει] Leg. *χρυσῷ γένει*, quod placuit et *Salmasio* KUEHN.

χρυσογένει] De hac fabula *Casaubonus* noster IX. *Athen.* 17. Mox autem suspectum mihi vox *πόλις·* nescio enim an *Pollux* dixerit a *πόλεως* nomen esse *πόλις·* fuerit itaque, forte aliud, quod coniectari licet. ubi si et mihi ius, *πολιὰς* pro illo *πόλις* forte fuisse, illud *Atticae Minervae* frequentiss nomen, a *Polluce* scriptum forte censeo. Sane mox et *πολιεῖς* et *πολιούχους* quoque ponit, ut nec *τὴν πολιάδα* omisisse valde credibile sit. Pariter vero statim quaerendum reor de *πολιτοκοπεῖν·* an viri docti id delendum hic censeant quum infra mox suum legitimum *στίχον* obtinere videatur supra vero III, 56. et *πολιτογραφεῖν* habuimus. IUNG.

χρυσογένει] Non sic certe solent citare Grammatici hanc fabulam, sed vocibus divisis: *Χρυσῷ γένει·* et ita est apud *Athenaeum* et *Scholiast. Aristoph.* ad *Aves*, aliosque plures et vero, dum hoc agimus, corruptum quoque in huius fabu-

hac titulo *Etymologum* admoneamus, in voce scilicet *ἀκόπατος*. *Εὔπολις Χρυσογενείᾳ*. *Τί γάρ ἐστ' ἐκεῖνο; ἀποπάτημ' ἀλώπεκος*· rescribe *Χρυσῷ γένει*, sicuti et in *Polluce* nostro, emendaverat *Kuehnius*. Modo autem vocabulum *νέοικος* ex *'Επιχάρμου 'Αρπαγαῖς* adduxit *Noster*, quarum et *Etymologus* meminit in *πέποσχε*· *ἐν 'Αρπαγαῖς*, inquit, *'Επιχάρμου, 'Α δὲ Σικελία πέποσχε*. quae quidem verba istius comoediae praecipuam continere videntur nobis hypothesin.

Σανυρίων] *Σαννυρίων*· ut infra X, 185. vid. *Casaub.* in *Athen.* lib. VII, c. 9. Seb.

Σανυρίων] *Σαννυρίων* *Salmasius*. Kuehn.

Σανυρίων] Scribe *Σαννυρίων*, ut et *Seberus* noster indicavit; ut et de *Risu* eius te videre posse τὸν πάνυ *Casaubonum* VII. *Athen.* 9. Iung.

Σαννυρίων Γέλωτι.] *ἐν* interserit *Kuehnius*: sed hac adtititia vocula careamus facile; nam ita ut hic, simpliciter fabulas non raro laudare amant Grammatici. Sed pro *Σανυρίων* recte idem *Σαννυρίων* emendavit; meminitque huius comoedi alicubi in Variis *Aelianus*, et huius ipsius fabulae *Harpocratio* in vocibus *ναύκληρος* et *πέλανος*.

πολιεῖς] Infra segm. 40. Iung.

πολιεῖς θεοί, καὶ πολιοῦχοι.] *Dii urbium praesides*; nulla enim extitit urbs apud antiquos, quae non suum habuerit Deum, cuius praecipue curae fuerit commissa: cumque prima iacerent urbis fundamenta, quem volebant Deum Deamve praestigiis quibusdam ac mysticis sacrificiis evocatum ad hoc muneris deligabant, eiusque rei sequioris potius aetatis scriptores meminere, ac in primis *Arabes*, qui totam fundandae urbis ad *συναστερισμοὺς* favoremque coelestium siderum historiam enucleant. veteres seu studio, quod ista mysteria, a quibus fortuna pendebat urbis, evulgare nefas ducerent, seu quod re vera ignoraverint, parcius meminere: meminere tamen aliquando, sed uti per nebulam. *Iupiter* autem eximie dictus fuit *πολιεύς*, quippe qui generali urbium tutela defungeretur. est apud *Aristidem*, *Stephanum* in *πόλις*, et *Cornutum* quoque cap. 9. de Nat. Deorum, sed in hoc quidem corrupte, *πολυέα* pro *πολιέα*. *Πολιούχους* Deos nominat *Marinus* de *Vita Procli*, et *Byzantii* quidem *Minervam*, *Xanthi* vero *Lydiae* urbis *Apollinem* fuisse *πολιούχους* docet. *'Αθηνᾶς πολιάτιδος* a *Tegeatis* cultae mentionem facit *Pausanias* lib. VIII. c. 47. et in *Equitibus Aristoph.* *ὦ πολιοῦχε Παλλάς*. vid. *Schol.*

φιλόπολις] Est ea vox etiam libr. VI. *Συγγραφῆς* in Oratione *Alcibiadis*. vide tamen ne sit legendum *καὶ φιλόπολι τὸ ἦθος*· vel auctius, *φιλόπολις καὶ φιλόπολι* etc. certe ita et in eadem Oratione *Alcibiadis* bis *φιλόπολις*. supra III, 65. *καὶ ἦθος φιλόπολι*· et hoc ipsum ex Oratione *Alcibiadis* exstat: *τό τε φιλόπολι, οὐκ ἐν ᾧ ἀδικοῦμαι ἐγὼ, ἀλλ' ἐν ᾧ ἀσφαλῶς ἐπολιτεύθην*. Sed nil mutandum. respexit *Noster* ad illa in Oratione *Periclis* ad *Athenienses* libr. II. *Συγγραφ. ὡς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων*. IUNG.

27.

τὸν δὲ ἀ. etc.] C. A. *τῶν δὲ ἀστῶν Εὔπολις ἐν Εὔπολις*. C. V. *Ἔμπολις*, quod melius, uti patet ex eo, quod sequitur *ἐγχώριος*. KUEHN.

τὸν δὲ ἀστὸν etc.] *Εὔπολιν* legebatur vulgo, pro quo *Kuehnius* *Ἔμπολιν*· et recte: sic igitur textus habet. Ita quoque emendandum hunc locum in notulis quibusdam, quas habeo MSS. ad *Hesychii* marginem viderat *Berkelius*. *Hesychii* haec sunt verba: *Ἔμπολις, ὁ πατρίδα ἔχων*· addit *Berkelius*: *Haec vox desumpta est ex* Eupolidis Dyade: Pollux *lib. IX. c. 4. Τὸν δὲ ἀστὸν Εὔπολις ἐν τῇ Δυάδι εὔπολιν* (*l. Ἔμπολιν*) *εἴρηκεν*. Sed de *Eupolidis Dyade* non venit in mentem et *Kuehnius* ad oram Codicis sui: *f. Δηλιάσι* notavit. non mutavi tamen, quia quod praestet, non occurrat aliud. [Eandem emendationem loci *Meursius* adnotavit in *Attica Bibliotheca* lib. II. ubi etiam fabulae *Dyadis* ex solo meminit *Polluce*. *Ex Addendis*.]

Δυάδι] *τῇ Δυάδι* omisit C. A. quia corruptum erat forte *ἐν Δηλιάσι*. KUEHN.

Δυάδι] Sic et ego scribendum putavi: antea enim *Διάδ.* vulgabant. IUNG.

οἷον ἐγχώριον. etc.] MS. *ἐγχώριον, καὶ ἐντόπιον*· *ἢ δ* SEBERUS.

οἷον ἐγχώριον. etc.] MS. *Seberi* nostri, ut ipse indicat *ἐγχώριον καὶ ἐντόπιον*. Hinc restituendum puto: *οἷον ἐγχώριον, εἴποι δ' ἄν τις οἶμαι καὶ τὸν ἐντόπιον, Πλ.* velut *ἐγχώριον* pari ratione scilicet quem *ἐντόπιον* quoque dicere posse, *Platonis* quoque auctoritate, qui in *Phaedro*, ibi enim locus est, dixit: *αἰτιῶμαι τοὺς ἐντοπίους θεούς*. IUNG.

τῶν ἐντοπίων] C. V. *τὸν ἐντόπιον*. C. A. haec non habet. *Platonis* locus extat in *Phaedro*, ubi *Socrates* ait, *αἰτιῶμαι τοὺς ἐντοπίους θεούς*· *Diis loci praesidibus causam adscribo*. KUEHN.

προσοικοῦσα] C. A. οἰκοῦσα, sed vulgatum malim. quid Ἀμφίπολις dabit *Thucyd.* lib. IV. ubi agit de Amphipoli p. 320. Kuehn.

Ἀμφίπολις.] Credo respexisse ad locum *Thucydidis* lib. IV. Συγγραφῆς· ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφίπολιν Ἄγνων ὠνόμασεν, ὅτι ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τοῦ Στρυμόνος, διὰ τὸ περιέχειν αὐτὴν, τείχει μακρῷ ἀπολαβὼν ἐκ ποταμοῦ εἰς ποταμὸν, περιφανῆ ἐς θάλασσάν τε καὶ τὴν ἤπειρον ᾤκισεν. Certe eum respexit ὁ ἐθνικογράφος in Ἀμφίπολις: ubi ait κεκλῆσθαι Ἀμφίπολιν, διὰ τὴν περιῤῥοίαν τοῦ Στρυμόνος, ὡς Θουκυδίδης τετάρτῃ. Iung.

καὶ ἡ πολλὰς etc.] An καὶ γῆ πολλὰς? Sed potest et subintelligi illud γῆ, absque libris indictum velim, et quid temere dictum. nondum tamen rem factam habemus forte; et cur enim additur χώρας, et non πολύχωρος etiam? an itaque legendum: καὶ ἡ πολλὰς ἔχουσα πόλεις χώρα πολύπολις? Iungerm.

καὶ ἡ πολλὰς ἔχ. π. καὶ χ. etc.] Illa quidem posterior *Iungermanni* coniectura ita me iudice est indubia, ut restituendo textui sufficiat: et profecto tam felix est et coniecturae certus *Iungermannus* noster, ut fallat perraro. vulgatam vero lectionem quis erit qui intelligat?

πέρα γὰρ τοῦ δ.] Absunt hi duo versus a C. A. οἰκουμένη, *orbis terrarum*. Kuehn.

τοῖς γὰρ ποιηταῖς] Γρ. οὐ γὰρ προσεκτέον ταῖς ποιητικαῖς ῥήσεσιν, ὅταν Εὐριπίδης etc. haec ex observationibus *Schotti* nostri. Iung.

καὶ τὰς κώμας] C. A. καὶ τὰς πόλεις κώμας λέγουσιν, οὐ προσεκτέον. testimonia *Euripidis* desunt in C. A. forte pro κώμας legendum χώρας, Euboea enim et Peloponnesus regiones sunt, non vici. *Salmas.* pro κώμας leg. νήσους. Quae regiones et insulae poëtis dicantur πόλεις *Strab.* lib. VIII. et *Harpocr.* in Κεῖος docent. Kuehn.

καὶ τὰς κώμας etc.] χώρας ad libri sui marginem notarat *Kuehnius*: maluit tamen νήσους Cl. *Salmasius*, et id quoque praetulerim, si quid fuerit mutandum. sed fluctuamus in hisce MSS. ope destituti: locum tamen integrum esse ac omni sua parte perfectum, haud facile mihi persuaderi patiar. simile quid isti, quod ponam, deesse putem: τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις οὐ προσεκτέον· ὥσπερ οὖν καὶ τὰς νήσους· (sc. λέγουσι πόλεις, οὐ προσεκτέον, quae ex prioribus repetenda) ὡς παρ' Εὐριπίδῃ etc. vel etiam: καὶ γὰρ οὐ καὶ τὰς νήσους etc. adeo ut *Pollux* duplicem vocabuli

πόλις notaverit καταχρηστικῶς, aut cum a Poëtis sumitur pro vico, aut cum pro insula. haec itaque si intexserueris, plana fuerint omnia ac expedita: et vero ipsa loci sequela tale supplementum poscere sibi videtur, siquidem τοῖς γὰρ ποιηταῖς perspicue praecedentibus sit connectendum; et sequentia, nisi, quo feci modo, suppleveris, nihil habent ad quod pertinere possint. Torsit quoque hic locus, ac sollicitum habuit πολυμαθέστατον *Is. Vossium* ad *Scylacis* Peripl. p. 92. *Sed nequeo*, ipsius sunt verba, quae, cum *Pollucis* posuisset locum, subiicit, *satis mirari, quod, cum* Pollux *hoc loco inquiat* κώμας *a Poëtis quibusdam urbes vocari, statim in testimonium istius rei subdat hos* Euripidis *versus* etc. *At quis unquam Euboeam et Peloponnesum* κώμην *dixit? certe nemo.* Alias dicto loco vir eruditissimus affatim docet de usu πόλεως, cum pro tota intelligitur insula, et addam *Scylacis* locum, ad quem ista commentatur, utpote qui ad nostrum *Bacchum* faciat: Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος τρίπολις, ἀρχαία πόλις· viden' Rhodum insulam dici ἀρχαίαν πόλιν, prout ab *Euripide Euboea* et *Peloponnesus* dicuntur πόλεις? et alio quoque loco idem *Scylax Pharum* et *Issam* insulas πόλεις Ἑλληνίδας appellat. Est et rarior significatio vocis ἔθνος, cum *provinciales eodem iure utentes* designat: ita occurrit in *Foedere Smyrnensi*; et vide ad eum locum Eruditiss. *Seldenum*.

ὡς παρ'] An legendum προσεκτέον· ὥσπερ Εὐριπ. Iung.

Ἰξίωνι] Citatur hoc drama et a *Stobaeo*. scribe vero Ἰξίονι. Iung.

Ἰξίωνι] Emendandum Ἰξίονι· atque ita haec Tragoedia a *Diogene* in *Protagora* libr. IX. segm. 55. adducitur: καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι τὸν Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι.

Εὔβοια etc.] An rectius ad versum scribamus, Εὔβοι' Ἀθ. Iung.

Τιμενίδαις] Leg. Τημενίδαις. et tum εὐτυχεῖ, quod firmat et *Salmas.* de Temenidarum parricidiis *Pausan.* vide. Kuehn.

Τιμενίδαις] An Τημενίδαις? tres fratres Temeni filii, Τημενίδαι dicti, de quibus *Herodotus* noster in *Urania* cap. 137, 138. Sane apud *Stobaeum* Sermone, qui παρηγορικὰ continet, *Euripides* Τημενίαιν citatur, adhuc alio modo. Inquirent itaque porro viri docti, ut et de versu nos *Euripidis* ipso docebunt, qui nescio an satis emendate vulgo legatur. Priores autem editiones εὐτυχεῖ habent, non ἐντυχεῖ, ut nostras operas mutasse credo. Iung.

Τημενίδαις] Τημενίδαις cum *Kuehnio* in textu restitui: neque aliter ad Codicis sui oram Doctiss. *Canterus*. Mox pro εὐτυχεῖ in edit. *Seber*. typi vitio fuit ἐντυχεῖ. [Non aliter, atque restituimus, apud *Pollucem* legendum existimavit Vir Doctiss. *Ioh. Meursius* in *Euripidis* sui Τημενίδαις· ibique praeterea *Aelianum* profert, et *Stobensem*, apud quos eiusdem sit fabulae mentio. *Ex Addendis*.]

τρία δὲ π. ἐν οἰκ. σχ. etc.] *Tres sunt species urbium quoad habitationis locum, qui est vel continens, vel insula, vel peninsula*. KUEHN.

τρία δὲ π. ἐν οἰκ. σχ. etc.] *H. Stephanus* adnotavit ista, quae supra segm. 17. leguntur, πόλιν δ' ἂν εἴποις, ἠπειρῶτιν, νησιῶτιν, χερσαίαν. IUNG.

τρία δὲ πόλεων etc.] Mox in editionibus ante *Seberum* pro ἤπειρος erat ἤπηρος· *Kuehnius* emaculaverat, et ad oram sui Codicis *Falckenburgius*.

28.

μερῶν.] C. A. addit τῆς πόλεως καὶ τελῶν τῶν τούτοις ἐφεστηκότων. dein textus: μέρη δὲ πόλεως. KUEHN.

μερῶν.] Subiicit *Kuehnius* τῆς πόλεως: bene. sic itaque iam titulus habet.

αἰγιαλὸς] *Littus* ut et ἀκτὴ et ἠϊών. *Interpres* hic frustra fuit cum suis variationibus. KUEHN.

ἠιὼν] ἠιὼν etiam supra fuit I, 99. sed et ἠϊών I, 115. IUNGERM.

ἠιὼν] Cum *Kuehnio* ἠϊὼν in textu emendavi: et sic quoque apud *Nostrum* fuit superius. *Hesych*. Ἠϊὼν, παραθαλάσσιος· Λιμένος στόμα, quod mox est apud *Pollucem*, frequenter occurrit apud *Scylacem* et *Strabonem*.

λιμένος στόμα] C. A. βάθος, μυχὸς, ὅρμος, κρηπὶς, νεώρια, νεώσοικος. C. V. νεώσηκοι. KUEHN.

νεώσοικοι.] E MS. priores editiones νεώσηκοι. SEB.

νεώσοικοι] In editionibus, quae *Seberianam* antecesserunt, νεώσηκοι fuit corrupte. emaculaverat *Kuehnius*: et audi ea de re *Etymologum*: Νεώσοικοι, καταγώγια εἰσὶν ἐπὶ θαλάσσης οἰκοδομημένα πρὸς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν· νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅρων περιβολή. In *Hesychio* male fuit Νεώστοικοι, sed dudum est quod emendarunt eruditi viri. his addas licet *Harpocrationem*, qui aut parvam omnino aut nullam potius statuit differentiam inter νεώρια et νεώσοικοι. in *Glossis* autem Νεώρια, *navalia. navium stationes* appellat *Livius*. νεωσοίκων vero meminit quoque *Thucydides* VII, 35. σταύρους πρὸ

τῶν παλαιῶν νεωσοίκων κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάττῃ. et tum mox: οἱ δὲ Συρακούσιοι ἀπὸ τῶν νεωσοίκων ἔβαλλον.

Ἀριστοφ. ἐν Βαβυλ.] Fuit hoc inter celeberrima dramata Comici, ut docet *Casaubonus* noster III. *Athen.* 10. IUNG.

ναυλόχιον.] C. A. ναυλόχιον καὶ τελώνια, interiectis omissis. KUEHN.

ναυλόχιον] *Falckenburgii* Codex ναυλοχώνιον, sed male procul dubio. *Sophocles* in *Ai. Mastigoph.* v. 460. dixit Ναυλόχους ἕδρας, ad quae ponam, quae non ineruditus habet *Scholiastes*: ναύσταθμον, ἔνθα αἱ νῆες ἵστανται κατὰ λόχον, τουτέστι κατὰ τάξιν. et *Etymol.* Ναύλοχος, ὁ λιμήν· ἐν ᾧ αἱ ναῦς κοιμῶνται· ὅθεν καὶ εὖναι αἱ ἄγκυραι· εὐνάζουσι γὰρ τὴν ναῦν.

Ποσειδίππου] Edit. *Flor.* Ποσιδίπου· et non minus recte Ποσιδίππου scribas: quamvis id nomen et in MS. alias variet modo per ει modo per ι secundam exhibente. IUNG.

Ποσειδίππου] Ποσειδίπου in editionibus ante *Seberum* fuit; et maculam sustulerat *Kuehnius*.

τὸ τελώνιον] τὸ omittit *Salmas.* ante τελώνιον. KUEHN.

δεκατηλόγια] *Interpr. decimarum collegia.* malim, *decimis colligendis destinata loca.* idem notat quod sequitur. *Gloss.* τελωνεῖον reddunt, *portorium*, *mancipatus vectigalium*, *telonatus*. C. V. δυκατολογία. KUEHN.

δεκατηλόγια] Superiori libro segm. 132. harum vocum fuere plurimae, ibique de decimis: et δεκατευτηρίοις, ut et ἐλλιμενίῳ abunde a nobis est observatum, unde et haec lucem accipere possint. *Anaxilae*, cuius mox mentio, Λουτρονιοὸν fabulam laudavit supra *Pollux* VII, 167. et ad eum locum dixisse quaedam memini.

29.

μὴν] μὴν abest a C. A. KUEHN.

Ἀντιφάνης etc.] De *Antiphanis* fabula ista vid. quoque *Casaubonum* nostrum VIII. *Athen.* 4. qui et VI. *Athen.* 3. *Philonidas Cothurnorum* meminit hinc et ex *Athenaeo.* IUNGERM.

καὶ ὁ τούτοις ἐφεστηκότες] καὶ οἱ τούτοις ἐφεστηκότες etc., ἐλιμενισταὶ δυκατηλόγοι (ita C. V.) δεκατῶναι etc. KUEHN.

πεντηκοστολόγοι] C. A. τὸ δὲ τέλος ἐλιμένιον καὶ δεκάτη εἰκοστή, πεντηκοστὴ καὶ κατὰ μέρος τῆς ἑκασταχοῦ εἰσ. τ. ὅ. quae sequuntur absunt usque ad εἰσπράξωμαι. KUEHN.

πεντηκοστολόγοι] Quod ad πεντηκοστολόγους *Noster* supra iam ex *Demosthene* eorum mentionem fecit II, 124. vid. et supra apud *Nostrum* huiusmodi segm. 9. IUNG.

πεντηκοστολόγοι] Optime de πεντηκόστη *Etymologus* in πεντηκοστευόμενον· τῶν εἰσαγομένων, inquit, εἰς τὸν Πειραιᾶ φορτίων ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι· καὶ τοῦτο ἐκάλουν πεντηκοστεύεσθαι· καὶ οἱ τὸ τέλος εἰσπράττοντες πεντηκοστηλόγοι καλοῦνται. addendus *Harpocratio* in voce, qui *Demosthenis* indicat locos ex ea κατὰ Μειδίου, et πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν. *Aristoph.* Ἐκκλησ.

ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη μοὐστίν· εἰ μὴ τῶν ἐμῶν
τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας τῇ πόλει.

et sic inferius paulo τέλος καταθεῖναι.

Φιλωνίδου Κοθόρνοις] Ex *Athenaeo* VI. fol. 228. priores editiones Φιλονίδου Κωθωρν. Seb.

Φιλωνίδου Κοθόρνοις] Recurre ad lib. VII, 202. ubi suos *Philonidae* Cothurnos ex MS. *Falckenburgii* restituimus feliciter, ut opinor. sed quid hoc loco faciamus, qui certe a mendo male se habet? iuvero, ni fallor, mutata parumper distinctione: post πεντηκοστολογεῖν pone punctum; tum deinde haec subiicit *Pollux*: ἐν Φιλων. Κοθ. ἐστὶν εἰρημένον, παναγεῖς etc. ita ut iste locus, παναγεῖς γενεὰν etc. ex *Philonidae Cothurnis* sit petitus, adeo ut amplius non sit opus cum Interpretibus nostris anquirere, unde et ex qua Comoedia sit iste locus. et firmant haec, si contuleris, dicto superius loco a nobis factam emendationem, et invicem haec firmantur ab istis. *Salmasius* vero cum hic notat *Aristophaneum esse versum*, non tam voluit, ut quidem puto, indicare ex *Aristophane* eum esse petitum, sed modulum simpliciter versiculi indicavit. In ipsis autem *Philonidae* verbis comma tollebat post δεινοὶ *Kuehnius*: sed haud est opus.

παναγεῖς γενεὰν, etc.] Versus sunt *Aristophanis* παναγεῖς γενεὰν π. μ. δεινοὶ πατραλοίαι. *Salmas.* Kuehn.

παναγεῖς γενεὰν, etc.] Ista παναγεῖς γενεὰν, πορνοτελ. me male morantur. hic saue περὶ κακισμοῦ publicani nondum agit, sed mox segm. 32. Et putem haec ex aliquo Comico desumpta. certe πορνοτελῶναι supra allatum fuit ex *Hermippi Κοθόρνοις* VII, 202. (πορνικοῦ τέλους mentio apud *Aesch. contra Timarch.*) et hic *Philonidae* Cothurni citantur. quae res facit, ut locum et mutilum et mendosum hic suspicer. Iuvabunt ingeniosi. mihi γενεαὶ videtur legendum: alias nil iuvo. παναγεῖς etiam alias in meliorem partem usurpatur, ut supra I, 14. et 35. hic pro *Sacerrimo* accipiendum videtur. sed abrumpo me ex his tricis. Iung.

παναγεῖς γενεὰν] Haud certe quaesiveris immerito de loci sensu. quid enim per γενεὰν intelligas? neque vero

significatio planior fuerit, si cum *Iungermanno* legeris *γενεαί*. nil mihi videtur facilius, quam ut *γενεὰν* eo sensu capiamus, quo occurrit in *Euangeliis*, ut cum *Christus* ad *Pharisaeos* dicit, eos esse *γενεὰν πονηράν*· *perversam generationem* habet *Vulgatus*. ita hic *τελῶναι παναγεῖς γενεὰν*, *hominum natio scelesta ac execranda*, et sic maluero *γενεὰν* cum acutissimo *Iungermanno*. illa vero vocis *γενεὰ* notio non equidem in bonis scriptoribus usu trita est.

Μεγαρεῖς] Vid. prov. *Megarenses*. Seb.

30.

ἐλλιμένιον] *Hesych.* in *ἀγκυρόβολα* (*f. ἀγκυροβόλια*) *φοίνικες* (*οὕτω*) *τὰ δεῖπνα ἃ παρεσκεύαζον τοῖς τελώναις ἐκ τῶν λιμένων*· (*ἐκ* poterit abesse) *ἔστι δὲ καὶ μισθὸς, ἔπρασσον γὰρ ἐν τοῖς λιμέσιν ἐνόρμιον, καὶ ἐν λιμένι* (leg. *ἐλλιμένιον*) *ὡς αἰσχύνη*· (*Αἰσχίνης*) qui contra *Ctesiph.* *τῷ ἐλλιμένιον* utitur. Kuehn.

ὃ δοῦναι πρὶν etc.] Vide an *ὃ* abundet, itaque versus legendus: *ἐλλιμένιον δοῦναι, πρὶν εἰσβῆναι, σ. δ.* Seb.

ὃ δοῦναι πρὶν etc.] Articulus *ὃ* delendus non est, quod pace coniecturae amici nostri dixerim. alioqui enim, ni fallor, versus ab initio non consistet pleno pede. pyrrhichius enim dactylum sequitur in hoc senario. Iung.

ὃ δοῦναι etc.] Delevi stellulam: et quidem de articulo *ὃ* non delendo bene adnotat *Iungermannus*, quod tamen et *Salmasius* voluit.

εἰσβῆναι] Id est, *antequam navem conscendas. Demosth. Midiana ἐμὲ οἴεσθε τριηραρχήσειν, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐμβήσεσθε.* *ὃ* ante *δοῦναι* delet *Salmas.* Kuehn.

παραγώγιον] Videtur vectigal fuisse, quod exigebatur a mercatoribus peregrinis ob merces exoticas importandi licentiam, aliasque exportandi. Kuehn.

Φιλιππ. Συνεκπλεούσῃ] *Athen.* lib. XV. fol. 700. *Φιλιππίδης Συμπλεούσαις*. Seb.

Φιλιππ. Συνεκπλεούσῃ] *Athenaeus* laudat hunc *Comicum* in *Συμπλεούσαις*, ut titulus fuerit *Συμπλέουσαι* vel *Συνεκπλέουσαι*, *simul navigantes* vel naves vel foeminae, vel in genere *Συνοδεύουσαι*, *comites itineris*, uti *Σύμπλους* apud *Hesych.* est *Συνοδευτής*. versum *Philippidis* ita constituerem,

ὅταν ἐξῆς
παραγώγιον ὧν ἐκφέρῃς εἰσπράξομαι.

quando dein
portorium ob ea, quae evexeris, exigam. Kuehn.

Φιλιππ. Συνεκπλεούσῃ] *Athenaeum Συμπλεούσας* vocare hoc drama adnotavit *Casaubonus* noster XV. *Athen.* 18. Iungerm.

81.

τελωνία] *Vectigalis persolutio, Interpr.* malim: *conductio, exactio vectigalis. τελωνεῖν* certe est *publicanum agere, conducere vectigal,* et *exigere,* non ut iterum *Interpr. vectigal persolvere.* C. A. *τελωνία καὶ τελωνεῖν. Demosthen. Midiana τελωνείαν* et *πεντηκοστὴν* coniungit. Kuehn.

καὶ εἰσπράττειν, τέλ. πρ.] An rectius distingueretur, *καὶ εἰσπράττειν τέλη, πράττειν* etc. Iung.

παρ' αὐτῶν] *αὐτῶν* non habet, quo referatur, ideoque malim *παρὰ ναυτῶν, quod solvitur a nautis, vectigalis scriptura.* posses et simpliciter *scripturam* dicere, uti vectigal pro pecore pascente in prato publico *scriptura* solebat appellari. redderes etiam *mercium professio,* uti *census* in *Gloss. ἀπογραφὴ οὐσίας.* Kuehn.

ἀπογραφέν] MS. *διαπογραφέν.* Seb.

ἀναπόγραφον] *Improfessum,* merces scilicet, quas non professus est Dominus. *καὶ αἱ 'Α.* absunt a C. A. usque ad *ἐκπατεύεις.* Kuehn.

τέλος] C. A. melius *τέλει,* quod vectigali obnoxium est, *ὑποτελές.* Kuehn.

τέλος] Pro *τέλος* non dubito emendare *τέλους·* non enim *τέλος* dicitur *ὑπεύθυνον,* sed *τέλους ὑπεύθυνον* aliquid. supra lib. VIII, 157. ipse *Pollux: ὁ δὲ ὑποτελής, καὶ ὑπεύθυνος τελῶν.* Iungerm.

τέλος] *τέλους* cum *Iungermanno* malui, quam cum *Kuehnio* nostro *τέλει,* quod illud ad literam accedat propius.

καὶ φιλοτιμούμενος.] C. A. *φιλοτ. τάχα ἐντελὲς ὑποτελὲς ἐρεῖς, si velis affectatius loqui ὑποτελές,* posset dici etiam *ἐντελής, mune vel munificum, vectigali obnoxium.* Kuehn.

καὶ φιλοτιμούμενος.] Hic post *φιλοτιμούμενος* dele punctum, quod sensum turbat. Iung.

ὑποτελές, κ. φιλοτιμούμενος. τ. etc.] A vitiosa distinctione laborat hic locus, cui ex mente *Iungermanni* medelam retuli. *'Υπεύθυνον* vero de *ὑποτελεῖ* apud *Hesychium* habes, ubi *'Υπόφορος,* exponit *ὑπεύθυνος.*

ὑποτελές] MS. *καὶ ἐπιτελές.* Seb.

ὑποτελές] Bene vero et MS. *Seberi* habet *ἐπιτελές·* hic alias *ὑποτελές* bis poneretur. Totum locum itaque hic scribe sis: *καὶ τὸ ὑπεύθυνον τέλους, ὑποτελές. καὶ φιλοτιμούμενος τάχα καὶ ἐντελὲς καὶ ἐπιτελὲς ἐρεῖς·* sic loqui amat, ut et statim segm. 55.

φιλοτιμουμένῳ δὲ ἔξεστιν εἰπεῖν. Ideo vero ista notat ut adfectata, omisitque supra VIII, 156. *ἐντελὲς*, inquam, et *ἐπιτελὲς*, quod ea potius a *τέλος* quatenus finem et absolutionem operis significat, descendant, quam a *τέλος* quum vectigal denotat. De *ἀτελείᾳ*, quae sequitur, *Noster* quoque supra VIII, 156. Iung.

ἀνυπεύθυνον] *Quod eximium est a vectigali*, *ἀτελὲς*, *immune* etc. *καὶ οὐ μόνος ἄνθρωπος* etc. ita C. A. Kuehn.

32.

καὶ καπίζων etc.] MS. *καπίζων δὲ τὸν τελ.* Seb.

καὶ καπίζων etc.] C. A. *καὶ ψέγων τελώνην εἴποις ἂν* etc. Kuehn.

ἄγχων] C. V. *ἄγκων*, male: *collum obtorquens* non solventibus vectigal. Kuehn.

ἄγχων] Id vero verbi eleganter usurpatur de duris et inhumanis creditoribus, qui obtorto quasi collo, et tanquam strangulantes ad solvenda debita debitores urgent suos. est in *Aristophane* haud raro, et *τὸ βίαιον τῆς ἀπαιτήσεως* significari notat *Scholiastes*. *Basil.* Homil. II. in Ps. 14. *ἐὰν ἔνδον σεαυτὸν κατακρύψῃς, ἐφέστηκε τῇ αὐλαίᾳ*, (creditor) *καὶ θυροκρουστεῖ* etc. *ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει.* Eodem iure hoc verbi utaris de publicano, qui hominem exuit, ac solvendis vectigalibus crudeliter instat ac inhumane. sic certe mox *ἀποπνίγων* de *τελώνῃ* quoque dicitur, quamvis Atticos praeferre existimet *ἄγχειν* *Thomas* *τῷ πνίγειν.* sed vero promiscue utraque usurpata reperio verba. ita apud *Iulianum* in *Misopog.* *ὁ δῆμος πνιγόμενος ὑπὸ τῶν πλουσίων·* sed non hoc agimus praecipue. Codex *Falckenburgii* mox omisisse videtur *θαλάττης ἀγριώτερος, χειμῶνος βιαιότερος*, quod ista interserat paulo post ante *ἄξενος, θηριώδης* etc.

παρεκλέγων] C. V. *παραλέγων*, *qui praeter constitutum aliquid in suum commodum furtim exigit.* *παρεισπράττων* paulo post. Kuehn.

ἐπαχθὴς] Abest cum sequentibus usque ad *ἔρμα* a C. A. Kuehn.

ἀπερυθριακὼς] Scribe *ἀπηρυθριακώς*. Inde *ἀπηρυθριασμένως*. Iungerm.

ἀπερυθριακὼς] Placuit *Iungermanni* scriptio, *ἀπηρυθριακὼς*, quapropter in textum retuli: *ἀπηρυθριακώς*, *qui omnem deposuit pudorem.* eleganter *Glossae*: *Ἀπηρυθρίακεν*, *depuduit.*

πέτρα πρόβολος] MS. *πρόβολος πέτρα·* etiam absque in-

ciso. Sed *Hesych.* προβόλων, λίθων· et ante, πρόβολος inter alia ei ὁ εἰς τὴν θάλασσαν προβεβλημένος λίθος. SEB.

πέτρα πρόβολος] Placuit et mibi interiungere commate ista, πέτρα, πρόβολος· quod idem gaudeo et amico nostro placuisse. *Hesychius,* πρόβολοι, λίθοι· et quae noster *Seberus* indicavit. *Suidas:* προβόλῳ, προβεβλημένῃ εἰς θάλασσαν πέτρᾳ· καὶ πρόβολοι, αἱ εἰς θάλασσαν προκείμεναι πέτραι, καὶ οἷον ἀκταί τινες. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. *Etymologicon* τὸ μέγα· πρόβολοι, αἱ εἰς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι ὀξεῖαι. vid. et *Budaei* Comm. Graec. ling. Ceterum ultima, καὶ πρόβολοι etc. exscripsit *Suidas* ex *Harpocratione.* IUNG.

πέτρα πρόβολος] *Etymolog.* Πρόβολοι· αἱ εἰς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι ὀξεῖαι· et malo non interiecto commate coniungas πέτρα πρόβολος, quam utraque dividas. in coniunctis enim, me quidem iudice, hoc loco plus est elegantiae: et subiicit concinne ναυάγιον, quippe si quae naves in istas prominulas in mare petras inciderent, naufragium haud dubium patiebantur.

θηρίον] Post omissis interiectis est in C. A. εἰ δ' ἐπαινεῖς εὔξεινος, praemittitur autem titulus: ἔπαινος τελώνου. KUEHN.

λοιδορίαις] Editio *Flor.* λοιδορίας. IUNG.

33.

Σαλμιδυσὸς] *Salmas.* Σαλμυδησσός. KUEHN.

Σαλμιδυσὸς] Scribe Σαλμυδησὸς, vel Σαλμυδησσός. *Hesych.* Σαλμυδησὸς, αἰγιαλὸς περὶ τὸν Εὔξεινον πόντον. *Stephanus* de Urbibus: Σαλμυδησσὸς, κόλπος τοῦ πόντου. Depingit hunc infestum nautis locum *Strabo* lib. VII. ἔστι δ' οὗτος (Σαλμυδησσὸς) ἔρημος αἰγιαλὸς, καὶ λιθώδης, ἀλίμενος, ἀναπεπταμένος πολὺς πρὸς τοὺς Βορέας, σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων, μέχρι Κυανεῶν τὸ μῆκος· πρὸς ὃν οἱ ἐκπίπτοντες ὑπὸ τῶν Ἀστῶν διαρπάζονται τῶν ὑπερκειμένων, Θρακίου ἔθνους. *Aeschylus Prometh.* δεσμώτῃ·

τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος,
ἐχθρόξενος ναύτῃσι, μητρυιὰ νεῶν.

Ubi *Scholiastes:* γνάθος, ὡς πολέμου στόμα, διὰ τὸ πᾶν τὸ εἰς αὐτὴν ἐμπῖπτον καταναλίσκειν. Alterum apud *Pollucem* Καφηρεὺς, satis notum vel ex Latinis Poëtis, apud quos ille *Caphareus* famosus satis Graecorum naufragio a Troia redeuntium: ideo *Ovidio importunus* et *durus* dictus. IUNG.

Σαλμιδυσὸς] Restitui *Iungermannum* sequutus Σαλμυδησσός· et confirmant abunde adducta ab eo loca. meminit

et *Etymologus*, ac praeter eum *Apollonius Rhodius* eiusque *Scholiastes*.

ἐνδότερον τοῦ νόμου] MS. *ἐνδοτέρῳ τοῦ*. Seb.

ἐνδότερον τοῦ νόμου] MSS. *ἐνδοτέρω τοῦ νόμου qui intra legem* constituti se continet, nec aliquid ulterius exigit, imo minus, quam leges volebant. Kuehn.

ἐνδότερον τοῦ νόμου, πρ. τ. λ. ἀκριβῶς] Videtur legendum *ἀκριβοῦς*. Sed nihilominus me turbat, quod a casu recto hic in alia discedat vulgatus, quem itaque non possum non suspectum habere. MS. *Seberi ἐνδοτέρῳ* habet, ut ipse indicat, quod perinde est. fuerit vero *ὁ ἐνδοτέρω τοῦ νόμου* credo, *qui se intra legum praescripta continet*. Iung.

ἐνδότερον τοῦ ν. πρᾳότερον τ. λ. ἀ.] Restitui cum *Kuehnio* auctoribus MSS. *ἐνδοτέρω τοῦ νόμου, πρᾳότερος τοῦ λίαν ἀκριβῶς*, neque opus fuerit cum *Iungermanno ἀκριβοῦς* legisse.

πρᾳότερον etc.] C. A. *πρᾳότερος τοῦ λίαν ἀκριβοῦς*. C. V ultimum quidem affert, sed construit cum proximo *κρείττων*, et *εἰδὼς* cum *τοῦ βίου*. Kuehn.

κρείττων τοῦ βίου] *κρείττων τοῦ βίου* est, qui *lucrum non amat*, nisi quis malit, *τοῦ βιαίου κρείττων*, *qui violentiam omnem aspernatur, et procul habet*. Kuehn.

κρείττων τοῦ βίου.] Et quis vero hic *κρείττων τοῦ βίου* ego ingenue fateor me nescire. Et coniectari itaque lubet si forte legendum sit, et *Pollux* scripserit, *κρείττων τοῦ βιαίου*· qui opponatur *βιαίῳ* ante, ut statim *εἰδὼς αἰδεῖσθαι* opponitur *τῷ ἀπηρυθριακότι*. dicendum aliquid, ne nihil dicam: quamvis libentius tacitus audirem, immo cum applausu exciperem doctissimorum et eruditissimorum virorum sententias. Iung.

κρείττων τοῦ βίου] Et vero in hac phrasi haesisse *Iungermannum* nostrum non est quod miremur, qui acute reponit *βιαίου*, facilisque fuit ista corruptela. attamen quid si vulgatam lectionem ita exponamus: *vitae suae ratione melior*: *κρείττων τοῦ τῶν τελωνῶν βίου*, quod aut intelligere licet de vitae ratione, quam publicani inhonestam plerumque ac hominibus invisam instituunt, aut etiam de ipsa publicanorum natione; ita enim eleganter *βίος* de hominum genere ab aliis diverso usurpari solet, sicuti apud *Heliodorum* lib. I. *βίος λῃστῶν*, *latronum natio*: *διὸ καὶ συῤῥεῖ ἐπ' αὐτὴν (λίμνην) ὁ τοιοῦτος βίος*· sed alii forsitan meliora.

προσορμίσαιτο.] C. A. *προσκομίσαιτο*, quod non praetulerim vulgato. Kuehn.

παραλαμβάνειν] C. A. παραλαβεῖν etc. *redimere conducere.* Kuehn.

πρίασθαι] MS. πριᾶσθαι. Seb.

34.

καὶ τοὺς ἀρχ.] C. A. τοὺς δὲ ἄρχοντας ἐ. τ. τ. π. κηρύττειν ἀπομισθοῦν. Kuehn.

καὶ τοὺς ἄρχοντας, etc.] Id Athenis *Poletarum* erat officium, ut docuit *Pollux* noster libro superiori segm. 99. et vide quae dixi ad eiusdem libri segm. 152. ubi de ἐλλιμενίῳ.

τὰ δὲ περὶ τοὺς λιμένας μ.] MS. τῶν δὲ περὶ τοὺς λ. Seb.

τὰ δὲ περὶ τοὺς λιμένας μ.] C. A. χῶμα ἐμπόριον ἐξαίρεσις etc. vid. *Etymologicum, Thucyd.* lib. VIII. διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοὰν ἥπερ ἦν μεγίστη καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ἐπιπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι καὶ ἐντεῦθεν προαιροῦντας πωλεῖν· ubi indicat voluisse eos novam ἐξαίρεσιν facere in *Piraeeo*, cuius potestas esset penes oligarchicos. Kuehn.

δεῖγμα] *Hesychius*: δεῖγμα, τόπος ἐν Ἀθήναις οὕτω καλούμενος. *Suidas*: δεῖγμα τόπος ἦν ἐν Πειραιεῖ ἔνθα πολλοὶ συνήγοντο ξένοι καὶ ἐλογοποίουν. etc. *Symmachus* apud *Scholiastem Aristophan.* in Ἱππεῦσ. ad ista ἐν τῷ δείγματι τῶν δικῶν etc. δεῖγμα τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ, ἔνθα πολλοὶ συνήγοντο ξένοι καὶ πολῖται, καὶ ἐλογοποίουν. Et ἄλλως· ἐν τῷ Πειραιεῖ ὅπου δικάζουσιν· ἐπεὶ ἐκεῖ οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων ἐτίθεσαν. *Xenophon* lib. V. Ἑλλην. de Teleusiae navibus invadente *Piraeum*: ἦσαν δέ τινες οἳ καὶ ἐκπηδήσαντες ἐς τὸ δεῖγμα, ἐμπόρους τέ τινας καὶ ναυκλήρους ξυναρπάσαντες, ἐς τὰς ναῦς εἰσήνεγκαν. *Harpocratio*, (cuius verba et exscripta in *Etymologico* Magno) δεῖγμα, κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων· ἤδη δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο· ἔστι δὲ ἔθος Ἀττικὸν, τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τοὺς τόπους αὐτούς· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ τριηραρχήματος, καὶ Λυσίας. Locus *Demosthenis* ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος est. παραλαβὼν Δεινίαν τὸν κηδεστὴν τὸν ἐμὸν, προσέρχεται αὐτῷ ἐν τῷ δείγματι etc. extat idem ἐν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν· καὶ τὸ μὲν πλοῖον ὥρμει ἐνταῦθα πλείους ἢ πέντε καὶ εἴκοσιν ἡμέρας· οὗτοι δὲ περιεπάτουν ἐν τῷ δείγματι τῷ ὑμετέρῳ. Iung.

χῶμα] Huc pertinere credo quod supra ait I, 102. περιορμίζειν τὴν ναῦν περὶ τὸ χῶμα φησὶν ὁ Δημοσθένης etc. qui locus est ex *Demosthenis* Oratione περὶ τοῦ στεφάνου τῆς

τριηραρχίας· ψήφισμα, ait, γὰρ ὑμῶν ποιησαμένων, ὅς ἂν μὴ πρὸ τῆς ἕνης καὶ νέας ἐπὶ χῶμα τὴν ναῦν περιορμίσῃ, δῆσαι καὶ δικαστηρίῳ παραδοῦναι, καὶ ταῦτα κυρωσάντων, ἐγὼ μὲν περιώρμισα, καὶ στέφανον διὰ ταῦτα παρ' ὑμῶν ἔλαβον, οὗτοι δὲ οὐ καθείλκυσαν. etc. unde videndum an non et supra I, 122. pro περὶ τὸ χῶμα legendum sit ἐπὶ τὸ χῶμα. Quid fuerit vero χῶμα et *Libanius* dicet in argumento modo dictae Orationis *Demosthenicae:* τὸ χῶμα δὲ ἦν οἰκοδόμημα ἐν τῷ λιμένι, προβεβλημένον προσορμίσεως ἕνεκα, καὶ ἀγορᾶς τῶν ναυτῶν. Meminit idem *Demosthenes* et in ea πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος· ἐψηφίσασθε, τάς τε ναῦς καθέλκειν τοὺς τριηράρχους, καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα, etc. Ad quam adnotavit *H. Wolfius* etiam ἐπὶ τῷ χώματι καθέζεσθαι solitos fuisse trierarchos, qui se affici iniuriis putarent: id ex Oratione *Ctesiphontis* cognosci. Iung.

ἐξαίρεσις] Nimirum quod ibi τὰ φορτία ἐξαιρεῖται vel exponebantur, ut ipse *Pollux* addit. prorsus Attice, qui, ut etiam ex *Harpocratione* in δεῖγμα modo dixi, et *Pollux* indicavit crebro, loca adpellant nomine ipsarum rerum vel negotii, quod in iis geritur; de qua re vid. et *R. Forner.* II. Rer. quotid. 25. Iung.

* ἀρτοδεῖγμα] In vulgar. lex. e *Polluce* annotatur ἀρτόδειγμα specimen fuisse advecti frumenti. Mercatores enim ut frumenti bonitatem probarent, emtoribus ex eo confectum panem dare solitos. Quae ex hoc loco elici posse videntur, si tanquam integer expendatur. *Henricus Stephanus.* MS. ita habet: ἐξαίρ. ὥσπερ καὶ τὸ δεῖγμα· διότι δείγματα τῶν φορτίων ἕκαστος ἐν αὐτῷ προτείνει· τοῦ δ'. Seb.

* ἀρτοδεῖγμα] MSS. hunc versum usque ad verba ὑπὲρ τοῦ ταρίχους ita efferunt: ὥσπερ καὶ τὸ δεῖγμα. (C. V. δεῖμα male.) διότι δεῖγμα τῶν φορτίων (C. A. δείγματα τ. φ.) ἕκαστος ἐν αὐτῷ προτείνει (C. V. προστείνει τοῦ δὲ ἐμπορίου etc.) vulgatam lectionem ita emendarem καὶ γὰρ τὸ δεῖγμα τοὔνομα ἀπὸ τοῦ δεῖγμα τῶν ἀγωγίμων τοῖς ὠνητιῶσι δίδοσθαι, *nam et* δεῖγμα *nomen ex eo, quod* δεῖγμα *mercium empturientibus datum sit.* est apud *Hyperidem* ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ ταρίχου, *in de salsamento. Harpocr.* laudat eundem in Κεστρῖνος, ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους et in πελληνεύς, Ὑπερίδης, inquit, ἐν τῇ ὑπὲρ Χαιρεφίλου ἀπολογίᾳ. *Oratio apologetica* pro *Chaerephilo* non est alia ab ea, quae fuit pro *salsamentis*. Nam *Chaerephilus* nobilis fuit salsamentarius Athenis, cuius filios Athenienses civitate donarunt ob salsamenta copiosius subvecta, *Athenaeus* lib. III. cap. 55. eadem postea notata vidi a *Va-*

lesio in *Harpocr.* voce ἀκτή. *Salmas.* ex MS. ita: ὥσπερ τὸ δεῖγμα τοῖς ὠνητιῶσι ἀπὸ τοῦ etc. Kuehn.

* ἀρτοδεῖγμα] Sane ἀρτόδειγμα scribendum videtur, si vera haec lectio, ut et doctiss. *Fornerius* loco iam dicto laudat. Certe ego vix tamen adsentior veram esse: nec eam adgnoscit *Seberi* noster *Augustanus*, quem habere dicit: ὥσπερ καὶ τὸ δεῖγμα· διότι δείγματα τῶν φορτίων ἕκαστος ἐν αὐτῷ προτείνει. Nec τοὔνομα suo loco in vulgatis consistere videtur, sed collocandum magis mox ante παρ' Ὑπερ. vel hic legendum, τοὔνομα ἀπὸ τοῦ δεῖγμα etc. Incidebat etiam ἀπόδειγμα forte scribendum. Et tum etiam δίδοσθαι, vel δεδόσθαι, scribendum fuerit: sed illud malim. et quid pro ὠνητίασι (pro quo Edit. *Flor.* ὠνητίανι) an non etiam ὠνητιάουσι, vel ὠνητιῶσι legendum? ita omnia hic mendis scatere videntur, nosque MSS. prodere non in loco. Orationes *Hyperidis* vero ὑπὲρ τοῦ ταρίχους, vel potius περὶ ταρίχους, ut semper apud *Harpocrationem* citantur, plures fuisse, discimus ex eodem *Harpocratione*, qui in ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, ait: Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους πρώτῳ. Idem Lexicographus in καταχειροτονία etiam ita laudat, παρ' Ὑπερίδει ἐν τῷ ὑπὲρ Χαιρεφίλου περὶ τοῦ ταρίχους. Iung.

καὶ * ἀρτοδεῖγμα, ἀπὸ τοῦ τοὔνομα δ. etc.] Emendavi haec ad *Kuehnii* mentem, qui ita, ut textus habet, ad oram Codicis sui posuerat. Idem mox ὠνητιῶσι δεδόσθαι, pro quo male vulgo, ὠνητίασι δίδοσθαι.

καπηλεῖα, καὶ πορνεῖα, etc.] C. A. πορνεῖα καὶ οἰκήματα τὰ δὲ τῆς π. κ. etc. Attici scriptores per εὐφημίαν *carcerem* et *lupanar* οἴκημα vocare solent. Kuehn.

οἰκήματα] Et id auctoritate *Aeschinis* contra *Timarch.* et iam olim *Harpocratio* in οἴκημα adnotavit. Iung.

35.

τεῖχος.] C. A. τείχους δὲ πύλαι κ. π. αἱ ἐφεστ. τ. π. *Gloss. Veterum* habent, πυλουροὶ et πυλωροί. Kuehn.

ἐνέγραψε.] Quis? sed mendum est. Scribe ἐνέγραψα. ait *Pollux* se inseruisse haec rebus bellicis: nempe supra libr. I. cap. 10. quod στρατιωτικὰ ὀνόματα tractat, ut tmema 21. περὶ μερῶν τείχους est. Iung.

ἐνέγραψε.] ἐνέγραψα emendavit *Kuehnius.*

καὶ τὰ μέρη τῶν πυλῶν] MS. π. ἃ καὶ τῶν. Seb.

καὶ τὰ μέρη τῶν πυλῶν] C. A. ἃ καὶ τῶν θυρῶν, σανίδες, πτύχες, θαιροί, στροφεῖς εἰσιν δὲ παρελθόντων etc. Kuehn.

οἰκιῶν.] Lib. I. cap. 8. tm. 2. Iung.

Pomoerium] ἐντείχιος τόπος, *locus moenibus inclusus seu conclusus, aut muro cinctus*. Quo nomine cum τὸ σύμπαν *Polluci* nominetur, dubito an recte pomoerium vertatur, licet *Hieron. Magius* ita hinc citet miscell. III, 13. Livio *pomoerium magis circa murum locus*. lib. I. cap. 28. *Plutarcho* πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους, ἢ μετὰ τείχους, *quasi post vel pone moenia* in Vit. *Romuli* fol. 16. Seb.

τείχους.] C. A. ἐντὸς τειχῶν, quod confirmat C. V. Kuehn.

Ξενοφῶντα] C. A. ταῦτα δὲ κ. ἅ. ἐστι ε. κ. ἃ καὶ κώμαι' ὅθεν καὶ κ. (*Gl.* ἄμφοδα, *compita*) itaque absunt a C. A. interiecta omnia segm. seq. Kuehn.

Ξενοφῶντα] *Xenophontis* locus Paediae II. adfertur: ἐπεὶ δὲ κατενόησε τὴν ἀγυιὰν τὴν πρὸς τὸ βασίλειον φέρουσαν στενωτέραν οὖσαν ἢ ἐπὶ μετώπου πάντας ἰέναι. Iung.

Ὅμηρον.] *Homerus* saepe: uno loco exempli caussa locum dabimus:

δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.

De εὐρυαγυίᾳ dixit iam supra segm. 19. Iung.

Ἀγυιεύς.] *Suidas* in Ἀγυιαί· καὶ αὐτὸς θεός, (Ἀγυιεὺς) Φερεκράτης Κραπαταλλοις· ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου. *Euripides Phoenissis*, ubi *Polynices*, καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε. Ubi *Scholiastes*: ἐν τοῖς προπυλαίοις καὶ οἰκήμασιν ἱδρυμένε· ὅτι τὸν Ἀγυιέα πρὸ πυλῶν ἵστασαν· κίων δὲ οὗτος ἦν εἰς ὀξὺ λήγων. *Aristophanes* Σφηξί,

ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον Ἀγυιεῦ τοὐμοῦ προθύρου πρὸς πύλας

etc. ubi vide *Schol.* veterem, e quo sua descripsit *Suidas*: adde et *Harpocrationem*. vid. et *Meursium* Auctario Philologico c. 2. ubi a *Plauto* adpellari *Vicinum Apollinem* docet. Iung.

Ἀγυιεύς.] Meminit *Clemens Protr.* καὶ τὸν Ἀγυιέα θυρωρὸν ἵσταντες· et *Horat. Levis Agyieu* lib. IV. Od. 6. ad quem locum videndi *Scholiastae*.

36.

Θεσμοφοριαζούσαις] *Aristophanis* versiculum in hodiernis *Thesmophoriazusis* non exstare puto: fuerat fors in alteris. Iung.

πρὸς Πασικλέα] Videtur eadem cum Oratione *Hyperidis*, quod apud *Harpocrationem* in ἔνδεια et συμμορία laudatur κατὰ Πασικλέους. Iung.

καλοῖτο δ' ἄν] MS. καλοῖντο. Seb.

καλοῖτο δ' ἂν] C. V. *καλοῖντο* a C. A. haec absunt, ut modo dictum est. post *κῶμαι* in eodem sequitur, *ὅθεν καὶ κωμήτας τοὺς γείτονας καὶ κωμήτιδας ὠ.* C. V. *κομίτας* et *κομιτίδας* male. in *Gl. κωμῖται Castellani, κωμήτης paganus. via vicinalis: ἡ ἐπὶ κώμας ἄγουσα.* vid. *Aristot.* libr. I. Politic. cap. 2. de *κώμῃ*. Kuehn.

κῶμαι, ταῦτα.] *Hesychius*: *κωμήτης, γείτων. κῶμαι γὰρ τὰ ἄμφοδα.* eadem et *Suidas* in *κωμῆται·* et in *κωμήτας* ait, *κωμήτας, οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀμφόδου καὶ τόπου ἔλεγον.* Iung.

κῶμαι] Eandem huius vocis notionem monstrat quoque *Etymologus* in *ἐγκώμιον· κώμας γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τοὺς στενωποὺς καὶ τὰ ἄμφοδα.* Sed aliter *Aristoteles* de *Poëtica*, qui de *Peloponnesiis: οὗτοι μὲν γὰρ κώμας τὰς περιοικίδας φασί·* et adnota mihi vocem *περιοικίδες Polluci* hoc loco intactam. in *Glossis περιοικία* exponitur *territorium.*

κωμητίδας] Malim *κωμήτιδας*, et mox *κωμήτισι*, ut supra segm. 11. *κωμῆτις*, quamvis et eo loco sit *κωμητίς·* dixi ibi, ubi quoque ex *Suida* attuli versum *Aristophanis*, quem et noster hic citat e *Lysistrata*, ubi certe *κωμῆτις* legendum, ut statim dicam. Iung.

κωμητίδας] Superius cum *Iungermanno* de mutando huius vocis accentu dictum a nobis, eumque hic sequimur, ut et mox *κωμήτισι* pro vulgato *κωμητίσι.*

Ἀριστοφάνης etc.] Absunt haec quidem usque ad *Θεοὶ* a C. A. *Aristoph.* ita acciperem, *ἐν κωμήτισι καπήλοις τ' ἑ. in vicinis cauponibusque amabilem.* nec aliter legerat *Salmas.* Kuehn.

ἡ ἐν Κενταύρῳ] *Casaub.* malit abesse *ἐν*, animadv. in *Athen.* II, 14. quomodo abest et VII, 24. IX, 53. X, 184. tametsi alicubi in numero multitudinis *Κενταύροις*. Seb.

ἡ ἐν Κενταύρῳ] *ἐν* hic abesse mavult *Casaubonus* noster VII. animadv. in *Athen.* 14. ut iam indicavit quoque *Seberus.* Iung.

ἐν Κενταύρῳ] Ita quoque legendum potius apud *Pollucem* VII, 24. quam *Κενταύροις*; non enim aliter hanc fabulam citare solent Grammatici, ut ad eum locum est observatum. Et quidem in *χρήσει Aristophanis* adducta *Kuehnius* post *καπήλοις* interserit *τ'*, ac sequor omnino; sic enim melius verba cohaerent.

ἐπίχαρτον] Hanc vocem supra improbavit III, 101. sed ad versiculum e *Lysistrata*: quem ita emendare debes: *πλὴν ἥγ' ἐμὴ κωμῆτις*, ut apud *Suidam* in *κωμῆται* recte legitur, et

in *Aristophaneo* dramate illo, ubi in ipso initio ita *Lysistrata*:

νῦν δ' οὐδεμία πάρεστιν ἐνταυθοῖ γυνή,
πλὴν ἥγ' ἐμὴ κωμῆτις ἥδ' ἐξέρχεται. IUNG.

37.

οὐχ ὑπὲρ] MS. *μερῶν, οὐχηπερ τὰ λ.* Sic solet MS. eiusmodi voculas confundere: et inde mirum ni origo corrumpendi locum fuit, quum audax aliquis se non alio pacto, quam si *οὐχ ὑπὲρ* scriberet, extricaret. repone itaque denuo *Polluci* suum, et scribe *οὐχ ἥπερ*, quod nihil aliud est quam, *non eo modo quo, non quomodo*, breviter, *haud sicut*; ait enim *μαγειρεῖα* non esse inter partes civitatis tali modo, quo aliae artium officinae, ubi artes ipsae tractentur; sed locum unde coqui conducantur, significare. Iung.

ἀλλὰ τόπος etc.] MS. *ἀλλ' ὁ τόπ.* Seb.

ἀλλὰ τόπος etc.] MS. *ἀλλ' ὁ τόπ. ὅ. μισθ. τοὺς μ.* sine *ὡς*, pari modo ac *Seberi* MS. Hunc locum *forum coquinum* a comoediae Latinae deliciis *Plauto* adpellatum puto Pseudolo. Sc. *Forum coquinum qui vocant, stulte vocant; Nam non coquinum est, verum furinum est forum.* Certe apud Romanos quoque ita coquos solitos conduci, certo fori loci sedentes, inde notum esse credo. vid. eum et in *Aulularia* scil. *Postquam obsonavit herus et conduxit coquos Tibicinasque hasce apud forum.* — Sic *Gnato Terentianus* narrat ubi ad *Macellum* advenerit, concurrisse sibi laetos ob viam cupedinarios omnes, cetarios, lanios, coquos, fartores, piscatores. Alias *τὸ μαγειρεῖον*, scilicet pro coquina puto et ubi coquitur,

improbat *Phrynichus* in Eclogis, et *Noster supra* I, 80. ὀπτανεῖον, ait, τὸ μαγειρεῖον. Iung.

ὡς τοὺς μαγείρους.] MS. μισθ. τοὺς μ. Seb.

ὡς τοὺς μαγείρους.] MSSti recte omittunt ὡς, ut quod turbat orationem. Kuehn.

Ἀντιφάνης ἐν Στρατ.] Pro Ἀντιφάνης MSS. legunt Ἀριστοφάνης· sed *Athenaeus* vulgatam lectionem fulcit, dum et ipse passim laudat *Antiphanem* in Στρατιώτῃ ἢ Τύχωνι. Kuehn.

Ἀντιφάνης ἐν Στρατ.] Pro Ἀντιφάνης MS. noster Ἀριστοφάνης habet, quemadmodum et *Schottus* noster in suo γράφεσθαι testatur. Sed *Aristophanis* talem fabulam ignoramus: *Antiphanis* vero *miles* etiam ex *Athenaeo* notus est, ut didicimus ex *Casauboni* nostri Animadversionum lib. III. c. 25. Iung.

τῶν μαγειρείων] C. A. ἐκ δὲ μαγειρείων β. (C. V. ἐμβαλῶν) εἰς τοῦτον· legerem ἐκ δὲ μ. β. ἐμβαλών τ' ἐς τοὔψον· *cum e coquorum foro irem ad piscatorium* etc. Kuehn.

* ἐμβάλλων εἰς τοὔψον.] Si placeret ἐμβαλὼν, vel ἔμβαλεν, versus magis constaret: ἐκ τῶν μαγειρείων (ita MS. priores editiones, μαγείρων·) βαδίζων ἔμβαλεν εἰς τοὔφιον. Habet autem MS. quoque λλ. Seb.

ἐμβάλλων εἰς τοὔψον.] MS. ἐμβαλών· bene ad versum, qui forte ita reconcinnandus.

ἐκ τῶν μαγειρείων βαδίζων, ἐμβαλὼν
εἰς τοὔψον —

vidit id et *Seberus* noster: qui notat vitiose Codices priores μαγείρων habere. noster MS. recte etiam μαγειρείων, sicut antea scripsi. Iung.

* ἐμβάλλων εἰς τοὔψον.] Post βαδίζων comma posui cum *Kuehnio* deleta stellula. Malim ἐμβάλλει hoc sensu: *relicto coquino ad opsonia se confert*: vel etiam ἐμβαλεῖ. et rusticius est dictum, ἐμβάλλειν εἰς τοὔψον· sed metri tamen ratio fuerit habenda, quae nostram lectionem non toleret forsitan.

μεσκονία] Sic et MS. al. μεσκόνια. Seb.

μεσκονία] μεσκονία vel μεσκόνια, *ubi asininae carnes vendebantur*, forte quia nomen ab ὄνος factum (praesertim si cum MS. ὠνείων ἐνόντ. legas) aut, quia ὄνεια insunt nomini, vel nomine comprehenduntur etc. *Hesych.* μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα. Et μέμνων, ὁ ὄνος. Seb.

μεσκονία] C. A. μεσκονίαν. C. V. μεμνόνεια. *Hesych.* μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα· μέμνων enim dicitur *asinus a* μένειν *perpeti, tolerare*; est enim animal ταλαίπωρον et *perpessitium*.

μεσκονία a μέσκος veniret; μέσκος autem *corium*. Vescebantur autem carne asinina in Aegypto *Alexandrini*, quapropter et frequens apud eos erat elephantiasis, cum caro asinina generaret παχὺν καὶ μελαγχολικὸν χυμόν. *Galenus* libr. xi. θεραπευτικῶν. Kuehn.

μεσκονία] Quid est quaeso μεσκονία? mendosum id tinnit. et noster MS. egregie μεμνόνια habet, quo pacto restituimus *Polluci*. *Hesychius*: μέμνων, ὁ ὄνος· μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα. Athenienses vero vesci solitos etiam asinina vel *Scholiastes* vetus *Aristoph.* ad ista ἐν Σφηξίν·— ἀλλ' ἴσως ὅταν φάγῃς ὑπογάστριον γέροντος ἡλιαστικοῦ, nobis indicat: ὅτι ὄνους, ait, ἤσθιον ἐν Ἀθήναις· καὶ τοὺς μισθοὺς λαμβάνοντες οἱ δικασταί, ὠνοῦντο τὰ ὑπογάστρια. Et iterum: ἐχρῶντο δὲ τοῖς ὀνείοις. Iungerm.

μεσκονία] Et cur religioni ducamus mutasse malam lectionem, cum MSS. μεμνόνια adserant? id itaque vocis textus habet: nec quoque cum eruditis viris in *Hesychio* opus fuerit μεμνόνεια pro μεμνόνια legere.

τὰ τῶν ὄνων] C. A. τὰ τῶν ὀρνέων. male. Kuehn.

ἐπιπράσκοντο.] MS. ἐπιπράσκετο· ἴσως τῶν ὀνείων ἐνόντων τῷ ὀν. Seb.

ἐπιπράσκοντο.] MS. et noster et *Seberi* ἐπιπράσκετο· itaque id reponi potest. Iung.


ὠνίων ὄντων] C. A. male ὀνείρων ἐνόντων, melius C. V. ὀνείων ἐνόντων τ. ὀ. *forte*, inquit, *in voce* μεσκόνεια *est* τὸ ὄνεια, vel, quod malim, ἴσων ὠνίων ὄντων τ. ὀ. *merce idem nomen habente cum loco.* nam μεσκόνεια vel μεμνόνεια et locum signat, ubi venditur asini caro, et ipsam etiam carnem, ut vidimus ex *Hesych.* Kuehn.

ὠνίων ὄντων] Nihili vulgata ὠνίων etc. tu emenda ut *Seberi* et noster MS. habent: ὀνείων ἐνόντων τῷ ὀνόματι· vel ut *Schottus* in suo γράφεσθαι testatur, ὄνων ἐνόντων τ. ὀ. Iung.

ὠνίων etc.] Vitiosissime se habet hic locus. *Kuehnius* ad Codicis sui marginem ἴσων τῶν ὠνίων etc. quae lectio quem reddat sensum non exputo. eum certe, quem putat *Kuehnius* noster, exhibere nequit. malui MSS. sequi, et reponere ὀνείων ἐνόντων pro ὠνίων ὄντων.

ἀσωτεία] C. A. pro eo habet ἀγωγεῖα et infra omittit vocem, quod et C. V. facit. est autem ἀγωγεῖον *domus lenonia*, ubi habitat προαγωγὸς *perductor*. Kuehn.

ἀσωτεῖα] MS. ἀσωτεία, κεττεία, κυβεία etc. supra vii, 203. quoque κυβεία et πεσσεία cum mendis placebat: et vii, 210. quoque πεττεία· et ix, 97. Sed et altera potuere forte



in usu esse de locis, ubi isti lusus frequentabantur. et supra vi, 188. ἐν ἀσωτείοις habuisti. Iung.

πεττεῖα] E MS. et ita *Sylburg.* priores editiones, πεττ. Seber.

σκηραφεῖα] Vide supra vii, 203. fin. mox etiam MS. ματρυλεῖα unico λ, quod supra vii, 202. geminatur. Seb.

σκηραφεῖα] C. V. σκιράφια. vid. lib. vii, c. 33. Sect. 24. ubi et ματρύλλεια per geminum λλ extat. *Salm.* σκιῤῥαφεῖα. Kuehn.

σκηραφεῖα] MS. σκιράφια, ματρυλεια (hoc sine accentu: supra vii, 202. ματρύλεια habebat) omisso ἀγωγεία· σκιράφια vero MS. placet, quum et supra ix, 97. ita habeat, ut diximus supra ad vii, 203. Sed ἀγωγεῖα videtur suspectum habere *Henr. Stephanus* in suo Thesauro et MS. noster omittit. an itaque probabile magis *Pollucem* scripsisse προαγωγεῖα? id essent *lenonia* manifestius a προαγωγεῖς, quos supra vii, 202. noster nominavit. Iung.

σκηραφεῖα] σκιραφεῖα ex emendatione *Kuehnii* textus habet: et habuimus haec pleraque superius lib. vii, 201. et 203.

49.

μέρη δὲ πόλεων] δὲ omittit C. A. ut mox copulas omittit C. A. Kuehn.

σειροὶ] *Interpr. crepitacula. Hesych.* σιροῖς ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατετίθεντο σπέρματα. vid. *Curt.* lib. vii. cap. 4. et quae ibi notata a Variis. Kuehn.

σειροὶ] *Hesychius:* σειροὶ, ἐπαύλεις. Iung.

λάκκοι.] MS. λάκ. τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες, καὶ ποτ. Seb.

λάκκοι.] C. A. addit: καὶ λίμναι καὶ προλιμνάδες ποταμοὶ etc. C. V. τάχα δὲ καὶ λίμναι καὶ προλιμνάδες καὶ ποταμοὶ etc. ad portas urbium erant olim lacus eluendis linteis et adaquandis animalibus caeterisque usibus publicis. Kuehn.

λάκκοι.] MS. noster auctior: λάκκοι· τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες, καὶ· quae cum et *Seberus* in suo invenerit, et *Schottus* noster, ut ex eius observationibus cognosco, an dubitamus ocius ea *Polluci* reddere, cui mala manus detraxit; quidni enim et haec pars civitatis sint, si hoc nomen λάκκοι et ποταμοὶ merentur. Iung.

καὶ λάκκοι.] Quinam et quales fuerint hi λάκκοι disces ex *Scholiastae Aristophanis* verbis, quae pono: Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων ὀρύγματα ὑπὸ τὴν γῆν ποιοῦντες εὐρύχωρα καὶ στρογγύλα καὶ τετράγωνα, καὶ ταῦτα κονιῶντες οἶνον ὑπεδέ-

γοντο καὶ ἔλαιον εἰς αὐτά, καὶ ταῦτα λάκκους ἐκάλουν· quae notantur ad ista in *Ἐκκλησιαζούσαις,*

> *ἐν τοῖσι καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν*
> *ὕδατος.*

Et hinc *Callias* ille *λακκόπλουτος* est dictus, quod repertis in huiusmodi *λάκκῳ* auri thesauris felix repente ac ditissimus evasisset, cuius et meminit in Oratione 23. *Themistius.* caespitasse vero in intellectu huius vocis statuo *Nepotem,* qui initio vitae *Cimonis Calliam* hunc *magnas pecunias ex metallis fecisse* inquit; non enim certe idoneum ex Graecis scriptoribus huic sententiae auctorem novi; sed et alibi scimus *Nepotem* non nimis feliciter Graecis auctoribus usum. *Σειροί,* quos modo nominavit *Pollux* fuerint potius in agris quam in urbibus. vox illa scribitur diversimode. apud *Hesychium: Σιροῖς, ὀρύγμασιν ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα. σίῤῥους* duplicata litera ρ habes apud *Longum* Pastoral. I. *σίῤῥους ὀρύττουσι·* et in *Simplicii* Commentariis ad lib. II. *φυσικῆς ἀκροάσεως. Καὶ γὰρ ὀρύττει τὶς,* inquit, *καὶ τοῦ φυτεῦσαι χάριν, καὶ τοῦ θεμέλιον καταβαλεῖν καὶ ὕδωρ εὑρεῖν καὶ διοχετεῦσαι ἢ σίῤῥον ἢ τάφρον ποιῆσαι·* quem *Simplicii* locum adfert vir Eruditissimus *Petrus Victorius* in Explicationibus suarum in *Varronem* emendationum; nam et ille togatorum doctissimus, ut et *Columella,* Latine *siros* dixerunt. sed ratio non est cur cum eo corruptam putemus vocem *σίῤῥον,* mutandamque in *σίρον,* vel *σεῖρον·* nam et illa scriptio, ut observavi, recte se habet. Cum autem proprie *effossum frumenti reponendi gratia* locum signet, obtinuit transferri vocem ad quaevis alia quarumvis rerum *subterranea receptacula.* Origo vocis ex Oriente petenda: סר Arabibus *locum occultum ac separatum* denotat, unde *σίῤῥοι·* nisi mavelis esse ab אוצר vel אצר, *horreum,* cuius vocis notio apud *Hebraeos, Syros* et *Arabes* obtinet. Denique *καταγείους οἰκήσεις* nominat *Iamblichus* de Vitâ *Pythagorae* lib. II. et *Theophyl.* Histor. lib. III. *ὑπόγειοι καταγωγαί,* quas paulo ante *τὰ τῆς γῆς διακενώματα* dixerat. Sed pene *Falckenburgiani* Codicis mantissam omiseram: ille post *λάκκοι* inserit: *τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες·* quae sunt elegantia; et ita MSS. nostri ad unum omnes. quid impediat itaque quo minus textum his vocibus habeamus locupletiorem? placuit id ipsum et Doctiss. *Kuehnio.*

ἄνδηρα] *Hesych.* *ἄνδηρον, ἄκρον ἢ τὰ χείλη τῶν ποταμῶν.* Seber.

ἄνδηρα] *Hesych.* *ἄνδηρον, ἄκρον ἢ τὰ χείλη τῶν ποταμῶν·*

ita ἄνθηρα ποταμῶν· *margines fluviorum, ripae, portus, portulae* etc. KUEHN.

ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς] MS. ἐστὶ δὲ καὶ ψ. SEB.

ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς] C. A. omittit ἡ et post οἰκοδομήματος *Sophoclis Platonisque* ῥήσεις usque ad μερῶν καί· adeoque sequitur οἰκοδομήματος, λέσχαι πιθῶνες etc. C. V. ἔστι δὲ καὶ ἡ ψαλίς. KUEHN.

ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς] MS. ψαλίδες· ἔστι δὲ καὶ ψαλλὶς (per duo λλ hic) cum *Sophoclis* versiculo desunt. *Hesychius*: ψαλίδες, ἁψῖδες τῶν στύλων· ψαλὶς, τὸ ἅρμενον, καὶ καμάρα etc. Meminit *Sophoclis* Lacaenarum hinc et *Casaubonus* noster VII. *Athen.* 4. *Sophoclis* versum, (in quibus antea ψαλίδαν adhuc corruptius legebatur) ita emendavit *H. Stephanus* in suo Codice:

στενὴν δ' ἔδειμε ψαλίδα, κοὐκ ἀβάρβαρον.

Quamvis in eius thesauro edatur ἔδει με duabus vocibus. Sed eum ἔδειμεν mihi scripsisse persuadeo, quod est, *aedificavit, exstruxit.* IUNG.

* ἔδυμεν] *Sylb.* leg. ἔδει με ψ. SEB.

ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων etc.] Sequentia desunt in MS. usque ad ἐκ δὲ τῶν τ. π. unde MS. rursus pergit. Priores editiones pessime haec acceperant. ut edidit *Seberus* noster, ita restituit *H. Stephanus* in suo Codice, excepto ἐργασμένην. Locum, quem quoque indicavit *H. Stephanus*, lubet adscribere, praesertim quum et mihi in promptu sit, lib. XII. Legum, paulo longius ab initio: θήκην δὲ ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι, ἁψῖδα προμήκη, λίθων προτίμων, καὶ ἀγήρων εἰς δύναμιν ἔχουσαν κλίνας παρ' ἀλλήλας λιθίνας κειμένας. Annon itaque et apud *Platonem* ψαλίδα rescribendum? Sic puto et ἁψῖδα esse glossam. Patet et ex *Suida*, apud quem pariter est: ψαλίδα, ἣν ἡμεῖς ἁψῖδα φαμέν· νόμων ιβ'. θήκην δὲ ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι ψαλίδα προμήκη λίθων πολυτίμων· quae vel ideo attuli, ut videas inde *H. Stephanum* πολυτίμων addidisse. Sed haec coniectura est; et pari iure ego possum putare *Polluoem* λίθων προτίμων scripsisse, ut apud *Platonem* est: quamvis illud πολυτίμων arrideat magis. nec ἀγήρων cum lapidibus iunxisse *Pollucem* credo, ut videtur accepisse *Platonicus interpres*, qui *durissimis pulcrisque lapidibus* vertit, cuius versionis rationem non video. IUNG.

ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων etc.] Isthac itaque voce et *Plato* fuerit usus in suis Legibus. omnino quidem: posuitque locum Eruditiss. *Iungermannus*, dumque est sub manibus, ulterius, quantum fieri potest, illustremus et emaculemus. ψα-

λίδα nos quoque plane restituendum putamus in *Platone* pro ἀψῖδα, quod magistelli cuiusdem glossematium genuinam vocem expulit suo loco: et gaudeo hanc de *Platonis* emendatione opinionem meam, quam foveram dudum habueramque ex eodem ipso *Suidae* loco stabilitam, commode ab acutissimo *Iungermanno* assertum iri. λίθων πολυτίμων scribes quoque indubie: προτίμους enim λίθους aut simile quid qui dixerit auctorem habebis neminem, ut quidem puto. Sed adhucdum vitii aliquid isti loco inhaeret. quid enim istis fiet λίθων ἀγήρων εἰς δύναμιν, nec enim aliud, quantum video, quo illud εἰς δύναμιν referas, apparet. certe utrasque voculas eiiciendas autumo, neque ex quo putido glossemate, aut unde locorum in textum irrepserint exputo satis, et omisit quoque in sua versione *Marsilius Ficinus*. sed lego praeterea ἀψῖδα seu, ut nos, ψαλίδα ἔχουσαν κλίνας παρ' ἀλλήλας λιθίνας κειμένας· scribes aut παραλλήλας iunctis in unam voculis, aut facta metathesi, κλίνας λιθίνας παρ' ἀλλήλας κειμένας. Ψαλὶς vero apud veteres Graecos id ipsum, quod aevi recentioris scriptores frequentius ἀψῖδα appellarunt, quasi *iugamentum*, ἀπὸ τῆς ἁφῆς vel συναφῆς. recte ergo in *Philoxeni Glossis*, ψαλίς, ἡ ἀψίς, *arcus*: et *Hesychio* ac *Phavorino* ψαλίδες exponuntur ἀψῖδες τῶν στύλων. Idem: ψαλὶς, τὸ ἅρμενον καὶ καμάρα καὶ ταχεῖα κίνησις· qua posteriori notione descendit a ψάλλειν, cum κινεῖν denotat id verbi. et pro *camera* quidem *laqueata* seu *arcuato tecto* intelliges in *Sophoclis*, qui praecessit ita modo apud *Pollucem* nostrum, versu, in quo quid si legeremus: Στενὴν δ' ὑπέδυμεν ψαλίδα, κοὐκ ἀβάρβαρον· quae legatorum esse verba statuam, referentium quo modo Spartae sint excepti. et interpretaberis itaque: *Angustam subiimus cameram, neque nimis structura nitidam.* si quis autem ἴδειμε, quod in Excerptis C. V. vir quidam eruditus notaverat, praeferre velit, per me hoc ipsi liceat. A ψαλίδι autem ψαλιστὸς, *arcuatus*, *laqueatus* manat, ususque ea voce *Hierocles* de Nuptiis apud *Stobaeum*: οὐδὲ ζωγραφία καὶ ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες· de quorum verborum sensu varie opinantur eruditi: mihi ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες sunt *arcuata myrteta*, quod quid sit aliud, quam *in arcum et camerae formam flexa myrteta?* eius enim elegantiae fuere veteres, ut mutuo nexu maritatos supremarum arborum ramos in speciem tecti laqueati efformarent, cui quidem rei aptissimae fuere myrti, quod frangendis, leniendisque meridiani solis aestibus umbram praebeant amoenissimam, eaque de causa *Scholiastes Theocriti* ad Eid. ι. αἱ μυρσίναι, ἐφ' αἷς μεσημβρίζειν εἰώθασι. Unicum id

de origine vocis ψαλὶς addam, illam mihi videri a Phoenicibus architectis acceptam, qui, credo, aedificiorum laquearia, aut tecta laqueata dixerunt פסלין, a verbo פסל, quod est in lingua Hebraea ac Syriaca γλύφειν· laquearia vero ut plurimum opere sculptorio erant insignita, hinc διάγλυφα φατνώματα. [In *Sophoclis* versiculo mihi iam apprime probatur, ἔδειμε· quod cum legitima metri ratione non pugnat: priorem itaque coniecturam meam facio missam. Sed de ψαλιστοῖς myrtetis, quae eadem hac explicui nota, quaedam mihi videntur adiicienda. consensi ferme in vocis huius expositione cum Eruditiss. *Cantero:* neque analogiae profecto norma contra nostram stat opinionem. cum enim a ψαλὶς ψαλίδος, *forfex*, deducatur commode ψαλίζειν, quidni etiam ab eodem vocabulo, cum *arcum* vel *cameram* significat *arcuatam, ψαλίζειν, arcuare, fornicare* manare possit? quod si veterum usus ad analogiae rationem accederet, nulla mihi potior esset *Hieroclei* loci explanatio: nunc invitus ferme ab ea sententia divellor. nam ut dicam quod res est, mihi quidem videntur antiqui Graeci a ψαλὶς, cum *forficem* designat, ψαλίζειν formasse, cum vero *arcum*, ψαλιδοῦν, ut hoc pacto distinguerent diversae significationis ab uno nomine deducta verba. apud *Bitonem* certe, qui cum aliis antiquis *Mechanicos* Auctoribus Parisiis prodiit, invenio τραφὴξ ἐψαλιδωμένος στερεμνίοις, et saepius alibi ipsum illud ψαλιδοῦν· quam sibi non inutilem derivandi libertatem cum genitor vocabulorum usus sumserit, remanet, ut ψαλιστὸς sit *forfice accisus, decurtatus, forficatus*: *arcuatus* enim a ψαλιδοῦν Graece diceretur ψαλιδωτὸς, quod ipsum alicubi me legisse memoria non fallax suggerit. ψαλίδωμα certe apud *Strabonem* invenitur: itaque ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες ab *Hierocle* dicuntur, qui concinnum et elegantem in modum forfice sunt decurtati. sic enim amputari solent et compesci nimium luxuriantes arborum rami. *rasilia* cum *Apuleio myrteta* non invenuste dicere queas: sic enim in extrema libri de Mundo parte scribit: *acuta pinus, et rasiles buxi et odora laurus.* Sed dudum haec hominibus eruditis expositio placuit; *Salmasius* enim ad *Hist. Aug.* et *Pearsonius* in *Prolegomenis* ad *Comment. Hierocl.* in *Aurea Pythag. Carmina* illam tradiderunt et sunt amplexi, qui iidem, quodcunque hac de re adnotari posset, occuparunt. *Ex Addendis.*]

ἐν τοῖς νόμοις] Libro duodecimo fol. 986. ubi tamen

nunc pro *ψαλίδα* legitur *ἁψίδα*. Hic priores edit. *γῆν*. et mox *ἐρασμ*. item *λίθον*. SEB.

λέσχαι] *Hesiod.* II, 118.

ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει
ἥμενον ἐν λέσχῃ. SEB.

πιθῶνες] MS. *πιθόνες*. Sic supra VI, 15. *πιθῶνας*, quamvis MS. *πιθῶνα* haberet, ubi et *οἰνῶνας Xenophontis* habuisti. IUNG.

πιθῶνες] In *Onomastico* veteri *πιθὼν*, *doliarium*, et *οἰνὼν*, quam vocem ex *Xenophonte* mox *Noster* nominat, *cella vinaria*, *cellaria*. *Hesychius* quoque: *Οἰνῶνες*, *αἱ ἀποθῆκαι· οἴνου ἀποθήκας* exposuit *Noster* superius VI, 15. et recte, puto, in *Hesychio οἴνου* addideris quoque.

ὀνόμαζε· καὶ] Absunt a C. A. nec habet quae vocem *Ξενοφῶν* excipiunt usque ad *πανδοκεῖον*. KUEHN.

ὀνόμαζε· καὶ] Deest in MS. *ὀνόμαζε·* et mox *τὰ μὲν* usque ad *μέρη δὲ πόλεως·* praedixit autem talia haec libro VII. IUNG.

60.

πανδοκεῖον] Ion. alias *πανδοχεῖον*. SEB.

πανδοκεῖον] C. A. ita: *πανδοκεῖον*, *ξενών· πανδόκος ξένος* (C. V. etiam *ξένος* leg. pro *ξενόστασις*) *καὶ στάσις ἵππων ὡς Εὐριπίδης, ὅπερ Λυσίας ἱπποστάσιον· καὶ σταθμὸς* etc. usque ad *στάσις*, reliqua absunt. leg. *ξενόστασις*, *ἱππὼν* etc. *Gloss. equile.* KUEHN.

ἐν Ἰνάχῳ] MS. *ἐν Ἰνάγχῳ*. Sed *Inachus* ea fabula inscripta, et recte ita vulgo. citata ea legitur et apud *Dionys. Halicarnasseum*, *Athenaeum*, *Hesychium*, et *Scholiastem Aristophanis*, ut docuit *Casaubonus* noster VII. *Athen.* 4. IUNGERM.

πανδόκος ξενόστασις.] MS. ita: *πανδόκος ξένος· καὶ στάσις ἵππων*, *ὡς Εὐρ.* omissis mox *ἐν Ἱππ. καὶ.* et versu tragici. Sed vulgatum *πανδόκος ξενόστασις* mihi displicere non potest. Observamus autem et *ἱπποστάσεις* dixisse *Euripidem*, cuius versus citat *Strabo* lib. I. Ceterum *Hippolytum καλυπτόμενον* ita inscriptam docet a tragico *G. Canterus* VII. Nov. 21. propter alteram *Hippolytum στεφανηφόρον*. Correxit autem ibidem, ut *Seberus* noster edidit, sublata etiam particula *καὶ*, quam nec MS. noster adgnoscit. Sic enim antea mendose haec vulgata fuerunt, *ἵππων· καὶ ὡς Εὐρ. ἐν Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ πρὸς ἵππον*, *εὐθὺς ὁ. στ.* IUNG.

πανδόκος ξενόστασις.] Haec lectio plane non est immutanda: et vitii in MS. originem detegas facile. omiserunt

enim illas extremas literas τασις propter sequentis vocis similitudinem καὶ στάσις. Sed observabis mecum in πανδοκείῳ plura fuisse quaeque diversis usibus loca, quae καταγωγίου οἰκήματα appellat *Thucydides*. erat ubi soli morarentur homines, dixitque ξενόστασιν καταχρηστικῶς, siquidem στάσις de equorum animaliumve statione dicatur proprie, *Sophocles*. erat et φάτνη, tam hominibus quam animalibus destinatus locus. erat denique ἱπποστάσια, vel ἱπποστάσεις, quae utraeque voces in *Glossis*, *stabula*, *equilia* exponuntur, et ὀνοστάσια, quorum usum ipsa nominis indicat ratio. Addit autem *Pollux* noster dici quoque posse σταθμὸν, τὴν τῶν ὑποζυγίων στάσιν· sic apud *Aeschylum* *Prometh.* v. 396. ἄσμενος δ' ἂν σταθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ· ad quem locum σταθμοὺς *Scholia* per φάτνην explicant; et *Euripid. Androm.* Σταθμοὺς ἐπὶ βοῦτα. *Scholiastes* ἐπαύλεις· et differre docet σταθμὸν ab αὐλῇ, quod haec sit ἀνθρώπων οἰκητήριον, σταθμὸς vero θρεμμάτων. *Philoxenus*: Σταθμὸς, ἔνθα οἱ βοῦς ἵστανται, *stabulum*, *statio*. eadem σταθμοῦ in diversoriis ratio, quae erat in agris atque villis. sed tamen et σταθμὸς locus simpliciter quo divertunt homines; in Persia σταθμοὶ *Aelian.* 1, 32. ὅταν δὲ ἐπὶ τὸν σταθμὸν τὸν σὸν παραγένῃ, ad *Artaxerxem Mnemonem* inquit *Sinaethus*. In *Euripidis* autem verbis πρὸς ἵππον antiquae ante *Seberum* habebant editiones: sed id qualecunque vitii emendaverat ad Codicis sui oram *Canterus*.

ἵππων, etc.] E MS. priores editiones, ἵππων, καὶ ὡς. et mox ἵππον. Seb.

Λυσίας δὲ etc.] MS. *Λυσίας δὲ ἱπποστάσιον εἶπεν*· omisso titulo Orationis, qui et legitur infra segm. 154. Iung.

ἱπποστάσιον.] E MS. nisi malis ἱππόστασιν, quod in eodem supra 1, 184. Sed et hoc loco, nisi quod initio ὑππ. Dicitur et ἱππὼν, et ἱπποστασία et σταθμός. *Camerar.* de Nominibus equestr. pag. 115. Seb.

καλοῖτο] E MS. priores editiones καλεῖτο. Seb.

καλοῖτο] Et noster MS. καλεῖτο. Iung.

καὶ κλείσιον, etc.] MS. καὶ κλήσιον, παρὰ τὸ κεκλεῖσθαι· οὗ καὶ αἱ θύραι κλησιάδες· quae lectio tota, excepto quod θύραι legendum patet, praestabilior vulgata videtur; κλησιάδας, τὰς θύρας τῆς σκηνῆς, ait *Hesychius*. κλήσιον itaque *Nostro* σκηνή. Sed inveniuntur tamen apud eundem et κλεῖσις de σκηνῇ· et κλισία, σκηνή· et κλισιάδες. Apud alios est et κλείσιον. Sed tricas has missas facio: sat aliarum video mihi obiectum in capite sequenti. Iung.

καὶ κλείσιον, etc.] Corruptus fuit vulgo hic locus, cui medelam tetuli *) ex MSS. lectione. itaque παρὰ τὸ κεκλεῖσθαι textus habet mox, eiecta spuria vocula ἄλλως· παρὰ τὸ ἄλλως κεκλῆσθαι. et haec quidem commoda sunt: sed quid faciamus illa voce κλησιάδες· quae utique, si sequi velis analogiam, mutanda fuerit in κλεισιάδες vel κλισιάδες, et tamen apud *Hesychium* est κλησιάδες. Sed illius auctoritate male ac frustra munire volueris hanc corruptam lectionem. etenim aut in *Hesychio* scribendum quoque fuerit κλεισιάδες, aut error istius Lexicographi erit agnoscendus; restituimus itaque in *Polluce* nostro κλεισιάδες. Sed de κλεισίῳ et κλισίῳ videndus et *Etymologus*, qui τὸν τεχνικὸν scripturam inquit διὰ τοῦ ει διφθόγγου, *Herodianum* vero scribere διὰ τοῦ ι, quia deducat ἀπὸ τοῦ κλίνω· et habet ex *Homero* locum, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη. quin vero κλεισιάδες sunt et apud *Plutarchum* in *Alcibiade*: μεγάλας δ' αὐτῷ κλεισιάδας ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἀνοίγοντος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ πλούτου· quod eodem modo est dictum quo *Romani* solent *aperire fenestram*; ususque est alicubi in *Novellis Iustinianus*: sed hoc non agimus.

κεκλῆσθαι] *Sylb.* leg. κεκλεῖσθαι. Mox κλησιάδ. etiam *Hesych.* alii κλεισιάδες. Seb.

κεκλῆσθαι] Ex *Hesych.* legendum κεκλίσθαι, quod temere ibi abiecta sint *iumenta.* dein iterum legit κλισιάδες· κλισιάδες, inquit, αἱ δίπτυχοι θύραι. κεκλίσθαι praefert et *Salm.* Kuehn.

51.

περὶ εἰδῶν, etc.] Capitis huius inscriptio MS. cum vulgata consentit, nisi quod mox ita: καὶ πεντηκονταδράχμου, καὶ πενταδράχμου, καὶ τῶν ὁμοίων καὶ τῶν μερῶν αὐτῶν· quae ultima rectius titulum explent, quam ut vulgo est. Iung.

ταλάντου τε] τε abest a C. A. qui et post πεντηκονταδράχμου, quod mox sequitur, habet καὶ τῶν ὁμοίων, omissis caeteris. exhibet idem *Salm.* Kuehn.

οὐ φαῦλον] Haec omittit iterum C. A. et Vetus liber *Salm.* usque ad ὁρίσασθαι. Kuehn.

οὐ φαῦλον] Ipsum caput in MS. incipit cum illis: Πλάτων etc. prioribus, quae quasi praefatiuncula, omissis. Ce-

---

*) *Tetuli* l. *tuli.* forsitan vero et alibi praeter meam mentem antiquum illud *tetuli*, cuius usum renovare non decet, irrepsit. sed illud quodcunque vitii utriusque literae litura facile L. B. emendabit. *Ex Addendis.*

terum quod ad *βραχαῖα*, omnino *βραχέα* scribendum; quamvis illud et priores editi, ut et noster *Seberus*. sed id ex vitiosa pronunciatione exortum, qua dudum *αι* et *ε* confundi soleant. de *κιβδήλῳ* autem et *ἐπισήμῳ* supra dixit III, 86. Iung.

βραχαῖα] Scr. *βραχέα*. Seb.

βραχαῖα] Legit *βραχέα Salm.* Kuehn.

βραχαῖα] *Kuehnius βραχέα*,. et ita iam textus habet. occurrit paulo post *κίβδηλον καὶ ἐπίσημον νόμισμα*, pro quo vitiosam in *Basileensi* editione lectionem *κύβδηλον* emendaverat *Falckenburgius*, et ad oram sui Codicis *Kuehnius*. Hoc autem praeloquium quod in MSS. omittatur, male factum censeo, siquidem omnino illud a *Polluce* profectum esse putem, cui non insolens aliquando praeloquio monere cur, quave de causa scribat aliquid.

περὶ νομισμάτων] De hac materia inter alios scripserunt *Gulielm. Budaeus*, libris quinque de Asse, *Matthaeus Hostus* totidem libris de Historia rei nummariae veteris, et *Ioachim. Camerar.* libello de Moneta veteri Graecorum et Latinorum. Inde igitur lucem petet benignus Lector iis, quae caligine aut perplexitate aliqua hic laborare videbuntur. Seb.

Πλάτων μὲν γὰρ καὶ etc.] Incipit hic caput in C. A. *ὡς Πλάτων μὲν καὶ τέχνη τίς ἐστι νομίσματι καὶ νομισματοποιητικὴ πρᾶγμα.* C. V. *ἔστι νομισματοπωλικὴ καὶ νομισματοπωλικὸν πρᾶγμα.* *Plato* hanc firmat lectionem in *Sophista*, ubi mentionem facit *νομισματοπωλικῆς*· quae scilicet *νόμισμα αὐτὸ πρὸς αὐτὸ ἀμείβεται*, *numisma alterum altero permutat*, vel interveniente nummo nummum vendit. eandem lectionem affert *Salm.* Kuehn.

Πλάτων μὲν γὰρ καὶ etc.] Sic itaque MS. incipit caput hoc, *Πλάτων μὲν καὶ τέχνη τίς ἐστι νομισματοπωλικὴ, καὶ νομισματοπωλικὸν πρᾶγμα*· recte, et ita restituendum certe est, nisi quod malim *Πλάτωνι* scribere, casu dativo, nec aliter mihi *Pollucem* scripsisse puto. supra VII, 170. *νομισματοπωλικὴ κατὰ Πλάτωνα*, incorruptum id permansit. valeat itaque illa *πολικὴ* vel *πολιτικὴ νομισμάτων* cum prioribus editionibus. nostri MS. lectio ipso *Platone* nititur, qui in Sophista ait, *ἡ τέχνης οἰκειωτικῆς*, *χειρωτικῆς* etc. *μισθαρνικῆς*, *νομισματοπωλικῆς* etc. quod et mox vocat *τῆς ἐμπορικῆς* genus *ὃ πωλοῦν διὰ νομίσματος, ἀλλάττεται.* Ne tamen quid taceam, *Aldina* et *Florentina* lectio *πολιτικὴ* quoque fortasse locum habeat, modo scribas *πωλητικὴ*· ait enim ita mox

Plato, τὸ περὶ λόγους καὶ κτήματα ἀρετῆς πωλητικόν. Unde totus locus ita queat apud *Pollucem* restitui: Πλάτωνι μὲν γὰρ καὶ τέχνη τίς ἐστι νομισματοπωλική, ἡ πωλητικὴ νομισμάτων (vel διὰ νομισμάτων) καὶ νομισματοπωλικὸν πρᾶγμα. Ceterum quod ad illud Πλάτωνι, ita diserte hinc citat et *Hostus* lib. I. cap. 3. ubi de nummorum adpellatione a causa efficiente agit, n. 4. quamvis alias male πωλικὴ νομισμάτων habeat et νομισματοπωλικὸν πρᾶγμα non recte ex libro VII. *Pollucis* adferat. IUNG.

Πλάτων] *Kuehnius* in suo Codice Πλάτωνι emendavit, quem sequuti sumus, alias utique, si primum retineas casum, ipsa videbuntur *Platonis* verba velle sequi; et affirmare non habeo, numne alicubi *Plato* etiam dixerit: καὶ τέχνη τίς ἐστι πωλικὴ νομισμάτων, vel potius, quod ex *Kuehnii* emendatione textus habet, νομισματοπωλική· forsitan sane: at omnino non vacat anquirere talem locum. Mox quoque νομισματοπωλικὸν per ω praeeunte *Kuehnio* nobis est emendatum. νομισματοπωλικὴ vero ea est, quam Politicorum primo Philosophus χρηματιστικὴν καπηλικὴν adpellat, τὴν διὰ χρημάτων μεταβολῆς, *quae pecuniae fit commutatione*, cum aureos maiorisve pretii quosvis nummos lucello vafre inhiantes κατακερματίζουσιν ἀργυραμοιβοί· est et ipsa vox apud *Ammonium* in *Aristotelem*.

πωλικὴ νομισμάτων] *Ald.* et *Florent.* edit. πολιτική. MS. τέχνη τίς ἐστι νομισματοπολική. *H. Steph.* νομισματοπωλικὴ hinc citat. SEB.

52.

τάλαντον μέγιστον] Ita et apud *Suidam* definiri, vel describi potius dicamus, admonuit *Hostus*, quem vid. lib. III. rei Numm. c. 12. n. 4. Illustrat et plura, quae hic *Pollux* refert, Avus noster Commentariolo *de numismatis seu moneta veteri Graecorum ac Latinorum*. IUNG.

ἴσως] Abest a C. A. KUEHN.

πεντηκονταλαντία.] *Henricus Stephanus* citat hinc πεντηκονταταλαντία. *Sylburg.* leg. πεντηκοντοταλαντία. SEB.

πεντηκονταλαντία.] C. V. πεντηκοντοταλαντία. KUEHN.

πεντηκονταλαντία.] MS. clare πεντηκοντοταλαντία· itaque hoc repone, quod et visum diligentiss. *Sylburgio*, quamvis *H. Stephani* πεντηκονταταλαντία etiam non malum sit. Ait enim *Pollux* κατὰ τὸ προκείμενον σχῆμα nos et in aliis posse ascendere vel descendere, ἑκατονταλαντία, ut δεκαταλαντία, quae tam ab ἑκατὸν, vel δέκα et ταλαντία sint, quam illud a πεντήκοντα et ταλαντία pari eodemque modo. Certe ita et

ἑξηκονταταλαντείαν lego in *Demosth.* Orat. *περὶ συμμοριῶν.* Quod tamen non advertit *Hostus* lib. III. rei numm. vet. c. 14. ubi de compositis a voce *τάλαντον* agit, et vulgatam lectionem *Pollucis* retinet. IUNG.

πεντηκονταλαντία.] *Kuehnius* ad MSS. fidem *πεντηκοντοταλαντία* in textu restituit, et recte. nescio tamen an non aliter in hoc loco repererit *Etymologus* in *τάλαντον*, ubi pleraque haec et sequentia *Pollucis* nostri in suum retulit Lexicon, prout singula diligenter indicabimus suo quaeque loco. verba eius sunt haec: *πολλὰ εὗρον σημαίνειν τὴν λέξιν· ἡ παρὰ τὸ μέγιστον χρυσίου καὶ ἀργυρίου μέρος, καθ' ὃ σημαινόμενον Δημοσθένης φησί· πεντήκοντα τάλαντα·* sed illa quidem lectio huic loco, ut ex sequentibus patet, convenit parum, neque *Pollucis* nostri integra haec omnia descripserit *Etymologus* forsitan. in *Demosthenis* vero *Philippica* I. *ἐννενήκοντα* et *τεσσαράκοντα τάλαντα* reperio, alibique extent *πεντήκοντα τάλαντα,* quae *Etymologus* nominat.

καὶ γὰρ] C. A. *καὶ γὰρ καὶ ἑ. ἔ. εἰπεῖν καὶ δεκαταλαντίαν καὶ ἀπὸ π. ἀ. π. κ. ἑ. ὅ. μὴ τὸ δυσφθεγκτὸν καὶ τὸ τράχὺ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἐμποδίζοι·* quod ultimum et C. V. habet. haec lectio sine dubio melior vulgata, dummodo *ὅπου* vulgatum adsit. *ubi,* inquit, *difficultas pronuntiationis et molesta auribus asperitas non obstiterint. Salm.* vetus liber non habet *ἔστιν εἰπεῖν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ προειρ. καὶ δεκατ. αὐτίκα·* in caeteris consentit cum C. A. nisi quod legit *ὅπου μὴ τοῦ δύσφευκτον.* KUEHN.

ἑκατονταλαντίαν] Sic in *Ἱππεῦσι Comici*:

φεύξει γραφὰς ἑκατονταλάντους τέτταρας. IUNG.

κατὰ τὴν ὑφήγ. etc.] Desunt *κατὰ τ. ὑφ. τοῦ προ.* in MS. IUNG.

ὅπου τὸ δύσφευκτον etc.] MS. *ὅπου μὴ τό.* SEB.

ὅπου τὸ δύσφευκτον etc.] Omnino emenda ut MS. noster habet, *ὅπου μὴ* (quod *μὴ* et *Seberi* MS. adgnoscit) *τὸ δύσφθεγκτον καὶ τὸ τραχὺ πρ. τ. ἀ. ἐμποδίζοι· τὸ δὲ τάλαντον ἦν μέν·* egregie omnia. posteriora passim et ex suo *Seberus* noster restituit, quum antea vulgo esset: *ταλάντου δ'.* Sed omnia ita ut ex nostro MS. descripsi, emendanda sunt. sic segm. 54. *ἦν δὲ καὶ,* et 56. *ἦν δὲ καὶ δύσφευκτον* in hac re nunquam dixit *Pollux. δύσφθεγκτον* saepissime in hac re, ubi quaedam vocabula iungi, vel ab iis alia derivari vetat ob teneras auriculas, et soni duritiem, quia *δυσφθεγκτότερα.* Saepissime id tibi occurrit in *Polluce,* ut supra VIII, 15.

et IX, 132. et 135. et alibi, quae se tibi ipsi non quaerenti hinc inde offerent. IUNG.

ὅπου τὸ δυσφευκτόν τε καὶ τρ. etc.] Corruptissimum locum feliciter restituere licet ex MSS. et *Kuehnius* ad Codicis sui oram id praestiterat egregie. mox vero *ἐμποδίζοιτο* fuit vulgo, in cuius locum *ἐμποδίζοι* dedimus, superstite vocis syllaba ad sequentia relata, a quibus male fuit abrupta. eodem vero modo *Apollonius Grammaticus* vitandum inquit in vocum compositione *τὸ δύσφθεγκτον καὶ τὴν τραχύτητα.*

ἐμποδίζοιτο.] MS. *ἐμποδίζοι· τὸ δὲ τάλαντον ἦν μὲν καὶ στ.* priores editiones, *ταλάντου δ'.* SEB.

τάλαντον δ' εἴη etc.] C. V. et *Salm.* *τὸ δὲ τάλαντον ἦν μὲν κ. στ. τ. ὅ. ὅθεν καὶ Ἀριστοφάνης ἀλλ' ἡ τάλαντα μουσικὴ κριθήσεται· ἦν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν σταθμῶν ὄνομα ὡς τὸ Ὁμηρικόν· χρυσεία πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. τὸ δὲ* etc. eandem lectionem habet *Salm.* C. A. *ὅθεν καὶ Ἀριστοφάνης* etc. *κριθήσεται ὡς τὸ ὅ. χ. π. ἐ. τ.* locus *Aristophan.* extat in *Ranis* hunc in modum:

> *καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται.*
> *namque musica talento appendetur.*

Ubi *σταθμήσεται* Attice positum pro *σταθμηθήσεται*; cuius Interpretamentum est MSStorum *κριθήσεται.* *Homeri* versus extat Iliad. θ. v. 69. et Iliad. χ. v. 209. quem *Virgilius* 12. *Aen.* expressit:

> *Iupiter ipse duas aequato examine lances*
> *sustinet etc.*

Aristot. H. A. libr. VIII. in fine, *ἤδη δὲ ἐλήφθη γέρων θύννος οὗ σταθμὸς μὲν ἦν τάλαντα πεντεκαίδεκα.* KUEHN.

τάλαντον δ' εἴη etc.] Et hic quoque melior longe ac concinnior extat locus in MSS. quorum ope, praeeunte *Kuehnio*, illam, quae reperitur in textu lectio, restituimus. Quam vero varie aestimatum fuerit, cum ponderis habuit notionem, talentum ex uno *Hesychio* pateat clare. *Τάλαντον, σταθμὸς, ζυγός· ὁλκὴ λιτρῶν ἑκατὸν, ἢ ἑκατὸν εἰκοσιπέντε, ἢ ἑκατὸν ἑξηκονταπέντε, ἢ τετρακοσίων, ἢ χιλίων ἑκατὸν πεντηκονταδύο·* dixeratque paulo superius *Epiphanii* esse sententiam, quae *λιτρῶν ἑκατὸν εἰκοσιπέντε* talentum statueret; et vere, ut conspici potest ex magni illius viri libello de Ponderibus et Mensuris. Tum vero qui in hanc rem *Aristophanis* citatur locus corruptus est. scripserat, credo, *Pollux* nimium memoriae suae credulus:

ἀλλ' ἡ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται.

Attamen non nihili est facienda illa MSS. unanimis conspiratio in *κριθήσεται*. potuerit certe in uno quidem alterove MS. talis de margine glossula irrepere facile, ac in genuinae vocis locum, obstetricante librariorum incuria, insinuare sese; sed ita ad unum omnes Codices spuriam alere posse ac fovere vocem alii potius quam ego credant, accedit et *Etymologum* indicato superius loco hanc ipsam adgnoscere quoque lectionem, nisi quod pro *'Αλλ' ἡ* habeat *'Αλλ' ἢ*, facili utique vitio. non diffiteor quidem ingeri nobis in oculos ex *Comici Ranis*, qui huic valde sit similis, locum: at vero quis tandem adfirmare ausit contra MSS. fidem illum esse, quem voluit *Onomasticographus* noster. utique sunt plures *Aristophanis*, quae periere, fabulae, in quarum aliqua potuerit hicce locus extare, prout illum nobis MSS. exhibent. itaque si nostro res iudicio steterit, oportuerit MSS. lectionem postliminii iure in textum revocare, quippe quae suis constet et pedibus et sensu hoc modo:

ἀλλ' ἡ ταλάντῳ μουσικὴ κριθήσεται.

Quid tamen huius rei agamus, cum utrique eruditissimi Interpretes alia velint, quorum sequutus mentem versiculum istum ex *Comici Ranis* in textum retuli; *Kuehnius* tamen malebat *'Αλλ' ἢ* pro *'Αλλ' ἡ*, qua tamen e lectione qui emergit sensus non rite respondet rerum, quae sunt apud *Aristophanem*, sequelae. interim sibi quisque suam retineat arbitrii libertatem. Post in *Homeri* versu cum *Kuehnio* ordinem vocum invertimus. lectum fuit ante: *Καὶ τότε δὴ ἐτίταινε πατὴρ χρύσεια τάλαντα.* In hoc autem *Homeri* aut fallor, aut *τάλαντα* propriam ac primam obtinent significationem, *lances, librae*, a sustinendo, unde recte *Scholiographus*, *ζυγά*· adeo ut *Pollucis* nostri destinato minus iste locus quadret, nec hercle *Aristophanis* quoque versiculus, in quo similiter *τάλαντον* non de *σταθμῷ* seu pondere, sed de ipsa libra, seu, ut in *Comici Ranis Florens*, trutina capiendum est. sed eam forsitan in altero, quem nos probamus, versiculo, opportune habeat notionem.

τὶ ὄνομα] MS. infra *τὶ ὄν.* Iung.

καὶ παρὰ 'Αριστοφ.] MS. *καὶ 'Αριστοφάνης*, sine *παρὰ*, et *ἐστὶν εἰρ.* Iung.

ἀλλ' ἡ ταλ. etc.] Priores editiones, *ταλαντομουσ.* MS. *ἀλλ' ἡ τ. μ. κριθήσεται.* Et inde: *ἦν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν σταθμῶν ὄνομα, ὡς τὸ 'Ομηρικὸν, χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα.*

'Ηδύν. segm. seq. Extant autem *Homeri* verba Iliad. θ, 69. et χ, 209. Seb.

ἀλλ' ἡ ταλ. etc.] In versu *Aristophanis* antea male edebatur ταλαντομουσικὴ· ut *Seberus* edidit, ita et ab *H. Stephano* hic in suo Codice inveni emendatum. Ceterum MS. noster, ut *Seberi* fere habet:

ἀλλὴ ταλάντῳ μουσικὴ κριθήσεται.

Sed cum *Aristophanis* Codicibus ita legendum:

καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται.

Est enim in βατράχοις Comici locus, ubi *Aeacus*,

κἀνταῦθα δὴ τὰ δεινὰ κινηθήσεται,
καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται.

Unde corruptum ἀλλὴ exstiterit nescio: κριθήσεται glossema esse alterius voculae facile video. Iung.

καὶ τὸ 'Ομηρικὸν etc.] Pro καὶ τὸ 'Ομ. ita MS. noster: ἦν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν σταθμῶν ὄνομα, ὡς τὸ 'Ομηρικὸν — χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα· τὰ δὲ ἐν etc. ut *Seberi*, nisi quod ille magis in fine mutilus. Iung.

63.

τοῖς Κρατιτοστόλαις] Legendumne Κράτητος ἐπιστολαῖς, aut quomodo? Seb.

τοῖς Κρατιτοστόλαις] C. V. τὸ δὲ ἐν ταῖς Κράτητος Τόλμαις. *Cratetis* Τόλμας non semel laudat *Athenaeus*. Kuehn.

τοῖς Κρατιτοστόλαις] Egregie MS. noster restituit, quae vulgo corruptissima. tu itaque hanc lectionem ex eo repone: ταῖς Κράτητος Τόλμαις, πρῶτα μὲν ταλαντιαῖος ὅστις ἐστὶν αὐτῶν λέγε, ἄδηλον etc. versus tamen ita distingue, et scribendo saltem ἔστ' pro ἐστιν·

— πρῶτα μὲν
ταλαντιαῖος ὅστις ἔστ' αὐτῶν λέγε.

ἄδηλον subiicit *Pollux* et cetera, quae quoque mendosa, nempe τροπὴν λέγει· non ita MS. sed longe rectius: ῥοπὴν σημαίνει· apage itaque hinc τροπήν. obscurum ait *Pollux* esse in ista χρήσει *Cratetis*, utrum valor per voculam ταλαντιαῖος significetur, an ad talenti inquam pondus propendeat, an valeat tanti. Sic ix, 58. εἴτε ῥοπὴν εἴτε ἀριθμὸν λέγει. Et ταλαντιαῖος legendum pro vulgato ταλανταῖος, etiam antea ad meum Codicem notaveram: in primis quod sequatur, νοσημάτων ταλαντιαίων. Sed ubi alias *Cratetis Tolmae*? mihi iam non incidit: memini tamen huius vel alius eiusmodi nominatam fabulam in *Polluce* nostro legisse. certe eandem infra ex MS. restituemus pro vulgatis ἑορταῖς x, 64.

MS. nostri lectio clara est, nec me dubitare sinit. Vide itaque mecum, annon et *Suidae* redonandus huius dramatis titulus, apud quem excidisse videtur. Κράτης Ἀθηναῖος Κωμικός· οὗ ἦν ἀδελφὸς Ἐπίλυκος ποιητὴς ἐπῶν. δράματα αὐτοῦ εἰσιν ζ΄. Γείτονες, Ἥρωες, Ἀηρία, Λάμια, Πεδῆται, Σάμιοι· ἔγραψε δὲ καὶ καταλογάδην τινά· ait εἰσιν ζ΄. id est, puto, septem: et tamen sex saltem enumerat. quamvis et alia adhuc apud *Pollucem* legantur *Cratetis*, ut Ἑορταί, ut Παιδιαί· nam Παρακαταθήκη vulgo quidem; sed in MS. *Sosicrati* tribuuntur, et apud *Aristoph. Scholiast.* in Νεφέλαις, ubi de *Amynia*. Κράτης δὲ ἐν Δελφοῖς ὡς ἀλάζονα καὶ κόλακα συκοφάντην· nisi leviter suspicari liceat, si forte ibi legendum Κρατῖνος δὲ ἐν Σερίφοις. Pro ποδῆται autem Πεδῆται legendum videtur. IUNG.

τοῖς Κρατιτοστόλαις] Quae vero malum? hic apparent Κρατιτοστόλαι?· apage cum isthoc spurio vocabulo ad Cynosarges, atque ocyus ex MSS. restitue, quod et Doctissimus *Kuehnius* fecerat, ταῖς Κράτητος Τόλμαις· et bene habet, quod *Cratetis* fabulam non ita in vulgo notam restituere liceat. scimus quis sit *Crates*, meminimusque alicubi harum in *Pollucem* stricturarum de eo dixisse: sed eius fabula Τόλμαι quae qualisve sit amplius est quaerendum. Quin et Interpreti nostro, a quo rarissime boni quid expectes, mendi quid in hoc loco suboluit, et emendationem quoque ausus est, sed quae nullo tibicine nitatur: ubi enim auctorum homini sub oculos venerunt *Cratini Stolae?* Subiicitur tum *Cratetis* versiculus, quem varie corruptum ad MSS. fidem *Kuehnium* in plerisque sequuti restituimus, ita vulgo ante nos lectum fuit, πρῶτα μὲν ταλανταῖος, ὅς τι ἔσται αὐτῶν ἄδηλον λέγε· postmodum εἶτε τροπὴν vitiose fuit, in cuius locum *Kuehnius* dedit ῥοπὴν, quo modo et eruditorum princeps *Ioseph. Scaliger* in libello Commentario de Re Nummaria agnoscit. quod ῥοπὴν hic appellat *Pollux*, alii ὁλκὴν dicere solent, intelligendumque de pondere; vult enim *Pollux* in incerto esse, numne *Crates* pretium intellexerit nummarium, an vero potius pondus, cum usus est voce ταλαντιαῖος· me quod adtinet, facile in *Cratetis* loco ταλαντιαῖον capi posse censeam, si quid in his censeri ac tuto possit statui, ubi priorum posteriorumque rerum sequelam ignoramus, de *homine divite* ac *opulento*, adeoque de pretio potius. nec multum diverso sensu est apud *Aristotelem* Oeconom. lib. II. cap. 2. ἐγγύους καταστῆσαι ταλαντιαίους, *divites ac opulentos constituere vades, quorum opes ad minimum aequent*,

talentum; et apud *Demosthenem* I. contra *Aphobum* οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι· itaque hoc modo *Cratetis* versiculum interpreter: *primum quidem quis illorum talentum aequantes possideat pecunias, cedo.* alias et ταλαντιαῖος de pondere apud *Hesychium* est; Ταλαντιαῖον, βαρύ· unde et ταλαντιαῖοι λίθοι, *librales lapides*, et ταλαντιαία χάλαζα, *libralis grando* observante *Ioseph. Scaligero* de Re Numm. pag. 3. (ubi, quod monere operae fuerit pretium, illa, quae de talenti notione retulit superius *Pollux* noster, in Latinum ferme transfudit sermonem, eandemque *Aristophanis*, de qua supra, sed ex eius *Ranis* emendatam, attulit χρῆσιν) eaque ratione *Alcaei* νοσήματα ταλαντιαῖα fuerint *morbi graves*. Adnotat demum *Pollux Antiphontem* de pondere dixisse ταλάντωσιν, utique a verbo ταλαντόω, unde apud *Hesychium* Ταλαντώσει, σταθμήσει, στήσει· cui simile est ταλαντᾶν τὸ ζυγεῖν, et ὑπερταλαντᾶν τὸ ὑπερβαρεῖν apud *Etymologum* et *Suidam*. [De *Cratetis* Τόλμαις videnda quae dixi ad lib. x, 54. *Ex Addendis.*]

πρῶτα μὲν etc.] Versum ita constituerem ex C. V.

— πρῶτα μὲν
ταλαντιαῖος ὅστις ἐστὶν αὐτῶν λέγε.
— *primo quidem*
quis eorum talentum valeat, dato. Kuehn.

ἄδηλον λέγε] In *specimine* lectum ἄδηλον εἴτε τιμὴν εἴτε ῥοπὴν λέγει, quam emendationem probant C. V. et *Salmas.* nisi quod pro λέγει habet σημαίνει. confer et segm. 58. caeterum C. A. omittit sequentia usque ad δεκατάλαντος. Kuehn.

ὥσπερ ὅταν etc.] ὥσπερ ὅταν etc. δεκατάλαντος cum mediis, quae sequuntur in hoc segm. desunt in nostro MS. De *Alcaei* fabulis *Casaubonus* noster III. *Athen.* 24. ubi et *Endimion* hinc memorat. quem eundem videsis et de *Aristophanis* dramasi sive centauro, VII. *Athen.* 14. Iung.

ἠδύνατο δὲ τοῦ χρ.] Iterum MS. ἠδύνατο δὲ τὸ τοῦ χρυσίου τάλαντον τρ. etc. De hoc loco *Hostus* lib. v. rei num. vet. cap. 11. n. 14. Iung.

ἠδύνατο δὲ τοῦ χρ. etc.] Adponam *Alexandri Sardi* locum ex eius de Nummis libello, qui haec *Pollucis* nostri adludit: *Talentum olim fuisse minimi pretii indicat* Homerus, *apud quem quarto loco datur praemium in equorum certamine. fuit ex tribus chrysis, ut ait* Pollux, *postea ita auctum, ut a* Fannio *dicatur:*

— *summum doctis perhibetur pondus Athenis*
nam nihil his oboleve minus, maiusve talento.

De talenti autem pretio apud *Homerum* viliori monet quoque mox Onomasticographus noster. et valuisse tres chrysos talentum auri ex eleganti *Philemonis* Comici versiculo constat: *δύο εἰ λάβοι τάλαντα, χρυσοῦς ἔχων ἓξ ἀπολεῖται*· ubi duo talenta sex chrysis censentur. habet et hunc sed paululum mutatum ex *Etymologo* locum, et, quem sub manibus habemus, *Pollucis* nostri *Scaliger* de Re Numm. pag. 19. ex quo haec excerpere lubet: *Τάλαντον autem νομίσματος duplex erat, τάλαντον χρυσίου καὶ τάλαντον ἀργυρίου· alterum quidem τριῶν χρυσῶν, sexaginta drachmarum argenti, alterum sexaginta minarum, sex millium drachmarum argenti.* Sed apud *Sardum* paucis interiectis haec alia sequuntur ex *Polluce* nostro etiam petita: *Ex Talentis Atticum parvum a* Fannio *et a* Polluce *dicitur ex* 6000. *drachmis vel ex* 60. *minis Graecis.* in quae eadem cum *Polluce* nostro consentit *Hero* MS. *πᾶν τάλαντον ἰδίας ἔχει μνᾶς ξ.* et in *Demosthenis Philippicam* primam *Scholia*, quae hic posuisse iuverit: *σημείωσαι ἐντεῦθεν ὅτι τὸ μὲν τάλαντον ποιεῖ μνᾶς ξ. ἡ μνᾶ δὲ ρ δραχμάς· ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολοὺς ἕξ, ὡς εἶναι τοῦ ταλάντου τὰς ὅλας ἑξακισχιλίους δραχμάς· τῶν δὲ δραχμῶν ὀβολοὺς τρισμυρίους*· recte quidem id ex *Demosthenis* loco patere adfirmat; nam si calculum posueris, ita se rem habere comperies. Meminit porro huius *Pollucei* loci *Snellius* vir non infelicis plane in re nummaria indaginis, istius, quem hac de re conscripsit, libelli pagina 45. et videri quoque potest *Vossius* ὁ *πολυμαθὴς* in *Etymologico*. Nos autem et hic in sequentibus indicasse ista, ac digito tantum demonstrasse contenti erimus, siquidem totam hanc rem nummariam velle hoc loco diligentius ponderare, ac innumeros ferme eruditissimorum quoque hominum, qui castigandi essent, errores explodere instituti nostri rationem excederet.

τὸ τάλαντον] Omittit *τὸ Salmas.* Kuehn.

τρεῖς χρυσοῦς] *Salmas.* legendum *τ χρυσοῦς Ἀττικοὺς* hoc est *τριηκοσίους*, ut *alibi ostendemus.* forte in *libello de Re nummaria*, quem promisit quidem, sed non dedit, quantum ego quidem scio. talentum auri habuisse trecentos aureos ita quis ostenderet: *Arrianus* lib. IV. *ἀναβ.* refert *Alexandrum* per praeconem indicasse, se daturum 12. (*Curtius* 10.) talenta illi, qui primus in cacumen petrae Sogdianae evasurus esset, *secundum uno minus* accepturum, ultimum inter decem milites habiturum 300. Daricos, quae

summa talentum Atticum facit; Daricus enim tantum valet, quod aureus Atticus. Verum locus ille Arriani Curtiique agit de talento non auri sed argenti, quod erat LX. minarum, mina autem quinque Daricos habet, ergo quinquies multiplicatae 60. minae sunt 300. Darici, uti ostendit *Gronovius* de *Pecun. Vet.* III. cap. 7. ubi etiam docet de auri talento veteres abiisse in tres sententias, *Eustathium* duos aureos, *Heronem* unum, *Pollucem* tres attribuere talento auri, et ultimae sententiae se accedere. KUEHN.

τὸ δὲ τοῦ ἀργ.] *Hostus* lib. III. rei num. c. 12. de Talento Attico n. 7. IUNG.

54.

πολυτάλαντος] *Hostus* eod. lib. III. cap. 14. n. 8. IUNGERM.

πολυτάλαντος ὁ πλούσιος.] Et haec indicato superius a nobis *Etymologi* loco habentur. τέταρτον, inquit, σημαινόμενον nempe τοῦ ταλάντου, ἀριθμοῦ τι ὄνομα, ὡς καὶ πολυτάλαντος, ὁ πλούσιος, καὶ τὸ Ὁμήρου, Κεῖτο δ' ἄρ' etc. καὶ διτάλαντον δὲ καὶ ἡμιτάλαντον λέγεται. Ista vero καὶ διτάλαντον δ' ἂν εἴποις etc. ex *Polluce* habet *Sperlingius* de Nummis non cusis pag. 10. ubi de talenti notione. In *Aristophanis* autem *Lysistrata* p. m. 857. est τριτάλαντον βάρος.

τὸ παρ' Ὁμήρῳ] In C. A. non comparet τὸ· versus ipse *Homeri* est ex *Iliad.* σ. v. 507. alter est *Iliad.* ψ. v. 751. KUEHN.

μέσσοισι etc.] MS. μέσοις δύο etc. male ad versum qui est 507. Ἰλιάδος σ. IUNG.

καὶ διτάλαντον] C. A, διτάλαντον etc. καὶ τριτάλαντον καὶ δεκατάλαντον. ἢ. ὡ. Ὁ. C. V. δεκατάλαντον subiicit τῷ ἡμιτάλαντον, dein ὡς καὶ Ὁ. KUEHN.

καὶ διτάλαντον] Ait et *Herodotus Clione* cap. 50. ἡμιπλίνθια, λευκοῦ χρυσοῦ, σταθμὸν διτάλαντα. *Demosthenis* vero locus est in extrema illa nobili ὑπὲρ Κτησιφῶντος Oratione: διτάλαντον δ' εἶχες ἔρανον δωρεὰν παρὰ τῶν ἡγεμόνων τῶν συμμοριῶν· et παραγραφῇ ὑπὲρ Φορμίωνος· τὸ μὲν γὰρ διτάλαντον, ἡ δὲ ἀφορμὴ ἀσπιδοπήγειον ἑκατὸν μνᾶς ἔφερον. IUNGERM.

καὶ ἡμιτάλαντον] Pro ἡμιτάλαντον MS. noster δεκατάλαντον, ὡς καὶ Ὅμ. habet: sed χρῆσις subiecta, quae est Ἰλ. ψ. v. 796. ἡμιτάλαντον non in *Homero* esse. Itaque hoc forte modo legendum auctius: καὶ τριτάλαντον, καὶ δεκατάλαντον, καὶ ἡμιτάλαντον. ὡς καὶ Ὅμηρος etc. Et *Demosthenes* enim ἡμιταλάντου etiam voce usus, ut in ea ὑπὲρ Φορμίωνος· πένθ'

ἡμιταλάντων, et alibi. quibus subiicit *Pollux*, ut et *Homerus* etc. δεκαταλάντους δίκας apud *Aeschinem* in ea περὶ τῆς παραπρεσβ. habes. *Demosthen.* contra *Aphob.* prima Orat. in fine: οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι· et in altera πεντεκαιδεκαταλαντιαίους οἴκους. Iung.

καὶ ἡ τοῦ π. etc.] C. A. ἀρχαία δὲ ἡ χρῆσις καὶ τοῦ πέμπτου ἡμιταλάντου etc. *Demosthenes* contra *Androt.* ὁ τῶν τριηροποιῶν ταμίας ἀποδρὰς ᾤχετο ἔχων πέντε ἡμιτάλαντα, *quatuor talenta cum dimidio.* Kuehn.

ἡ τοῦ πέμπτον ἡμιτ. etc.] *Etymologus*: ἀρχαία δὲ χρῆσις καὶ ἡ τοῦ τρίτου ἡμιταλάντου (ex *Nostro* legendum patet τρίτον ἡμιτάλαντον, idque et *Sylburgius* adverterat: tolereś tamen, sed tum et sequentia eodem ponantur casu par est. alias certe C. A. lectioni hac in re *Etymologus* convenit) καὶ πέμπτον ἡμιτάλαντον· ἐστὶ δὲ τὸ μὲν τρίτον ἡμιτάλαντον, δύο ἥμισι τάλαντα· τὸ δὲ πέμπτον ἡμιτάλαντον, τέσσαρα ἥμισυ, καὶ τὸ ἕβδομον ἡμιτάλαντον, ἓξ ἥμισυ· (hinc superius post καὶ πέμπτον ἡμιτάλαντον inserendum patet καὶ ἕβδομον ἡμιτάλαντον· nam hic istas voces ut recensitas exponit; patetque hoc magis, quod in nostro *Polluce* ita legatur) καὶ ὅλως, οὗ τινος ἀριθμοῦ παρανόμως μέρει ἐπονομάσει τις τὸ ἡμιτάλαντον, τούτου ὁ προηγούμενος ἀριθμὸς ἐφαρμόσει τῷ ταλάντῳ· οἷον, ἂν μὲν η, ἑπτά, ἂν δὲ θ, ὀκτὼ συναριθμουμένου δηλονότι καὶ τοῦ S'. sicuti ex *Suida*, apud quem talia similia reperiuntur, recte emendavit *Sylburgius*. haec quidem omnia quin ex *Polluce* sint petita nullus dubitabit, et mox infra alia huiusmodi ex *Etymologo* reddemus. Iam vero quid in his sequentibusque *Pollucis* opis attulerimus, monendum est. καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον et tum τόδ' ἦν uncinulis incluserat *Seberus*, quos delevi, siquidem istas voces in textum MSS. Codices adserant. pauloque post vulgo fuit male τὸ ἕκτον et τὰ δύο, pro quibus reddidimus τὸ ἓξ et τὸ δύο, quod et ex *Etymologi* verbis restituendum satis patet. praeterea distinctionem confusam antea variavimus diversimode, in pluribus sequuti *Iungermannum*. sed de minutiis operae non habeas pretium, si singulatim dicam. Hunc autem enumerandi modum tam facilem, ac planissimis expositum verbis mirum quam multi eruditissimi etiam viri, ex quibus *Politianum* nomino, non ceperint. unde perraro haec talia recte in Latinum sermonem translata deprehendes: qui vero haec *Pollucis* nostri attente legit, rem totam facillime percipiet. *Hesychii* autem locus, quem adfert *Iungermannus* noster, medela indiget: quid enim fuerit ἡμίσεια, aut quo referetur? sive forsitan

ἡμισεῖα, quo vitii genere et inferius apud *Pollucem* αἱ δύο ἡμίσειαι δραχμαί, ubi, applaudente etiam *Iungermanno*, emendavimus αἱ δύο ἡμίσεια, aut καὶ ἥμισυ, vel καὶ ἡμίσεια δ. in *Hesychio* itaque, si sapis, leges: τὰ ἓξ ἥμισυ vel ἓξ καὶ ἥμισυ τάλαντα· quae demum vera lectio est. respexit autem in istis *Hesychius* ad *Herodotum Clione*, ubi, indicante etiam *Iungermanno* nostro, ἕβδομον ἡμιτάλαντον et τέταρτον ἡμιτάλαντον pro sex talentis et semis, ac tribus cum semis occurrit: eundemque, puto, *Herodoti* locum prae oculis habuit *Volusius Maecianus* in hisce: *Sestertius duos asses et semissem, quasi semis tertius: Graeca figura: ἕβδομον ἡμιτάλαντον· nam sex talenta et semitalentum eo nomine significantur.* Et plura, quae huc facerent, adferre liceret, nisi et brevitatis habenda esset ratio.

καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον] Sunt verba haec e MS. interposita. Desiderari autem viderat et *Christophorus Rufus*, cuius vide Antexegm. tomo secundo Thes. Critici pag. 598. Seb.

καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον] C. A. in textu habet ita: καὶ τρίτου ἡμιταλάντου, id est, τρίτου ἡμιταλάντου scil. χρῆσις. in margine est τρίτον ἡμιτάλαντον. Kuehn.

καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον] Etiam noster MS. hic habet, ut sagaciter *Christoph. Rufus* in suis Antexegemasin cap. 11. restituendum vidit, et bene *Seberus* noster ex MS. suo restituit. Non se ita extricavit *Hostus* lib. III. rei numm. vet. c. 14. quamvis ait, verba haec valde esse depravata, quae ibidem interpretatur; nam *Gualtheri* oscitantia solens etiam a *Rufo* exagitata est. Iung.

τὸ δ' ἦν τέσσαρα etc.] Etiam e MS. priores editiones tantum ἦ. Seb.

τὸ δ' ἦν τέσσαρα etc.] MSSti habent ista, nec opus est uncinulis, ut includantur. Kuehn.

τὸ δ' ἦν τέσσαρα etc.] In MS. desiderantur haec, τὸ δ' ἦν τέσσαρα ἥμισυ τάλαντα, tota nempe linea. respondent autem πέμπτῳ ἡμιταλάντῳ· quare post ἡμιτάλαντον, ut omnia sint planiora, punctum ponendum. quae enim sequuntur τὸ δ' etc. explicant priores χρήσεις. Iung.

φήσει τὶς] MS. φ. τὶς οὖν τό. Seb.

φήσει τὶς] C. A. φήσει τὶς εἶναι τ. ἡ. tollitque distinctionem τελείαν post ἡμιτάλαντον· commatica saltem adesse poterat. *Salm.* ὁπόσον φήσει τὶς οὖν τὸ ἡμιτάλ. sed non opus est mutatione ulla. Kuehn.

φήσει τὶς] MS. φ. τὶς εἶναι τὸ ἡμ. vocula plenius. Iung.

55.

εἶναι δεῖ] *Salm.* *οὖν δεῖ.* Kuehn.

ἐὰν μὲν] Priores editiones et MS. *ἐὰν μὴ*: sed *μὲν* reponunt idem *Christophorus Rufus*, *Matthaeus Hostus* pag. 553. et *Sylburg.* ad oram libri sui. Seb.

ἐὰν μὲν] MS. *ἂν μὲν ἑβδ.* Et bene etiam illud *μὲν* pro vulgato *μὴ* reposuerat ad oram Codicis sui *H. Stephanus.* Iungerm.

ἐὰν μὲν] Ita et *Canterus* pro *μὴ* antiq. edit.

ἕβδομον] *Hesych.* *ἕβδομον ἡμιτάλαντον* esse dicit *τὰ ἓξ ἡμίσεια τάλαντα*, siebende halbe talent. *Sylburg.* Seb.

τὸ ἕκτον] MSSti *τὸ ἕξ*: *siquidem septimum praecesserit, tum sex erunt talenta, si vero tertium, tum binarius erit perfectus, adeoque ἕβδομον ἡμιτάλαντον sunt sex talenta cum dimidio, τρίτον ἡμιτάλαντον erunt duo talenta cum dimidio.* Interpres hic se non extricat, quia legit *ἐὰν μὴ*, quod reddit, *ne vel praeter.* Kuehn.

τὸ ἕκτον.] MS. noster *τὸ ἕξ. ἄ. δ. τρ. τὸ δύο* longe rectius. Scioli haec nempe suo modo sibi finxerunt, quum saltem graecas notas numerorum in suis Codicibus invenirent. sic itaque cum MS. locum totum a segm. praec. rescribe et distingue: *ἥμισυ· καὶ ὅλως ὁπόσον φήσει τὶς εἶναι τὸ ἡμιτάλαντον, τὸν πρὸ αὐτοῦ ἀριθμὸν, ὁλόκληρον εἶναι δεῖ· ἂν μὲν ἕβδομον, τὸ ἕξ· ἂν δὲ τρίτον, τὸ δύο· σὺν δὲ τούτῳ* etc. cum hoc sit dein, nempe *ὁλοκλήρῳ*, ut *ἕξ*, ut *δύο*, dinumerandum semper *τὸ ἥμισυ* ut antea segm. praec. habuisti, *δύο ἥμισυ*, *ἓξ ἥμισυ* non *ἕκτον ἥμισυ* ut vulgo est. alias et *δεύτερον ἥμισυ*, credo, dixisset. Et sic ego haec ista capio: si quis melius sententiam proferat, ego non obloquar tum. Alias *H. Stephanus* et hoc adscripsit hic: *Hesych. ἕβδομον ἡμιτάλαντον esse dicit τὰ ἓξ ἡμίσεια τάλαντα*: quae *Nostro*, credo, nihil repugnant. idem enim quod ipse *Noster* dixit segm. praeced. *ἓξ ἥμισυ*, scilicet *τάλαντον*, quod respondet antecedenti *ἑβδόμῳ ἡμιταλάντῳ*: meminit eius locutionis et supra IV, 175. Iung.

τούτῳ τὸ ἥμισυ] C. A. et *Salm.* *καὶ τὸ ἥμισυ* (superscripto *καὶ*) *παντὸς ἀριθμεῖν.* C. V. *ἀπαριθμεῖν etiam dimidium,* numero praecedenti integro. omnino subiiciendum est exemplum, quo hic numerandi modus illustrari poterit egregie: suppeditat *Herodotus* libr. I. ubi inter alia commemorat *Croesum* sacrasse Delphis leonem ex purissimo auro factum, eiusque pondus fuisse decem talentorum, cum autem templum Delphicum incendio haustum esset, *τέταρτον ἡμιτάλαντον* colliquefactum decessisse ponderi. conficitur inde quod

leo ille aureus in pondere reliquum habuerit ἕβδομον ἡμιτάλαντον, id est, detractis tribus talentis cum dimidio, e decem talentis superfuit pondus sex talentorum cum dimidio, eodem in loco τρία ἡμιτάλαντα vocat, *unum talentum cum dimidio*: confer *Festum in trientem tertium*. Kuehn.

ἐπαριθμεῖν.] MS. ἀριθμεῖν. Seb.

ἐπαριθμεῖν.] MS. noster ἀπαριθμεῖν· quod non minus rectum arbitror. Iung.

ἓν ἥμισυ] Pro ἓν ἥμισυ legit *Salm*. τὸ ἓξ ἥμισυ, quod non capio. Kuehn.

ἓν ἥμισυ τάλαντον, etc.] *Etymologus* haec iterum habet verbo tenus, nisi quod τὴν μίαν ἥμισυ μνᾶν pro ἡμίσειαν, quae eadem sunt. Τρία ἡμιμναῖα de sesquimina observo et apud *Platonem* lib. VI. de Legib. elegans est locus et poni dignus: ὁ δὲ μὴ πειθόμενος, ἀλλ' ἢ διδοὺς ἢ λαμβάνων πλέον ἢ πεντήκοντα ἄξια δραχμῶν ἐσθῆτος χάριν, ὁ μὲν μνᾶς, ὁ δὲ τριῶν ἡμιμναίων, ὁ δὲ δυοῖν μναῖν· ubi τρία ἡμίμναια intercedunt minam et binas minas. et audi *Budaeum*: *Graeci*, inquit, *sesqui non habent quomodo uno vocabulo significent*; *ideoque τρία ἡμίμναια*, id est, *tres semiminas*, Demosthenes *pro sesquimina dixit*. *et* Xenophon τρία ἡμιδάρεικα *pro sesquistipendio*; *pendebatur enim militibus Daricus, qui erat nummus tetradrachmalis*, id est, *quatuor drachmas pendens, sive semunciam*. haec eademque ex *Budaeo* habet *Glarean*. de Asse cap. 2. Errorem vero interpretis antiqui in *Demosthenem* τρία ἡμίμναια de mina ac sesquimina capientis facile detegere licet. nimirum confundit τρία ἡμίμναια et τρίτον ἡμίμναιον, de quo mox *Noster*. et miramur vero *Wolfium* haec talia probantem et in versione exprimentem quoque; multo tamen magis *Kuehnium* nostrum, qui in eodem erroris luto ad segm. huius libri 54. haeret, ubi πέντε ἡμιτάλαντα ex *Demosthenis Androtiana Wolfium* secure nimis sequutus interpretatur, *quatuor talenta cum dimidio*, cum debuisset, *bina talenta cum dimidio*. sed quid in re notissima iam verba profundimus? *Prisciani* porro locum, quem habet *Iungermannus*, tractat atque feliciter emendat vir perspicacissimi iudicii *I. Frider. Gronovius* libr. 1. c. 3. de *Pecun. Vet.* ibidemque et hunc ferme totum *Pollucis* nostri reperies. Sed ut aliquid de ἡμιμναίοις loco non incommodo adiiciam, *Attici* raro solent ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα μνᾶς dicere, sed illius loco saepissime τριακόσια ἡμίμναια, quod est in *Xenophontis Πόροις*· et ad hanc rationem alia similia sunt redigenda.

τρία ἡμιτάλαντα] Ita τρία ἡμιωβόλια, pro obolus semis,

vel sesquiobolus, *Theophr.* in Charact. *περὶ ἀπονοίας*, ubi consule Comm. *Casaubon.* pag. 187. et invenies plura exempla. Sabbr.

τρία ἡμιτάλαντα] Haec nemo tibi illustrabit eruditius quam magnus *Casaubonus*, ut etiam indicavit *Seberus* noster, in Comm. ad *Theophrast.* Charact. *περὶ ἀπονοίας*, ad verba tria *ἡμιωβόλια*· extant enim illa a *Polluce* hoc loco prolata dicendi genera apud *Demosthenem*, ut hoc ipsum *τρία ἡμιμναῖα* (quamvis et noster MS. hic proparoxytone *ἡμίμναια*) in ea contra *Theocrinem* extat: ubi tamen semper lapsus doctiss. interpres, *Graeculo Scholiaste* male etiam explicante. Sed adi ipse illum omniiugae eruditionis fontem *Casaubonum*; et vide etiam Avum nostrum in lib. de Numism. ubi de utroque locutionis genere *τρίτου ἡμιταλάντου*, et *τριῶν ἡμιταλάντων* quoque agit, illustratque ex *Herodoti* loco in *Clione*, ubi quoque *ἕβδομον ἡμιτάλαντον* habes, et notat quoque lapsum interpretum *Demosthenis* in *Androtiana*. *Priscianus* lib. de Figuris numerorum etc. *Sestertius, olim dupondius et semis, quasi semistertius, quo tempore denarius decussis valebat.. hoc est, post duo, sequens tertio loco est semis. Hoc quoque secundum Atticos et Iones, qui ἥμισυ τρίτον dicebant, pro duo ἥμισυ, teste etiam* Didymo, *qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos. Unde et* Herodotus *in primo Historiarum, ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου, ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα· οὗτος ὁ λέων, ἐπειδὴ κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηὸς, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων· ἐπὶ γὰρ τούτοισιν ἵδρυτο· καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον·* * *εἰδούλων τῶν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα· καταλέγει, ἔχειν ἕβδομον ἡμιτάλαντον· τουτέστιν, ἓξ ἥμισυ τάλαντα. Septimum semitalentum dixit pro sex semis talenta.* Haec ille, et mutilus et mendosus. defectum ex *Herodoti Clione* cap. 50. ita supple: *ἡμιτάλαντον· ἀπετάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρτον ἡμιτάλαντον·* quae sequuntur esse credo *Didymi ἐκ τῶν περὶ τῆς Ῥωμαίοις ἀναλογίας·* quae restituere alii conentur. certe *εἴδωλον* legendum pro *εἰδούλων*, patet; respicit enim ad istud *Herodoti, εἰκόνα.* an in *καταλέγει* forte *κατακαυθέντα λέγει*, vel aliud corruptum sit, non certo dico. vide eundem *Priscianum* e *Didymo* pluribus eodem libello. Iungerm.

ὅτι δὲ παρὰ τ. etc.] Hunc locum de talento, id non tanti fuisse temporibus *Homeri*, quanti fortasse aliquis suspicaretur, adfert *Muretus* Notis in *Xenophontem* ad locum VI.

Κύρου παιδίας istum: *πολλὰ τάλαντα ἀργυρίου καὶ χρυσίου.* IUNGERM.

ἐν ᾗ τὸ τρίτον etc.] C. V. *τὸ τρίτῳ μὲν ἆθλον* etc. C. A. *τῷ τρίτῳ* etc. uti mox *τῷ τετάρτῳ.* KUEHN.

ἐν ᾗ τὸ τρίτον etc.] MS. *ἐν ᾗ τὸ τρίτῳ μὲν τὸ ἆθλον* etc. Scribendum itaque *τῷ τρίτῳ μὲν τὸ ἆ.* Sic mox *τῷ τετάρτῳ* habes. patebit tibi ita et apud *Homerum* esse, cuius versus mox referam. IUNG.

τὸ τρίτον] Toleremus *τὸ τρίτον, ἆθλον* scilicet: sed utique mox tamen, *τῷ δὲ τετάρτῳ,* quibus haec concinant oportet. itaque cum MSS. *τῷ τρίτῳ.* *Etymologus*: *ἦν γὰρ καὶ βραχύ τι (τάλαντον) παρὰ τοῖς ἀρχαίοις· καὶ ὁ ποιητὴς δὴ δῆλον ἡμῖν τοῦτο ποιεῖ, ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῦ Πατρόκλου λέγων·* sequitur *Homeri* versus, et tum, *εἰ γὰρ περὶ τοῦ ταλάντου τῶν Ἑλλήνων, ἐστι βραχύ τι τὸ τάλαντον τοῦ χρυσοῦ·* supra quoque ex *Sardo* quae huc facerent attulisse memini.

χρυσίου] *χρυσοῦ τ.* uterque Codex. KUEHN.

χρυσίου] MS. *χρυσοῦ,* non *χρυσίου.* Et MS. lectio hic verior mihi videtur. Versus *Homeri* sunt *Ἰλ. ψ.* [262.] ubi *Achilles* funebres ludos celebrat *Patroclo* suo, et praemia ponens:

ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλά' ἄεθλα
θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν,
καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δύω καὶ εἰκοσίμετρον
τῷ πρώτῳ· αὐτὰρ αὖ τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν
ἑξέτε', ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν·
αὐτὰρ τῷ τριτάτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα,
καλόν, τέσσαρα μέτρα κεχανδότα, λευκὸν ἔτ' αὔτως·
τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα·
πέμπτῳ δ' ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκε.

Hanc autem particulam *Homericorum* carminum fortasse *ἱπποδρομίαν* vocabant, ut noster *Pollux*, a primo nempe et potissimo certamine: quamvis hanc partem a rhapsodis *τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα* veteres dixisse ex *Aeliano* XIII. Var. Hist. II. discam. IUNG.

56.

ἡ μνᾶ] Sic et apud *Suidam* esse notat *Hostus* lib. III. Rei numm. c. 9. n. 2. IUNG.

ἡ μνᾶ δὲ etc.] Vide *Snellium* de Re Nummar. pag. 47.

τῶν τοῦ ταλ. μερῶν] C. A. *τὸ μέγιστον τοῦ ταλάντου μέρος.* KUEHN.

εἰς ὄνομα κατακ.] C. V. omittit *εἰς·* malim retinere, ut in *nomen* (minae) solvi, et quasi in minutias aeris redigi possit talentum. resolvitur alias etiam talentum per numeros, ex. gr. *τρίτον ταλάντου* etc. KUEHN.

ἐπεὶ καὶ τρίτ. ἂν εἴπ.] De his ita Avus noster in libr. de Numism. Graec. ac Latin. *Talenti partes numeris poterunt distingui, ut τρίτον μέρος seu τριτημόριον· τέταρτον μέρος, sive τεταρτημόριον. Quorum illud, posito quod talentum compleatur minis LX, viginti habebit minas, hoc quindecim. Simili ratione δίμοιρον talenti erit minarum quadraginta, id est, tres. Sed haec numerorum non appellationum discrimina sunt.* Iung.

τέταρτον] C. A. τέταρτον καὶ τριτημόριον καὶ τεταρτημόριον. Kuehn.

ἔστιν] MS. ἐστιν. Iung.

καὶ μνᾶ] MS. καὶ ἡ μνᾶ· et mox νομ. τὸ ὄν. Seb.

καὶ μνᾶ] C. A. ἦν δὲ ἡ μνᾶ σταθμοῦ τε etc. Kuehn.

καὶ μνᾶ] MS. noster adhuc plenius quam *Seberi* nostri: καὶ ἡ μνᾶ σταθμοῦ τε ὁμοῦ καὶ νομίσματος τὸ ὄνομα etc. Adfert alias haec *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 9. anm. 1. Iungerm.

καὶ τρίτον ἡμίμναιον] C. A. haec habet in margine tantum usque ad ἐρεῖς. Kuehn.

καὶ τρίτον ἡμίμναιον] MS. ἡμίμναιον, κἂν τρ. ἡμ. εἴπῃ εἰς δύο etc. et non inepte legamus, credo: ἡμίμναιον· κἂν τρ. ἡμ. εἴπῃς (sive εἴποις) δύο καὶ ἡμ. μνᾶν ἐρεῖς· si nempe dixeris τρίτον ἡμίμναιον, id perinde est ac si δύο καὶ ἡμίσειαν μνᾶν dicas: sicut si τρίτον ἡμιτάλαντον, idem quod δύο ἥμισυ τάλαντον. Iungerm.

καὶ ἡμίσειαν] C. A. pro καὶ legit κἂν· in textu vero est καὶ τ. ἡ. εἴπῃς. εἰς δύο καὶ ἡμίσειαν μνᾶν· ita et vetus liber *Salm.* legit. Idem et pro εἰς, εἰ legi posse ait. C. V. κἂν τριτημίμναιον εἴποις εἰς δύο etc. Kuehn.

καὶ συνθέντες] C. A. συντίθεντες etc. Kuehn.

καὶ συνθέντες] MS. καὶ συντιθέντες δὲ etc. Iung.

Ἡρόδοτος ἐν τῷ etc.] MS. Ἡρόδ. μὲν ἐν etc. Iung.

πεντάδιμνον] MS. διμνέως εἶρ. *Herod.* libro quinto, fol. 349. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσάν σφεας διμνέως ἀποτιμησάμενοι *binis mulctatos minis solverunt*. Seb.

πεντάδιμνον] MSS. δίμνως. C. V. dein εἶπεν. C. A. retinet vulgatum εἴρηκεν. *Herod.* ut nunc est in mundo, habet διμνέως ἀποτιμησάμενοι, *singulis captivis duabus minis impositis*, ut iam notatum *Sebero*. Lib. VI. vero ait *Idem*: ἄποινα δέ ἐστι Πελοποννησίοισι δύο μνέαι τεταγμέναι κατ' ἄνδρα αἰχμάλωτον ἐκτίνειν. *Salm.* quoque δίμνως. Kuehn.

πεντάδιμνον] MS. δίμνως εἶπεν, non πεντάδιμνον· quod unde irrepserit, nisi a mala manu, nescio. Sane suspicari licet illum numerum libri πέμπτου male et ad voculam δίμνως

repetitum. Scribamus itaque δίμνως; ita enim noster solet communiter et contracte eloqui, quae Ionice apud *Herodotum* legit, apud quem hic διμνέως est in ea *Terpsichore* cap. 77. locumque attulit iam *Seberus* noster. Sic sane et τρίμνων habes in *Suida*. Lubet et nostri Avi verba adscribere ex libel. de Numism. *et* διμνέως ἀποτιμησάμενοι, *Herodotus* Τερψιχόρῃ *de Boeotis et Chalcidensibus, quos diu in vinculis habitos, tandem amisisse dicit Athenienses, pretio in singulos statuto minarum duarum. Et quod de* Lysia *adducit* Pollux εἰκοσίμνος ἔρανος, *de collatione viginti minarum. Suidas* τρίμνων τὸ τριῶν μνῶν ἄξιον *annotavit, et alibi* δεκαμναῖον, *ut in his usus varius appareat.* Valeat itaque vulgatum πεντάδιμνον, quod viris doctis saepius imposuit, id suis Lexicis inserentibus, ut et *Rhodigino*, lib. XI. Antiq. lect. c. 2. ubi etiam multa in hoc capite persequitur. Iung.

πεντάδιμνον] Ex MSS. et *Herodoti* loco δίμνως in textum retulit *Kuehnius* noster, et recte. ita τρίμνων eodem modo est apud *Etymologum* τριῶν μνῶν ἄξιον. et sic mox in *Lysiae* verbis restituimus εἰκοσίμνως ἔρανος, eodem *Kuehnio* praeeunte. Τετύχηται ibidem vulgo erat, sed praestantius est MSS. τετύχηκε, quod itaque in textum recepi.

57.

τετύχηται] MS. τετύχηκε. Seb.

τετύχηται] MSSti, τετύχηκε δέ μοι· *Salm.* ἐντετύχ. et tum εἰκοσίμνως in C. A. *Salmas.* quoque εἰκοσίμνως ἔ. *erat vero mihi etiam pecunia collatitia ab amicis viginti minarum.* Kuehn.

τετύχηται] MS. τετύχηκε, non τετύχηται, in verbis *Lysiae*: ita et *Seberi* MS. et quidni recte magis. Iung.

εἰκόσιμνος] MS. noster paroxytone, εἰκοσίμνος· ut Avus meus adgnoscit. Iung.

χρυσοῦς] C. A. χρυσοῦ, quod cum vulgata facit paria: καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱ. etc. nam et *inter ea, quae ponderantur, ponderis minam staterem vocant. Scaliger* in libro de *Re Nummaria* χρυσοῦς plane delet, quia existimat hic agi non de mina auri, sed statica et ponderali. Rectius *Gronov.* de *Vet. Pecun.* cap. 7. lib. III. verba priora ὁ δὲ χρυσοῦς στ. etc. de *auri mina* accipit, quae aureum staterem conficiebat, id quod amplius eo firmatur, quod etiam in ponderibus *minae pondus* dicatur *stater. Salmas.* hunc locum in notis ita exhibet, πέντε χρυσοῖ στατῆρες μνᾶς ἠδύναντο καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τῆς μνᾶς τὸ πεμπτὸν στάτηρα ὀνομάζουσι· μνᾶν· quae lectio quid sibi velit, doctiores viderint; priora verba sine dubio respiciunt

Hesych. vel *Polemarchum* potius apud *Hesychium*, qui dicit μνᾶν δὲ λέγεσθαι τοὺς πέντε χρυσοῦς· posteriora videntur velle *quintam partem minae staterem a ponderantibus dici minam*, quod quidem a lectionis vulgatae vestigiis longius recedit: vide eundem de *Modo Usur.* pag. 71. ubi servat locum *Pollucis* inemendatum, et iterum pag. 254. τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς docet *Pollux Graecis στατῆρα appellari.* Kuehn.

ὁ δὲ χρυσοῦς στατήρ, etc.] Duri quid ac difficilis habet hic locus, quod animadvertas licet ex diversissimis super eo doctissimorum hominum sententiis, quae mirum quantis divortiis a se invicem in remotissima discedant: et plerosque tamen, si non omnes, qualemcunque tandem ad eum aut illustrandum aut emendandum attulerint diligentiam, vero aberrasse existimo, ac sese frustratos fuisse, dum graviter in hisce caespitantem Onomasticographum nostrum non vident. Cum itaque res sit alicuius momenti, immoremur paulisper, videamusque primo, quae cuique eruditorum hominum sedeat sententia. Literatae cohortis primipilus *Ioseph. Scaliger* eliminandam censet voculam χρυσοῦς, eaque demum eiecta planissimum relinqui sensum putat. referam haec illius verba: *Et quemadmodum Hebraeis* siclus *pondus momentaneae lancis; ita etiam* στατὴρ *Atticis, qui aliter* μνᾶ. ponit tum ac emendat *Pollucis* nostri verba iterumque haec subiicit: *Designat enim* (Pollux) μνᾶν *duplicem esse*: *alias enim* ῥοπὴν *sive lancis momentaneae pondus*: *alias* νόμισμα *significari.* Et haec quidem est maximi illius viri opinio, a qua in alia omnia *Snellius* abit, qui nescio quibus fidiculis, quave machinarum vi ex hisce *Pollucis* nostri verbis procudere nititur inauditum antiquis staterem viginti ac quinque drachmarum, et hauserat quiddam huius suae explicationis, credo, ex *Hosto*, cuius verba delecta in suum Commentarium retulit *Iungermannus.* at hercle non exputo quibus levissimis ac ineptis rationibus adacti in haec se devia dare potuerint eruditi viri, *Snellius* praecipue, qui sibi heic in plurima parte parum constat, illiusque hanc opinionem docte revicit vir eruditionis subactae *I. Frider. Gronovius* de *Pecun. Vet.* lib. III. c. 7. cuius demum longe praestantissimi viri sententiam postremo loco propriis ipsius expressam verbis non invidebo tibi, benivole Lector: *Quorum*, inquit, (eorum nimirum quae ex *Pollucis* hoc loco retulerat et *Iosepho*, qui, cum οἱ LXX. venditum dixissent *Iosephum* εἴκοσι χρυσῶν, scripserat εἴκοσι μνῶν) *ego hanc sententiam esse censeo; staterem aureum pendere ac dici etiam* auri minam: *nam ut* talentum auri,

tres stateres, drachmas argenti LX. *quum* argenti talentum *sit* LX. *minarum*, MDC. *drachmarum*: *ita et mina alia auri, nempe viginti drachmas sive stater, alia argenti, quae* C. *drachmarum.* quae sane expositio prae caeteris miro blanditur lenocinio. sed tamen paulisper animumque loco attendamus, auctorisque nostri errantis quamvis mentem aperiamus, quantum fieri potest. Statuam itaque primo loco in hisce *Pollucis* nostri verbis de pondere stateris non de pretio agi, quod et rectissime viderat *Scaliger.* etenim a nostris partibus ipse *Pollux* aperte stat, siquidem segm. 58. dicat demum ἔστι δὲ καὶ νόμισμα στατὴρ, quae persuadent, credo, in prioribus de pondere stateris loquutum fuisse. Tum vero intactam *Polluci* nostro manere potius velim voculam χρυσοῦς, quam si extermines, violatam dederis antiquorum Codicum fidem, qui genuinam eam habent ac probent. his si ipsa *Pollucis* nostri accedat auctoritas, res erit indubia. is itaque IV, 75. inquit: ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο εἶχε δραχμὰς Ἀττικάς· quo loco de pondere agi segmenti docet inscriptio: et per duas drachmas intelliges aureas; alias enim viginti habet argenti drachmas stater, quibus auri binae sunt aequales, siquidem decupla *pretii* parte argentum auri valor excedat. Forsitan tamen cum *Salmasio* non male pro χρυσοῦς levicula mutatione scripseris χρυσοῦ· melius enim, cum de pondere sermo est, στατῆρα χρυσοῦ dici puto, quam στατῆρα χρυσοῦν, sicuti δραχμὴ χρυσοῦ et χρυσέη, illa de pondere, haec de nummo dicitur. utrumque tamen obtinuerit, credo: sicuti segm. seq. στατῆρες χρυσίου de nummis in *Eupolidis Demis.* Haec vero si de numismate volueris intelligere, verte te in quamcunque libuerit partem, nec sic tamen reperies quicquam, quo stateri minam te conciliaturum promittere audeas. certe quae vir eruditionis exquisitae *Gronovius* in medium protulit, si ad amussim examinentur, haudquaquam congruunt. quid enim? ad hanc itaque fictitiam XX. drachmarum minam stabiliendam momenti quid conferet duplicis talenti comparatio? minime profecto. felicius id succederet, si eam rationem ad auri talentum haberet mina auri, quam ad argenti talentum argenti habet mina, qua debita proportione hic plane destituimur. porro cum mina argenti contineat C. drachmas, auri minam continere oportebat X. drachmas, cum aurum τοῦ ἀργυρίου sit δεκαπλάσιον, monente inferius *Polluce* nostro. et unde tandem, quave auctoritate stabilias illam auri minam XX. drachmarum? non certe, quod *Iosephus* μνᾶς dixerit, quas οἱ ὁ χρυσοῦς· illa enim diversitas a vario Hebraeae vocis מנה

intellectu pendet, quam hi χρυσοῦν, ille vero μνᾶν putavit: nec quoque ex *Plauti Philippiis* vel *Philippicis minis*, quae immane quantum a statere aureo discrepant; prout enim *Philippicum* fuit *talentum*, cuius et ipse *Plautus* in *Truculento* meminit, ita et *Philippicas* fuere *minas*, quae eam habuere ad Atticas minas rationem, quam *talentum Philippicum* ad Atticum, quod posterius prioris fuit triplum, ut observat recte Illustriss. *Scaliger.* Amplectamini igitur sensum verbis *Pollucis* nostri convenientissimum: nimirum ab sese illa nobis suppeditant staterem auri, et auri minam ponderis aequati; *aureus*, inquit, *stater minam valebat; etenim in rebus momentaneis minam pondерariam, staterem nominant; et quando ponunt πενταστάτηρον, πεντάμνουν videntur velle.* Sed tamen ista *Pollucis* nostri si ad veri trutinam examines, non intercedo quin pro falsis habeas. id indicavi iam superius, et certe in hac re non mediocri errore est hallucinatus. quis enim, seu pretium nummarium sive ponderis examen intelligas, minam et staterem idem valere dixit? antiquorum certe nemo: neque *Sosicrati* πενταστάτηρον fuerit πεντάμνουν· λῆροι, λῆροι. Sed *quod quinque staterum pondus habet, quinquelibre, ut* πεντάμνουν, *quod quinque pendebat minas.* Et probemus quoque paucis. Daricus idem qui stater pondere ac valore; at is viginti censetur drachmis argenteis ab *Harpocratione, Aristophanis Scholiaste*, aliisque: mina vero centum: ut quinque demum stateres minam efficiant, adeoque stater quinta sit minae pars. haec in nomismate, de quo et supra tetigimus. de pondere vero en tibi *Heronis* MS. verba: ἡ δὲ μνᾶ στατῆρας εἴκοσι καὶ πέντε· (ἔχει·) ὁ δὲ στατὴρ δραχμὰς, αἵ εἰσιν ὁλκαὶ, δ. similique modo *Cleopatra* quatuor drachmas, argenteas intellige, stateri adtribuit, vocarique monet τετράδραχμον· et patet ex *Herone* porro minam, et cum pondus est et cum nummus, utroque modo drachmis censeri C. aliud itaque *Pollucem* nostrum egisse, cum haec traderet, perspicuum est; nec quisquam, puto, seu de pondere velit seu de nummo intelligi, expediet locum. *Sperlingius* certe secum ipse non consentit, ubi haec examinat. vide illum p. 152. et 154. [In loco vexatissimo libere meam dixi sententiam; quanquam animus revera in tanta opinionum diversitate fluctuet et distrahatur. secundas curas huic nodo expediendo impendere angustissima, quibus includor, temporis spatia non permittunt: alibi tamen id fiet, cum, Deo favente, uberius et aliquantulum accuratius in *Pollucem* commentabor: nec levi me beneficio Lectorem obligaturum exi-

stimo, cum literas ab hominibus Eruditissimis super hoc loco ad me datas in publicum proferam. *Ex Addendis.*]

ἠδύνατο.] MS. ἐδύνατο. Seb.

ἠδύνατο.] MS. noster, sicut *Seberi*, ἐδύνατο. Hunc vero locum *non nisi de aureo statere unciali octo drachmarum, proportione duodecupla cum semisse intelligi posse* ait *Hostus* libr. V. Rei Nummar. vet. cap. 4. in quarta Proportione, n. 12. quem vid. et eodem libro cap. 2. n. 7. et cap. 8. in Darico n. 9. *Mariana* de Ponderibus cap. 7. ex eo quod *Suidas* scribat, *quinque Daricos minam argenti valere*, hunc locum *in eo quod aureum staterem minam valere habet*, castigandum esse suspicatur. Locus *Suidae* est in Δαρεικούς. Sed *Pollucis* nostri lectio clara est, et veterum Codicum consensu confirmatur, et iis quae *Pollux* subiicit, μνᾶν τῆς ῥοπῆς, staterem dictum, et pentamnum videri dicere, qui dicant pentastaterum. Nec si quid non capias, statim emendandum fuerit itaque, auctore adeo reclamante. Iung.

στατῆρα] *Hostus* libr. III. Rei Numm. vet. cap. 7. n. 1. ubi tamen haec non explicat, et lubens fatetur *Avus meus se nondum satis posse intelligere*, quomodo hoc pretium ad pondus referat *Pollux*. Videtur tamen, si lubet quid mihi opinionis proferre, dicere noster idem quod de Talento et de mina dixerat, nempe talentum quoque σταθμῶν ὄνομα esse, et itaque in ταλαντιαῖος dubitabat supra segm. 53. diceretne *Crates* τιμὴν, ἢ ῥοπήν. Sic de mina segm. 56. σταθμοῦ quoque nomen esse. Idem, ni fallor, ait περὶ στατῆρος, et hunc non tantum pretii nomine venisse, sed et ponderis. hinc staterem pendere, ἐν τοῖς ἱσταμένοις nimirum dictum τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς. Sic mox segm. seq. 58. εἴτε ῥοπὴν, εἴτε ἀριθμὸν, de τετραστατήροις, perinde ac supra segm. 53. locutum ex MS. indicavimus. Iung.

ὅταν εἴπωσι πενταστάτ.] MS. ὅτ' ἂν εἴπ. πενταστ. πεντέμνουν. *Hostus* huius loci meminit libr. III. Rei Numm. vet. c. 7. n. 21. et lib. V. c. 8. in Darico n. 11. Iung.

πεντάμνουν] C. A. ex correctione πεντέμνουν δ. λ. caetera absunt usque ad πνεῦμα ἄνω. Kuehn.

ὡς ἐν τῇ Ἱπποκρ. etc.] ὡς ἐν τῇ etc. desunt in MS. usque ad ἔστι δὲ καὶ νόμισμα etc. Iung.

Ἱπποκράτους παρακαταθήκῃ.] C. V. ascriptum quod sit legendum Σωσικράτους· uti supra ex MSStis repositum IV, 175. versus *Sosicratis* ita constituerem:

ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
ἀργὸς, τὸ τρυφᾶν εἰδὼς, λάβῃ δίκελλαν
πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.
quando enim, puto, aliquis albicans homo,
piger, delicatus ceperit ligonem
quinque staterarum, anhelitus est supra.

Innuit Poëta hominem otio delitiisque innutritum non esse ferendis magnis laboribus. Nam si opus aliquando facere voluerit ligone quinquelibri, statim ducit ilia, et spiritum crebro anhelitu in summo pectore reciprocat. *Plato* lib. VIII. Polit. divitem, inquit, in umbra educatum multumque alienae carnis gerentem in periculis ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεστὸν, *anhelitu plenum consiliique incertum* videri. Illustriss. Dn. *Ulricus Obrechtus*, *Patronus Literarum Magnificus*, versu secundo legit εἰωθὼς τρυφᾶν, ut *Interpres*, et ad explicandum τὸ λευκὸς ἄ. advocat ex *Damasceni excerptis Peirescian.* exemplum *Parsondae*, qui ex strenuo milite factus est γυναικῶν ἁπαλώτερος καὶ λευκότερος τὴν χροιὰν, cum ab hoste captus quotidie lavaretur adhibito smegmate ex ovi vitello confecto; quod cum fieret, brevi tempore horridus ille et decolor miles evasit ἄνθρωπός τε λευκὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ γυναικώδης· huc pertinet, quod eadem *Excerpta* ex *Diodoro* habent, nempe quod filia *Salmonei*, *Τυρὼ*, nomen hoc indepta sit διὰ τὴν λευκότητα καὶ τὴν τοῦ σώματος μαλακότητα· conf. notata ad V. H. *Aelian.* lib. XIV. cap. 7. adiiciam et locum *Ctesiae* apud *Athenaeum* lib. XII. cap. 7. ἦν δὲ γάλακτος λευκότερος· de *Sardanapalo* loquitur. *Salmas.* de *Modo Usur.* *Cratetis* nomen hic reponendum censet. in notis locum *Comici* ita habet. "Οταν γὰρ οἶμαι λευκὸς ἄνθρωπος παχὺς Ἀργὸς λάβῃ δίκελλαν, εἰδὼς ἐντρυφᾶν Πενταστάτηρον· me nondum poenitet lectionis quam proposui in notis. Kuehn.

Ἱπποκράτους παρακαταθήκη.] Sed quid malum Ἱπποκράτους παρακαταθήκη, vulgo? Vix dubito, quin rescribendum sit *Σωσικράτους παρακ.* ut supra IV, 173. in MS. nostro erat, ubi quoque eius *Comici* nomen *Crates* iniuria occupaverat. Versus *Comici* tres senarii a *Polluce* adferuntur, sed a viris doctis emendandi et restituendi. alicubi enim non sat integros puto. supra *Noster* hanc πενταστάτηρον δίκελλαν exponebat πεντάλιτρον IV, 173. Iung.

Ἱπποκράτους παρακαταθήκη] Retinet *Hippocratem* Illustriss. *Scaliger* de Re Numm. pag. 18. *Comicumque* eum appellat; quod quo fiat indicio, ignarus sum: neque aliter *Meursius* ad *Chalcidii Timaeum*, qui tamen *incertum fate-*

tur, cui adscribere debeamus τὴν Παρακαταθήκην, cuius meminit Pollux lib. IX. cap. 6. illam autem ipsam δίκελλαν πενταστάτηρον supra IV, 173. ex Cratetis παρακαταθήκῃ adtulit Pollux, cuius loci vitiosa lectio impulit Salmasium ut et hic Cratetem restituendum putaret, notiorem utique Comicum quam Hippocratem, quali nomine forsitan nullus unquam extiterit. et animadvertas licet ex hoc loco, quid distent aera lupinis, quid dubiae eruditissimorum virorum coniecturae certissimis MSS. Codicum lectionibus. reposui itaque praeeunte Kuehnio Σωσικράτης· et male habet, quod non et eadem lectio in textum sit relata superius IV, 173. ubi remanet hactenus Κράτης. Hunc autem Sosicratem Comicum opinantur Commentatores nostri, ideóque redigendis in versuum ordinem atque legem eius verbis operam dat Kuehnius, diverso paululum modo Ios. Scaliger; et, quia se de hisce versiculis bene meritum existimat, illa ponam, ut a summo viro sunt emendata:

ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾷν,
πενταστάτηρον, πνίγεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Viden' hic πνίγεται positum pro γίγνεται· sed haud profecto vulgatam voculam cum Scaligeri emendata commutavero; recte enim πνεῦμα dixeris ἄνω γίγνεσθαι, cum reciprocato anhelitu spiritum ducimus. Et vero nescio quid Comici saporis in hocce Sosicratis loco degustem: sed tamen re accuratius ad calculos posita, prorsam potius huius Παρακαταθήκης orationem fuisse censeo, neque Comici argumenti, sed philosophici potius seu ethici. Sosicratem Rhodium, qui διαδοχὰς scripserit, citat pluries Diogenes, apud quem eius nomen ter fuit mala manu in Σωκράτης mutatum, observante Casaubono. eiusdem fuere Κρητικὰ Athenaeo adducta; sed ista quidem vitio sunt posita pro Κρητικοῖς, quorum primum in testimonium advocat Suidas in Δούλων πόλις, atque ex eo Michaël Apostolius. et quoque Φιλαδέλφους eius ex Athenaeo ostendit Kuehnius ad IV, 173. quibus, puto, Philadelphorum historiam atque res gestas memoriae tradidit. hunc eundem et παρακαταθήκης esse auctorem tenebo, donec certius quid alius attulerit. In ipsis autem Sosicratis verbis λευκὸς ἄνθρωπος est homo nitidus, quique delicate cuticulam curat. tum vero εἰδὼς τρυφᾷν omnino subiiciendum est post ἀργός· et eleganter dictum, deliciari solitus, deliciis assuetus: neque eum, qui Graecorum capitur elegantiis, fugerit iste verbi εἰδέναι usus. [Pro istis, quae

de *Sosicrate* scripsi, haec melius supponentur: *Sosicratem* hunc quo argumento *Comicum* appellent Commentatores nostri, non plane perspicio. de me quidem certe mihi nullum est indicium, ex quo Comoedias hunc *Sosicratem* edidisse colligi possit. equidem mihi sic persuadeo, eundem esse cum isto *Sosicrate*, cuius *Φιλαδέλφους* laudat *Athenaeus* lib. XI. p. 474. Illud autem scriptum qualiscunque fuerit argumenti, fabulam tamen non fuisse, liquide, nisi me mea totum fallit imprudentia, scribendi forma a *Comico* stilo alienissima demonstrat. senarii vero iidem ipsi sunt versus, quales et hos esse ex illius *Παρακαταθήκῃ* bene Doctissimi Viri observarunt. res ethicas, quae ad formandos pertineant mores, in hac sua *παρακαταθήκῃ* *Sosicratem* exposuisse, non vane quis arbitretur. ab illa materia non certe abhorrent, quae hic *Pollux* producit. quemadmodum igitur *Epictetus ἐγχειρίδιον* inscripsit illum libellum, quem nunquam non cuivis ad manus esse optabat, ne quis temere virtutis desereret locum, sic existimandum est hanc a *Sosicrate* *Παρακαταθήκην* esse nominatam: quo titulo, me iudice, significaverit, debere Lectores hoc scripto tanquam adipiscendae virtutis deposito uti. Praeterea memoratur in veterum monumentis *Sosicrates Rhodius*, qui literis consignarit philosophorum historiam et successiones. hinc *Diogenes Laërtius τὰς τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς* pluries adducit, sed apud eum non raro vitiose fuit exaratum *Σωκράτης*, observante Viro Maximo *Is. Casaubono*. ab *Athenaeo* citatur *τῶν φιλοσόφων διαδοχή*, cui parem et re et titulo materiam scriptis tradiderat *Sotion Alexandrinus*. non quidem in dubium quisquam vocaverit, quin eidem sint auctori attribuenda *Κρητικά*, quorum ab *Athenaeo* facta est mentio: est ubi pro Creticis Critica mendose repraesentantur. huius voluminis primum librum *Suidas* in *Δούλων πόλις*, et ex eo *Michaël Apostolius* ad testimonium vocat. Hic vero *Sosicrates Rhodius* an alius fuerit ab eo, cuius sunt *φιλάδελφοι*, et *Noster* meminit, non plane diiudico: credere tamen, spero, licebit, usque dum secta fuerit haec lis. Sed vero de *Sosicrate* si polita desideres, adire debes, Lector Benevole, ad egregias *Kusteri* notas in *Suidam* voce *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος*. *Ex Addendis.*]

58.

ἔστι δὲ καὶ νόμισμα etc.] MS. *ἔστι μέντοι καὶ νόμ. στ. ὡ. ὅτ' ἂν εἴπῃ·* omisso *Ἀριστοφάνης*. Iung.

στατὴρ] Sequitur omissis interiectis in C. A. et C. V.

Salmas. *Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις.* *Salmas.* alias haec priora legit: *ἐστὶ μέντοι καὶ νόμισμα στατήρ.* Kuehn.

Ἀριστοφάνης] *Pluto* v. 817. Seb.

στατῆρσι δ' οἱ θερ. ἀρτιάζ.] C. V. *ἠρτιάζομεν·* sed in *Aristoph.* *Pluto* hic versus ita habet:

στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν
χρυσοῖς etc.
stateribus ministri par impar ludimus
aureis etc. Kuehn.

στατῆρσι δ' οἱ θερ. ἀρτιάζ. etc.] MS. *στατ. δὲ οἱ θ. ἠρτιάζομεν·* et *ἠρτιάζομεν* etiam antea editi, ut et MS. infra segm. 100. Apud *Aristophanem* tamen in *Pluto*, ut edidit hic rectius *Seberus*, et *Suidas* habet in *στατήρ·*

στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν
χρυσοῖς. — Iung.

τὸ γὰρ ἐν τοῖς Βατρ. etc.] *τὸ γὰρ* etc. usque ad *Εὔπολις*, haec, inquam, periodus deest in MS. Ceterum in vulgatis titulus *ἐν Βατράχοις* falsus est: nec enim extat in illo dramate, quod *Pollux* adfert; tu emenda, *τὸ γὰρ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις·* quod quae mala manus tam monstrose corrupit? extant enim ista in *Comici Ecclesiazusis.* Emenda deia *σωτηρίας τετραστατήρου.* Versus *Aristophanis* sunt et apud *Suidam* in *τετραστατήρου,*

ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας
τετραστατήρου —

Ita repone et apud *Suidam*, cui deest vox *καὐτόν·* quamvis et reliqua, complures enim versus adfert, ad *Aristophanis* locum ipsum comparanda et restituenda sint. Haec iam clara esse puto, nec nimis miranda illa librariorum flagitia. Sic supra VII, 39. pro *Λυσιστράτῃ* vulgata *Βατράχοις* legendum ostendi. Et tamen hic *Hostus* libr. III. Rei Num. cap. 7. quo de Statere agit, n. 20. quamvis illa *Aristophanis* in promptu haberet, putavit *Pollucem* ex *Ranis* adferre *σωτηρίας τετραστατήρους·* sed hoc putare putidum est. Iung.

τὸ γὰρ ἐν τοῖς Βατράχοις] *Iungermannum* sequuti, qui adducta ex *Comici Ecclesiazusis τετραστατήρῳ σωτηρίᾳ* vulgatum *Ranarum* titulum falsi convicit, in textu reposuimus *ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις.* Paulo post in *Eupolidis* versiculis distinctionis rationem mutavimus ad *Kuehnii* nostri mentem: erat vulgo *νεώτερος χρόκης.*

ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος χρόκης,] Distinguendum post *νεώτερος·* cohaerent enim, *χρόκης πέντε στατῆρας εἶχε*, *quinque*

stateras subteminis habuit, nunc vero obsoleta et detrita sordium facile duo talenta habet. ita et *Salmasius.* Kuehn.

ὅτ' ἦν νεώτερος κρόκης] Distingue, *νεώτερος, κρόκης πέντε στ.* etc. ait enim *στατῆρας κρόκης πέντε* iuniorem habuisse: nunc *ῥύπου δύο τάλαντα.* Iung.

59.

Φιλίππειοι] MS. *Φιλίππιοι.* Citant alias hunc locum *Bayf.* de Vasculis et *Hostus* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 50. Iungerm.

Φιλίππειοι etc.] *Philippicorum* staterum mentionem quoque fecit *Noster* inferius segm. 84. ibique de his plura. hunc autem *Pollucis* nostri locum prae oculis sibi habuit *Alexander Sardus* de Nummis pag. 12. *et alios stateras refert* (Pollux) Dareicos, Philippeios, Alexandreios, Corinthiacos, *etiam ex decem obolis:* semistaterem *quoque et* tetrastaterem *Cyrenae:* ipsaque adduxit verba vir Eruditissimus *Ottho Sperlingius* in Dissertat. de *Nummis non cusis*, eoque loco reperies quae lucem hisce *Pollucis* adfundunt.

χρυσοῖ] Superscriptum hoc est in C. A. Kuehn.

προσακούεται] MS. *προσυπακούεται·* aptius quam vulgatum *προσακ.* Haec alias interpretatur et *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 7. n. 6. et lib. V. c. 2. n. 2. Iung.

προσακούεται] Ad fidem MSS. in textum retulimus scripturam elegantiorem *προσυπακούεται*, adplaudente etiam *Iungermanno.* nihil certe isthoc verbo in huiusmodi rebus *Grammaticis* est familiarius: alterum vero nunquam inveneris. *Schol. Eurip.* ad *Alcest. προσυπακουστέον τὸ λάτρις ἢ τὸ θής·* et infinities alibi.

εἴποις] C. A. omittit *εἴποις.* Kuehn.

οὐ πάντως] *Salmas.* ex MS. delet *οὐ*, quod tamen videtur requiri ad loci sensum bonum. Nam dicit *Pollux*, quod sub voce *χρυσοῦς* subintelligatur stater, sed si dixeris *stater*, non omnino necesse esse, ut *aureus* subiiciatur; fuit enim et stater *argenteus. ἡμίχρυσον* Graecorum vertunt *aureum denarium Latini.* idem et *ἡμιστάτηρος* dicitur. vid. *Gronov.* de P. V. lib. III. pag. 363. Kuehn.

'Αλεξανδρίδης] Melius MSSti *'Αναξανδρίδης.* de *Alexandride Casaub.* in *Athen.* lib. VI. cap. 18. et supra VI. 161. post a C. A. abest *ἐν 'Αγχίσῃ·* margo tamen habet *καί.* Kuehn.

'Αλεξανδρίδης] MS. clare *'Αναξανδρίδης.* quo pacto quum habeat et *Athenaeus*, emendandum hic videtur. imo et ipse

Pollux vulgatus ita supra VI, 161. Saepius mutatum hoc nomen docet *Casaubonus* noster VI. *Athen.* 18. Iung.

'*Αλεξανδρίδης*] Emendatum est a nobis in textu '*Αναξανδρίδης*, cui lectioni viam praeeunt MSS. Codices: et ita *Kuehnius* in sui libri margine. viderat hoc quoque vitii *Scaliger*, credo, dum ita pag. 13. de R. N. scribit: *Hanc drachmam Anaxandrides Comicus ἡμιχρυσοῦν vocat.* viden' *Anaxandrides*; nisi petierit ista forsitan ex VI, 161. ubi et in vulgatis ita legitur. *Anaxandrides* autem fuit non infimi nominis nec de plebe *Comicus*. *Theseum* eius laudat *Diogen.* III, 26. '*Αναξανδρίδης ἐν Θησεῖ*· et *Φαρμακομάντιν* *Etymologus* in *ὀρίγανος*. neque alium intelligebat *Hesychius*, cum scribit: '*Αμφίδυσις, ἐπίθετον φιάλης παρὰ 'Αναξανδρίδῃ*. videndus et *Suidas* in '*Αναξανδρίδης*, ubi quo vixerit tempore, quidve novi in Comoedias intulerit, indicat. sed quid spicas legimus post locupletissimam *Is. Casauboni* messem ad *Athenaeum*, qui decem atque novem huius *Anaxandridae* nominat fabulas, observante ad *Laërtium Aldobrandino*. habeo tamen, quae novisse e re tua fuerit, benivole lector. Scias itaque *Alexandridem* et *Anaxandridem* utrosque quidem in lucem edidisse plura, sed diversissimum scribendi institutum sequutos fuisse, hic quidem, ut ex dictis patere potuit, *Comicis* fabulis notissimus fuit ac clarus, ille vero Delphis oriundus patriae suae historia, qua non tantum res pace belloque a Delphis gestas, sed ipsam eorum originem a primis initiis ne praeterita quidem historia fabulari, complexus fuerat, perquam nobilis. attamen utriusque nomina confusa sunt haud raro, alterque alterius occupavit saepissime locum. ita apud *Scholiastem Euripidis* ad initium *Alcestidis* reperio: '*Αναξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς φησὶ θητεῦσαι αὐτὸν* ('*Απόλλωνα*) *διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν*· hic, inquam, emendandum est '*Αλεξανδρίδης*, quomodo et *Aristophanis Scholiastae* ad *Plutum* v. 926. adducitur: *καὶ οἱ 'Αμφικτυῶται δὲ ἔθνος Λιβύης εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν 'Αλεξανδρίδης*· et clarius longe atque liquidius in *Plutarchi Lysandro*, cuius locus ad probandam in *Euripidis Scholiaste* emendationem nostram perquam est aptus: '*Αλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι*. et vero alibi in eodem hoc nomine *Plutarchum* insedit menda, quam, dum haec agimus, sustulisse fas fuerit. scilicet non procul initio *Quaestionum Graecarum*; *πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευσεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ 'Αναξανδρίδης*

ἱστόρηκασιν· imo vero Ἀλεξανδρίδης, quod tuto, me sponsore, reponas. Sed ad *Pollucem* repetamus.

ἡμιχρύσους] Ita et MS. et supra VI, 161. non tamen χρυσοῦς ἡμίχρυσος dixit *Pollux*, ut hinc adnotat *Hostus* lib. I. c. 7. n. 70. ut et lib. V. c. 2. n. 15. ubi ait ἡμίχρυσος, *seu ut alii malunt* ἡμιχρύσους· scilicet esse hoc ambiguum, quod ad rectum attinet. Iung.

σταιηρίδια] C. A. legit pro στατηρίδια, στατηριαῖα ex correctione in margine, ubi etiam extat, τὸ φαίης, ἂν· στατηριαῖα legit et *Salm*. post Θεόπομπος est, ἡ Ἀττικὴ μνᾶ. Kuehn.

στατηρίδια] *Kuehnius* ad Codicis sui oram στατηριαῖα, et in ipsis *Theopompi* verbis στατηριαίας reposuit, quem in re clara, MSS. etiam reclamantibus, sequimur omnino. emendabimus ita mox MSS. ope simillimum vitium in δραχμίδιον· sed in ipso *Theopompi* loco diversa sentiunt eruditi viri. arguta est perspicacissimi *Iungermanni* nostri coniectura: sed aliter *Salmasius* de *Modo Usur*. pag. 259. hoc adducit modo: Οὔ φασὶν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας Στατηρίδας· quod certe si praeferri non possit, saltem ut cedat opus non est emendationi *Iungermannianae*. et noveris oportet eo loco etiam *Salmasium* emaculasse hoc in στατηρίδια vitium, eodemque modo, quo nos in textu, restituisse. collabitur itaque Illustriss. *Scaligeri* sententia στατηρίδας putantis esse a στατηρὶς, ea forma, qua τριαντὶς, quod apud *Hesychium* restituit. Monendum est quoque ἑτέρων fuisse ante nos in textu; sed ex *Kuehnii* mente ἑταιρῶν emendatum; et ita habent quicunque eruditissimi viri hoc loco sunt usi. [ἑταιρῶν refinxerat et *Canterus* ad sui Codicis marginem. *Ex Addendis*.] Apud *Hesychium* est Στατίδιον, πεντάμνουν etc. quod in στατηρίδιον mutant *Salmasius* et *Iunius*; sed malo cum *Scaligero* στατίδιον retinere a στάτος.

ἐν Καλλαίσχρῳ] Desunt in MS. ἐν Καλλ. cum versibus duobus, qui e *Comico* sequuntur, in quorum priore non dubito quin ἑταιρῶν legendum, sicut mihi ad meum Codicem adnotaveram, et rectissime. Sic enim et magno *Casaubono* visum VII. *Athen*. 14. ubi et στατηριδίας (quod idem significat ac στατηριαίας) emendat: quod vel praecedens στατηρίδια iubet, ut et coniectatus est amiciss. *Seberus*. *Callaeschrum* et *Athenaeus* citat, ut ibi notavit idem eximius eius Commentator. Ceterum cum venia dicam, quicquid adblandiatur illud οὔ φησιν etc. quae aptum senarium efficiunt, mihi tamen suspicio non ita protulisse *Pollucem*,

nec ista duo vocabula esse de *Comici* verbis, sed *Pollucis*, qui ita scripserit: ὡς Θεόπ. ἐν Καλλαισχρῳ· οὖ φησιν, εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας στατηριδίας· ut *Polluci* non propositum fuerit hic integrum versum adferre, quamvis et eius pars se prodat, sed dicere, in illa fabula ita *Theopompum* nominasse etc. sic suspicor. Iung.

τ. ἑτ. τ. μ. στατηρίδας] *F*. στατηριδίας, cum prius στατηρίδια. Seb.

τῶν ἑτέρων] Leg. τῶν ἑταιρῶν. pro οὐ leg. οὗ: *ubi ait meretrices medii subsellii statere venales esse.* pro στατηριδίας etiam hic cum *Salm.* legendum esset στατηριαίας, si sequamur illam correctricem manum *Casaub.* in *Athen.* lib. VII. c. 14. qui ex hoc loco observat typum nominum in ἴδιος pro αῖος. Kuehn.

ἡ Ἀττικὴ μνᾶ etc.] MS. ἡ μνᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δρ. Seber.

ἡ Ἀττικὴ μνᾶ etc.] MS. ἡ μνᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δραχμᾶς ρ' etc. ἡ μέντοι δραχμὴ· omnibus in medio omissis. emenda vero vulgo illud mendosum δραχμᾶς, quod nescio quomodo hic irrepserit, ut in prioribus editionibus etiam, et scribe δραχμὰς, mox quoque utrisque, qui sequuntur, locis. Videtur ibidem et ita distinguendum, ἐπιφέρει· κόλαξιν οἶνον etc. Nescio tamen annon aliter debeat, et alterum hoc κόλαξιν superfluat. Sed ubi MS. deficit, libenter fere meam imperitiam et illud hebes ingenium fateor. Alias de hac mina hinc et ex aliis *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 9. n. 6. Iung.

ἡ Ἀττικὴ μνᾶ] Ita et *Plinius* H. N. lib. XXI. c. 34. *Mνᾶ, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* neque aliter *Cleopatra* MS. ἡ Ἀττικὴ μνᾶς ἔχει δραχμὰς ρ' etc. et *Hero*, cuius supra posui verba, minam viginti et quinque continere tradit stateres, straterem vero quatuor drachmas seu ὁλκάς· itaque si colligas quater viginti quinque drachmas, numerus exsurget centenarius. minam autem Atticam cum Italicae parem statuerit *Hero*, quid est rationis cur Italicam τεσσαράκοντα στατήρων dixerit *Epiphanius*? sed est ille locus corruptus, et restitues facile, si *Scaligerum* de R. N. p. 55. inspexeris. Ex recentioribus videri potest *Schottus Tab. Numm.* cap. 5. et *Sardus* initio libelli de Nummis, qui cum *Fannio* minam adpellat *libram Graecam*, recte quidem, si Graecam addideris; alias certe differunt libra et mina. *Glarean.* de *Asse* cap. 3. *Porro esset Graeca mina centenum drachmarum, cui Romani in ratione nummaria suam aequarunt libram, addita semuncia quaternum*

drachmarum, propterea quod denarius Romanus et drachma Graeca idem habent pondus. Et haec quidem minae fuit valor post *Solonem*, qui pristinam illam viginti et septem drachmis auxit, adeo ut habuerit tantum drachmas 73, ante tempora *Solonis* mina. tradit hanc rem scripto *Plutarchus* in summi illius legislatoris vita. attamen *Scaliger* pro πεντήκοντα τριῶν malebat in *Plutarcho* πεντήκοντα πέντε facili lapsu *OE* in *OΓ*· sed illius necdum constare nobis ratio potuit, et vulgatam quoque lectionem amplectitur Doctissimus *Sperlingius*.

δραχμὰς] C. V. δραχμῆς. *Scholiastes Graecus* in Tomum II. *Luciani*, ubi hunc locum laudat, legit δραχμὰς et ita legendum mox quoque. *Salm.* ἡ μνᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δραχμὰς ἑκατόν. Kuehn.

δεῖπνον θὲς, etc.] *Interpres, coenam appone*, quod non quadrat hic loci, ubi ratio putatur expensarum cum caupone:

δεῖπνον θὲς, inquit, ἑκατὸν δραχμάς. Ἰδού.
in coenam computa centum drachmas. Ecce!

Quod respondit alter, qui rationem init et per ἰδοὺ significat, iam factum esse quod voluit: εἶτα ἐπιφέρει, (*Scholiastes Luciani* ἐπέφερε videtur legisse) *deinde infert:*

κόλαξιν οἶνον θὲς ἑτέραν μνᾶν.

Ita enim laudatus *Scholiastes* recte legit hoc sensu, *adulatoribus pro vino computa alteram minam, unde apparet, quod et alteras centum drachmas minam vocarit.* Kuehn.

δεῖπνον θὲς, etc.] Mala distinctione hic locus laborat, quam dum Commentatores nostri tollere atque emendare non potuerunt, tenebras ipsis offusas, non est quod adeo mireris. distinguenda vero *Eupolidis* verba hoc modo:

δεῖπνον; θὲς ἑκατὸν δραχμάς· ἰδού·
οἶνον; θὲς ἑτέραν μνᾶν.
Vinne coenam? pone centum drachmas. sunt, ecce.
Numne et vinum? da alteram minam.

Planus est ac facilis sensus hic: rogat quis, an alter ille, cum quo ipsi est sermo, coenam velit. ponendas tum illi esse centum drachmas, quas alter exhibet, ad quem itaque pertinet vocula ἰδού. si vero et vinum cupiat, alteram quoque ponendam esse minam: τίθεσθαι ἑκατὸν δραχμὰς, τίθεσθαι μνᾶν, dictum eleganter, usique eo modo *Aristophanes*, *Lucianus*, *Xenophon*, aliique spectati Atticae elegantiae auctores. Mox autem post ἐπιφέρει haud opportuno loco extitit ante nos κόλαξιν· delevimusque cum *Kuehnio*.

καὶ τὰς ἑτέρας] *Scholia Luciani καὶ προτέρας ρ΄ δραχμάς.* KUEHN.

60.

ἡ μέντοι δραχμὴ] *Hostus* lib. III. c. 4. n. 14. de Drachmis et peculiaris epistola ad *Pinellum* extat in *Aldi Manutii* lib. II. de quaesit. per epist. ep. 7. IUNG.

ἡ μέντοι δραχμὴ etc.] *Plinius* H. N. libr. XXI. cap. 34. *Drachma Attica* (*fere enim Attica observatione Medici utuntur*) *denarii argentei habet pondus: eadem sex obolos pondere efficit.* cui consentiunt *Scholiastes Aristophanis* ad *Ranas, Oribasius Sard.* de *Virt. Simpl.* et *Suidas* in *τάλαντον.* Ex *Polluce* nostro *Sardus* de *Nummis* pag. 11. *Drachmam* Fannius *fecit ex* 5. *scripulis;* Pollux *ex* 6. *obolis:* scripseratque paulo superius: Pollux *autem constituens drachmam ex sex obolis, ostendit obolum fuisse semiscripulum, nominatque semiobolum ex* 4. *chalcis.* Consulas quoque *Schottum Tabulae Nummariae* cap. 5. et *Snellium* pag. 52. ubi et de origine vocis tangit ex *Plutarchi Lysandro*, *ἀπὸ τοῦ δράττεσθαι* nimirum. et lubet *Plutarchi* quoque verba huc adferre: *δραχμὴν δὲ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς καλεῖσθαι, τοσοῦτον γὰρ ἡ χεὶρ περιεδράττετο,* quibus similia sunt *Etymologi* in *Ὀβελίσκος* et haec *Scholiastae Theocriti* ad Eid. X. v. 44. ubi, quid sint in re rustica *δράγματα*, exponit: *δράγματα, τὰ πληροῦντα τῶν σταχύων τὴν ἀριστερὰν, παρὰ τὸ δράττειν· ὅθεν καὶ δραχμὴ ἡ πληροῦσα τὴν χεῖρα τῷ κέρματι·* et *δραγμὴ* quidem, atque *δράγμα manipulus* est in *Glossis.* Hoc autem drachmae veriverbium defendere nititur ac adserere *Sperlingius* contra *Salmasium*, qui ex Oriente petenda vocis incunabula statuebat, nec inepte forsitan: sed alibi, spero, super istis. De *ἐπωβελία* vero superiori libro *Noster* affatim, ibique notasse memini. haec tamen *Pollucis* nostri illustrant quae habet *Etymol.* in illa voce.

ἐπωβελία] Vide supra VIII, 39. et 48. SEB.

δραχμίδιον] MS. *δραχμιαῖον, ὡς.* SEB.

δραχμίδιον] C. A. et *Salm. δραχμιαῖον ὡς Ἀριστοφάνης·* lectio altera in margine est. KUEHN.

δραχμίδιον] MS. *δραχμιαῖον*, quomodo et *Seberi Augustanum* credo habuisse, non *δραχμίδιον*, ut vulgo. et illud cum MS. forte reponas rectius, quamvis nec alterum queam reiicere. eodem enim typo percussum ut *στατηρίδιον, τὸ στατῆρος ἄξιον*, supra segm. praec. IUNG.

δραχμίδιον] In textu emendavimus *δραχμιαῖον*, quam

lectionem MSS. suadent, praeeunte Doctiss. *Kuehnio* atque ita legendum monuit et *Salmasius* de *Mod. Usur.* p. 259.

ἦν δὲ ἡ δραχμὴ] MS. ἦν δὲ οὐ δραχμὴν νόμισμα μόνον etc. vitiose, in δραχμὴν a sequenti vocula repetito. IUNG.

πεντηκοντάδραχμον] Apud *Platonem* in *Cratylo* nempe habes τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ut adnotavit *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 1. n. 71. et antea Avus meus de Numism. *Scholiastes Aristoph.* in *Νεφέλας* de Prodico Chio ita scribit, πρῶτος δὲ οὗτος πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Sequitur καὶ πεντάδραχμον· quae desunt in MS. qui habet: ἀλλὰ καὶ πεντηκοντάδραχμον παρὰ Κυρηναίοις καὶ τετράδραχμον etc. emenda vero Κυρηναίοις, quod vulgo vitiose Κυρινaίοις legitur. De *Pentadrachmo Hostus* libr. III. cap. 1. n. 68. quo capite et de aliis hic et nominatim n. 49. IUNGERM.

πεντηκοντάδραχμον etc.] *Praeterea* (*Pollux*) *ipse nominat*, *Sardi* verba haec refero pag. 11. libelli de *Nummis*, *tridrachmam*, *tetradrachmam*, *et Cyrenensium pentadrachmam*, *et pentacontadrachmam*: ostenditque *Pollucis* nostri hoc eodem loco egregie abusum fuisse *Snellium*, cum hic se putaret invenisse, quae stateri suo viginti quinque drachmarum undecunque invitis munimina conquirebat Musis, perspicacissimi vir ingenii atque politissimi *I. Frid. Gronovius* de Sestertiis pag. 167. alias idem *Snellius* haec pleraque habet et exponit pag. 54. et seq. Mox autem ante nos κυριναίοις fuit, quod vitii emendavimus facile cum *Kuehnio* nostro, restituimusque Κυρηναίοις· *Cyrenenses* autem insigni suae reipublicae silphio seu laserpitio usi sunt, quod apud eos praestantissimum fuit, magnique habitum. mentionem itaque factam videas in Medicorum scriptis laseris Cyrenaici, uti apud *Marcellum Empiricum* cap. 15. et haberi potuisse rarissime colligas ex hisce *Scribonii* Compos. Medic. cap. 16. *laser Cyrenaicum*, *si poterit inveniri*; *sin minus*, *Syriacum aqua dilutum.* Ὀπὸν Κυρηναϊκὸν, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὄπισθεν adpellat *Strabo* lib. XVII. ibidemque Cyrenaicam regionem in tres divisam partes tradit, mediamque laserpitium tulisse, de qua, ut et de tota Cyrenaicae primae natura atque ingenio elegantissima pono *Arriani* verba, quibus Indicae historiae libro imponit finem: Ἀλλ' ἡ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ καὶ εὔυδρος καὶ ἄλσεα καὶ λειμῶνες, καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτήνεων πάμφορος, ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσεις· ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ

φαρμακώδεα: quae tibi quam emendatissima, benivole lector, ex postrema eaque pura summi literarum Graecarum antistitis *Iac. Gronovii* editione apposui. et illa quidem unice illustrant *Silium* cum lib. VII. canit:

Battus Cyrenem molli tum sorte fovebat.

viden' igitur *Κυρήνην ποιώδη* atque *μαλθακὴν* ab *Arriano*, *mollem* vero *Cyrenes sortem* a *Silio* dictam. Desideratissimum vero laserpitium hoc Cyrenense, vel inde pateat, quod Carthaginienses, si subdole quid sustulisse poterant, e vestigio mercibus aliis cum lucro permutabant, teste *Strabone*. Soliti itaque erant Cyrenaei ut ab iniuria pecudum hominumque furacium laserpitium defenderent, locum sepe munire, ut docet *Arrian.* de Exped. *Alex.* lib. III. et monendum quoque duco silphii mercaturam non videri pertinuisse ad hunc illumve privatae fortunae hominem, sed ad ipsam Cyrenarum rempublicam. Silphii autem frugifer ille locus ipsius fruticis nomine fuit dictus. sic in *Arriano*, *ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον*, et *Herodotus* Musa quarta bis: *καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάϊος λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρος, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον· καὶ τὸ σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου.* Et iterum: *εἰσὶ δὲ καὶ γαλαῖ ἐν τῷ σιλφίῳ γενόμεναι, τῇσι Ταρτεσσίῃσι ὁμοιόταται·* emendandus est itaque *Hesychius* in *Σιλφίου λιμών*, apud quem *εἶδός τι Λιβύης τὸ σίλφιον* male est pro *τόπος τις Λιβύης* etc. sed de ipso laserpitii frutice plura reperies apud *Yvonem Villiomarum* in Controv. *Titii* locos lib. VIII. c. 12. et, qui ex hoc collegit pluscula, *τὸν πάνυ Salmasium* in *Solinum*. Huius autem silphii, quod summo apud eos fuit in pretio, annulis suis insculptam habuere figuram *Cyrenenses*, referente *Aristophanis Enarratore* antiquo ad *Plut.* v. 926. ubi *Comicus* notissima paroemia *Βάττου σίλφιον* utitur. memoriae porro prodiderat *Alexandrides*, gentem Libyae *Ampeliotas*, ut honorem *Apollini Delphico* haberent, silphii sacrum misisse caulem. huc spectat lepida de Dioscuris historiola, quam *Pausanias* habet *Lacon.* cap. 16. quam, nisi, dum haec ago, inseruisse thesauro suo *Begerum* animadvertissem, in medium hic dedisse animus fuerat. In nummis demum Cyrenensibus silphii apparet frutex, de quo et antiqui testantur, sed vario atque intricato paululum modo. repetamus licet, etiamsi ab aliis dicta, si forsitan maiori luce donari a nobis possint. ad dictum *Comici* locum bini Commentatores uterque *Aristotelis* eadem auctoritate ex Cyrenensium republica nitentes, a se invicem dissentiunt tamen, adeo ut alter falsi sit condemnandus. prior quidem condita Cyrene Batto silphium donasse Libyes tradit, et nummum signasse,

in quo sculptus fuerit Battus, qui hac regnum, altera silphium a civitate acciperet: posterior autem, ut Cyrenaei regi suo redhostimentum quoddam virtutis impensique, deductis in Libyam civibus, laboris exhiberent, imaginem illi suspensam fuisse narrat, in qua duci blaeso laserpitium offerre grati conspiciebantur cives. unum *Aristotelis* locum diversae huius utriusque relationis esse fontem, equidem non dubito: sed altera utra tandem apud nos fidem mereri maiorem oportet? *) posterior certe prae prima: nam, ut dicam quod meae est in hac re sententiae, cusos esse a Cyrenensibus Batti imagine nummos insignes haud sanequam credo. qui ante *Ptolemaeos* fuere percussi, *Ammonis* habuere ab hac, ab altera vero parte silphii figuram: neque decuit aliter, siquidem *Ammon* tutelaris fuit totius Libyae Deus, et tutelares praecipue regionis Deos in libera tyranni iugo republica nummis imprimi solitos constat. sic Athenienses *Minervam* huic, alteri vero nummorum parti noctuam habebant insculptam. recte itaque *Suidas* et *Hesychius* in *Βάττου σίλφιον*, *ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι ὅπου μὲν Ἄμμωνα, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγκεχαράχθαι*· et quae praecedunt *Hesychii* verba non integra quidem ac recta, multis tamen modis eruditi homines corruperunt: ut tute videas ponam: *Βάττου σίλφιον, παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς εὑρισκομένων· μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ Κυρηναίους ἑνὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον ὃ ἐκτέ-*

---

*) Disconvenire quae referunt utrique *Aristophanis* Commentatores verissimum est; utramque narrationem ex uno *Aristotelis* loco, cuius rectus alterutri sensus ex animo effluxerat, esse derivatam per mihi videtur probabile propter rationes a me allatas. si quis in diversam pedibus iverit sententiam, suo id faciet arbitratu, nec nobis valde invitis. Batti imagine nummos impressos credo nullos hodie extare: reperiuntur tamen, qui ad bovis dimidii figuram Batti nomen adscriptum praeferunt, seu hic veterior ille Battus sit, seu aliquis ex eius posteris. vide Eruditiss. *Is. Vossium* ad *Melae* lib. I. c. 8. ubi sane, quod gaudeo, ab opinione nostra non abhorret: statuit enim figuram cornutam istius nummi, quem *Salmasius* ad *Solinum* produxit, *Alexandri* esse, aut cuiusdam ex eius successoribus. Neminem indignaturum spero, quod *Ptolomaeos* scripserim, cum *Πτολεμαῖοι* Graecis dicantur. nam ita saepissime in Codicibus antiquis et editionibus emendatissimis exeratur: ut non nesciam *Conringium* hanc ob causam ab eruditissimo eius adversario male fuisse acceptum. Sed in *Scholiastae* veteris loco etsi non sit incommoda mea emendatio, minus tamen nos a vera lectione abfuturos puto, si reponamus *Τῷ Πτολεμαίῳ· δυϊκῶς*· opus enim non est, ut casus praecise concordent. *Ex Addendis.*

τιμητὰι παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομ. etc. quae ita se in Latinum sermonem transfusa habent: *Batti laserpitium: proverbium de iis dictum, qui insignes inveniunt honores: translatum vero ex eo est, quod Cyrenenses cuidam Battiadarum obtulerint* (honoris nimirum causa) *eximium laserpitium, quod fuerat apud eos excisum, adeo ut in nummis ab hac quidem Ammon, ab illa vero parte laserpitium sit signatum.* hic emendant: μ. δ. ἀπὸ τοὺς Κυρηναίους ἐπὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον, ὃ τετίμηται παρ' αὐτοῖς· quae absona sunt prorsus, atque *Hesychii* scopo inepta. et meliorem me operam ipsi daturum spero: scribe itaque ἐξαίρετόν τι etc. tum post, ἐκτέτμηται παρ' αὐτοῖς, supplenda, quae simili praecedentium et sono et scriptura deceptus librarius omiserat, sunt haec: καὶ γὰρ τετίμηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε etc. quae omnia confirmat *Suidas*; emendandusque est hinc *Paroemiographus Vaticanus*, in quo duplicis proverbii expositio pessime coaluit. expedias facile, si cum his conferre volueris. et adnota mihi, quaeso, dissimilem ab ea, quam *Aristophanis* protulit *Scholiastes*, proverbii originem, quam *Hesychius* non a *Batto* Cyrenarum conditore, sed alio quodam ex ipsius posteris accersit, cui etiam *Batto* nomen fuit, quales fuisse plures ex *Herodoto* constat. Postquam vero *Ptolomaei* Cyrenis imperitaverunt, eorum nummos horum regum imaginibus insigniri oportuit, talesque esse omnes existimo, qui hodie variis in cimeliarchiis asservantur. et tui quoque gratia, erudite lector, apponi in tabella proxima curavi Cyrenensium nummum argenteum didrachmi ferme pondere, quem mihi depromptum ex locupletissimo suo nummorum thesauro, qua est humanitate summa, liberalissime concessit vir praestantissimus ac nobilissimus I. de WILDE, cuius infinitam promovendi et adiuvandi rem nummariam elegantioresque literas lubidinem atque indefessum studium haec saecula noscunt, sequentia mirabuntur. illius etiam eiusdem humanissimae liberalitati reliquos omnes, quos illustrando *Polluci* inseruimus, nummos debes, de quorum accuratiori pictura securus sis licet, siquidem eos delineare non dedignata sit spectatissima dudum hac arte orbi etiam erudito virgo lectissima MARIA de WILDE, in qua tanquam in virtutum metropoli non aestimandae corporis animique dotes infinitis intermistae *Gratiis*, plaudentibus etiam *Pallade* patrima atque *Musis*, se dignissimam occupavere sedem. sed quid ego homuncio detraho laudibus meis atque detero utriusque meritis et virtuti? sileam igitur, atque haec animi grati qualia.

cunque reliquisse signa sufficiat. In huius itaque nummi altera area laserpitium habes additis literis *Κυρα*, *Κυράνα* nempe, uti Dores ac Lacones efferebant, altera vero *Ptolemaei*, ut quidem sentio, seu *Lagus* sit ille seu *Philadelphus*, caput cornutum. cornu quidem arietinum duplicem ob causam ipsis addi potuit, tum quod inter *Alexandri* essent successores, cuius caput non aliter nisi cornutum visitur in statuis et nummis, cum ut non mediocrem ipsi honorem haberent, qui iungerent capiti eius arietis cornu *Ammoni* proprie debitum. Cyrenaica autem regio sub imperium delapsa est *Ptolomaeorum* vi atque armis *Ptolomaei Lagi*, ut liquet ex *Iustino* lib. 13. c. 6. eaque propter *Strabo* lib. XVII. *Κυρηναίαν* memorat *τὴν ὑπὸ Πτολεμαίων*, *Ptolomaeis subiectam Cyrenaeam*: unde colligas simul, non omnem Cyrenaicam regionem sub ditione fuisse *Ptolomaeorum*, sed binae, puto, tantum partes: tertiam Libyae tenuere gentes. *Callimachus* porro H. in *Apoll.* v. 68.

καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ
δεξιὸς οἰκιστῆρι, καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν
ἡμετέροις βασιλεῦσιν.

Τῷ Πτολεμαίῳ, inquit *Scholiastes*: forsitan *τοῖς Πτολεμαίοις*, siquidem intellexerit Cyrenaeus vates *Philadelphum* et *Euergetem* fratres: et vide ad haec notantem Illustriss. *Spanhemium*. Sed et statuae Cyrenis honori *Ptolomaeorum* positae fuerunt, ad quas si quis confugisset, abripi nefas erat. elegans est ea de re locus in libro XXIII. Hist. *Livii* cap. 10. ubi *Magius Decimus Campanus*, qui a partibus Romanorum steterat semper, *Annibali* vero obstiterat, iniectis catenis a Poeno rapi iubetur extra portam, impositumque in navem Carthaginem mitti: *navem Cyrenas detulit*, verba sunt haec *Livii*, *tempestas*, *quae tum in ditione regum erant*: *ibi cum* Magius *ad statuam* Ptolomaei *regis confugisset*, *deportatus a custodibus* Alexandriam *ad* Ptolomaeum: *dum eum docuisset*, contra ius foederis vinctum se ab *Annibale* esse, *vinculis liberatur*: qui locus percommode quae dixi probat. Similem autem Cyrenensium nummum egregium exhibet *Rhodius Emend.* ad *Scribon. Larg.* pag. 127. ubi silphio adiectam vides stellulam, *Castoris*, ut existimo, indicem. et *Castorem* quidem prae *Polluce* potius in nummis suis expressum habuere, quod equis equitandique peritia clarus ille fuisse perhibeatur, sicuti *Pollux* caestibus atque lucta. Cyrenenses autem, cum planam incolerent aptamque equis regionem, praestantissimos aluisse atque edomasse equos antiqui memoriae

tradunt: ea de causa *Pindaro* in *Pythionicis* εἰδ. δ. εὔιππος Κυράνα dicitur, et vide ad eum locum *Scholia*. *Pindarum* vero sequutus est *Dionysius Periegêtes* hoc versiculo: Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν· quem non inconcinne binis aliis Latinis ita *Priscianus* reddidit:

Nec non Cyrene clarorum mater equorum
Urbis Amyclaeae populus quam condidit olim.

et hinc *Pausanias Eliac.* θεόχρηστον nominat Κυρηναῖον ἱπποτροφήσαντα κατὰ τὸ ἐπιχώριον Λίβυσι· et vide *Casaubonum* ad *Athen.* III, 22. hac porro nixus ratione, et illum equitem, qui in altera nummorum quorundam Cyrenaeorum area apud *Goltzium* et *Begerum* conspicitur, *Castorem* esse statuo. Sed satis est temporis, quod huic rei dedimus.

Κυρηναίοις.] C. V. Κυρηναίοις. Kuehn.

τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο] MS. τὸ παλαιὸν δὲ τοῦτ' ἦν etc. De nummo hoc, qui βοῦς, ut didrachmum vocabant Athenienses, vid. *Hostium* lib. Rei Numm. cap. 5. Iung.

τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθ. etc.] De bove hoc celeberrimo antiquorum Atheniensium nomismate qui scriptis aliquid ex recentioribus tradidere, sunt autem ii bene multi, plerique omnes insignem hunc *Pollucis* nostri locum non praetereunt. ex iis *Sardus* est, cuius haec sunt de *Nummis* p. 11. verba: *Et apud eundem* Pollucem *bove insculpto Atheniensis vel Deliacus nummus*: et *Lipsius* de R. N. pag. 5. *Sed et quod* Theseus *apud Athenienses nummum bovis nota signavit, uti* Pollux *et veteres literatores testantur*. de *Theseo* tamen quae adfert non *Pollucem* sed *Plutarchum* habent auctorem: *Agricolam* aliosque mitto. Constat itaque et ex hoc *Pollucis* nostri loco, et ex *Plutarchi Theseo*, ubi hunc primum Atheniensibus nummos signasse impressa bovis figura memoriae mandavit, aliisque pluribus hunc bovem nummum fuisse signatum, qui id nominis sit sortitus ab imposita imagine bovis, atque valuisse, si ad speciem nummariam, quae postmodum fuit in usu, redigas, binis drachmis. et hoc tam clare tamque perspicue a veteribus literis est traditum, ut si quis contra sentiat, nihil sentire videri possit. hac tamen gravissima antiquae eruditionis auctoritate nihil quicquam motus vir profecto Eruditissimus *Ottho Sperlingius* in sua de Nummis non cusis dissertatione docta hercle ac concinna illum antiquorum Atheniensium βοῦν inter nummos non cusos omni nisu reponere allaborat. totum probandae huic rei caput secundum et vigesimum habet destinatum: sed vereor, ne hac quidem in parte et se vir doctissimus et lectorem egregie fallat. vi-

deamus utique, dum ita se dat occasio, paucula. *Βοῦς* igitur *Sperlingio* est *numisma illud argenteum, quod tantum argenti continebat, quo bos emi posset, δεκάβοιον, in quo tantum argenti, quo decem boves comparari possent, et ἑκατόμβοιον, quo centum.* sed iniuriane rogitem, quo id auctore, quo teste constet? certe non temere repertum iri quenquam statuo, qui eo modo βοῦν, δεκάβοιον et et ἑκατόμβοιον exponat, nisi forsitan in hanc rem converti posse quis putet *Etymologi* verba, quae βοῖον aliquando σταθμίον τι dici adfirmant. sed nihil hinc quidem est praesidii. porro si inter nummos non cusos βοῦς extiterit, tantum pendens argenti, quantum emendo bovi erat, annon et οἶς, et μόσχος, et ὗς similiave fuisse oportet? quid enim? numne solis βοΐ, δεκαβοίῳ, aut ἑκατομβοίῳ exerceri poterant emendi vendendique vices? non sane; etenim quo pretio ovem, vitulum, suem aliaque minoris pretii animalia emissent? et tamen horum talium nomismatum profundum est in antiquis scriptoribus silentium. *Pollux* autem noster bovem valuisse refert binas Atticas drachmas, quae dum argute nimis captat vir praestantissimus, splendide, uti censeo, semetipsum est frustratus. *Sed quod* Pollux, ipsius ponam verba, *in bovem duas drachmas Atticas computet argenti, monetae nostrae* 12. *asses Lubecenses, facile videt quilibet, hoc pretium minime convenire bovi, nullo tempore tam vile pretium tam proficuo et desideratissimo animali statuente.* quid audio? sinne vero, pretium binarum drachmarum, quo bovem nummum *Pollux* aestimat, minime convenire animali proficuo et desideratissimo? recte hoc quidem, non conveniunt binae drachmae vile nimis pretium bovi: sed ubi tandem locorum adfirmavit *Pollux*, bove nummo animal illud cognomen comparari posse? neque vero comparari poterat, puto, tam parvo pretio: et ostendam quid caussae in haec devia rapuerit praestantissimum senem. nimirum omnino statuebat bovem dictum illud nomisma, quod emendi bovis efficeret pretium: sed non ea *Polluci* stetit sententia, qui dictum ita bovem docet, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον, non quod bovi comparando sufficeret. Ex his pateat argutula tantum, ac si dicere licet, παρακεχαραγμένα esse, quae haec alia habet isto capite: Theseus *enim Athenienses docuit aurum, argentum et aes eo pondere κόπτειν, quo bovem emere possent, talemque nummum βοῦς dictum, licet bovem signatum minime habuerit; ita quoque δεκάβοιον laminam auri, argenti, aeris quo decem boves emere valerent, et ἑκατόμβοιον qua centum: aut βοῦν fuisse nummum aereum non cusum, δε-*

κάβοιον, *argenteum*, *ἑκατόμβοιον*, *aureum*. videnne, quam suaviter sibi vir doctus fingat, quae extitere nusquam forte, quae certe nullo idonei scriptoris testimonio probari poterunt. et quoque notemus errorem viri magni, dum Graecam phrasin *κόπτειν νόμισμα* alio deflectit, ac par est. certe vel sexcentis adseri posset locis *κόπτειν νόμισμα* non aliter quam de signatura nummorum intelligi posse: hic tamen de argenti sectione sumit, et quod peius est, etiam *Herodotum* ista huius phraseos notione usum fuisse statuit istius Dissert. pag. 7. certe si quicquam alienum est a linguae Graecae genio, hoc inter prima reputo: et alii quoque *Herodoto* de Lydis referunt, eos non aes, argentum aut aurum constituto pondere dissecuisse, sed percussisse, sed signasse nummos. Animadvertendum porro *δεκάβοια*, *ἑκατόμβοια* dici proprie, quaecunque res decem aut centum bobus nummis aestimantur: unde tum *δεκάβοιον* et *ἑκατόμβοιον νόμισμα*, nummus, qui decem aut qui centum nummos boves continet. Et haec quidem in medium adferre placuit, quibus defenderemus *Pollucis* nostri aliorumque sententiam, qui bovem nummum esse dixere signatum; superest quiddam operae, quae *Polluci* impendenda venit. *Samuel Petitus* Observ. ad L. L. A. p. 369. ubi ex hocce *Pollucis* nostri loco fragmen illud e Draconis legibus, *ἀποτίνειν δεκάβοιον*, adfert, existimat, neque iniuria, haec *Pollucis*, quae sub manibus habemus, verba ad τὸ *δίδραχμον* referenda, quod praecesserat: et hercle ni feceris ita, ieiune omnino haec posuisse *Pollucem* iudicandum esset: et valorem quoque didrachmi habuisse antiquum *βοῦν Scholiastes Aristophanis* ad Aves testatur: *ἦν γὰρ γλαῦξ ἐπίσημον* (*τῶν τετραδράχμων* nimirum) *καὶ πρόσωπον Ἀθηνᾶς, τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημόν τε βοῦν ἐχόντων*· unde colligas licet noctuae signaturam in bovis successisse locum. huic adde *Etymologum* in voce *ἑκατόμβη*, ubi et adducit atque exponit paroemiam *Βοῦς ἐπὶ γλώσσης*, de qua locupletius Proverbiorum Collectores ab *Andr. Schotto* luci donatos videre potes. *Suidas* quae de hisce habet, fideliter ista omnia aliis, quos citavi, subripuit. Cur autem signatos voluerit bovis figura nummos *Theseus*, ternam relinquit in medio rationem *Plutarchus*, seu fecerit id bovis *Marathonii* caussa, seu *Minotauri*, seu tandem potius isthoc symbolo admonitos voluerit Atticae regionis incolas exercendae agriculturae. quicquid sit, id omnino constat, bovem fuisse colendorum agrorum symbolum: et praeterea quoque vetustiores etiam Romanos boum pecudumque effigie signasse nummos constat

ex *Plinio* et *Pomponio Sabino* ad Eclog. Virg. I. aliisque, in memoriam, putes forsitan, illius aevi, quo divitiae atque opes non auro, argento, aut aere, rudi, signatove, sed pecorum copia constabat; οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐν τοῖς τετράποσι τὴν κτῆσιν εἶχον· ἀμέλει καὶ οἱ βασιλέων παῖδες ἐποίμαινον πρὸ τοῦ γάμου· καὶ ταῖς νύμφαις πρόβατα καὶ βόας ἐχαρίζοντο, ὅθεν καὶ ἀλφεσίβοιαι, inquit *Proclus* ad *Hesiodum*. sed in ista non hoc loco inquiremus. Vide porro *Hesychium* in Βοῦς ἐπὶ γλώττης et Ἑκατόμβοιον· eidemque Ἑκατομβοΐδιον, ἑκατὸν βοῶν τιμή. Sed ad alia pedem promoveamus.

Ἀθηναίοις νόμισμα] C. A. Ἀθηναίων νόμισμα etc. Kuehn.

εἰδέναι δὲ αὐτὸ] αὐτὸν *Salmas.* referatur ad δίδραχμον. Kuehn.

εἰδέναι δὲ αὐτὸ] MS. εἰδέναι δ' αὐτό. Iung.

ἑκατόμβοι' etc.] *Iliad.* ζ, 236. prior. edit ἑκατόμβη. Seb.

ἑκατόμβοι' etc.] MS. ἑκατόνβοι' ἐννεαβοιῶν· quo pacto et infra noster MS. segm. 73. ubi *Pollux* noster hanc sententiam improbat eorum, qui nummum per βοῦν apud *Homerum* intelligunt. De hoc *Homerico* versu plura apud *Hostum* dicto loco n. 7. etc. Iung.

61.

ἀποτείνειν δεκάβοιον.] MS. εἰκοσάβοιον. *Odyss.* α, 431. — εἰκοσάβοια δ' ἔδωκαν. hoc est, εἴκοσι βοῶν ἄξια. *Schol.* vid. et *Od.* χ. 57. Seb.

ἀποτείνειν δεκάβοιον.] MSSti et *Salm.* (cuius in V. C. erat εἰκονάβοιον) εἰκοσάβοιον ἀποτίνειν, *solvere viginti boves.* Kuehn.

ἀποτείνειν δεκάβοιον.] MS. ἀποτείνειν εἰκοσάβοιον, non δεκάβοιον· et vide an verius noster MS. quemadmodum et *Seberus* in suo testatur. *Hesychius*: εἰκοσάβοιον, εἴκοσι βοῶν ἄξιον, εἰκοσαπλοῦν. De δεκαβοίῳ hinc et ex *Hesychio Heinsius* noster Notis ad libr. XV. *Silii*. Et lubet *Hesychii* locum adscribere, ut illud miraculum hominis restituit, quoniam eam enendationem ex *Polluce* hinc infra de Deliis firmat: Δεκάβοιον ἀριθμὸς πόσος καὶ σταθμός, ἐφ' ᾧ τετύπωτο βοῦς· ἔνιοι δὲ Δηλίων τὸν βοῦν νόμισμα εἶναι φασίν· vulgo mendosissime legitur in *Hesychio*: δεκαβοίων et ἔνιοι δὲ δειλιόντων βοῦν etc. quae ita tamen et bonus *Favorinus* transcripsit, ut noster *Heinsius* notat. Iung.

παρὰ Δηλίας] MSSti et *Salm.* παρὰ Δηλίοις, *in sacris ludis apud Delios.* Kuehn.

παρὰ Δηλίας] MS. παρὰ Δηλίοις· et quis non videt ita reponendum? vulgatum Δηλίας falsum vidisse credo et *Hos-*

tum, quum lib. III. c. 3. n. 4. haec citans habeat, *παρὰ Δηλιεῦς·* ubi eum alias videre potes. Iung.

τῇ παρὰ Δηλίας θεωρίᾳ] Nullo sensu certe: sed cum MSS. et *Kuehnio* nostro restituendum παρὰ Δηλίοις· atque ita habet et vir Eruditus *Sperlingius* cap. 22. de Numm. non Cus. ubi hunc totum adfert locum. eamdem quoque scripturam *Falckenburgius* ex suo Codice adnotavit. Intelligenda vero hic apud *Pollucem* est sacra legatio, quam singulis annis soliti fuere ad *Apollinem* Delium mittere Athenienses. et ex hoc *Onomasticographi* nostri loco constare etiam arbitrer dona fuisse distributa ab Architheoro, haud dubie in populum, ut puto, Delium, aut quosdam saltem de Atheniensium republica, seu rebus gestis, seu etiam insigni favore bene meritos. huius autem sacrae Atheniensium legationis meminit *Callimachus* H. in Delum, ad quem videndus est Illustriss. *Spanhemius*. Mox in *Polluce* male fuit lectum vulgo, δωρεάν, et ad *Iungermanni* mentem in textum retulimus δωρεά.

ὁπότε δωρεάν τινι ἐδίδ.] C. A. et *Salmas.* δωρεά τινι ἐδίδοτο, (*Salm.* δίδοτο, qui et mox hoc ordine, ἴδιον εἶναι νόμισμα etc.) ὅτι βόες τοσοῦτοι δοθήσονται αὐτῷ, *quando donum alicui ex publico dabatur.* Solebant enim Graeci praemia de Republica bene meritis decreta in solennibus ludis pleno theatro per praeconem promulgare, ut honor alicui habitus eo testatus esset, et alii exemplo invitarentur ad bene merendum de Republica. Kuehn.

ὁπότε δωρεάν τινι ἐδίδ.] MS. ὁπούτε τινὶ δωρεᾶ δίδοτο, ὅτι etc. Et quid est δωρεάν vulgatum, nisi addas τὶ vel tale quid? omnino itaque δωρεὰ scribendum est, ut etiam Avus meus interpretatus est, ubi et alia hinc explicat, libell. de Numism. *cum praeco datum iri alicui praemium pronunciaret.* et *Erasmus* Adagio: *Bos in lingua, si cui munus dandum erat.* Iung.

δραχμᾶς] Emenda δραχμάς. Iung.

Ἀθηναίων, etc.] MS. hoc ordine: Ἀθην. εἶναι νόμισμα. ἴδιον τὸν β. etc. Iung.

εἰρῆσθαι.] Abest a C. A. Kuehn.

βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβ.] Proverb. *Bos in lingua.* Seb.

βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβ.] Proverbium hoc quod attinet βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκε, utitur eo *Aeschylus* in *Agamemnone:*

τὰ δ' ἄλλα, inquit, σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν etc.

Eustath. in *Iliad.* p. 962. ita effert, βοῦν ἐπὶ γλώσσης φέρειν.

vide et *Suidam* in βοῦν ἐπὶ γλώττης, et brevia *Scholia Homeri* pag. 347. *Thomas* in Eclogis ἀρσενικῶς δὲ μόνον τὸν τῆς παροιμίας ἐκφέρομεν βοῦν, οἷον τὸ, βοῦν ἐπὶ γλώττης φέρει· eodem modo C. V. hic habet βοῦς ἐπὶ γλώσσης β. *Q. Septimius Florens* in *Aristoph. Vespas* proverbium de tarda et impedita lingua accipit: rectius *Noster*, εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ σιωπήσειεν, vel, ut MSSti et *Salm.* σιωπῴη, *si quis pecunia corruptus obticuerit*, proverbium usurpari docet. Kuehn.

βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβ.] MS. βοῦς ἐπὶ γλώσσης βέβ. pariter recte; nam proverbium ita quoque effertur βοῦς ἐπὶ γλώττης, puto, ut apud *Suidam*, et *Eustathium*, ni fallor, quoque. Tamen vulgata placet, quod χρῆσις *Aeschyli* ista prorsus est, apud quem in *Agamemnone* legis ipso fere initio:

τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν —

Quamvis tamen *Erasmus* Adagio *Bos in lingua* ex *Aeschylo* citet ἐπὶ γλώττης. de eo Adagio alias et *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 3. n. 13. Iung.

βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν] Meminit et ipsius nummi bovis, et huius paroemiae *Snellius* de R. N. p. 54. *Idem hoc numisma*, de didrachmo ipsi sermo est, *inde antiquitus a Draconis aetate usitatum*, Bos *vocabatur*, ὅτι βοῦν εἶχε ἐντετυπωμένον, quia *bovem* haberet insculptum, *inquit* Pollux. *Unde et proverbio locus apud* Theognidem Gnomis, βοῦς μοὶ ἐπὶ γλώσσης, Bos in lingua, *quo significatur argento taciturnitatem redemptam.* Sed supra iam ad paroemiographos lectorem remisimus.

σιωπήσειεν.] MS. σιωπῴη, pro σιωπήσειεν. Iung.

62.

ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστ. φ. ἐν Κυρ.] Ita distingue: ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἐν Κυρήνῃ καὶ etc. Sic enim res planius intelligitur. Haec nempe *Aristoteles* in suis Rebuspublicis scripserat, ubi inter alias ultra centenas et de Cyrenensium tractavit, ex quo opere et quae mox segm. praeced. de pentadrachmo habuisti excerpta puto; πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, ait *Laërtius* in illius philosophi vita, opera eius recensens. *Liber vere aureus*, ut noster *Casaubonus* ibi exclamat, qui et huic capiti *Polluci* magnem lucem inferret, aliquam inde forte reciperet quoque, si extaret. Eius fragmenta ab illo magno *Casaubono* ex promisso nobis diu est quod debentur. Iung.

καὶ τετραστατὴρ, etc.] MS. τετραστατὴρ, καὶ στατὴρ, καὶ ἡμιστατὴρ χρ. Seb.

καὶ τετραστατὴρ, etc.] MSS. *τετραστάτηρον καὶ στατὴρ καὶ ἡμιστάτηρον χρυσᾶ ν. Salm.* V. C. *τετράστηρον*, unde legit *τετραστάτηρον*. consentit etiam in sequentibus. Kuehn.

καὶ τετραστατὴρ, etc.] MS. post *Κυρήνῃ· καὶ τετραστάτηρον και στατὴρ, καὶ ἡμιστάτηρον χρυσᾶ ν.* Et non possum hanc lectionem vulgatae postponere, modo pro *στατὴρ, τετραστατὴρ* scribas. nam vulgatum *ἡμιστατήρων* falsum putem esse, nec enim *τετραστατὴρ* esse *νόμισμα ἡμιστατήροιν* potest, sed adhuc plusquam *στατὴρ* ipse: nec id tamen consideravit *Hostus* lib. III. Rei Numm. n. 22. et lib. V. c. 2. n. 25. ubi vulgatam sequitur. *Ἡμιστάτηρον*, ut mox *ἡμίδραχμον·* ita enim mox MS. habet, non *ἡμιδράχμιον*. Iung.

καὶ τετραστατὴρ, etc.] *Cl. Salmasius* de *Modo Usur.* pag. 70. adducit atque emendat hunc *Pollucis* nostri locum: isto videlicet modo: *ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν*, (ubi adverte mihi rectam loci distinctionem, quam et textus, probante *Iungermanno* nostro, habet) *ἐν Κυρήνῃ καὶ τετραστάτηρον, καὶ στατὴρ καὶ ἡμιστάτηρον, χρυσᾶ νομίσματα.* Additque: *Ita ibi scribendum ex optimo, quod contulimus, exemplari*: eademque omnia ex illo veteri Codice habet in Excerptis MSS. ad oram libri sui: *καὶ τετράστηρον* V. C. *lege καὶ τετραστάτηρον· sequitur in eodem, καὶ ἡμιστάτηρον· et ita omnino scribendum.* Restituimus itaque textui quam MSS. habent lectionem: erat vulgo: *καὶ τετραστατὴρ, καὶ τετραστατήρια, ἡμιστατήρων χρυσᾶ νομίσματα·* quae lectio corrupta, dum a viris eruditis retinetur, eos in errores haud leves praecipites dedit. de *Snellio* monuit recte *Gronovius* loco superius citato, qui tamen nec ipse se satis ex vitiis hisce extricat. utitur et hoc loco *Sperlingius* de N. non C. p. 152. atque haec *ἡμιστάτηρα* eadem cum *ἡμιχρύσοις* fuisse adfirmat; recte, nisi forsitan pretio diversi fuerint stateres Cyrenenses ab aliis aureis. Et occurramus quoque *Iungermanno* opus est, qui pro *στατὴρ* recta, ut puto, MSS. lectione, *τετραστάτηρ* scribendum inquit. sed profecto animum vir acutissimus heic non attendit. quid enim? an non inanis et inepta eiusdem rei fuerit repetitio, si scribas *καὶ τετραστάτηρον καὶ τετραστάτηρ?* et qua tandem in re *τετραστάτηρ* differet a *τετραστατήρῳ?* et vero Cyrenenses puto non dicturos fuisse *τετραστάτηρ·* nam prout a *στάτηρ* est *ἡμιστάτηρον*, ita quoque *τετραστάτηρον* eadem analogia. *Hesychius*: *Τετράστηρον, τετράμνουν·* legunt *τετραστάτηρον*, et recte: sed quid est, quod *τετράμνουν* exponat? statuatne igitur staterem et minam aequales seu pretio seu pondere? sed supra minam et state-

rem nullo modo ad idem sive pretium sive pondus redigi posse probavimus. sitne igitur *Hesychii*, ceterorumque, ex quibus id hausit, Grammaticorum *παρόραμα*? ita quidem existimo, nec minam et staterem eosdem fuisse aliquando credam, nisi clarissima adsint documenta. Apud eundem et *ἡμιστάτηρον* est in *Τέταρτον ἥμισυ*, quod exponit, *τὸ τέταρτον ἡμιστάτηρον*· apud auctorem quendam, qui de stateribus fuerat locutus, repererat, *τὰ τέταρτον ἥμισυ*, de quarto stateris dimidio; alias certe *ἥμισυ* nunquam fuerit *ἡμιστάτηρον*. [*Τέταρτον ἡμιστάτηρον* tres sunt statores cum dimidio, quod saepius in nostris notis docuimus. an *τέταρτον ἥμισυ* sic intelligi pro loco possit, itave repererit *Hesychius*, non liquide affirmare habeo. scribendi celeritas obscuritatem offudit iis, quae adnotavi ad haec *Hesychii* verba. Lectorem pleno iure decet arbitrari. *Ex Addendis.*]

ἡμιδράχμιον] C. V. et *Salm.* *ἡμίδραχμον*. C. A. *ἡμίδραχμον καὶ τρίτον ἡμίδραχμον αἱ δύο καὶ ἥμισυ*· superscriptum est hic quidem *καὶ ἥμισυ*, sed C. V. id ipsum in textu habet, id est, *duae drachmae cum dimidia.* Kuehn.

ἡμιδράχμιον] MS. *ἡμίδραχμον*· restitue itaque illud *ἡμίδραχμον*, quod et *Pollux* ipse firmat, subiiciens nimirum, *τρίτον ἡμίδραχμον*, prorsus eo modo quo supra segm. 55. *τρίτον ἡμιτάλαντον*· quod, *τρίτον ἡμίδραχμον* inquam, et apud *Dinarchum* observat *Casaubonus* noster dicto Comm. ad *Theophr.* Charact. *περὶ ἀπονοίας*, et interpretatur *pro duabus drachmis semis.* quin et supra VI, 160. *Noster* diserte *ἡμίδραχμον.* Hoc vocabulo *Victoriatum Iunius* in suo Nomenclatore. *ἀπεριοσκέπτως* itaque vulgatam quoque rectam putavit *Hostus* libr. III. Rei Numm. vet. cap. 1. n. 45. quae non nisi *ὑποκοριστικῶς* et suo loco vera est. Iung.

ἡμιδράχμιον] Bene est, quod cum MSS. restituere liceat *ἡμίδραχμον*, sine quibus etiamsi fuisset, facile id ipsum quoque patere potuisset ex sequentibus *Pollucis.*

αἱ δύο ἡμίσειαι δρ.] MS. *αἱ δύο καὶ ἥμισυ δρ.* Seb.

Duae drachmae dimidiatae.] Duae drachmae semis, vid. *Casaubon.* in *Theophrast.* Character. pag. 188. Seb.

αἱ δύο ἡμίσειαι δρ.] MS. *αἱ δύο καὶ ἥμισυ δραχμαί*, ut *Seberi* nostri *Augustanus*, quam lectionem restituamus potius. *Hostus* putavit legendum *αἱ δύο ἡμίσεια* etc. lib. III. Rei Numm. et cap. 1. n. 46. Sed MS. lectio iam sequenda erit: nec scio an ita loqui possemus. potius *ἡ δευτέρα ἡμίσεια δραχμὴ* dicerem, ut supra segm. 56. *τὴν μίαν ἡμίσειαν*

μνᾶν. Sed quid verbigerari opus, scriptura MS. quum extet. Iung.

αἱ δύο ἡμίσειαι δραχμαί.] Illae sint, *duae dimidiae drachmae*, *bina semidrachma*, quae integram efficiunt: quae a *Pollucis* nostri mente absona sunt, itaque ex MSS. opem petimus, in illis αἱ δύο καὶ ἥμισυ est: et recte: reposui itaque in textum. Superius segm. 55. alia loquendi forma legebamus: τρία ἡμίμναια, τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν, ibique pro his *Etymologum* posuisse observabamus τὴν μίαν ἥμισυ μνᾶν non diverso sensu. in priscis porro *Prisciani* de Figuris numerorum editionibus τὴν μίαν καὶ ἡμίσειαν μνᾶν legere licet, quibus vocibus exponitur τρίτον ἡμίμναιον· sed quo dixeris modo, ἡ μία ἡμίσεια μνᾶ seu ἡ μία καὶ ἥμισυ μνᾶ, rem esse eandem sentio. nam si τὴν μίαν ἡμίσειαν dixeris, ἡμίσειαν subintelliges μνᾶν, si vero τὴν μίαν καὶ ἥμισυ μνᾶν, μέρος latet, *dimidia minae pars*. Et lapsus est hic *Iungermannus* noster, cuius te admoneri oportet, dum αἱ δύο ἡμίσειαι δρ. vel αἱ δύο καὶ ἡμ. recte dici posse dubitat, quin vero rectissime dicitur, neque loqui aliter possis. nam quod ille adfert ἡ δευτέρα ἡμίσεια δραχμὴ Graecismum non sapit profecto: nec meliori successu componit loquendi formulam quam superius segm. 55. habuit *Pollux*. si enim bene dicatur ἡ δευτέρα ἡμίσεια δραχμή, tum utique apud *Pollucem* dicto loco extare oporteret τὴν πρώτην ἡμίσειαν μνᾶν; quod alienum. viden' itaque quam in minutulis eruditissimi etiam viri caespitare possint. Sed τρίτον ἡμίδραχμον Romane *sestertiam drachmam* reddi posse docet Illustriss. *Scaliger* de R. N. pag. 70. ubi non dissimilem a Graecis loquendi consuetudinem observat ex legibus *Ripuariorum*, in quibus *tertio dimidio solido* tantundem fit, ac τρίτον ἡμιχρυσινον, Latine *sestertio solido*; et sic *octavo solido*, ὀγδόῳ ἡμιχρυσίνῳ. Sed adi ipsum illum remotissimae eruditionis fontem, Ego vero haec tibi de τρίτῳ ἡμιδράχμῳ ulterius illustrabo positis *Hesychii* verbis: Τρίτον ἡμίδραχμον, αἱ δύο δραχμαὶ καὶ τριώβολον· distinctione vulgo laborat iste locus: sed opportune omnino *Harpocratio*, qui ex *Dinarcho* id phraseos adfert: Τρίτον ἡμίδραχμον, inquit, Δείναρχος κατὰ Λυκούργου· τὰς δύο ἥμισυ δραχμὰς οὕτως ὀνομάζειν εἰώθασιν οἱ παλαιοί· quae sanequam MSS. lectionem egregie stabiliunt.

τριώβολον] C. V. τριώκολον male. Kuehn.

ἡμίεκτον ὠνομάζοντο] C. A. post ἡμίεκτον habet statim, ἣν δὲ καὶ τ. C. V. ὀνομάζοιντο. *Salm.* ὃ ἡμίεκτον ἂν ὀνομάζοιντο. versum *Cratetis* ita concipit *Casaub.* in *Athenaeum*:

ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ (μανθάνεις) ὀκτὼ ὀβολοί· ut probet ἡμίεκτον et octo obolos tantundem valuisse. C. V. *Salm.* plane non habet. De ἡμιέκτῳ autem in diversa abeunt viri docti. *Gronovius* libr. II. de V. P. veriorem putat coniecturam, quae eo tendit; fuisse, quum aureus Atticus viginti octo paulo plus siliquarum (qualis in argento postea miliarensis fuit) atque adeo drachmis argenteis sedecim responderet: quarum quia sextans sive ἕκτον sedecim unciae, ἡμίεκτον octo erant oboli, quamvis postea statere triginta sex siliquarum (hoc est duarum auri, vicenum argenti drachmarum) facto mansisse in usu vulgari, ut tum quoque ἡμίεκτον pro summula octo obolorum diceretur. secus non sedecim oboli ἕκτον sed viginti, neque octo ἡμίεκτον sed decem sunt stateris Attici, quem solum, quos habemus, norunt et duabus auri drachmis constare, viginti argenteas valere omnes omnino consentiunt Scriptores. haec et plura de ἡμιέκτῳ ille. KUEHN.

ἡμίεκτον ὠνομάζοντο] MS. ἡμίεκτον ἂν ὀνομάζοιντο· omissis sequentibus. ὡς φ. ἐ. *A. Κρ.* cum ipsis verbis *Comici*. Et de ἡμιέκτῳ quidem ista explicare conatur *Hostus* libr. V. Rei Numm. cap. 2. n. 24. 25. etc. et Avus meus libr. de Numism. qui haec ad auri aestimationem referunt, vel referenda putant. Lamiam *Cratetis* vero et *Athenaeus* citat, ut X. Animadv. 4. observavit *Casaubonus* noster, qui et versiculum vulgatum hic ita concipere nos iubet: ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ· μανθάνεις; ὀκτὼ ὀβολοί. IUNG.

ἡμίεκτον] Proprie quidem de mensuris ἡμίεκτον dicitur, ac tum quatuor choenices capit dimidium sextae partis medimni. haec dilucide *Hesychius* et *Harpocratio*: sed in *Etymologo*, puto, mendi quid haeret, cum ἡμίεκτον δὲ, τὸ ἕκτον μέρος τοῦ μεδίμνου inquit. erroremne ipsius agnoscamus auctoris, an vero potius ad normam veri restituimus: τὸ ἥμισυ τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ μεδίμνου? atque ita ipsi cum ceteris conveniet. potuit autem facillime ἥμισυ excidere, siquidem hoc signo S" exprimi in MSS. soleat. et alibi quoque locorum sensum scriptorum, desiderata hac vocula, quae supinitate librariorum exciderat, turbatum observasse memini. Ἡμίεκτον praeterea *Hesychius* exponit ἡμιωβόλιον· et recte, atque tum ἡμίεκτον est δραχμῆς, duodecima drachmae pars, siquidem sex contineat obolos drachma. sed quomodo tandem ἡμίεκτον octo valeat obolos? aut cuius nomismatis octo oboli sunt duodecima pars? et quis auctor alius similia tradidit? eant atque quaerant hoc, quibus otium

non inveniendis rebus indagandis superest, dum nos interim putemus *Pollucis* ipsius vitio haec male se habere. ille nimirum, cum hunc *Cratetis* legisset locum, neque ad totam attendisset sequelam, ἡμίεκτον censuit octo valere obolos. et certe hic quidem in *Cratetis* loco ἡμίεκτον octo valet obolos, sed eodem iure decem, viginti sex septemve obolos idem designet nomen. patebit hoc: *Crates* isthoc loco quendam induxit ab alio commodatam accipientem quandam auri partem: alter ille, qui acceperat, duodecimam mutui auri partem reddit. vertenda igitur *Cratetis* verba: *semisexta* (auri mutui) *pars est, intelliginne? octo oboli.* haec, puto, sunt clara, nec multa demonstratione indigent.

ἦν δὲ καὶ τριώβολον, etc.] De triobolo vid. *Hostum* lib. III. Rei Numm. c. 4. n. 54. et de diobolo ibidem n. 46. ubi male δυώβολον habet. nam quamvis *Pollucis* Codices varient, ut in his solet, vera tamen scriptura διώβολον est, ut etiam MS. noster fere hic. caeterae scripturae, ut mox MS. διόβολον, imperitia librariorum fuerunt invectae. Iung.

διώβολον] C. V. διόβολον. Kuehn.

63.

ἐντετυπωμένην ἔχον] Habet MS. ordine diverso, ἔχον ἐντετυπωμένην. Iung.

ἐντετυπωμένην ἔχον γλαῦκαν] Ad hunc *Pollucis* nostri locum adludit *Sardus* de R. Numm. p. 10. (*Pollux*) *nominat semiobolum ex* 4. *Chalcis: et a numero Atticos nummos, diobolum, triobolum, tetrobolum, qui insculptam haberet* Iovis *faciem in altera parte, in altera duas noctuas, sicut trioboli nota fuit* Iovis *facies in utraque parte, dioboli autem noctua. Snellius* de R. N. pag. 56. *Diobolum, duos valens obolos, hinc Plauto,* anus diobolaris: *Atticum numisma fuit,* ἔχον γλαῦκαν ἐντετυπωμένην (cum ipsis sordidissimis vitiis locum transscriptum vides) *noctuae effigie signatum: et hinc proverbium natum:* Noctuas Athenas, *tanquam si guttam mari adiiceres: illa enim urbs hoc nummo quam maxime abundabat. Ex argento fuisse* Plutarchus *in* Lysandro *satis aperte indicare videtur: idque de triobolo et tetrobolo quoque verum crediderim.* de proverbii origine γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, quae ipsi cum pluribus aliis est communis, lites non movebo: sed cetera percenseamus: *Triobolum*, inquit, *quod et ἡμιδράχμιον·* dixisse debebat ἡμίδραχμον, ut supra docuimus; ibidemque de eodem nummo: *Habet utrinque insculptam effigiem* Iovis. de tetrobolo idem: *Tetrobolum, oboli quatuor, drachmae bes. Altera parte* Iovis *effigie, altera dua-*

bus noctuis signatum. Sed ridiculum committunt errorem uterque vir eruditus, dum coeco se committunt duci, *Interpreti* nostro inquam, ex quo nobis commenti sunt triobolum utraque parte figura *Iovis* signatum, rem inauditam, ac omni antiquitati incognitam prorsus: inepte profecto, et sic solemus, si interpretibus nitimur, si istis opus habeamus. voluit *Pollux*, diobolum habuisse insculptam in hac area noctuam, in altera vero *Iovis* faciem; et turbaverat aliquantulum vulgata lectio *καὶ τὸ ἐκ θατέρου* etc. ubi illud *τὸ* delevimus ex MSS. alias crederem locum mala manu mutare coactam hanc vocem, itaque fuisse olim, *καὶ ἐκ θατέρου τὸ πρ*. Sed necdum ex multiplici errorum cumulo nosmetipsos expedivimus. ipsi *Polluci* scribenda dica est, ut qui dicat diobolum et tetrobolum in altera habuisse nummi area *Iovis* faciem. *Iovis?* itane *Iuli?* delusum te habuere oculi tui, cum eiusmodi inspexisse nummos contigit. quanto melius *Aristophanis Scholiastes* ad *Aves*, cuius locum et hic *Kuehnius* noster observavit, tetradrachmi *ἐπίσημον* fuisse *γλαῦκα* refert et *πρόσωπον*, faciem *Minervae*, non *Iovis*. et idem antea dixerat *Minervae* sacratam esse alitem noctuam, quam *πάνυ τιμῶντες Ἀθηναῖοι διὰ τὴν θεὸν, ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐνεχάραξαν νομίσμασι·* quin ipse noster *Pollux* Palladis faciem in nummis Atheniensium *κόραις*, quae tetradrachmae erant, novit inferius segm. 75. tetradrachmi autem ac dioboli tetrobolique eandem esse rationem, signaturam quod attinet, putato. et illi tamen, quorum verba modo posui, aliique eruditae antiquitatis viri studiosi haec probant, amplectuntur, boni scilicet ac faciles seeutuleii. Ut autem tota res extra omnem dubitationis aleam ponatur, adponere libuit Atheniensium binos nummos ab egregiae et nunquam laudatae satis humanitatis viro *Iacobo Wildio* mihi concessos, in quorum hoc uno est expressa noctua cum *Minervae* facie in parte altera, illo vero noctuae bina addita Palladis effigie in diversa nummi area. similes videbis apud *Goltzium* aliosque, qui huic rei suam navarunt operam. et tertium addidi rariorem, cui, ne nimis hic sim longus, alibi forsitan operam dabo. Noctuam autem *Minervae* sacram fuisse res est valde notissima, et patuit modo ex adducto *Scholiastae Comici* loco. hinc *Statio* — *flavaque tonans avis unca Minervae*, ubi *Lutatium* consule. de ratione rei *Mythographi* variá ac fabulosa; sed alia longe diversissima Theologi in medium adferunt: et, spero, locus erit aliquando, ubi haec accuratius enucleem lucique exponam. *Minerva* vero

Athenarum erat Dea tutelaris: et illa, in quorum tutela urbes erant, numina in nummis saepissime signata constat aperte. eadem itaque de ratione cum sacra sibi noctua *Minerva* in nummis Atticis fuit expressa. Sed et in Megarensium nummis noctuam videmus percussam, *in memoriam nempe deductae in ea loca coloniae a* Theocle, *Atheniensi, ut ex* Thucydide *et* Strabone *liquet*, inquit vir profundae eruditionis Illustriss. *Spanhemius*, quem vide in praecellenti libro de Praest. et Usu Numism. p. 556. ubi istiusmodi nummi figuram habes depictam. et hunc metropoli suae honorem plerumque deductae habebant coloniae. Sed horum iam satis est. *Γλαῦκαν* habebat ante nos puerili errore textus, sed *γλαῦκα* cum *Kuehnio* nos. *Διώβολον* vero, *τριώβολον* et *τετρώβολον*, quae hoc modo recte scribuntur, in MSS. ut plerumque per *ὀμικρὸν* exarata apparent. ita *τριόβολον* in *Heliodoro* MS. *περὶ μέτρων*, et *διόβολον*, *τετρόβολον*, *πεντώβολον*, (*πεντόβολον*) atque *ἡμιοβόλιον* bis terve in *Cleopatra*; sed analogiae norma postulat *ὠμέγα*.

γλαῦκαν, καὶ τὸ ἐκ θατ.] *γλαῦκας* a *γλαύξ*. Seb.

γλαῦκαν, καὶ τὸ ἐκ θατ.] MSSti *γλαῦκα*. *Scholia* in *Aves Aristophan.* notant *τετραδράχμοις* Atticis nomen *γλαυκῶν* impositum fuisse, quod noctua et facie *Minervae* signabantur; olim vero bovis imaginem prae se tulisse. Kuehn.

γλαῦκαν, καὶ τὸ ἐκ θατ.] MS. *γλαῦκα, καὶ ἐκ θατ.* et sic omnino restituendum. quis enim *γλαῦκαν* dixit unquam? et *τὸ* vulgatum non valde necessarium est ante *ἐκ θατέρου*· et *γλαῦκα*, recte etiam *Hostus* habet lib. III. Rei Numm. cap. 4. n. 53. et quis enim hoc non videat, nisi ipse *γλαὺξ* sit claro die? Iung.

τὸ δὲ τετρώβολον] Sic aperte et MS. noster. scilicet quod duplicem *γλαῦκα* gestaret, credo, id significabat, et duo valere *διώβολα*. *H. Stephanus* tamen in suo Codice ad oram emendavit *τριώβολον*, quam lectionem veram esse pluribus verbis adfirmat Adpendice de Dialecto Attica cap. 16. tm. 4: quia nempe praecesserit *τριώβολον* et *διώβολον*, quae utraque *Pollux* nunc explicet. errorem vero inde natum quod mox *τετρωβόλου* mentio fiat. sed adhuc deliberandum ego certe censeo, et potius quae de *τριωβόλου* typo noster addidit, excidisse credo, quam temere quid immutandum. nec absurde Codicum tam vulgatorum quam MSS. scripturam confirmat, quod dixi, quum *διώβολον* unam noctuam haberet, in *τετρωβόλῳ* duas fuisse nostrum narrare. Iung.

τετρώβολον] MS. mendosa scriptura τετρώβωλον· quod tamen antea recte habebat. Iung.

καὶ ἐν τῇ χρήσει] C. A. καὶ non habet. Kuehn.

καὶ ἐν τῇ χρήσει] MS. iterum mendose χρίσει. Iung.

δυώβολον] διώβολον· ut mox. vide *Matth. Hostum* pag. 462. Seb.

δυώβολον] Male ex hoc loco, credo, *Hostus*, ut dixi, putavit apud *Pollucem* scriptum: nam διώβολον clare hic habet MS. nec aliter adgnoscit *H. Stephanus* de Dial. Attic. cap. 16. tm. 4. et vitium typographi esse illud υ sequentia et antecedentia vulgo etiam probant, quae διώβολον habent saepius. Iung.

δυώβολον] διώβολον textus habet ex MS. et male est quod non eandem scripturam reddiderim VIII, 113. ubi δυώβολον vitio remansit, probante tamen *Kuehnio*. atque ita est apud *Polybium*, cum Romani militis stipendium fuisse diurnum scribit διώβολον, observante *Scaligero* de R. N. p. 16. et *Noster* segm. 72. ex *Aristophane* Τοῦτ᾽ αὐτὸ πράττω διωβόλῳ, ubi tamen MS. δυοβόλῳ. Τριώβολον vero habet et *Xenophon* Πόροις· idemque Ἑλλην. lib. V. pag. 325. τριωβόλου Αἰγιναίου mentionem facit, quod triobolum Aeginaeum ad Atticum eam habet rationem, quam numerus denarius ad senarium. *Scholiasta Aristophan.* ad *Equit.* Act. I. Sc. 2. Τριώβολον, ἡμίδραχμον ἐστί. Hinc τριοβολιμαῖος, τριῶν ὀβολῶν εὔωνος, apud *Etymologum* et *Chrysostomum* Orat. πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους dicuntur κόραι τριοβολιμαῖαι, quas *triobolares* dicas, ut *Plauto diobolares anus*. utrobique melius legas τριωβολιμαῖος.

ἐπιτοπολὺ] MS. ἐπὶ τὸ πολὺ tribus vocibus. Iung.

ἀλλ᾽ ἐν τοῖν δυοῖν ὀβ.] ἀλλ᾽ ἐν superscriptum in C. A. marginis etiam est, τὸ ἐθεώρουν ἄν, nec comparet vel in textu vel in margine. *Salmas.* legit ex Codice suo MS. ἀλλὰ τοῖν δυοῖν εἰ μὴ τούτων ἐγγραφῇ. C. V. εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἐγγραφῇ· quid si legamus ἐνεγράφη, *sed duobus obolis spectarem nisi hoc inscriptum fuisset.* sermo est de duobus obolis, qui dabantur civibus, ut alterum pro *lucare* solverent Athenis, alterum in domesticos usus reservarent, de quibus infra *Theopompus*. Kuehn.

εἰ μὴ τούτων ἐγγραφῇ.] MS. εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἐγράφη· ἔστι etc. ipsissima nempe verba *Demosthenis* conservavit MS. quae vulgo corruperunt. tu, ut scripsi, restitue. Locus enim *Demosthenis* est in ea περὶ στεφάνου paulo longius a principio: ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν, μὴ προσάγειν, γράψαι,

τοὺς ἐπὶ τοῦθ᾽ ἥκοντας, ἵν᾽ ὑμῖν διαλεχθῶσιν; ἢ θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτοῖς κελεῦσαι· ἀλλ᾽ ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν, εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἐγράφη. IUNG.

εἰ μὴ τούτων ἐγγραφῇ.] Lectio corrupta, et restitui praeeunte *Kuehnio*, τοῦτ᾽ ἐγράφη ex MSS. nimirum ita sunt ipsissima *Demosthenis* verba.

ἐν Αἰολοσίκ. Ἀριστ.] Haec absunt a C. A. usque ad *γένηταί μοι*. consentit idem Vetus Codex *Salmas.* KUEHN.

ἐν Αἰολοσίκ. Ἀριστ.] Desunt in MS. ἐν Αἰολοσ. Ἀριστ. cum verbis ipsis *Comici*. vulgata verba *Aristophanis* an ita concinnanda, omisso ἦν?

— ὅπερ λοιπὸν μόνον,
ἐν τῇ γνάθῳ διώβολον γένηταί μοι.

Latet vero mos vetus in his versiculis, quem primus elegantissime exposuit pluribus *Casaubonus* noster ad extremum Charact. *Theophrast.* περὶ ἀπονοίας, verbis istis: καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. Moris scilicet fuisse hominibus vilibus et abiectis Athenis, qui in foro res venales habebant, ut pecunias ex venditione collectas in os et buccam conderent: ad quem et referenda quae paulo post ex *Anagyro* habes. et supra ex *Ecclesiazusis* segm. 92. vide Magni illius *Casauboni* Comm. IUNG.

ἐν τῇ γνάθῳ, διώβολον] Distinctio tollenda post γνάθῳ, *qui solus in maxilla restabat obolus, fiat meus.* de more nummulos in os recondendi plura affert *Casaubonus* in *Theophrast.* Character. caput 7. quibus addatur; quod in *Thalmud. Hierosolymitano* tractatu *Thrunos* monetur ולא מיחן בר נש פריטין בו פומיה *ne homo nummos minutos ori indat*, propter periculum. KUEHN.

ἐν τῇ γνάθῳ] Post *γένηταί μοι* nescio quid monstrosae vocis habeat margo *Falckenburgiana* ἰδικολλοικὸν, nisi me scriptura fallit. forsitan acutior quis boni quippiam eruat. Concinna vero, ut nihil supra, *Aristophanis* sunt verba, quae ita Latina facio: *Quod solum mihi reliquum est in ore diobolum, lucro apponam.* nugas blaterat ac meras ineptias *Interpres*, dum non cepit elegantiam verbi *γίγνεσθαι*. *Γίγνεσθαι* dicuntur, quae praeter τὸ κεφάλαιον, ipsam sortem, lucro accedunt, ac nascuntur quasi. ita *Lucian.* Somnio: ἀεὶ ἀποφέρων τὸ γιγνόμενον· et apposite ad hunc locum *Xenophon* περὶ προσόδων· ᾧ μὲν γὰρ ἂν δέκα μναῖ εἰσφορὰ γίνεται, ὥσπερ ναυτικὸν, σχεδὸν ἐπίπεμπτον αὐτῷ γίγνεται τριώβολιν τῆς ἡμέρας λαμβάνοντι. Imitatus est facetiae Romanae pater *Catullus* Ep. 10. *At certe tamen, inquit quod illic*

Natum esse dicitur, comparasti Ad lecticam homines. De illo autem more ori nummos inserendi intelligendus et *Artemidorus* lib. I. cap. 31. vide et *Sperlingium* de Nummis non cusis pag. 182. ubi et hunc quoque *Pollucis* nostri habet locum. in *Theophrasti* autem loco, quem *Iungermannus* noster habet, pro ἐκλέγειν legendum censeo ἐπιλέγειν. ἐκ et ἐπὶ saepissime confusa etiam in *Polluce* nostro.

64.

ὠνόμασται] Marginis est in C. A. tum καίτοι usque ad γυναῖκα absunt. Kuehn.

Etenim quis nunc etc.] *Matth. Hostus* vertit: *Atqui quis non commode felix sit, tetrobolum accipiens? Si nunc diobolum fert vir, ut enutriat uxorem.* lib. III. Rei Numm. vet. p. 468. Seb.

καίτοι τὶς etc.] Hi versus ita legendi:

καί τοι τὶς οὐκ ἂν εἰκὸς εὖ πράττοι τετρωβολίζων;
εἰ νῦν γε διώβολον φέρων ἀνὴρ τρέφει γυναῖκα.
quamvis quis non obolis quatuor bene victitarit?
siquidem nunc obolis duobus uxor alitur a marito.

Pro τετρωβολίζων C. V. *Salmas.* male, τριωβολίζων. Kuehn.

καίτοι τὶς etc.] καίτοι etc. γυναῖκα· haec tota periodus, verba *Comici* continens, deest in MS. *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 4. n. 67. in duos versus distribuit et ita interpretatur, *Atqui quis non commode felix sit, tetrobolum accipiens, si nunc diobolum fert vir ut enutriat uxorem* etc. pro πράττει forte πράττοι scribendum puto. Iung.

εἰ νῦν] Scr. *Εἰ νῦν.* Seb.

εἰ νῦν γε διώβ. etc.] In hoc certe versiculo cave quicquam mutes; nam elegans est, et purissima loquendi formula, ἀνὴρ διώβολον φέρει τρέφειν γυναῖκα, id est, ἵνα τρέφῃ, *ut enutriat uxorem*, sicuti bene *Hostus.* imitantur Romani, vetustiores praecipue. *Antipater* Ann. I. apud *Carisium*: *celocem in Africam mittit visere locum, ubi exercitum exponat.* *Propert.* lib. I. El. 1. *Ibat et hirsutas ille videre feras.* De priori versu, an sanus sit, non habeo secure affirmare.

ἡμιωβόλιον.] MS. ἡμιοβόλιον καὶ ἡμιωβόλιον, τὸ etc. mendose. Iung.

Ἀριστοφάνους] *Ran.* v. 557. priores editiones mox ἡμιοβολιαῖα. Seb.

Ἀριστοφάνους] C. A. et *Salmas.* Ἀριστοφάνης· versus eiusdem margo habet. Kuehn.

Ἀριστοφάνους] MS. Ἀριστοφάνης· recte etiam. Iung.

ἀνάβρασ' εἴκοσιν] Margo C. A. *ἀνάβραστα εἴκοσι ἂν ἡμιωβολιαῖα*, nec aliter C. V. vulgatam lectionem servat textus *Aristophanis*. Kuehn.

ἀνάβρασ' εἴκοσιν] MS. *ἀνάβραστα* ut antea vulgata. *Seberus* noster recte edidit, ut apud *Aristophanem* legitur. Iungerm.

ἀνημιωβολιαῖα.] MS. *ἂν ἡμιωβόλαια.* Vide itaque annon *Pollux* ita hunc locum legerit, vel etiam ita scripserit *Aristophanes* — *εἴκοσιν Ἂν ἡμιωβολιαῖα.* — Adfert enim haec in exemplum vocis *ἡμιωβολιαῖον* praecedentis. Sane et antea edebatur *εἴκοσιν ἡμιωβολιαῖα* hic, pari modo infra *Epicharmus* segm. 82. *ἂν ἡμίλιτρον*· quamvis non nesciam vulgatam lectionem in *Aristophane*, quam et *Seberus* noster reponit, apud *Suidam* et *Scholiastem Aristophanis* quoque legi. Sed tamen potius est, ut istud *ἀνημιωβολιαῖα* retineamus. *Suidae* enim, ut nos admonuit *Salmasius* noster, auctoritatem hic parvi forte faciendam esse, in sexcentis locis foedissime lapsum a se deprehensum: non et *Aristophanis Scholiastem* doctum et antiquum, quem *Suidas* fere integrum exscripserit, quique illam scripturam solam optimam tueatur. Locus *Scholiastae* est: *ἄλλως ὅτι ἰδίως ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου πωλούμενα· ἀπὸ δὲ συντάξεως ὄνομα γίνεται καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκαγαθία, θεοῖς ἐχθρὸς θεοεχθρία, ἀνημιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖα.* Corruptus iste. Addo ut emendat noster ille ὁ πάνυ *Cl. Salmasius: Pro ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου*, ait, *lego ἡμιωβολίου, et hoc verissimum est. In reliquis quid dicendum? si enim mendo vacant, ineptissime ille homo illius συντάξεως exemplum proposuerit, quum valde aliena sit. Quid enim simile habet? sed, nisi magnopere fallor, ille Scholiastes ita* scripserat: *ἀπὸ δὲ συντάξεως ὄνομα γίνεται, καλὸς καὶ ἀγαθὸς καλοκαγαθία, θεοῖς ἐχθρὸς, θεοεχθρία, ἀνὰ ἡμιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖα. Rem vides, verba vides, nihil verius hac nostra coniectura. ἀνὰ ὀβολὸν, ἀνὰ δύο ὀβολοὺς, ita Graeci loquuntur, ut Latinis est* circiter, *ἀνὰ ἡμιωβόλιον· unde Comicus κωμικῇ ἀδείᾳ vocem composuit ἀνημιωβολιαῖα, quam ideo τῷ ι notandam esse admonet ille doctus enarrator.* In nova eius *Scholiastae* editione loco nihil opis adfertur, et corrigendum in ea *ἀνημιωβολιαῖα*, ut in *Basil.* edit. fuit: non *ἀνημιωβολ.* ut edidere. Sed et priora *Scholiastae ἀνημιωβολιμαῖα δὲ ἀντὶ τοῦ ἕκαστον αὐτῶν ἥμισυ ὀβολοῦ ἦν· ἄξιον ἡμιωβολιμαίου*· ubi pro ultimo *ἡμιωβολιαίου* edunt, in primo quoque emendanda, et scribendum *ἀνημιωβολιαῖα.* Iung.

ἐν δὲ τῷ * Ἀναργύρῳ] Vide Casauboni in Athenaeum fol. 159. Seb.

ἐν δὲ τῷ * Ἀναργύρῳ] MSS. ἐν ἀργύρῳ. sed vulgatum malim. infra C. V. Ἀναργύρῳ segm. 72. Kuehn.

ἐν δὲ τῷ * Ἀναργύρῳ] MS. ἐν δὲ τῷ ἀργύρῳ, τὰ τρία ἡμιωβέλια, τριημιωβέλιον εἴρηκεν, omissis mox ipsis Comici verbis, quae illustrat Casaubonus noster ad Theophrast. Charact. περὶ ἀπονοίας, modo dicto loco. Sed quod ad ἀργύρῳ antea in Basil. edebatur ἐν ἀργύρῳ, corrupte Ἀναργύρῳ, ut ait Casaubonus noster IV. Athen. 4. ubi de varia scriptura huius fabulae, vel fabularum Aristophanis, praesertim in Pollucis Codicibus, Ἀργύρῳ, Ἀναργύρῳ, Ἀγήρῳ, Ἀναγύρῳ, quae ultima forte ubique verior. edit. Flor. habet ἐν τῷ ἀργύρῳ, ut MS. de τριημιωβολίῳ alias hinc meminit Hostus lib. III. cap. 4. n. 41. Iung.

ἐν δὲ τῷ * ἀναργύρῳ] Ex emendatione Kuehnii textus habet Ἀναγύρῳ, quod et superiori in libro alicubi restituisse memini.

65.

ὀβολὸς ὀκτὼ χ. etc.] Vid. Hostum lib. III. Rei Numm. c. 5. n. 6. Iung.

ὁ μέντοι ὀβολὸς etc.] Sardus pag. 10. *In Graecia* Iulius Pollux *refert nummos ex aere*, Chalcon, *octavam partem oboli*, Dichalcon, *ex duobus Chalcis*, *pentechalcon*, *ex quinque*. *Snellius* pag. 57. Chalcus, *oboli pars octava*. *Obolus chalcos habet octo*, *inquiunt* Hero, Pollux, *et* Suidas. ibidem et dichalci ac semioboli meminit. pleraque de obolo Budaeus et Agricola. Oribasius in obolo esse adfirmat siliquas tres, id est, tria κεράτια· itaque κεράτιον continet chalcos binos et semis.

χαλκοῦς] MS. χαλκοὺς et χαλκοί. Iung.

κατὰ ἀποκοπὴν] Salmas. κ. ἀποκοπὴν ταρτημόριον., et Hesych. ex Etymolog. h. v. Kuehn.

κατὰ ἀποκοπὴν] σημειωτέον, ait H. Stephanus ad suum Codicem, *ἀποκοπὴν licet non in ultima syllaba*. Iung.

κατὰ ἀποκοπὴν] Salmasii mihi coniectura est indubia ταρτημόριον legentis, siquidem praeter Etymologum et Suidam et in Hesychio sit: Ταρτημόριον, τὸ τριτημόριον ἢ δίχαλκον· sed emendant recte eruditi viri, τεταρτημόριον pro τριτημ. Et sic itaque nos in textu. alias de τεταρτημορίῳ et Harpocratio ex Dinarcho: τεταρτημόριον, inquit, ἔστι τὸ τέταρτον μέρος τοῦ ὀβολοῦ, τουτέστι χαλκοῖ δύο. Eodem autem modo quo δίχαλκον fuit dictum, et τρίχαλκον Athenienses

formarunt de tribus chalcis. id vocis occurrit in *Theophrast.* Characteribus cap. περὶ μικρολογίας· καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, id est, nummum qui tres chalcos penderet.

ἐκαλεῖτο.] MS. ὠνομάζοντο. Seb.

ἐκαλεῖτο.] MSS. ὠνομάζοντο. Kuehn.

ἐκαλεῖτο.] MS. et noster et *Seberi* ὠνομάζοντο pro vulgato ἐκαλεῖτο. Iung.

δίχαλκον] *Hostus* lib. III. c. 6. n. 4. Sextantem interpretatur *Iunius* in Nomenclat. Iung.

οἱ δὲ τέσσαρες χ. etc.] MS. οἱ δὲ τέσσαρες χαλκοὶ, ἡμιωβέλιον· sic et supra VI, 160. MS. ἡμιωβέλιον· et hac pagina aliquoties; non tamen semper: et vulgata lectio, ni fallor, rectior. Iung.

ἡμιωβόλιον.] C. V. ἡμιωβέλιον οἱ δὲ ἓξ χαλκοὶ τε τριτημόριον. C. A. χαλκοὶ omittit. Kuehn.

ἡμιωβόλιον.] *Cleopatrae* verba huic illustrandae rei apponere iuvat: χαλκὸς ἔχει τοῦ ἡμιοβολίου τὸ δ μέρος, ὥστε τοὺς δ χαλκοῦς ἄγειν ἡμιοβόλιον· melius ἡμιωβολίου et ἡμιωβόλιον.

χαλκοί] MS. χαλκοί. Iung.

χαλκοῖ, τριτημόριον.] Habet et *Hesychius*: Τριτημόριον, οἱ ἓξ χαλκοῖ· et *Harpocratio* quoque, de cuius loco postea. Mox autem in mendo facile cubantem videmus *Pollucem*, sed MSS. Codices nihil quicquam iuvant: tentavit locum et egregie profecto *Salmasius* de *M. Usur.* pag. 262. ubi pro τεταρτημόριον restituit τριταρτήμορον· optime, nisi mavelis forsitan, τριταρτημόριον, et ita textum, renitentibus etiam MSS. restituimus. Cum autem idem vir summus illius nominationis causas dari posse neget, a vero aberrasse puto, siquidem τριτημόριον ternas partes designet tum, non tertiam partem: et legenda quae ex *Camerario Iungermannus.*

ἐστὶ τοῦ ὀβολοῦ.] MS. ἐστι τοῦ ὀβ. Iung.

τρία τεταρτημόρια] In C. V. *f.* τριτεταρτημόριον. *Salm.* τριταρτήμορον. Kuehn.

τρία τεταρτημόρια] Nempe τρία δίχαλκα. vid. Avum meum de Numism. Haesit et *Suidas* mox, vel is, quem exscripsit, in *Philemonis* τριτημορίῳ· sed se pariter expedit, ut his *Pollux* explicat. Dicti enim sex χαλκοὶ tam τριτημόριον, quam τεταρτημόριον, *non significantibus vocabulis, quod in communi usu, sed certam rationem et respectum quendam notantibus*, ut ait Avus meus, qui sigillatim explicat loco quo dixi. Iung.

ἔχοντας.] C. A. ἔχοντες. Kuehn.

ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χ. etc.] Absunt a' C. A. usque ad *τριτημόριον* segm. sequ. Kuehn.

ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χ. etc.] *ὅτι δὲ* et caetera usque ad *ὅταν μέντοι Θουκυδ.* etc. segm. seq. desunt in MS. In *Philemonis* versu bene *Seberus* reposuit *πέντε χαλκοῦς* pro vulgato *πενταχαλκοῦς*. *Philemonis* versus adhuc quasdam mendas pauculas alere videntur, et putem omnia ita legenda:

χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι· μέμνησ'; ἐγὼ (respondet iam alter)
σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δὲ μοὶ τριτήμορον·
τοὺς ἓξ ἀπόδος, τοὺς πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

Τριτήμορον enim rectius ad versum, quam *τριτημόριον*· eandem *κατ' ἀποκοπὴν*, ut *Noster* loquitur, quam in *τεταρτήμορον* paulo antea indicavit. Sic segm. seq. in eiusdem *Comici* versibus, *τριτημόρου*. Dein ultimo versu *ἀπόδος* imperative quoque vere puto emendasse; nec aliter sat constat versus. Iung.

Σαρδίῳ] Uti *Noster* hic laudat *Philemonis Sardium*, ita *Athenaeus* meminit *Σικελικοῦ*. *Harpocrat.* laudat in voce *τριτημόριον Philemonem ἐν ἀρχῇ τοῦ βίου*. Kuehn.

Σαρδίῳ] Iam vero tibi *Harpocrationis* in medium producam locum, ut insigni menda liberem: *Τριτημόριον*, inquit, *Δείναρχος κατὰ Καλλισθένους· (ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους εἰσαγγελίᾳ* in *τεταρτημόριον) ὅτι τριτημόριόν ἐστι ἓξ χαλκοῖ Φιλήμων ἐν ἀρχῇ τοῦ βίου διδάσκει·* ubinam vero *Philemon* hoc docuit? *ἐν ἀρχῇ τοῦ βίου*; non certe *Βίον Philemonis* fabulam usquam reperies: quid ergo? non dubito quin eundem *Philemonis* locum quem adduxit Auctor noster, innuat *Harpocratio*. scribendum itaque pro *τοῦ βίου*, *Σαρδίου*, quod certissimum est. Ipsos autem *Philemonis* versiculos emaculare conatus est *Salmasius* dicto superiori nota loco, hunc nimirum in modum:

Α. χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι. Β. μέμνημ' ἐγώ.
σοὶ πέντε χαλκοῦς, σὺ δέ γε μοι τριτήμορον etc.

Ego vero prius ordinem et emendationem *Iungermanni* probem quam *Salmasii*.

τριτημόριον.] *Salmasius τριτήμορον, ut versus constet:* et addit: *sic τεταρτήμορον.* Kuehn.

τοὺς ἓξ ἀποδοὺς, etc.] *Redde mihi sex, et quinque nummos recipies.* Kuehn.

πέντε χαλκοῦς] Priores edition. *πενταχαλκ.* etiam infra segm. 70. sed ibi MS. clare *πέντε χαλκ.* Seb.

66.

Πιττοκοπουμένῳ] In *Pice vulso.* vid. notata ad lib. VII, cap. 53. sect. 1. versus ita legerem:

ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς· τριτημόρου
ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν· εἰς τέσσαρας
εἴληφεν ἡμῖν οὑτοσὶ τριώβολον.
ecce adest, ut vides: usque ad trientem
quilibet vestrum venit: in quatuor
accepit hicce nobis tres obolos.

Salmas. leg. *ἐσμὲν τέσσαρες* pro *εἰς τ.* post *εἴρηκεν* mox tollenda distinctio, ut cohaereat, *εἴρηκε τριτημόριον.* KUEHN.

Πιττοκοπουμένῳ] Versus *Philemonis* in MS. desunt, ut et alia, usque ad *ὅταν μέν τοι* etc. ut dixi. desiderant vero illi a viris doctis opem: nobis enim non licet esse tam ingeniosis, nisi quod hinc inde adsiliam, tentans tollere aliquot levicula menda, si forte, de toto restituendo mihi nil sumens. forte itaque versu primo *τριτήμορον* pro vulgato *τριτημόρου* rescribendum. et secundo certum *ἡμῶν* non *ὑμῶν* scribendum: et dein forte versui supplendo, *ἦλθεν· εἴκοσι τέσσαρας·* ait enim mox *Pollux*, *τεττάρων νῦν καὶ εἴκοσιν ὀβολῶν ὄντων* etc. quamvis nec sic quidem omnia plana putem, et verear ne versiculus aliquis absit. IUNG.

Πιττοκοπουμένῳ] *Πιττοκοπούμενον Philemonis* non alio, quod sciam, quam hoc solo totius huius operis loco adduxit *Pollux* noster. rara est illa fabula in scriptis veterum; et puto in ea *Philemonem* castigasse atque *Comico* perfudisse aceto perditos ac corruptos Atheniensis populi mores, ubi iam eo nequitiae deventum fuerat, ut maximus pici honor esset in evellendis virorum corpori pilis. hoc *πιττοκοπεῖσθαι* fuit dictum, et *πιττοκόποι*, qui faciundae ac peragundae huic rei operam locarant suam, meminimusque id vocis pro alia corrupta *Πιττοκόμος Polluci* restituisse VII, 165. ibi vide quae dicta, ibique nos *Clementis* adtulimus locum, cui similem alium hic addo: *τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῶν ἀγεννεστέρων ζηλωταὶ παθῶν, ἅπαν τὸ σῶμα τοῖς τῆς πίττης ὄλκοῖς λελειουργημένοι.* et ecce incerti cuiusdam auctoris apud *Suidam* egregia hac de re verba: *τήν τε πίτταν τῶν βαλανείων ἐξαιρέοντας καὶ τὰς παρατιλτρίας ἐξελαύνοντας, ἐς τὸ ἀρχαῖόν τε καθισταμένους πάντα· ὅθεν παλαῖστραί τε ἀνήβησαν, καὶ σπουδαὶ, καὶ τὰ φιλίτια ἐπανῆλθε, καὶ ἐγένετο ἡ Λακεδαίμων ἑαυτῇ ὁμοία.* in Romanis vero summo fuisse loco hoc idem luxuriae genus lippis etiam et tonsoribus notum; ac inter seculi sui dedecora severioris frontis viri id ipsum reponunt. *Plinium* vide H.

N. lib. XIV. cap. 20. Sequuntur tum vexatissimi *Philemonis* versus, in quibus emendandis ac emaculandis quam non operam viri eruditi posuerunt? *Salmasius* loco superius a nobis adducto isthoc modo hos *Philemonis* versus in ordinem restituere nititur:

ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς· τριτημόρον
ἐς ἕκαστον ἡμῶν ἦλθεν· ἐσμὲν τέσσαρες·
εἴληφεν ἡμῖν οὑτοσὶ τριώβολον.

Iam integra summi viri verba describere lubet, quibus et haec exponit, et sequentia *Pollucis* illustriora facere atque emendatiora conatur. *Ecce, inquit, adest, ut vides, ille nempe qui nostrum habet triobolum: unicuique nostrum τριτήμορον debetur: ad verbum; ad unumquemque nostrum redit τριτήμορον, quod Gallice diceremus,* il nous revient a chacun de nous. *Nos sumus quatuor, hic autem a nobis recepit tres obolos: Ergo si suum cuique reddat, τριτήμορον singulis debet dare. sic constat τριτήμορον esse sex aereos: nam in tribus obolis sunt quatuor et viginti chalci, qui in quatuor viritim distributi, singulis dabunt sex aereos, quod τριτήμορον ille* Comicus *adpellat. Verba ipsa* Pollucis, *quibus hoc explicat, non carent mendo: quare sic emendanda: Τεττάρων γὰρ καὶ εἴκοσι χαλκῶν ὄντων ἐν τῷ τριωβόλῳ, ἐξ ἑκάστῳ γίγνονται χαλκοῖ τέσσαρσιν οὖσιν, οὓς εἴρηκε τριτημόριον.* Haec vir summus: sed eius tamen huic emendationi multis nominibus longe praetulerim aliam elegantem viri erudissimi *I. Frider. Gronovii* in Resid. Pecuniae Veteris pag. 667. quae ad vulgatam lectionem accedit propius:

ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς, τριτημόρου
ἕκαστος ἡμῶν· ἤλθομεν δὲ τέσσαρες.
εἴληφεν ὑμῶν οὑτοσὶ τριώβολον.

At hic tamen quomodo ultimum versum cum sensu concilies rite non video: itaque post eruditissimorum hominum labores tentemus, si quid forsitan aptius invenire fors dederit. id saltem adfirmare audeo, futuram esse *κωμικωτέραν*, quam ponam, lectionem, et a vulgatae literis quam minime recedentem. eam itaque sic habeto:

A. ἰδοὺ πάρεισιν, ὡς ὁρᾷς. B. τριτημόρου
ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν· ἐς δὲ τέσσαρας
εἴληφεν ὑμῖν οὑτοσὶ τριώβολον.

Qua emendatione et sensui et versuum modulo satisfit commode. primum accedit quis servus ad herum adducens ho-

mines mercenarios cuicunque tandem usui, ad quos accersendos eum missum putato: ille adesse omnes indicat: audita re, istos mercenarios homines adloquitur herus: τριτημόριον etc. quae ut tibi liquidius ac planius etiam pateant, in Latinum sermonem transferenda duxi:

A. ecce vero, adsunt, uti vides. B. *aereolis sex singulus vestrum ad operam venit; in vos autem quatuor (distribuendum) accepit vobis hic* (servum puta, qui aderat) *triobolum.*

Et haec quidem, nisi me mea totum fallit ratio, apposita sunt. possis tamen et ἡμῖν in extremo versiculo retinuisse, et tum πλεοναστικῶς positum accipies, quod Graeci solent elegantissime facere; et istiusmodi elegantiae in *Demosthene*, *Aristophane*, aliisque frequentes sunt. non secus Romani; ut *Petronius: non notavi mihi Ascylti fugam:* nec opus in re patula adducere quae ulterius illustrent. Illa vero *Pollucis* sequentia, quibus *Philemonis* expedit verba, tam distinctione mala, quam vocibus corruptis ante nos laborabant, quae omnia ad veri trutinam expedivimus facile. pro χαλκῶν fuit ὀβολῶν, quod seu ipsius forsitan auctoris non nimium rei, quam agebat, attenti, seu librariorum acciderit vitio, a vero aberat longe. *Gronovium* quoque dicto loco χαλκῶν habere monendum est. tum pro ἐξ cum *Kuehnio* ἓξ repositum in textu, quod et apud *Gronovium*. tandem post, οὓς εἴρηκεν, maioris distinctionis vulgo fuit nota, quam, admonente *Iungermanno*, delevimus. Porro in medium ferenda quoque censeo ista *Suidae* verba, quibus *Philemonem*, seu hunc designet, seu priorem locum, tradit τριτημορίῳ pro sex chalcis usum: Τριτημόριον τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλήμων τριτημόριον· θαυμάζω μὲν οὖν ἐγὼ πῶς τεταρτημόριον εἰσὶ δύο χαλκοῖ, τριτημόριον δὲ ἕξ· εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνο μὲν κυρίως ὠνομάσθη τέταρτον μέρος τοῦ ὀβολοῦ· τὸ δὲ τριτημόριον, ὡς ἀπὸ ὁ μερῶν ὄντων ἀνὰ δύο χαλκοῦ τρία ἔχον μέρη ἓξ χαλκοῦς συνάγει· quibus *Suidae* de ratione nominis τριτημορίου et τεταρτημορίου subscribo plane.

ὄντων, ἐν τῷ τρ. etc.] Tollenda distinctio, cohaerent enim ista: ὀβολῶν ὄντων ἐν τῷ τριωβόλῳ, ἓξ etc. Kuehn.

ἐξ] Non dubito hic in verbis *Pollucis* ἓξ pro ἐξ reponere. Sane noster Avus modo pro ὀβολῶν videtur χαλκῶν legisse: ita enim scribit de Numism. ubi de τριτημορίου voce agit, eiusdemque ratione: *Vel si triobolum cogitemus divisum in*

χαλκοῦς viginti quatuor: *ter enim octo viginti quatuor efficiunt, his divisis in quatuor, seni exibunt, ideoque et senos obolos* (credo *χαλκοῦς* scribere voluisse) *non solum τριτημόριον vel τριτήμορον, sed etiam τεταρτημόριον dixere.* Sed non libens mitto locum; pro *ὀβολῶν* enim mihi sane *χαλκῶν* videtur scripsisse. Hoc enim puto agi: nempe quatuor fuisse homines, inter quos triobolum dividendum erat aequis partibus: triobolum autem continet XXIV chalcos: utique si obolus VIII. chalcos valet, ut nostro praedictum. iam ex illis quatuor de triobolo si acceperit quisque sex chalcos, illud certe aequaliter distributum erit; et unusquisque habebit suum, quod vocavit *Philemo τριτήμορον*. sensum, ni fallor, assequutus sum: verbis, ubi opus est, porro operam dabunt critici docti et eruditi. Iung.

εἴρηκεν.] Dele punctum post *εἴρηκεν*, et scribe, *οὓς εἴρηκεν τριτημόριον*· ut recte in edit. *Flor.* etiam est. *quos* (sc. *χαλκοῦς* nimirum) *dixit Philemo τριτημόριον*. Iung.

ὅταν μέν τοι Θουκυδ. etc.] Ita margo C. A. textus vero habet, *ὅταν δὲ Θ. ε. τριτημόριον ἱππικοῦ τ. τ. μ. εἶ.* etc. *Thucyd.* autem *τ. ἱ. tertiam partem* dicit. vid. *Hesych.* Kuehn.

ὅταν μέν τοι Θουκυδ. etc.] Ad MS. nostrum, qui hic ita habet: *ὅτ' ἂν μέντοι Θουκυδίδης εἴπη, τριτήμορον δὲ μάλ. ἱπ.* Verba Historici sunt lib. II. *Ξυγγρ.* plusculum a fine de Sitalcis exercitu: *καὶ τούτου τὸ μὲν πλέον πεζὸν ἦν· τριτημόριον δὲ μάλιστα ἱππικόν.* Iung.

τρίτην μερίδα.] C. V. *τρίτη*, quae lectio nos manuducit ad veriorem, quae est *τριτημερίδα*· vid. *Suidam* in *τριτημορίς*, ubi verba *Herodoti* producit ex eius *Polyhymnia* pag. 218. *Edit. Hervag.* quo loco ipse ait *Xerxem* exercitum suum pedestrem in tres *μοίρας* distribuisse. Kuehn.

τρίτην μερίδα.] MS. *Ἡροδ. τρίτη*, mendose minus quam vulgati habent, quorum lectio sine dubio ab aliquo sciolo profecta: emenda *τριτημορίδα*. Ita enim *Herodotus* extrema *Clione* cap. 211. *ἐπελθοῦσα τῶν Μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ.* et statim c. 212. *Μασσαγετέων τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ κατυβρίσας* et alibi, ut in *Polyhymnia* c. 121. *τοῦ στρατοῦ τριτημορίς*· et c. 131. *τῆς στρατιῆς τριτημορίς.* Et altero etiam usus idem *Herodotus*, *τριτημορίου* inquam, *Calliope*, c. 33. *τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης.* Iung.

τρίτην μερίδα.] *τριτημορίδα* ex emendatione *Kuehnii* nostri textus habet: et hanc eandem vocem ex *Herodoto* observat *Suidas*: *Τριτημορίς. Ἡρόδοτος· ἑτέρη δὲ ἤϊε τοῦ στρατοῦ τριτημορὶς τὴν μεσόγαιαν*· qui locus est in *Polyhymnia*. Alias

et de τεταρτημορίῳ et τριτημορίῳ pro sex aereolis posito observat ex *Philoxeno Etymologus*.

τριτήμορον] C. A. τριτημόριον. Kuehn.

τεταρτημόριον] MS. τεταρτήμορον. Seb.

τεταρτημόριον] C. V. τεταρτήμορον. *Salm.* τόδε παρὸν παρὰ Φιλ. etc. Kuehn.

τεταρτημόριον] MS. et noster et *Seberi* τεταρτήμορον. Iungerm.

67.

ὅτι δὲ οἱ etc.] C. A. ὅτι δὲ καὶ οἱ τ. Kuehn.

ὅτι δὲ οἱ etc.] MS. noster: ὅτι δὲ καὶ οἱ plenius et rectius. Iungerm.

χαλκοῖ] MS. χαλκοί· ut semper. deinde MS. noster ἡμιωβόλιον εἰσὶν ἐν etc. et hoc εἰσὶν habet etiam *Seberi* MS. Iungerm.

ἦσαν] MS. εἰσίν. Seb.

ἦσαν] Pro ἦσαν MSS. εἰσίν. Kuehn.

ἦσαν] Cum omnibus MSS. textus habet εἰσίν. Modo autem pro τέτταρες *Gronovius* habebat τέσσαρες, uti et supra τέτταρσιν pro τέσσαρσιν. Sed quid fiet isto, qui mox sequitur, loco: ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνεχθὲν etc. ac tum: τριημιωβόλιαι χαλκοῦ θερμοῦ ἦν. Primum quidem Eruditiss. *Gronovius* pro ἡμῖν ἐνεχθὲν legit ἐπιμνησθεὶς, ac loco τριημιωβολίαι praefert τριημιωβολίου. ista tamen ego non ab omni parte probem atque laudem. *Kuehnium* vero recte censuisse puto, qui ista *Philemoni* verba adscribit. sed alia nobis de loci sensu quam ceteris omnibus sedet sententia. in prioribus quidem nihil quicquam emendandum censeo, et ita constitues:

— ὀβολοῦ
τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνεχθὲν, καὶ τεττάρων
χαλκῶν —

addideris forsitan haud male ἦν· sensumque loco hunc adfingo: *obolo primum nobis allata calda, et quatuor constitit aereolis*: ἐνεχθὲν, scilicet θερμόν· et res est perspicua, siquidem mox θερμοῦ fiat mentio, et utrobique de eadem agatur re. Et sequentia, spero, non infelicius expediemus. lectio MSS. haec est: καὶ μάλα τριημιωβολιαία vel τριημιωβολαία ἐστι χαλκοῦ θερμὸν ἦν· cui certe, ut sensum efficiat commodum, nihil aliud, quam apta ac concinna distinctio deest. eam hanc talem habeto: καὶ μάλα τριημιωβολιαία ἐστί; χαλκοῦ θερμὸν ἦν· ita respondet quidam alius priori, qui caldae dixerat pretium: *et verum illa constant obolo et sesqui? utique aereolo saltem calda venit.* ex quibus patet avarissimi in his hominis per-

sonam agi, qui omnia longe minori pretio, quam vendebantur, emi sibi volebat. vulgata vero lectio toleretur facile, siquidem elisa vocali α ita scriptum sit olim: τριημιωβολίαι' ἐστί; atque tum coniungi possunt, non impediente etiam carminis modulo, versiculo praecedenti: cui et haec copulanda esse ipse videtur monstrare *Pollux*, cum inquit: καὶ μετὰ ταῦτα etc. Non dubitavi itaque, cum haec sibi plane constent, MSS. lectionem, addita, quae sensum conficit, distinctione nostra in textum inferre. Pro θερμοῦ in *Kuehnii* etiam margine θερμὸν extat.

εἰρημένον] Abest a C. A. pro ἐνεχθὲν legerem ἐνεχθέντος· *obolo primum a nobis collato et quatuor aeneis nummulis.* Kuehn.

καὶ μετὰ ταῦτα] καὶ non habet C. A. Kuehn.

καὶ μετὰ ταῦτα] Deest in MS. καὶ post χαλκῶν· et vide an forte ista *Pollucis* sunt, non ipsum versum *Philemonis* ex *Πιττοκοπουμένῳ* (ad hoc enim drama modo citatum respicere puto) referentis primum, sed verba tamen, et ita legendum: ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνεχθέντος καὶ τεττάρων χαλκῶν· μετὰ ταῦτα, καὶ etc. Sed τὸ ἡμῖν tamen videtur aliud suadere, et lateat itaque alia labes per alios sananda. MS. noster ita habet ut vulgo. Iung.

τριημιωβολίαι χ. θερμοῦ] Ita MS. quoque, alias neutrum est: vid. *Matth. Hostum* lib. III. Rei Numm. pag. 460. Seb.

τριημιωβολίαι χ. θερμοῦ] C. A. τριημιοβολαῖα χαλκοῦ θερμὸν ἦν. C. V. τριημιοβολαία ἐστι χαλκοῦ· legerem κ. μ. τριημιοβολιαίου ἐστὶ χαλκοῦ θερμὸν πιεῖν, *utique tribus semiobolis aheni caldam est bibere.* vid. infra segm. 70. *Salm.* legit κ. μ. τριημιωβολικὸν θερμὸν ἦν, et in primo versu, ὀβολοῦ καὶ τεττάρων χαλκῶν. Kuehn.

τριημιωβολίαι χ. θερμοῦ] Ita MS. τριημιωβολιαία ἐστι χαλκοῦ θερμὸν ἦν· ἐν τούτῳ etc. quae an ita forte concinnanda sublato ἐστι, quod etiam vulgo deest; vel posito hic, μετὰ ταῦτά ἐστι·

— καὶ μάλα
τριημιωβολιαία χαλκοῦ θερμὸν ἦν.

Certe χαλκοῦ θερμὸν ἦν etiam infra segm. 70. ubi haec repetit, retinuere vulgati Codices, ut non dubitem hic mendose θερμοῦ legi, quum et MS. *Seberi* θερμὸν hic habeat: sed viri docti, ut dixi, experientur amplius. Sensum forte tenemus recte: scilicet obolo et quatuor chalcis, vel pro obolo et quatuor chalcis aqua calida ad potandum allata, id

est, pro XII. chalcis. hoc *θερμὸν ὕδωρ* constare dicitur tribus ἡμιωβολίοις χαλκοῦ· ἡμιωβόλιον itaque hic erit IV. chalci et ἡμιωβόλιον tria XII. chalci. Nunc digreditur *Pollux* ad aquae calidae potum, de qua etiam multa recentiores Critici, ut ipsorum Alpha *Lipsius* prolixe I. Electorum 4. et Comm. ad lib. XIII. Annal. *Taciti*, n. 42. et *Fulv. Ursinum* vide Adpendice ad *Triclinium Ciacconii*, et *Mercurialem* I. Var. Lect. 8. et *Meursium Critic. Arnob.* lib. II. c. 5. quibus et ex *Ulpiano* addit locum *Colvius* Notis ad libr. II. Metamorph. *Apuleii*, et si qui alii, qui mihi non ad manus vel in mentem. Quos nominavi, eorum, ni fallor, rarus *Pollucem* nominavit, qui tamen hoc serio agit, an apud Graecos fuerit usus in potu caldae: nec itaque pratermittendus erat; quamvis illi fere saltem de *Latinis* et *Romanis* disputent. *Casaubonus* noster meminit, ubi frigida delectatos veteres Graecos constare ait Comm. ad *Theophr.* Charact. *περὶ ἀηδίας*. Meminit *Poltucis* et *Brodaeus Schol.* ad lib. II. Anthol. c. 47. ad Epigramma *Agathiae*, ubi de potu vini: *Θερμῶν νηϊάδων οὐ μάλα δευόμενος*. Tu et de hac quaestione *Athenaeum* vide lib. III. ubi ostendit et veteres Graecos calidam bibisse: ubi quoque *Casaubonus* noster *Pollucem* visendum hic admonet. Ad Latinos potest addi et Auctoris *Queruli* locus, apud quem *Pantomalus* de hero suo: *Calidam fumosam non vult, neque calices ungentatos:* et *Festi* an *Pauli*? *Calix, quod in eo calidum bibitur.* Extat, si bene memini, et locus apud *Philonem* de plantat. *Noë. Schottus* adducit et *Eunapium* de calidae potu: locus forte est in *Aedesio*, ubi fabula de quodam *Aegyptio Mendesio* narratur, cui itinere siti fere enecto hospita ἠρτυμένον οἶνον καταχεομένη, avocatur ad vicinam parturientem, ut ipsi adesset, quae itaque narratur *καταλειποῦσα τὸν Αἰγύπτιον, πρὶν τὸ θερμὸν ὕδωρ ἐπιβαλεῖν, κεχηνότα*, abiisse; et redeunte ea tamen paratum vinum ille potat. Sed ad *Pollucem* nostrum. Iung.

θερμοῦ] MS. *θερμόν*. Seb.

τις] MS. *τίς*. Iung.

ἐπὶ τῷ πιεῖν ἐστιν εὐρ.] Margo C. A. haec habet, legitque pro *τῷ*, *τοῦ*. Kuehn.

ἐπὶ τῷ πιεῖν ἐστιν εὐρ.] MS. *ἐπὶ τὸ π. ἐ. ε. καὶ τὰ μὲν π.* et *τὰ*, prae vulgato *ταῦτα* magis probem. Iung.

εἶχε τὴν ἀσάφειαν.] MSS. *ἀσφάλειαν*, sed lectionem vulgatam res ipsa, de qua sermo est, defendit; neque enim ex *Homero* satis constat, utrum calda in potu usi sint veteres nec ne. Vid. *Mercurialis* Var. Lect. lib. I. c. 8. Kuehn.

εἶχε τὴν ἀσάφειαν.] MS. *ἔχει τὴν ἀσφάλειαν· καὶ γὰρ* etc. et *ἔχει* placet: *ἀσφάλειαν* vero non facile intrusero; vulgatum *ἀσάφειαν* enim videtur rectius esse, quod dicit *Homerica* nimis obsura esse, quam ut hoc probeat de potu caldae. ait enim mox diserte in *Homero* non invenire *θερμὸν ἐπὶ πότου*. Eodem nomine infra utitur de ludis, *παρεξηγούμενοι* (ita enim MS.) *τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσάφειαν* segm. 94. Ioas.

68.

αἴθωνας λέβητας] Ut *Ἰλ. ι*, 123 et 265. et *Ἰλ. τ*, 244.

αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, δώδεκα δ' ἵππους.

Quem versum *Ἰλ. ι*, v. 22 et 264. praecedit iste,

ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.

Et quid si mox *Pollux* pro *ἀπύρους λέβητας*, ut tamen et in MS. habetur, scripserit *ἀπύρους τρίποδας*. Sane id mihi perquam vero simile videtur. certe pro *ἀντιταθείη* legendum *ἀντιτεθείη* mihi videbatur antea: sed melius MS. et noster et *Seberi* hic, *ἀντιθεὶς οἴοιτο τούτους·* et MS. noster etiam verissime *ἐπὶ θερμοῦ*, non *ἀντὶ*, quod ineptissimum. Videbis itaque an ita locus totus legendus: *καὶ γὰρ εἴ τις τοὺς αἴθωνας λέβητας, παρὰ τοὺς ἀπύρους τρίποδας ἀντιθεὶς, οἴοιτο τούτους ἐπὶ θερμοῦ ὕδατος παρασκευῇ εὐτρεπίζεσθαι, ταυτὸν* etc. Hoc enim ait, obscurum esse probare ex *Homero* aquam calidam in usu fuisse potantibus. Licet enim, ait, quis *αἴθωνας λέβητας* opponens *τρίποσιν ἀπύροις* apud eum, existimet, illos parari propter aquam caldam: idem tamen erunt isti *αἴθωνες λέβητες* cum *ἐμπυριβήτῃ* (ita enim legendum mox docebo) *τρίποδι*, qui non potus causa, sed lotionis calefiebat: lotiones autem in crebro usu erant. Lubet et addere *Eustathii* commentationem ex ipsius *παρεκβολαῖς* ad locum istum *Ἰλιάδος ι.* ni fallor enim, tota res tibi hinc erit manifestior: *ὅτι τῶν τριπόδων οἱ μὲν ἐμπυριβῆται, οἳ καὶ αἴθωνες ἴσως λέγοιντο ἂν, ὡς πυρὶ αἰθόμενοι καὶ οὕτω χρήσιμοι· οἱ δὲ ἀναθεματικοὶ, πρὸς κάλλος ἀνατιθέμενοι ἐν οἴκοις, ἢ ναοῖς, ἄχραντοι πυρὶ φυλαττόμενοι· οὓς ἀπύρους ἐνταῦθά φησιν ὁ ποιητὴς, πρὸς διαστολὴν τῶν ἐμπυριβητῶν· ἕτεροι δὲ ἀπύρους μὲν νοοῦσι τοὺς μήπω πυρὶ ὁμιλήσαντας, αἴθωνας δὲ τοὺς ἤδη πυρωθέντας· λέβητες δὲ ἕτεροι ὄντες τριπόδων, ὡς δηλοῖ σαφῶς καὶ ἡ Ὀδύσσεια, λέγονται ἄλλως αἴθωνες, διὰ τὸ ἐκ τοῦ γεγανῶσθαι λαμπρὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ αἴθω, λάμπω. ὅτι δὲ ἐντιμότεροι λεβήτων οἱ τρίποδες, δηλοῖ κἀνταῦθα ὁ ποιητὴς ἑπτὰ μὲν ἀπύρους τρίποδας, αἴθωνας δὲ λέβητας εἴκοσι πρὸς τοῦ βασιλέως ὑπεσχῆσθαι λέγων τῷ Ἀχιλλεῖ·* etc. Et mox, *ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἀθηναίου φέρεται, ὅτι τε ἄπυροι τρίποδες, εἰς οὓς οἶνος ἐξεκεράν-*

νυτο, λοετροχόοι δὲ, ἐν οἷς ὕδωρ ἐθερμαίνετο, οἳ καὶ ἐμπυριβῆται etc. καὶ ὅτι τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων ἦσαν, οἳ καὶ λέβητες ἐκαλοῦντο etc. quae apud ipsum *Eustathium* legas sis, vel potius, unde descripsit, *Athenaeum* libr. II. Deipnosoph. adeo ut fere ἐπέχω, an λέβητας apud *Pollucem*, sicut dixi, in τρίποδας mutandum: tamen ob *Homericum* locum non absurdum videtur. Sed ad ἐμπυριβήτην. Iung.

ἀπύρους] εὐπύρους C. V. Kuehn.

ἀντιταθείη] MS. ἀντιτιθεὶς οἴοιτο τούτους. Seb.

ἀντιταθείη] Legerem ἀναθείη, opponat, sequente καὶ, uti libr. I. cap. 1. sect. 24. πρὸς τὰ αἱμάσσοντα καὶ σφαττόμενα ἀνατιθεὶς σμύρναν etc. MSS. legunt ἀντιθεὶς optime, quod idem est cum ἀνατιθείς. Kuehn.

ἀντιταθείη] Cum omnibus MSS. praeeunte *Kuehnio* in textum restitui ἀντιθείς· sed tamen inepta plane non fuerit vulgata lectio, ἀπὸ τοῦ ἀντιτάσσειν, quod pari significatu ambulat cum ἀντιτίθεσθαι· sed MSS. potius mos est gerendus. Mox pro ἀντὶ θερμοῦ *Kuehnius* ad marginem ἐπί· et recte: habes itaque in textu.

οἴοιτο ἂν τούτους ἀντὶ θ.] MSSti οἴοιτο τούτους ἐπὶ θερμοῦ ὕ. etc. ἐπὶ habet et *Salm.* Kuehn.

ἐν πυριβήτῃ] Legendum coniunctim ἐμπυριβήτῃ· *Homerus Iliad.* ψ. v. 702.

τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην.

Ita quoque *Salmasius*; *idem erunt hi* (lebetes αἴθωνες) *cum tripode, qui dicitur* ἐμπυριβήτης, id est, *in igne collocari solitus*. vid. *Hesych.* in ἐμπυριβήτης· caeterum haec verba ταυτὸν ἂν etc. usque ad ἐθερμαίνετο marginis sunt in C. A. Kuehn.

ἐν πυριβήτῃ] ἐνπυριβήτῃ sane et MS. habet: sed et alia talia, quae μ pro ν iuncta adsumunt, MS. solet saepius ἐν scribere. Talia et in veteri glossario ἐνπεπηγὼς, ἐνπεπαρμένος, *Infixus*. Sed hic scribe meo periculo, ἐμπυριβήτῃ· de quo ex *Eustathio* iam habuisti. Locus *Homeri* est Ἰλιάδ. ψ. v. 702.

τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην,
τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον Ἀχαιοί.

Sic et infra X, 63. in instrumento balneari, MS. τρίπους, ὃ καὶ ἐνπυριβήτης· ubi quoque locum inde restitui. Iung.

ἐν πυριβήτῃ τρίποδι] *Kuehnius* emendavit ἐμπυριβήτῃ ex ipso *Homero*: et recte quidem: antiqui tamen ἐνπυριβήτης, quae erroris origo, indicante etiam tale quid *Iungermanno*. Meminit et ἐμπυριβητῶν *Etymologus* in Αἴθων· καὶ αἴθωνας

λέβητας, τοὺς πρὸς τὸ πῦρ ἐπιτηδείους καλουμένους ἐμπυριβήτας· ex quibus *Etymologi* verbis evincas simul αἴθωνας λέβητας, qui apud *Nostrum* occurrebant modo, non esse mutandos in αἴθωνας τρίποδας.

μὲν γὰρ] μὲν omittit C. A. Kuehn.

μὲν γὰρ] Deest in MS. μὲν, et dein est ἑφθα. *Scilicet*, ait, *ne quis putet lebetis usum apud* Homerum *potius esse carnibus coquendis, quam lotionibus calidis; elixas carnes Heroës apud eum nulli edunt.* Iung.

κρέα ἑφθὰ] *Plato* de Republ. III. fol. 621. οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς ἐν τῶν Ἡρώων ἑστιάσεσιν, οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, (*Homerus*,) καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς· ἃ δὴ μάλιστα ἂν εἴη στρατιώταις εὔπορα. Seb.

καί τοι αὐτοῦ γε etc.] C. A. καὶ ταῦτά γε τὴν τ. ὁ. εἰ. ὅταν φησί· versus *Homeri* est *Iliad.* φ. v. 363. Kuehn.

ὅταν φῇ] MS. ὅτ' ἂν φησί. *Homeri* locus est Ἰλιάδ. φ. v. 362, 363. Iung.

κνίσσῃ] MS. κνίσῃ. Iung.

ἁπαλοτρεφέος] C. A. legit ἁπαλοτροφέος. Kuehn.

69.

περὶ μέν τοι πότου] MSS. περὶ μέντοι τοῦ πότου etc. παρ' Ὁμήρῳ μὲν etc. παρὰ δὲ sequitur mox. Kuehn.

περὶ μέν τοι πότου] MS. περὶ μέντοι τοῦ πότου π. Ὁ. οὐχ εἶοντ' ἦν ἀνευρεῖν θ. De decocta veterum Graecorum vid. et *Casaubonum* nostrum III. *Athen.* 34. Iung.

περὶ μέν τοι πότου etc.] Hunc *Pollucis* nostri locum advocat *Schottus* Observ. lib. V. cap. 28. ubi virum eruditionis diligentissimae de hac eadem, quam *Pollux* agit, re disserentem vide.

εὑρεῖν] MSS. ἀνευρεῖν. Kuehn.

ἐπὶ πότῳ] C. A. ἐπὶ τούτῳ pro ἐπὶ πότῳ. Kuehn.

καὶ γὰρ ὅταν Ἱπποκρ. εἴποι] MS. ὡς καὶ παρὰ Ἱπποκράτει· cetera desunt usque ad καὶ πεντεχ. segm. seq. Seb.

καὶ γὰρ ὅταν Ἱπποκρ. εἴποι] C. A. ὡς παρ' Ἱπποκράτει. *Salm.* ὡς καὶ π. Ἱ. caetera omittuntur usque ad πότου μέτρον segm. 70. locus *Hippocratis*, qui sequitur, extat in libro de *Liquidorum usu.* omissum autem est hoc loco, τὸ δὲ θερμὸν φίλιον· nisi enim hoc ex textu *Hippocratis* addideris, nihil confeceris ex hoc loco, ita supplendo, δῆλον, ὡς οἶδε τὴν τοῦ θερμοῦ χρῆσιν πρόσφορον τοῖς ὀδοῦσι, *manifestum est, quod noverat usum caldae dentibus esse utilem.* Kuehn

καὶ γὰρ ὅταν Ἱπποκρ. εἴποι] MS. ἰατροῖς, ὡς καὶ παρὰ Ἱπ-

κοιφάτῃ. ut et MS. *Seberi*. caetera quae sequuntur in MS. desunt usque ad πεντήχαλκον segm. 70. Iung.

καὶ γὰρ ὅταν Ἱπποκράτης] Plura sunt in *Hippocrate* loca, quae, si ad sensum verborum animum tuum advertas, respicere potuit *Pollux* noster: in quorum numero ponendus ille, quem adtulit *Kuehnius* ex libello περὶ ὑγρῶν χρήσιος §. 4. qui sic satis apte rei, quam agit *Pollux* noster, non tamen ipsis respondet verbis. et alium tibi monstrabo, quem solum respexit *Noster*, locum *Hippocratis*, ex eius *Aphorismis* Sect. 5. §. 18. Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ· τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον. pro νεύροις Ἰωνικώτερον *Pollux* νεύροισι. An vero hoc *Hippocratis* loco ex re sua usus sit *Onomasticographus* noster, non disputabo; et videbit facile lector eruditus. Ex *Aristophanis* autem *Thesmophoriazusis* quod mox noster habet, τὸ χαλκίον θερμαίνετε, in illa, quam habemus *Thesmophoriazusarum* fabula non extare, haud est quod mireris, siquidem illas διεσκευασμένας secunda vice in scenam protulerit *Comicus*. unde in προτέραις, quas *Gellius* alicubi laudat, extiterint haec verba. Postea in versiculis ex *Comici Georgis* nihil quicquam immutare sum ausus, destituentibus nos MSS. perplacet tamen, quam Doctissimus *Kuehnius* habet, emendatio. [Olim fuit fabula Θεσμοφοριάζουσαι duplex, prima et secunda, quam *reparatam* seu *renovatam*, διεσκευασμένην vocabant. haec in antiquitatis voragine naufragium fecit; illa tulit aetatem, et in nostris hodieque manibus versatur. ea igitur, quae ex prioribus *Thesmophoriazusis* a *Gellio* sunt allata, etiam nunc in hac fabula reperiuntur. ubesius et non simplici vice ad librum X. eadem res a me est pertractata. haec facile demonstrant, quid mea commiserit imprudentia. scilicet ea omnium est sors, ut quae etiam bene perspecta habemus, animo nec opinantibus effluant. *Ex Addendis*.]

χαλκίον θερμαίνεται] Vide *Casaubon*. in *Athen*. lib. III cap. 34. Sbb.

χαλκίον θερμαίνεται] Puto legendum θερμαίνετε, ita imperantis faeminis. Non extant haec in hodiernis *Thesmophoriazusis*. *Eupolidis* locus, ut et *Casaubonus* noster adnotavit III. *Athen*. 34. est apud *Athenaeum* lib. III. ita ab illo magno viro constitutus:

— τὸ χαλκίον
θέρμαινέ θ' ἡμῖν, καὶ θύη πέπτειν τινὰ
κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα. Iung.

ἐξ ἄστεως νῦν etc.] Hunc *Aristophan.* locum ex coniectura legerem hunc in modum:

ἐξ ἄστεως γυνὶ ἐς ἀγρὸν χωρῶμεν·
ὡς πάλαι ἔδει ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκῷ
ἐλλουσαμένους σχολάζειν etc.
ex urbe iam nunc rus petentes eamus
namque oportebat dudum nos ibi in aheno
nos lavantes otiari.

Hic locus *Polluci* obstitit, quo minus acciperet praecedentia de caldae potu. *Interpres* aliorsum abit in prima editione. Kuehn.

ἐξ ἄστεως νῦν etc.] *Aristophanis* versus non macula carere prorsus autumo. Iung.

70.

χαλκοῦ θερμὸν ἦν] Supra segm. 67. *Mercurialis* lib. I. Var. Lect. c. 8. interpretatus, *caldam chalco*, *quae fere est quadrantis nostri vel paulo plus mensura, vendi solitam: quae pusillitas*, ait, *non lotioni, sed potui inservire poterat.* Verum non recte certe cepit, si χαλκοῦ de mensura cepit, quum de nummulis χαλκοῖς, qui octava pars oboli, accipienda haec esse clare supra in *Philemonis* verbis videre potuisti: et hic, quod ait, τὸ λεπτὸν τοῦ νομίσματος, non τοῦ μέτρου. Iung.

συνταττόμενον] Constructum cum verbo πιεῖν. *Interpres* sensum obscurat. Kuehn.

τὸ λεπτὸν τοῦ νομίσματος] *Interpr. numismatis bucca*, quod quid sibi velit, nescio: auctor certe voluit minutum numismatis apud *Philemonem* non pati ut locus eius accipiatur de lavacro, ut quod carius constaret. reliquum ergo, ut potus intelligatur; nam eius modulum huius modi nummulis metiebantur caupones. Kuehn.

χαλκοῦς] MS. χαλκούς· de pentechalco hinc *Hostus* libr. III. Rei Nummar. vet. cap. 5. n. 10. Iung.

εὕρομεν ἐν ταῖς Ἀριστοφάντος Διδ. ἢ οὐλαύρῳ] C. A. φησὶν Ἀριστοφῶν ἐν Διδύμοις,

ἔπειτ' ἠπάτια καὶ νῆσσάν τινα
— π. προσλαβών.

C. V. Διδύμοις ἢ Πυραύλῳ· forte Πυραύνῳ· *Alexidis* Πύραυνον laudat *Athenaeus* lib. VI. c. 17. *Antiphanis Geminos* laudat idem saepius. ἢ οὐλαύρῳ *Salm.* delet aeque ac C. A. Kuehn.

εὕρομεν ἐν τοῖς Ἀριστοφῶντος Διδ. ἢ οὐλαύρῳ] MS. noster longe aliter: ἐν ταῖς Ἀριστοφῶντος Διδύμαις, ἢ Πυραύλῳ, quae profecto saniora vulgatis et rectiora adfirmare nullus vereor.

Notetur itaque hic *Aristophon*, (quem μεμνόνιος interpres *Aristophanem* vertit) et ipsius *Didymus*, sive *Pyraulus*, sicubi alibi occurrant. Ἐν Διδύμαις, ut quidem noster MS. habet, etiam *Alexis* laudatur infra segm. 155. Citatur idem *Comicus* et apud *Athenaeum*, ut lib. XII. extremo Ἀριστοφῶν Πλάτωνι· ubi fabulae titulus nescio an mendo quoque careat, et lib. XIII. ἐν Καλωνίδῃ, et alibi. Iung.

εὕρομεν ἐν τοῖς Ἀριστοφ. Διδ. ἢ οὐλανόρῳ] Vocabuli portentum, quod haud sine MSS. ope feliciter averruncassemus. in iis itaque est Πυραύλῳ, quam vocem textui reposuimus. Πυραύνῳ, cui fabulae nomen a vasculo πυραύνῳ, de quo *Hesychium* vide, *Kuehnius* noster quod coniectabat, non, puto; fuerit forsitan ἀπροσδιόνυσον· et Διδύμας verius quoque habuerit *Iungermanni* Codex. sed, ne quis audaciae possit inurere notam, textu manus abstinuimus, ac intra MSS. lectionis terminos continuimus nosmet ipsos. dictum vero Διδύμοις ἢ Πυραύλῳ titulo duplici, quod perquam est in fabularum inscriptionibus frequens. illa vero, quam ex MSS. restitui, ἐπιγραφὴ eo mihi magis arridet, quod inter *Antiphanis* fabulas in oculos mihi veniat Αὐλητρὶς ἢ διδύμαι, quae ut tetigit mulieres praecipue, ita hanc *Aristophontis* viros vellicasse credo facile. sed de Πυραύλῳ tituli que ratione necdum mihi res est aperta: quaerendum itaque. Huius autem *Aristophontis* Πυθαγοριστὰς laudat *Athenaeus*, et *Diogenes Laërtius* VIII, 38. ad quem praestantissimus *Menagius* in *Suida* vitio scriptum Ἀριστοφάνης pro Ἀριστοφῶν erudite observat. in ista vero fabula *Pythagoram*, eiusque sequaces, atque doctrinam hominum risui fuisse expositum ex fragminibus, quae apud *Athenaeum* sunt ac *Laërtium*, patet: adeo ut iniquior fuisse videatur in philosophos hic *Comicus*, prout utrique hominum generi non apprime inter sese conveniebat. hinc eidem *Aristophonti* fabula fuit scripta, cui titulus erat Πλάτων, quem non est rationis quicquam cur cum *Iungermanno* mendi habeas suspectum.

ἠπανίαν] In ipso versu emenda ἠπάνια, ut MS. noster habet, in quo et τινὰ est. habes ea iecuscula et apud alios *Comicos* libr. III. Deipnosoph. *Athenaei* inter delicata. Iung.

ἠπανίαν] ἠπάνια textus habet ex Codice *Iungermanni*. mox vero συλλαβὼν scribas an προσλαβὼν parum refert: utrumque sensui satis dat.

συλλαβών.] MS. προσλαβών. Sem.

συλλαβών.] *Summatim conficiens* πεντέχαλκον· tantum enim pecuniae caupo conficiebat ob apposita iecinora et inte-

stinum. *Salm*, leg. ἔπειτ' ὀπατίαν τίνα καὶ νῆστιν. Kuhn.

συλλαβών.] MS. et noster et *Seberi* προσλαβὼν pro vulgato συλλαβών. Iung.

εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον] Errasse hic *Pollucem* errorem crassissimum demonstrat *Casaubonus*: neque enim symbolum pecuniae certae nomen esse, sed annulum aut quidvis aliud arrhae loco dari solitum: et versum *Hermippi* pronunciasse aliquem a caupone annulum simul repetiturum, et pecuniam daturum. Alterum autem locum sic vertit: *Hei mihi quid faciam symbolo emunctus?* nam κεκάρθαι eleganti translatione dici qui aliqua re spoliatus est et emunctus. Notum illud:

ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν.

Quod vertit *Tullius* (Tusc. V. pag. 238.)

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

Vid. et caetera libr. III. cap. 31. Animadvers. in *Athen.* Seb.

εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον] Exposuit hinc ita σύμβολον et *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 8. tm. 5. Sed errorem crassissimum doctissimum *Pollucem* errasse notavit doctiss. *Casaubonus* III. *Athen.* 31. et ex eo hic *Seberus* noster. Nec dissimulandus viri eruditi *D. Furlani* error, qui quoque ex hoc *Pollucis* loco in suis Notis ad *Theophr.* Charact. qui inscribitur ἀπόνοια, illum locum philosophi, μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι ita exponit: *pro symbolo autem absolute tesseram licet intelligere, quam habere oportebat theatrum ingressuros: aut numismatium sic vocatum, cuius meminit* Iulius Pollux *lib. IX.* σύμβ. β νομ. etc. *Hoc est: Symbolum numismatium parvum numismatis dimidium. abscindebatur igitur; ex quo potest eius cognosci vilitas. is itaque, qui in theatris stipem e spectatoribus colligit, symbolum exigit contenditque* etc. Sed posterior haec explicatio et falsa est et loco non quadrat. Iung.

εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον] Utitur hoc loco *I. Phil. Tomasinus* de *Tesser. Hospital.* cap. 16. ibidemque loci et *Is. Casaubono* obviam it, qui σύμβολον dici volebat non nummum quendam dimidium, cuius haec emtori, altera cederet venditori pars; sed annulum, aut quidvis aliud arrhae loco exhibitum. qua quidem in re, dum pudendum *Polluci* errorem impingere conatur, in summi viri partes haud concesserim. nam sane quid impediat, quo minus σύμβολον huiusmodi nummum ἡμίτομον significet simul et aliud etiam quodvis in arrham datum? dubium vero non est, quin hoc dimidiati nummi genere usi sint antiqui, cuius altera parte huic, illi vero hac tradita ra-

tas faciebant stipulationes. et in antiquariorum etiam quibusdam cimeliarchiis ἡμίτομα huiusce modi adservantur numismata, quae aut hisce, quos docet *Pollux*, usibus, aut etiam aliis similibus fuere destinata. Exhibet talem in binas divisum partes nummum *Augusti Caesaris* et *M. Agrippae* aversis signatum capitibus, qui victa Aegypto a colonia *Remauso* utriusque principis honori sit cusus, *Chiffletius* in *Anastasi Childerici regis*. horum nummorum partes dimidias dextras *Augusti* capite insignes repertas esse Romae refert morante illic *Menetrio*, quem arrhas appellasse, non addita alia explicatione, has dimidies nummorum partes tradit: ipse vero *Chiffletius usurpatas* censet pro *arrhabone sive tessera inter amicos absentes et longe dissitos*; et hanc suam sententiam adstruit pluribus argumentis. potuerint tamen et factae cuiusvis stipulationis arrhabones fuisse. sed seu tales fuerint, seu quales vult *Chiffletius*, tanti nostra non refert, cum pateat dimidiatos nummos arrhabonis olim aliquando habuisse vicem, ac tesserae hospitalis, quod defendendo *Polluci* nostro sufficit, cum non fuerit diversa ratio huius symboli, quando isthoc utebantur in pactis atque stipulationibus mutuis. Et vero, dum his sumus impliciti, non longe diversum confirmandae stipulationis aut cuiusvis pacti modum apud Laconas tangamus, si forte huic rei aliquam affundat lucem. inter hos itaque foeneratores praesentibus binis testibus stipulam seu scytalen in duas solebant diffrangere partes, in quibus utrisque pacti conditiones, τὰ συμβολαῖα, literis solebant consignari, atque tum haec testibus tradi, illa vero a foeneratore retineri moris fuit. memoriae mandavit hanc rem *Dioscorides* περὶ Νομίμων, et ex eo *Scholiastes Aristophanis* ad *Aves*: Διοσκορίδης δ' ἐν τοῖς περὶ Νομίμων τοὺς δανείζοντας ἐν Σπάρτῃ διαιρεῖν σκυτάλην δύο παρόντων μαρτύρων καὶ γράφειν τὸ συμβόλαιον ἐν ἑκατέρου τμήματι (apud *Suidam*, qui haec eadem more suo sibi solito ex *Scholiasta* descripsit, est, ἑκατέρῳ) καὶ τὸ μὲν ἑνὶ τῶν μαρτύρων διδόναι, τὸ δὲ δι' ἑαυτοῦ ἔχειν. emendat in *Suida* δι' ἑαυτῶν *Portus*: sed recte se vulgata habet lectio. vides hic fractam scytalen pacti conditionibus inscriptam, et alteram partem testi traditam, alteram sibi habuisse foeneratorem, quae certe a nummi symbolo non differunt alia in re, quam quod hic fuerit nummus, illa vero scytala, quae etiam exaratam continebat stipulationem. Haec cum ita in Lacedaemoniis obtinuerint, ac aliis forsitan quoque Graeciae populis, explodenda plane non fuerint, tanquam putidae Grammaticorum ineptiae, quae de stipulationis origine

a stipula petenda, qua fracta iterumque iuncta sponsiones suas veteres agnoscebant ratas, traduntur. habet inter alios *Isidor. Origin.* libr. IV. c. 24. nam certe res sunt affines plane atque similis conditionis, et cum talia apud Spartanos obtinuerint, potuere et haec ista apud Massilienses atque Siculos esse, a quibus cum ceteris pluribus haec habuerint Romani. Sed emansores sumus.

ἡμίτομόν τι νομίσματος.] C. A. ἡμίτομον νομίσματος, *altera pars dissecti numismatis. Aristot.* lib. IV. Polit. c. 9. εἶτα ἐκ τούτων ἀφ' ἑκατέρας ὥσπερ σύμβολον λαμβάνοντας συνθετέον. ergo symbolum est pars dimidia, quae cum altera composita conficiebat integrum symbolum. Kuehn.

71.

ὁ μὲν Ἕρμιππος etc.] C. A. ὁ γοῦν Ἕ. ἐν Ὁρμοφόροις μὲν τῷ γοῦν superscripto. Kuehn.

ὁ μὲν Ἕρμιππος etc.] MS. ὁ γ' οὖν Ἑρμ. ἐν. Iung.

Φορμοφόροις] MS. Ὁρμοφόροις, ut scribendum iussit *Casaubonus* noster *Athen.* 31. et ult. *Athen.* ult. ut et supra VII, 89. dictum, ubi quoque, ut hic, altera fabula *Comici* laudatur, Δημόται· de qua *Casaubonus* noster meminit VII. *Athen.* 8. Iung.

κεκαρμένος] Metaphora satis nota: vid. *Schotti* N. C. lib. II. c. 6. sensus est:

Quid miser agam symbolo defraudatus?
Defraudatus videor dimidio.

Conqueritur emptor symbolo amisso periise sibi pretii iam soluti partem alteram, quod non amplius ipsi suppetat, unde probet se iam cauponi solvisse dimidium. Kuehn.

ὥς τε εἰ ἐκ θατ. etc.] C. A. ὥστε ἢ ἐκ θ. μ. τι τοῦτο δεῖ etc. locum corruptum dudum est, quod Illustris Dn. *Obrechtus* feliciter ita restituit: ὥστε ἢ ἐκ θατέρου μόνον τετυπῶσθαι τουτὶ δεῖ νομισμάτιον νοεῖσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι (leg. διῃρῆσθαι) ὡς ἔχειν τὸ μέρος ἑκάτερον, τόν τε πιπράσκοντα τόν τε ὠνούμενον, ἐπὶ συμβόλῳ, τοῦτον μέν τι προειληφέναι (ita C. A. et τι superscriptum habet, cui accedit et *Salm.*) τὸ δὲ ἐνοφείλεσθαι· *adeoque aut ex altera tantum parte signatum hoc numisma, aut divisum fuisse intelligendum, ut uterque, venditor scilicet emptorque, partem penes se habuerint pro arrha, quod hic quidem praeceperit aliquid, pars vero rei venditae adhuc debeatur.* tesseram *nummariam* dicere posses, sed non eo sensu, quo extat apud *Sueton.* in *August.* cap. 41. *Casaubonus* doctissimus Animadvers. in *Athenaeum* libr. III. cap. 31. erroris crassissimi arguit *Pollucem* hac in re, sed videtur ille non

habere idoneas rationes huius ἐπικρίσεως. *Salm.* leg. τόδε ἐνα-φίλασθαι τοῦ διελέγχουσι· σμικρόν τι δ. KUEHN.

ὥς τε εἰ ἐκ θατ. etc.] Emenda ὥστε ἢ ἐκ θατ. ut MS. habet, quamvis in eo male ἡ videatur scriptum. εἰ ἢ mox respondet alterum ἤ. IUNG.

ὥς τε εἰ ἐκ θατ. etc.] Textum restitui partim ex MSS. ex *Kuehnii* partim emendata margine. distinctionem praeterea confusam in ordinem, quam fieri potuit accurate, redegi: de quibus singulis si admoneam, operae pretium non ferat lector.

τουτὶ δεῖ etc.] MS. τοῦτο. SEB.

τουτὶ δεῖ etc.] MS. noster, τοῦτο δεῖ τὸ νομίσμ. plenius. τοῦτο et *Seberi Augustanus* habebat. IUNG.

ἑκάτερον, τόν τε π.] Videtur punctum delendum, ut scribas, ἑκάτερον, τόν τε πιπρ. IUNG.

ὠνούμενον, ἐπὶ σ. τούτῳ etc.] MS. ὠνούμενον ἐπὶ συμβόλῳ· τούτῳ μέν τι προειληφέναι, τὸ δὲ ἐνοφείλεσθαι· διελέγχουσιν δὲ αὐτὸ σμ. τ. δ. quae videntur integriora. προειληφέναι et *Seberi* MS. habet. totus itaque locus ita scribendus et distinguendus videtur: ἑκάτερον, τόν τε πιπράσκοντα καὶ τὸν ὠνούμενον, ἐπὶ συμβόλῳ μέν τι προειληφέναι, τὸ δὲ ἐνοφείλεσθαι· διελέγχουσιν δὲ αὐτὸ σμικρόν τι δύνασθαι, Ἀριστοφάνης μὲν etc. Ἄρχιππος δὲ etc. mutila enim *Aristophanis* verba, quae MS. noster egregie supplet, et in iis symbolum hoc, ut statim dicam. IUNGERM.

προσειληφέναι] προειληφέναι. SEB.

διελέγχουσιν αὐτῷ] C. A. δ. δὲ αὐτῷ, quae duo posteriora marginis sunt. patet autem legendum esse αὐτὸ etc. δύνασθαι. Ἀ. KUEHN.

διελέγχουσιν αὐτῷ etc.] Restitui in textu διελέγχουσι δὲ αὐτὸ cum MSS.

72.

Ἀριστοφάνης μὲν ἐν * ἀγύρῳ] C. V. δὲ ἐν ἀναγύρῳ etc. vid. supra. consentit *Salm.* KUEHN.

Ἀριστοφάνης μὲν ἐν * ἀγύρῳ] MS. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ἀναγύρῳ λ. male δέ. Sed Ἀναγύρῳ pro vulgato ἀγύρῳ restituas licet, ut et rectum putavit *Casaubonus* noster IV. *Athen.* 4. IUNGERM.

Ἀριστοφ. μὲν ἐν * ἀγύρῳ] Saepe iam est, quod in *Polluce* nostro pro ἀγύρῳ restituisse memini Ἀναγύρῳ, quem verum censemus fabulae titulum, et forsitan ἐπιγραφῆς hanc non ineptam plane reddemus rationem. inter *Aristophaneas* fabulas non sunt paucae quae ab Herois cuiusdam nomine

titulum sibi gerunt impositum. ab auctore nostro adducuntur *Amphiaraus*, *Aesculapius*, *Glaucus*, *Daedalus*, quin etiam *Ἥρωες* inscripta fabula. in earum numerum referas licet eius *Ἀνάγυρον*, ita inscriptum ab Heroë *Anagyro*, cui lucum habebant sacrum *Anagyrasii*, non ignobilis Atticae regionis populus. de hoc Heroë narrant, eum subvertisse funditus ac in ruinam dedisse templo suo proximas aedes, quod sacrilegas manus rebus sanctis inferre distinassent vicini, unde et proverbio originem dederit, *Ἀνάγυρον κινεῖν*, cuius meminere *Zenobius*, *Diogenianus*, *et Suidas*, qui plura adhuc alia de eodem refert Heroë; quamvis alii ab *ἀναγύρῳ* herbae genere incunabula potius illius paroemiae petenda ducant, inter quos *Hesychius*. Illius vero, quam retuli, historiolae, seu fabulam appellare mavelis, materies faceta est omnino ac apta satis, in qua iocos ridendique caussas captare voluerit potueritque *Aristophanes*, variorumque hominum mores atque malefacta traducere eximie. De *Anagyrasiis* vero memoriae mandavit *Pausanias* in Atticis, templum eos habuisse Magnae Deum matris, videndique de iisdem *Stephanus* et *Harpocratio*. Si quis autem in medium potuerit meliora dare de titulo fabulae *Anagyri*, in eius nos sententiam facile pedibus ibimus: neque latet nos diversam esse *Is. Casauboni* ad *Athen.* mentem: sed quid summi viri obstet sententiae, facile deprehensurus est eruditus lector.

τοῦτ' αὐτὸ π. δ. καὶ τὰ ὅμοια.] C. V. *τ. α. π. δυοβόλῳ·* pro *καὶ τὰ ὅμοια* MSSti legunt *καὶ σύμβολον ὑπὸ τωπικλιντρώμων* (C. A. margo *τῷ πικλίντρῳ μῶν*) *τὶς* (margo C. A. *τις*) *αὐτὸ ἀνείλετο·* quae verba ita redigerem in versus:

τοῦτ' αὐτὸ πράττω δύ' ὀβόλῳ καὶ σύμβολον
ὑπὸ τοὐπικλίντρῳ· μῶν τὶς αὔτ' ἀνείλετο;

Exigo solum duos obolos et symbolum
Sub lectulo iacens, num quis illud abstulit?

Salm. leg. *τοῦτ' αὐτὸ π. συμβόλῳ διωβόλου.* Kuehn.

τοῦτ' αὐτὸ π. δ. καὶ τὰ ὅμοια.] Sed ad locum *Aristophanis*, qui pessime mutilatus vulgo. En tibi ex MS. nostro optimo ita: *τοῦτ' αὐτὸ πράττω δυοβόλῳ, καὶ σύμβολον. ὑποτωπικλιντρώμων τὶς αὐτὸ ἀνείλετο.* monstrose ais. Sed haec expiabit omnia tibi *Salmasius* noster ὁ *πάνυ*, cui ita legendi videntur: *τοῦτ' αὐτὸ πράττω διωβόλῳ καὶ σύμβολον ὑπὸ τῷ 'πικλίντρῳ· μῶν τις αὔτ' ἀνείλετο*, aitque hos versus apud *Suidam* alicubi aliud agentem legisse meminisse, ita etiam,

nisi fallatur, scriptos ut posuit. Ita vero concinnabunt nobis duos senarios:

τοῦτ' αὐτὸ πράττω διοβόλῳ, καὶ σύμβολον
ὑπὸ τῷ 'πικλίντρῳ· μῶν τις αὔτ' ἀνείλετο;

Dele vero hic in vulgatis καὶ τὰ ὅμοια, ineptissima manu invecta. nec in MS. sunt, qui scilicet *Aristophanea* nobis servavit integra. Iung.

τοῦτ' αὐτὸ π. δ. καὶ τὰ ὅμοια] Bene est quod MSS. ope insigni augmento *Pollucem* nostrum liceat locupletare. nam et mutila fuere vulgo et corruptissima *Aristophanis* verba hunc in modum: τοῦτ' αὐτὸ πράττω διωβόλῳ· καὶ τὰ ὅμοια· sed alio tamen modo *Comici* verba capiam, quam fecit *Kuehnius*. adiicio itaque Latinam versionem, qua meam de disticho sensu mentem aperiam:

Id ipsum facio dioboli pretio; et symbolum vero
Quod est sub lectulo: num quis illud abstulit?

Illa vero, καὶ σύμβολον ὑπὸ τῷ 'πικλίντρῳ per ἀποσιώπησιν sunt prolata; subintelligendum enim est, κοῦστιν; *ubi est?* aut simile quid. putem vero ad Atticismi normam ita fuisse scriptum ab *Aristophane*, καὶ σύμβολόν γ' ὑπὸ etc. *Kuehnius*: δύ' ὀβόλῳ pro διοβόλῳ ad Codicis sui marginem restituerat invitis MSS. quorum lectionem nos sumus sequuti. de διωβόλῳ superius hoc capite dixit *Pollux*, et monuit quidem, istam voculam dissolvi plerumque in binas alias δύ' ὀβόλῳ, adducto *Demosthenis* loco, cui addas licet hanc paroemiam: 'Οβολοῦ ταριχὸς, δυ' ὀβολῶν ἀρτύματα, quae apud *Suidam* est ac *Apostolium*; sed illud qualecunque hic sibi, contra euntibus MSS. opportunum non invenit locum. Ista vero *Aristophanea Falckenburgii* quoque Codex adgnoscit; sed in hoc tamen vitiosius, quam in aliis conspiciuntur MSS. ponam ut se habent: τουτ' αὐτὸ πράττων πικλὶν τρομὸν τὶς ἀνείλετο· in quibus, quod dicitur, nec caput nec caudam invenias.

"Αρχιππος δὲ etc.] C. V. "Αρχιππος εἰπὼν ἐν 'Η. γαμοῦν τι ἀνδρῶν· male. Kuehn.

ἀτὰρ παρ' ἐμοί γ' etc.] MS. ἀταρ' π. et in his male de numismatio a *Polluce* explicari indicavit idem *Casaubonus* noster III. *Athen.* 31. Iung.

εἶχεν οὐ δὲ σύμβολον.] Proverbium: *ne symbolum quidem habet*, de homine paupere. Quia symbolum non dabatur nisi ab iis, qui praesente pecunia deficiebantur. *Casaub.* ibid. Seb.

εἶχεν οὐ δὲ σύμβολον.] In Codicis *Falckenburgiani* margine adscriptum video κινε̃ χρν· unde si quis sani quid possit extrudere, per nos hoc ipsi licebit. putabimus interim glossulam hanc esse marginalem, ac valere forsitan πενίας χάριν, *paupertatis ergo*, illum ἀνδρῶν ἄριστον scilicet non habuisse symbolum. sed hoc quidem *Archippi* loco nihil quicquam symbolum facit ad Atticam stipulatoriam, quod mihi dicere liceat, de qua docere hic *Polluci* sit in animo, siquidem omnino de *tessera hospitali* intelligendum est.

* κόλλυνον] *Sylburg.* leg. κόλλυβον, quod et *Matth. Hosto* verisimile, pag. 492. velut mox κολλύβου, et τριτοκόλλυβον, nec aliter MS, hoc loco, quantum ad numerum syllabarum. nam alias ibi etiam ν pro β positum. Seb.

* κόλλυνον] C. A. margo κόλλυβον· consentit C. V. *Hesych.* in κολλυβιστής· Κόλλυβος, εἶδος νομίσματος· καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς. Kuehn.

* κόλλυνον] κόλλυβον MS. ut omnino emendandum est: et ita *Sylburgium* recte notasse ait *Seberus* et *Hostum* lib. III. Rei Numm. c. 8, tmem. 12. nec aliter adgnoscit Avus meus de Numism. error sine dubio inde ortus quod in MS. β et ν utrumque scribuntur pari modo ut Latinum u, nisi quod ν anteriore parte dependulam habet lineam, nil in posteriore, quemadmodum et in quibusdam olim excusis libris habes adhuc ν · id, si praesertim literae ab calligrapho inter se connexae, facile non acute attendentem fugere potuit. Iung.

* κόλλυνον] Margo *Falckenburgiana* habet κόλυμβος, quod quamvis vitiosum statuam, reperio tamen in *Suida*: Κολύμβων, εἶδος νομίσματος· sed ille, credo, vitiosam ex aliis lectionem secure Lexico suo inseruit. restitui igitur κόλλυβον in textu; et *Callimachi* versus, qui subiicitur mox, ita fuit ante nos lectus: Ἐκ τῶν οἴκου βοῦν * κολλύνον πιπράσκουσι· quae sine sensu erant. lectio quam *Polluci* reddidi, MSS. nititur: et *Falckenburgium* quoque habuisse κόλλυβον, adnotandum est, cui et mox τριτοκόλλυβον pro τριτοκόλλυνον placuit. sed MSS. melius, et nos ex iis in textu τρικόλλυβον· neque praetereundum sane *Otthonem Sperlingium* virum Doctissimum habere quoque τρικόλλυβον, atque ex hoc *Pollucis* nostri loco adnotare pag. 166. de *Nummis non Cusis*. Alias et collybi mentio in *Suetonii Augusto* cap. 4. *manibus collybo decoloratis*. et videndus quoque πολυμαθέστατος *Vossius* in *Etymolog.* Sed de *Callimachi*

loco habeo quod addam. Illustriss. *Spanhemius* ad collectas a se *Callimachi* reliquias ex Codice *Vossiano* hanc adnotat lectionem, ὀκ(ι)βουν κολλύβου etc. Eruditiss. vero *Bentleius* una alterave litera differente, ὀκόβουν κολλόβου, unde lectionem concinnat, qua est ingenii atque iudicii felicitate eximia, elegantem hanc: Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσι, *Ex illis, ubi bovem collybo vendunt;* quae tanto mihi lenocinio adblanditur, ut in textum recipere decreverim, quippe quae ex vestigiis MSS. lectionis educatur facili negotio.

γοῦν] Iterum MS. γ' οὖν. Iung.

ἐκ τῶν οἴκου β. * κολλύνον π.] C. A. margo ἐκ τῶν ὀκιβοῦν κολλύβου π. C. V. ἐκ τῶν ὀκοβουνκολλύβου πιπρήσκουσι, unde legendum:

ἐκ τῶν οἴκοι βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσι.

Bovem ex domesticis collybo divendunt.

Summam annonae vilitatem apud inferos esse refert; ita enim explicat *Noster, quasi dixerit, re vilissima et cuivis obvia bovem vendunt, qualem domi habemus.* Kuehn.

ἐκ τῶν οἴκου β. * κολλύνον π.] MS. ἐκ τῶν ὀκοβουνκολλύβου πιπρήσκουσιν. Noster *Salmasius* emendat: ἐκ τοῦ νομοῦ βοῦν κολλύβου πιπράσκουσιν. Sed eius verba tibi adscribo omnia: *Callimachi versus est ex eius Choliambis, quos saepius citant veteres critici, itaque vulgata lectio* εἰς κόρακας *potius quam* εἰς τὸν χωλίαμβον *mitti debet*, ἐκ τῶν οἴκου. *Loquebatur* Callimachus *illo loco, ut ex Grammatico scimus,* περὶ τῶν ἐν ᾄδου· *quod non temere monuit. et forte disputabat quanta esset felicitas* καὶ εὐζωΐα *eorum, qui inibi agerent, ut quibus omnia ita supra vota affluerent, ut bovem, qui hic apud nos, qui vivimus, immane quanto pretio est, parvo venderent aut emerent. versus forte ita emendandus,* ἐκ τοῦ νομοῦ βοῦν κολλύβου πιπράσκουσι· οἴκου *pro* νομοῦ *facilis lapsus. Sed et* κολλύβου *veram esse lectionem arbitror, non* κολλύνου, *ut vulgo legitur. apud* Suidam *legimus:* Κόλλυβον, εἶδος νομίσματος. *Sed hic quoque emendamus* κόλλυβον. et in alteris ad me literis ait se sibi vere videri emendasse κολλύβου, pro κολλύνου· τὸν ἐκ νομοῦ βοῦν κολλύβου πιπράσκουσι· et se iudicasse etiam ita in *Suida* posse legi: *coniecturam, ait, nostram confirmat hic locus* Aristophanis *in* Eirene, — ὡς πρὸ τοῦ. οὐδ' εἰς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου, νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ. *In Glossis nostris, Collybum, cermation, ut et in vulgatis* Isidori. Iungermann.

ὡς ἂν εἴποι τ. etc.] *ὡς ἂν εἴποι τ. τ. π.* margo tantum habet in C. A. *Salm.* *ἐκ τοῦ νόμου β. π.* Kuehn.

τριτοκόλλυνον] MSSti *τρικόλλυβον*. *Hesych.* *τρικόλυβον, νομισμάτιόν τι.* Kuehn.

τριτοκόλλυνον] MS. *τρυκόλλυβον·* sed legendum non dubito *τρικόλλυβον*, ut et Avus noster habet libr. de Numism. Et *H. Stephanus* ex *Hesychio* *τρικόλυβον* hic adscripserat, qui idem, *Hesychius* inquam, exponit *νομισμάτιόν τι·* firmat id ipse *Noster* supra VI, 165. *τρικόλυβον·* perinde ut alia ibi *τριτάλαντον, τρίδραχμον.* Iung.

73.

ὁ καὶ Ὅμηρ. εἰδ. νομ. etc.] Hic MSSti amplius habent: *οἱ μέντοι τὸν βοῦν, τὸ ἐκ τοῦ τυπώματος οὕτω κληθὲν νόμισμα καὶ Ὅμηρον* etc.] omisso *ὁ* ante *Ὅμηρον*. Kuehn.

ὁ καὶ Ὅμηρ. εἰδ. νομ. etc.] MS. noster magnum defectum vulgatorum Codicum supplet denuo; quam ridiculum enim vulgo *Homerum* illo *ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων*, respexisse ad *τρικόλλυβον·* nihil absurdius. Tu restitue ex MS. nostro, qui ita habet: *νόμισμα· οἱ μέντοι τὸν βοῦν, τὸ ἐκ τοῦ τυπώματος οὕτω κληθὲν νόμισμα, καὶ Ὅμηρον εἰδέναι* etc. Ad *βοῦν* revertitur obiter, de quo supra segm. 60. et ait eos, qui arbitrati fuerint *Homerum* illum nummum *βοῦν* agnovisse isto carmine, *ἑκατόμβοι'* etc. quasi armorum pretium ad certum drachmarum numerum aequipararet, id stulte eos opinari *Homero* quidem teste, qui permutationem certe antiquitus factam non nummo autumet, sed in retributione quarundam rerum, quas vicissim dabant; quae probat ulterius. non ita liquide haec in vulgatis adparent, quoniam sane corrupta sunt alicubi, ut docebimus. Iung.

ὁ καὶ Ὅμηρ. εἰδέναι ν. etc.] Nulla est pagina, ubi non eximie de *Polluce* nostro MSS. Codices sint meriti, hoc tamen praecipue capite, quod lacerum crudeliter ora, plurimisque suis mutilum atque truncatum membris eorum ope redivivum est factum. egregius est, qui hoc evincat, hic locus, cui ante latam ex MSS. cum *Kuehnio* a nobis medelam, sensus erat ineptissimus. De *ἑκατομβοίοις* vero et *ἐννεαβοίοις* quod dicat *Pollux* quosdam referre ad veterum nummum bovem, itidem reperio in *Scholiis* ad *Homerum* MSS. quae sunt penes *H. Wetstenium*, virum de literis elegantioribus optime meritum ac in dies merentem, ubi *ἑκατόμβοια* exponuntur, *ἑκατὸν νομισμάτων ἄξια*, atque simili modo *ἐννεάβοια, ἐννέα νομισμάτων ἄξια·* neque aliter *Hesychius*:

Ἐννεάβοιον, ἐννέα βοῶν ἄξιον, ἢ ἐννεάβυρσον· ὁ δὲ βοῦς νόμισμα· sed de bove supra late: videndus et ad *Homerum* *Eustathius* non uno in loco. Mox erat vulgo τὴν ἀξίαν τὸ τῶν ὅπλων· inficete: emendavimus cum *Kuehnio*, quo praeeunte et paulo postea Ὁμήρῳ μάρτυρι habes pro μαρτυρεῖν.

ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων] Versus extat *Iliad.* ζ. v. 236. quae mox sequuntur ὡς πρὸς ἀριθμὸν etc. τὴν ἀξίαν τῶν ὅ. etc. usque ad ὑπολαμβάνουσι in margine sunt C. A. locus ille ab *Interprete* male videtur acceptus; *qui equidem*, inquit, *bovem numisma a bovis imagine ita dictum, etiam Homero notum fuisse existimant in illo trito:*

ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.

Quasi pretium armorum ad drachmarum numerum invicem exactum aestimatumque sit, illi sententiam fovent quodammodo insipidam. ὡς ante ὑπό τι ex praecedentibus hic videtur inculcatum. Kuehn.

ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων] MS. iterum ἐννέα βοιῶν, ut supra segm. 60. Iung.

τὴν ἀξίαν, τὸ τῶν ὅπλ.] MS. τὴν ἀξίαν τῶν ὅπλων· bene, dele itaque vulgatum τό. Iung.

ἀντιτιμώμενον.] Post ἀντιτιμώμενον pro puncto repone comma; pendet enim adhuc oratio, quamvis me ex illis ὡς ὑπό τι non extricem. Avus noster lib. de Numism. ita haec exsequitur: *ad quod retulere illa Homerica* ἑκατόμβοια *et* ἐννεάβοια, *quasi aestimatis ab illo armis pecunia non bobus, quod ridiculum est: nam permutatione contrahunt ubique apud illum, et* ὦνον *qui parant aliquid dare solent non pecuniae, neque nummorum, sed rei pro re: ut* ὦνον ὑποσχόμενοι· Ὀδ. ό. *et* Ὀδ. ά.

ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, ἄγω δ᾽ αἴθωνα σίδηρον.

Et vinum parant Ἰλ. η. *alii aliis rebus, quae ibi commemorantur.* Sed illa ὡς ὑπό τι me morantur: et calidius ego quid coniectare volo, donec viri docti opem commodius ferant. quid si οὑτωσὶ, ut legamus, ἀντιτιμώμενον οὑτωσὶ, ἤθεις etc. *qui hoc modo aestimantem* Homerum *arbitrati sunt.* Sed ne nimis calidum hoc sit vereor: alios provocandi causa tamen quid tentandum fuit. Iung.

Ὁμήρῳ μαρτυρεῖν] MSSti Ὁμήρῳ μάρτυρι· *insubide putant* Homero *teste qui permutationem non nomismate fieri antiquitus, sed ultro citroque datis mercibus existimabat.* Kuehn.

Ὁμήρῳ μαρτυρεῖν] MS. bene, ni fallor, Ὁμήρῳ μάρτυρι· τὴν ἀλλ' etc. et sic scribendum videtur, cohaerebuntque omnia rectius. Iung.

γίγνεσθαι τοπαλαιὸν ἡγουμένῳ] MS. τὸ παλ. οἰομένῳ. Seberus.

γίγνεσθαι τὸπαλαιὸν ἡγουμένῳ] MSSti omittunt τὸ ante παλαιόν. pro ἡγουμένῳ C. V. οἰομένῳ. Kuehn.

γίγνεσθαι τοπαλαιὸν ἡγουμένῳ] MS. γίγνεσθαι παλαιὸν οἰσομένῳ, sine το. et οἰσομένῳ etiam Seberus in suo habet pro vulgato ἡγουμένῳ. Sed scribendum aio οἰομένῳ, quod cum vulgato eiusdem sententiae. Iung.

ἀλλὰ ἀντιδώσει] C. V. ἀντιδόσει. C. A. ἀλλ' ἀντιδώσει. Kuehn.

ἀλλὰ ἀντιδώσει] MS. ἀλλ' ἀντιδόσει τ. et sic emendare debes. Iung.

ἀντιδώσει τινῶν.] Kuehnius ἀντιδόσει recte in Codicis sui margine emendarat. De hac autem rerum apud antiquos permutatione elegans est, quem ponam, Pausaniae locus in Lacon. cap. 12. ubi de Boonetis narrat, eamque fuisse olim Polydori regis domum memoriae mandat: ἀποθανόντος δὲ παρὰ τοῦ Πολυδώρου τῆς γυναικὸς ἐπρίαντο ἀντιδόντες βοῦς· ἀργυρίου γὰρ οὐκ ἦν πω τότε οὐδὲ χρυσοῦ νόμισμα· κατὰ τρόπον δ' ἔτι τὸν ἀρχαῖον ἀντεδίδοσαν βοῦς, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἀργὸν τὸν ἄργυρον καὶ τὸν χρυσόν· et his subiicit tum, quod de Indica mercatura, quae rerum fiebat permutatione, memoriae est proditum, cuius et meminere Strabo, Agatharchides atque Scylax Caryandensis. Nos autem paulo post in Homeri tertio versu αὐτῇσι βόεσσι cum MSS. restituendum censuimus, ad quem Homeri locum de ista solita olim nummis necdum cusis rerum permutatione Eustathius attingit: et ipsius Homerici loci meminit etiam Aristides tm. 3. pag. 242. ac Iustinianus Institut. lib. III. tit. 24. quem videas omnino. Tum vero in iis quae Homeri versiculis subiicit Pollux, ἀντιθεὶς vitiose fuit vulgo, ibidemque nutantem sensum suatinqui inserta cum Kuehnio ex MSS. voce δηλῶν, et φανερῶς in φανερὸς mutato.

ὅταν] MS. more solito ὅτ' ἂν duabus vocibus. Iung.

ἔνθεν ἄρ' οἶν, etc.] Iliad. η, 472. Seb.

καρηκομόωντες] MS. καρικομόωντες. Iung.

ἄλλοι μὲν ῥινοῖς, etc.] MS. ἄλλοι δὲ ῥ. Seb.

ἄλλοι μὲν ῥινοῖς, etc.] MS.

ἄλλο δὲ ῥίνοις, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσι.

Quod bene notabis, et repones hoc *αὐτῇσι* pro vulgato *αὐτοῖσι*' habet *αὐτῇσι* et editio *Homerica* quae olim *Basileae* prodiit cum *Eustathii* Commentario, qui non aliter adgnoscit, dicens ibi, *διὸ ἐπὶ τῶν ζώντων βοῶν φησι τὸ, ἄλλοι δ' αὐταῖς βουσίν.* Et: *Ἰώνων δὲ τὸ αὐταῖς βόεσσιν· Ἰώνων γὰρ ἴδιον τὰς βόας λέγειν, καὶ τὰς ἵππους, καὶ τὰ τοιαῦτα·* quod etiam adnotasse video elegantiss. nostrum *Heinsium*, cuius Notas ad lib. XV. Silii, istis Poëtae, *cui dextera clara domusque Ter deno bove*, mihi omnino adi, si vis elegantissima haurire de his *αὐτῇσι βόεσσι* et ad boves facta aestimatione, qui non iniuria adnotat, *οὐκ οὖν ἐπαινῶν*, in *Pollucis* libris *αὐνῆσι βόεσσι* legi quoque: sed *αὐτῇσι βόεσσι*, ipsam nimirum veram veterem lectionem, noster MS. reservavit: et ipse *Pollux* statim subiicit non *τοὺς*, sed *τὰς γὰρ βοῦς* etc. *ἄλλοι δὲ* etc. vero eo versu etiam habent Codices *Homeri*. IUNG.

74.

τὰς γὰρ β. π. τοὺς ῥινοὺς ἐντιθεὶς] MSS. *τὰς ῥινούς*. C. A. *ἀντιθεὶς*. C. V. *ἀντιτιθεὶς*. KUEHN.

τὰς γὰρ β. π. τοὺς ῥινοὺς ἐντιθεὶς] MS. noster *τὰς γὰρ βοῦς πρὸς τὰς ῥινοὺς ἀντιθεὶς, φανερῶς ἐστι τὸ ζῶον, ἀλλ' οὐ τὸ νόμισμα δηλῶν· καὶ μὴν* etc. quae ocius restitue: vulgo enim et mutila et mendosa sunt ea. invenitur sane et *ῥινοὶ* in masculino, sed hic sequamur MS. lectionem, quo genere *καὶ πολλοὶ κἀγαθοὶ* extulerunt, et ad illum ipsum locum *Homeri Eustathius*, *ἐκ τοῦ ῥέειν δὲ ἡ ῥινὸς, καθὰ καὶ ἡ ῥίν.* Vulgata *Pollucis* adduxit et *Hostus* libr. III. Rei Numm. cap. 5. n. 11. IUNG.

νόμισμα] MSS. subdunt *δηλῶν*· sic paulo ante legendum erit: *φανερός ἐστι τὸ ζῶον οὐ τὸ ν. δηλῶν· aperte animal non nummos designat.* sed illud *δηλῶν* est marginis in C. A. usque ad *νόμισμα* mox. KUEHN.

Πελοποννήσιον] MSS. *Πελοποννησίων*. KUEHN.

Πελοποννήσιον] MS. *Πελοποννησσίων*· et legamus sane *Πελοποννησίων*, *Peloponnensium*. IUNG.

Πελοποννήσιον] *Kuehnius* ex MSS. *Πελοποννησίων*, quod probo. Et huiusmodi vero nummi Peloponnesiaci testudine insculpti plures extant in variis eruditissimorum hominum cimeliarchiis, exhibemusque tibi, lector erudite, ectypum *χελώνης* ex arca nummaria Nobilissimi *I. de Wilde*, quem et inter cetera elegantiora numismata luci dudum est, quod donavit. de *χελώνῃ* vero alicubi, nisi me fallat mea memoria, mentionem facit *Dion Chrysostomus*.

ἥξιουν καλεῖν] Ordine verso MS. *καλεῖν ἥξιουν.* Iung.

ὅθεν καὶ παροιμία] C. V. *ὅθεν καὶ ἡ μὲν παροιμία.* Kuehn.

ὅθεν καὶ παροιμία] MS. *ὅθεν ἡ μὲν παρ.* De adagio vid. *Erasmum* proverbio *Virtutem et sapientiam vincunt testudines*; qui ita interpretatur versiculum:

et virtus testudinibus, et sapientia cedit.

Avus meus *Ioach. Camerarius* libr. de Numism. ita: *Doctrina et virtus iacet a testudine victa.* cuius et reliquam admonitiunculam lubet addere: *Nunc*, ait, *similiter quidem vel turpius sane, et cum maiore saeculi ignominia, superatur utraque a bestiis tamen praestantioribus, aquilis, leonibus, ursis, gryphibus, quibus insignitur his temporibus moneta.* Meminit et *Hostus* libr. III. Rei Numm. cap. 8. tm. 2. ubi de hoc numo. *Hesychius*, ut noster scribit: *Χελώνη καὶ νόμισμα Πελοποννησιακόν.* Iung.

τὰν ἀρετὰν, etc.] C. A. *τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν σοφίαν νικᾶν τὴν χελώνα·* ita textus: margo vero vulgatam exhibet lectionem, nisi quod *χελώνα* habet, quod et affert C. V. Kuehn.

ἐν δὲ τοῖς Εὐπόλιδος] In margine C. A. haec sunt superscripta usque ad *καλλιχέλωνον·* de re ipsa vid. *Hesych.* in *καλλιχέλωνος.* C. V. *καλλιγχέλωνον.* Kuehn.

Εἵλωσιν] *Athenaeus* lib. IV. fol. 138. pr. ed. *Εἵλωσιν.* Seberus.

Εἵλωσιν] *Εἴλωσιν* spiritu leni MS. ut et apud *Hesych.* est *Εἴλωτες.* Sed altera scriptura vulgatior. *Eilotas Eupolidis* et *Athenaeus* laudat, ut IV. *Athen.* 6. adnotavit *Casaubonus* noster. et bene itaque in Laconica quasi comoedia, ad quorum Helotas respexisse credo *Comicum* hoc titulo, Peloponnesiaci numismatis mentio. *Erasmus* tamen dicto iam Adagio *Captivos* interpretatur non recte. infra X, 98. idem drama plane corruptum ex MS. restituemus. Iungerm.

καλλιχέλωνον] *Hostus* lib. III. cap. 8. tm. 2. mox MS. *ὡς Ὑπερείδης φησὶν, τῷ π.* et videtur illud *φησὶν* supplendum. Iung.

μέντοι] Abest a C. A. Kuehn.

Ὑπερίδης] Post *Ὑπερίδης* margo C. A. subdit *φησὶ*, quod et *Salmasius* facit. Kuehn.

τῶν ἐν Βραυρῶνι ἱερ.] C. V. *τῷ παιδιώπησεν Βραύρω ἱερείας*, unde facile feceris *τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραυρῶνι ἱερείας.* Kuehn.

τῶν ἐν Βραύρωνι ἱερ.] MS. *πηθεν Βραύρων* pro *τῆς ἐν Βραύρωνι*, corrupte credo. Iung.

τῶν ἐν Βραύρωνι ἱερείας] De *Braurone* haud ignobili Atticae regionis pago ad lib. VIII, 107. ubi vocem illam habebamus corruptam, collegit abunde Doctiss. noster *Iungermannus*, iussitque ibi hic reponi accentu mutato *Βραυρῶνι*, qua in re viro praestantissimo morem gerendum duximus: atque ita est apud *Stephanum* in illa voce, parilique modo *Μαραθῶνι*, *Βαβυλῶνι*, aliaque similia. Sed tamen et hic nobis quaedam veniunt notanda, quae non *Iungermanni* nostri tantum, sed et eximiam *Ioh. Meursii* diligentiam effugerunt penitus, et indicabo, quae vir eruditissimus ignorare semet fuit fassus, cui nimirum tribui adscribenda fuerit Attica *Brauron*. *Plinius* itaque inter Atticae regiones oppida *Brauronem* recenset libr. IV. cap. 7. H. N. *Potamos, Brauron, Ion, quondam oppida*: meminitque *Strabo* lib. VIII. Cultam fuisse eximie *Dianam* a *Brauronis* incolis constat testimoniis antiquorum frequentibus: hinc et ἡ *Βραυρωνία*, et *τῆς Βραυρωνίας* sacerrimum *Brauroni* templum, cuius dicto loco mentionem fecit *Strabo*. de loco ipsoque religiosissimo *Dianae* cultu apprime concinna *Diphili* verba apud *Athenaeum* in fabula *Ἑλενηφοροῦσιν*, ubi virginem venatricem hoc adloquitur modo:

ὦ τόνδ' ἐποπτεύουσα καὶ κεκτημένη
Βραυρῶνος ἱεροῦ θεοφιλέστατον τόπον
Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε,
ὡς οἱ τραγῳδοὶ φασὶν, οἷς ἐξουσία
ἐστὶ λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις.

Pictoribus nimirum *atque Poëtis quidlibet audendi semper fuit aequa potestas*, ut initio *Artis Poëticae Horatius*; quae cum pangeret, ob oculos sibi, credo, posita habuit illa *Diphili* de *Tragoedis* verba. Huius autem *Brauroniae Dianae* simulachrum eo venerabantur magis, quo fuit antiquius ac vetustius habitum, siquidem putarent *Iphigeniam* Tauris in Graeciam reducem, cum huc appelleret, apud se eam, quam ex Taurica regione advexerat, imaginem *Dianae* reliquisse, ut testis est *Pausanias Attic.* cap. 23. et 33. qui tamen ipse diversa sentit. Sed agamus quod constitutum fuerat, atque *Brauronem* ad tribum pertinuisse *Aegeïda* probemus. locus est in *Aristophanis Scholiasta* ad Aves, qui rite expiatis mendorum prodigiis pristinoque suo restitutus nitori viam nobis ad huius rei notitiam praeibit: *οἱ δὲ Μυρρινούσιοι*

Κολιαΐδα ἐπονομάζουσι *Ἄρτεμιν*, ὥσπερ *Πειραιεῖς* ἐπὶ τὴν *Μουνυχίαν*, *Φιλιάται* δὲ τὴν *Βαυρωνίαν*· in his Commentatoris antiqui verbis ἐπὶ delendum est; et tum *Βραυρωνίαν* pro *Βαυρωνίαν* debere legi *Meursius* etiam monuit, apud quem et similis corruptelae alios quoque locos habebis emendatos. sed illi *Φιλιάται*, quos intactos vir eruditissimus praeterit, quinam sunt, quibusve terrae oris morantur? in Attica certe hos, ubi reperiri eos decebat, quaeras frustra. sed, me monitore, restituas *Φιλαΐδαι*, quod vocabuli diversimode aliquando in scriptis veteribus esse depravatum non ignorabit lector eruditus. Hi vero *Philaidae* populus fuit *Aegeïdis* tribus, dictus ita ab Heroë *Philaeo Aiacis* ex *Lysida* filio, qui *Brauronem* incoluit. fidem facit *Plutarchus Solone*, ubi de *Philaeo* et *Eurysace*: καὶ κατῴκησαν, inquit, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ· καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαίου τῶν Φιλαϊδῶν ἔχουσιν, ὅθεν ἦν Πεισίστρατος. cetera, quibus ad nostra confirmanda nobis est opus, in manus suppeditabit *Stephanus*, cuius apposuisse locum operae fuerit pretium. Φιλαΐδαι (Φιλαΐς) δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Φιλαίου τοῦ Αἴαντος υἱοῦ καὶ Λυσίδης τῆς Κορωνοῦ τοῦ Λαπίθου· ὁ δημότης, Φιλαΐδης· τὸ τοπικὸν, ἐκ Φιλαϊδῶν, εἰς Φιλαϊδῶν, ἐν Φιλαϊδῶν. Habemus hic *Philaïdas* ex *Aegeïde* tribu, eosdemque *Brauronis* incolas, unde, puto, clarissime patet, et *Brauronem Aegeïdi* tribui esse adscribendam, et verissimam esse quam fecimus in *Aristophanis Scholiasta* emendationem. Porro *Brauroniae Dianae* fieri solebat capra, et *Βραυρωνίαν ἑορτὴν* dici sacrum venatrici Deae festum auctor est *Hesychius*. sed vero ne mihi cum hoc festo alia diversa *Brauronia*, quae singulo quinquennio *Braurone* in *Bacchi* celebrabantur honorem, confundas temere, quod a diligentissimo *Meursio* factum animadverto in Graecia Feriata, eumque male secutus est *Ionstonus*, et ad superiorem *Pollucis* librum *Kuehnius* noster. stant pro nobis, quos ipse adduxit auctores, *Suidas*, *Herodotus*, *Aristophanis Scholiastes*, et *Scholium* vetustum ad *Demosthenicam in Cononem*: Βραῦρον (sed scribendum Βραυρὼν) τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον· et quidem, nisi faller, diversissima fuere *Dianae* atque *Bacchi* sacra, ut pro iisdem haberi nec possint neque debeant. *Meursius* tamen melius ista ipsa ceperat exposueratque libello commentario de Populis Atticis, ubi ista quinquennalia festa *Baccho*, non *Brauroniae Dianae* adscribit. Huius autem *Dianae* fuisse, τὴν ἐν Βραυρῶνι ἱέρειαν haud est

quod dubitemus. Haec talia ad superiorem librum commentari fuerat animus, nisi brevissimis temporis spatiis exclusus fuissem; quae hic tandem loco non incommodo inserta haud aegre feret, spero, benivolus lector.

τῶν ἀναθημάτων] Laminam auream, quae ex corona *Dianae Brauroniae* deciderat, sustulerat puer ille, uti refert *Aelianus* V. H. cap. 16. libr. V. Kuehn.

ἐπὶ πυρὰν συνέσεως] MSS. *ἐπὶ πεῖραι συνέσεως κόρην τετράδραχμον*. notis in *Aelianum* monui legendum, *ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως, ad explorandum intellectum*, *κόρην* (quatuor scilicet drachmas) illi propositam ait. *Laërtius* in vita *Cratetis* *ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας*, *ad probandum concedens dies triginta*. de optione puero proposita vid. *Aelian*. l. c. Kuehn.

ἐπὶ πυρὰν] Ineptissimam lectionem alia meliori commutavimus ex MSS. monente ad Codicis sui oram *Kuehnio*: *ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως, ad explorandam conscientiam, ad tentandum eius animum*, quomodo apud *Herodianum*, *πεῖραν λαμβάνειν τῆς τινὸς γνώμης*· et eleganter, quamvis diversa in re, *Antiphanes* in *Adulteris*, *Τὴν πεῖραν ἐν τῇ ῥινὶ τῆς ὀδμῆς λαβών*. In sequentibus quid opus tricas quaerere? duplicia puerilis animi explorandi causa fuisse proposita neque nos dubitamus: sed alterum illud praeter *κόρην* quid investigamus frustra, cum *Pollux* hanc solam, quae ad rhombum suum faciebat, ponere voluerit? alias puerilia fuisse ludicra atque crepundia ex *Aeliano* constat. protulit autem, puto, *Onomasticographus* noster istum *Hyperidis* locum: *Κἀπειδὴ τὸ τετράδρ*. etc. quo *κόρην* atque *τετράδραχμον* evinceret eundem esse nummum. neque itaque tolli probavero *εἴποις δ' ἄν*, quae certe in *Iungermanni* MS. vitio sunt omissa. Sed subit mirari, quid fuerit causae, cur haec tetradrachma *κόραι* fuerint dicta: nil mihi se citius in manus dat, quam quod imaginem gestarint *Minervae*, quod et *Pollux* noster mox indicat. *Palladem* tamen ab antiquis *κόρην* fuisse dictam, nescio quo probi scriptoris testimonio possit constare. de *Proserpina* res est notissima, ut eius insigniti figura nummi Siculi maiori iure ac ratione *κόραι* appellari potuerint: sed id quoque *Minervae* fuisse nominis necdum a me fuit observatum: quin ne quidem *ἐπιθετικῶς* virginem hanc patrimam a Poëtis ita fuisse dictam memini. videant alii.

75.

εἴποις δ' ἄν] Deest *εἴποις δ' ἄν*· et *κόρην τετράδραχμον* habet MS. Iung.

κάπειδὴ] Sunt adhuc verba *Hyperidis*; *et postquam tetradrachmum elegit visum esse* (iudicibus *Areopagitis* sine dubio) *διακρίνειν*, (ita C. A.) *quod iam posset inter lucrum et crepundia discernere*, quo nomine puerum sacrilegii damnarunt. Eadem afferunt Notae *Salmasii*. Kuehn.

Κἀπειδὴ] Scribe *κἀπειδὴ* minuscula litera prima. Iung.

τετράδραχμον] De Attico *τετραδράχμῳ* constat, quod fuerit *εἰκῇ κεκομμένον καὶ σολοίκως*, pondere tamen et bonitate materiae eleganter cusos nummos longe post se reliquerit. vid. dictum *Zenonis* apud *Laërtium* in Vita eius. Kuehn.

διακρινεῖν] MS. *διακίνειν*, mendose, pro *διακρινεῖν*· scribo *διακρίνειν*. Tu nunc totum locum mecum ita lege et distingue: *τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραύρωνι ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τὶ λαβόντι, παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως κόρην τετράδραχμον· κἀπειδὴ τὸ τετράδραχμον εἵλετο, δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι.* Scilicet narrat historiam ex *Hyperide* de puello antistitae in *Braurone*, (de quo loco Athenis supra VIII, 107.) quem rapuisse quid e donariis; an vero malitia hoc fecisset, an sine dolo, sed puerili simplicitate potius, hoc, inquam, explorare volentes, obiecisse illi *κόρην τετράδραχμον*, quo periculum de ipsius intellectu et calliditate facerent. postquam vero ille manus contulit ad tetradrachmum, visum fuisse illum iam scire, quid lucrum esset, nec peccasse ex imprudentia. Huius antistitae patris casus aliquis narratur et apud *Demosthenem* in ea contra *Cononem*: *τόν γ' οὖν τῆς Βραυρωνόθεν ἱερείας πατέρα, ὁμολογουμένως οὐχ ἁψάμενον τοῦ τελευτήσαντος, ὅτι τῷ πατάξαντι τύπτειν παρεκελεύσατο, ἐξέβαλεν αὐτὴν ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου δικαίως.* dubito tamen adhuc de istis superioribus, et duplicia videntur enim illi proposita fuisse, eius animi explorandi; quid itaque si forte scripsit, *κόρην καὶ τετράδραχμον*· et *κόρην* minus scilicet valuisse quam *τετράδραχμον*· quod quum arripuerit satis clarum adparuisse, eum scire discernere lucrum, et quod minus tale esset. Nescio tamen an non aliud dent: nam *κόρην τετράδραχμον* fuisse, probat id quod mox *παρθένον* eandem dictam ait: illa autem erat *στατήρ*, qui valebat *τετράδραχμον*, ut tibi patebit, si conferes imaginem *παρθένου* cum iis, quae *Hesychius* in *Παλλάδος πρόσωπον* et *στατὴρ* scribit. An ergo illi forte pupa ficta obiecta et *κόρη* quoque *τετράδραχμος*? Et incidit fabellae nobis saepius narratae a maioribus in pari exemplo, puello pomum et nummum argenteum propositum fuisse, qui cum ad pomum accurrisset

fuerit iudicio omnium liberatus. Sed viri docti haec discutient rectius scilicet. Iung.

ὡς Εὐριπ.] Sic et MS. sed mihi hic scrupi: qui non essent, si scripsisset, *ἣν Εὐριπ.* nimis enim audax, si *οὓς Εὐριπ. ὠνομ. παρθένους* corrigere vellem; quae tamen cum sequentibus convenirent. Iung.

ὡς Εὐριπίδης] *Kuehnius* ad Codicis sui oram mox *παρθένος* emendaverat: ego tuto, cum et MSS. eam confirment, retineri posse existumo lectionem editam hoc sensu: *Fuerit autem forsitan κόρη, sicuti*, vel, *quomodo* Euripides *vocavit virginem* (nummum) *in* Scirone. non haec scilicet statuunt eandem fuisse *κόρην* et *virginem* seu *παρθένον*, sed indicant tantum simili modo *κόρην* potuisse dici, quo *παρθένος* ab *Euripide*.

ὠνόμασε παρθένον] Post *ὠνόμασε* distinguerem, ut esset, *Τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε, παρθένον ἐν Σκίρωνι λέγων*. Kuehn.

Σκίρωνι] MS. *Σκήρωνι*· sed vulgata vera est: et de isto *Scirone Satyrico Euripidis* vid. magnum *Casaubonum* lib. I. de Satyr. Poësi cap. 5. Iung.

ἑταιρίδων] MS. *περὶ τῶν ἑταιρῶν οὐσῶν ἐν Κορίνθῳ. Καὶ πῶλος δὲ* segm. seq. omissis quae sunt in medio; quomodo eiusdem huius *Euripideae χρείας* etiam in elegantissimo *Pollucis* Codice, quem servat regia bibliotheca, nec volam nec pedem apparere affirmat *Isaac. Casaubonus* libro primo de Satyr. Poësi pag. 190. itaque saepe observari in libris antiquis, ea omitti solita a librariis, quae propter mendas non intellexerint. Addit autem: videtur hoc voluisse, qui haec loquebatur: puellas Corinthias in urbe ipsarum Corintho facile parabiles esse parva pecunia. eiusmodi cudebatur Corinthi, qui *πῶλος* dicebatur, quod equi Pegasi formam impressam haberet. Easdem vero postquam Athenas venerint, delicatulas evadere, et amatores suos sumtibus exhaurire. Hoc venusta allegoria exprimit Poëta, facta allusione ad primam notionem vocis, *πῶλος* quae *pullum equinum* significat. In patria, inquit, conduci possunt mercede *πώλου* unius, Athenis vero non venient, nisi quatuor equis argenteis, hoc est, tantam argenti summam pactae, quae parandis quatuor equis sufficiat. adamant enim, ait, *παρθένους* (id genus nummi Athenis, facie Palladis signati) Atticas, quas attulerit *Minerva*; hypallage, pro, quae *Minervam* exhibent in figura spectandam. In primo versu scribi potest:

Καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλος εἷς ἀνενδεῶς. in sequentem opem desidero meliorum Codicum. Haec ibi *Casaubonus.* Seb.

ἑταιρίδων] C. A. *ἑταιρουσῶν.* C. V.: *περὶ τῶν ἑταιρουσῶν ἐν Κορίνθῳ· de meretricantibus Corinthi*: quae eadem et *Salm. Plato* lib. III. de Republ. *ψέγεις ἄρα καὶ Κορινθίαν κόρην φίλην εἶναι ἀνδράσι μέλλουσιν εὖ σώματος ἕξειν· vituperas sane Corinthiam puellam amicam esse viris, qui bonum corporis volunt alere habitum?* Kuehn.

ἑταιρίδων] Scribe ut in MS. nostro habetur: *λέγων περὶ τῶν ἑταιρουσῶν ἐν Κορίνθῳ· καὶ τὰς* etc. *De his quae se Corinthi prostituebant, de prostibulis Corinthiis.* Iung.

ἑταιρίδων] Etiamsi sensui fiat satis per hanc vocem, tamen maioris apud nos pretii fuit omnium MSS. lectio, quam textui dedimus. De Corinthiis meretriculis non raro *Comici*, meminique in variis apud *Athenaeum* fragminibus de iis legisse. est et apud *Nazianzeni* ad Stelit. I. *Scholiastem* eruditum. *Themistius* elegantissime Orat. 20. *πίνει τε ἄδδην καὶ εὐωχεῖται, κόρης αὐτῷ τινος Κορινθίας ἢ παιδὸς Ἰωνικοῦ διακονουμένων.* Corinthiae nimirum virgines erant delicatissimae: hinc *Κορινθιάζειν·* sed haec sunt alterius loci.

*καὶ τὰς μὲν ἄξει π. * ἀνενδεῶς.*] Margo C. A. hos versus, et quae sequuntur usque ad *Παλλάδος πῶλον* habet. Ita vero dicti Codicis margo hanc *χρείαν* exhibet:

καὶ τὰς μὲν ἄξει, πῶλον ἂν διδῷς
ἕνα, τὰς δὲ ξυνωρίδια; αἱ δὲ καὶ ἐπὶ τεττάρων
φοιτῶσιν ἵππων etc.
τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους ὅταν φέρῃ
πολλάς.

C. V. ita habet:

καὶ τὰς μὲν ἄξῃ πῶλον ἂν δίδως ἕνα
τὰς δὲ ξυνωρίδι, αἱ δὲ καὶ ἐπὶ τεττάρων etc.
τὰς ἐξ Ἀθηνῶν π. ὅτ' ἂν φέρῃ
πολλάς.

Quae lectio optima est, si, prout distinximus, accipiatur in hunc sensum:

et has quidem duxeris, pullum unum si des,
alias vero, si bigam: sunt et qui quatuor
emunt ob equos argenteos: adamant vero
illae Atticas virgines, si attuleris
multas.

Ubi per equos argenteos quatuor intelligerem nummos quatuor Corinthios ex argento cusos, quibus equi *Pegasi κόμμα* fuit. bigae sunt duo *πῶλοι ἀ.* ex his versibus simul patet,

quam pretiosae rapacesque Corinthiae meretrices fuerint: unde proverbium: *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς*. Kuehn.

*καὶ τὰς μὲν ἄξει π. * ἀνενδεῶς.*] Pervenimus iam ad elegantissimam *χρῆσιν*, quam licet mendosissimam illustravit, et versu primo etiam emendare conatus est maximus *Casaubonus* lib. I. de Satyr. cap. 5. cuius verba etiam *Seberus* noster attulit. reliqua optimus virorum ob mendas noluit temere adgredi: nos speramus ope MS. et *Salmasii* nostri omnia plana facturos, et suo pristino nitori restituturos. Quae enim in omnibus fere MSS. desunt, etiam in regio Codice, noster MS. ita habet omnia: *καὶ τὰς μὲν ἄξη πῶλον ἂν διδῷς ἕνα· τὰς δὲ ξυνωρίδα· αἱ δὲ καὶ ἐπὶ τεττάρων φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅτ' ἂν φέρῃ πολλάς.* Audi nunc *Salmasium* nostrum; eius enim verba tibi reddere volo omnia ex ipsius ad me responso: *Corruptissimi sequuntur versus optimi Poëtae* Euripidis, *quos tamen, sine iactatione id quod verum est dicam, feliciter me puto restituisse, vestigiis et scriptae et vulgatae scripturae diligenter expressis. Hoc enim modo legimus:*

καὶ τὰς μὲν ἄξῃ πῶλον ἂν διδῷς ἕνα,
τὰς δὲ ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεττάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ
τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅταν φέροις
πολλάς. —

An sic tibi videor satis religiose veteris scripturae vestigia expressisse? versum secundum qui mutilus erat, necessaria voce auximus, quam nec ipsam de nostro donavimus, sed e corrupta lectione vulgata elicuimus, quae habet αἱ δὲ κἄπειτα, et fecimus κἀπὶ· nunc restat ut versus ipsos exponamus, vel nostram potius emendationem, quae cum satis plana sit, non committam tamen ut aliquid possis desiderare. Ut res indicat, de meretricibus Corinthi loquitur, quarum omnium ut non erat eadem fortuna, sic pretium non idem: quaedam, inquit, copiam sui facient, si unum πῶλον dederis; aliae, si ξυνωρίδα dederis, hoc est, duos πώλους· non ignoras ξυνωρίδα et ζεῦγος pro bino numero Graecis Poëtis, ut Latinis bigam saepe usurpari. αἱ δὲ κἀπὶ τεττάρων φοιτῶσιν ἵππων· hoc est ἐπὶ τεττάρων ἵππων φοιτῶσιν· non aliter, quam si quatuor πώλους dederis, copiam sui facile facient. φοιτᾷν est verbum meretricum, cum illud faciunt, quod de ipsarum arte est: unde Poëtis dicuntur φοιτάδες, et ἐπιθετικῶς, φοιταλέαι. Sed est am-

biguitas, quasi vellit dicere, quatuor equis vehunt, cum omnino aliter sit accipiendum. ἵππους vocat πώλους· cum enim πῶλος sit νέος ἵππος, et πῶλος sit genus nummi, ἵππον Poëtice pro πῶλος, quod est nummus, posuit; dicit enim ἵππους ἀργυροῦς. Cephallenes equum suis nummis incharaxabantur, et poterat vocari ἵππος· nec aliter eum, ut puto, appellabant: ut Πήγασος dicebatur, cui Pegasi figura erat impressa, et πῶλος cui πῶλον, et similia. τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους ὅταν φέροι Παλλάς. ita omnino legendum videtur, etsi habeat vetus Codex πολλάς, ex quo supra coniiciebam ὅταν φέροις· sed hanc praeferimus priori. Haec ille, in cuius sententiam quis non utroque pede libens discedat, cum eam noster MS. firmet αὐτολοξεί· nisi quod ultima ista, quae noster *Salmasius* retractat, mihi cum ipsius venia placet legenda prorsus ut in MS. sunt, nempe,

τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅτ' ἂν φέρῃ (sive φέρῃς vel φέροις)
πολλάς. —

Si attuleris παρθένους Atticos nummos, modo plures; hi vero erant grati apud meretrices. Παλλὰς vero exortum credo ex eo quod mox subiicit de Ἀθηνᾶς προσώπῳ, et ex *Eubulo*. Iungerm.

καὶ τὰς μὲν ἄξει] Est vero, quod rei literariae, ipsis quoque nobis gratulemur de redditis pristino suo splendori elegantissimis summi *Tragici* versiculis, in istis emaculandis atque expoliendis usi sumus et praesidio atque ope MSS. et emendatrice *Salmasii* Doctissimi manu, olim vero, cum *Pollucem* pervolveremus, hos versiculos meminimus ex coniectura restituisse in eum ferme modum, quo in MSS. apparent, et alia quoque talia in *Polluce* sunt plurima, quae coniectantes nos feliciter emendasse aliquando ex MSS. iam tandem deprehendimus. sed nostri moris esse nolo, ista lectori erudito in os atque oculos ingerere, huiusve rei ab aliis etiamsi frequentatae, ostentatione, quae verborum semper habet plurimum, rei vero nihil, inanem laudis favorem captare. Ut autem, quid distent aera lupinis, dignoscere lector habeat, adponere placuit editam ante nos lectionem hanc:

καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλον* ἀνενδεῶς
* ἐννάτας δὲ, κᾆπειτα ἐπὶ τεττάρων
φοιτῶσιν ἵππον ἀργυρῶν· φ. δ.
τ. ἐξ Ἀ. παρθένους, ἃς ἂν φέροι
πολλάς. —

Nos expressimus plane in textu *Salmasii* scriptionem emendatam, nisi quod pro φέροις cum omnibus MSS. maluerim φέρῃ· lubet et adiicere, quo *Kuehnius* haec ordine atque modo digesserit, siquidem ab eo non in paucis recesserimus:

καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλον ἂν δίδως ἕνα·
τὰς δὲ ξυνωρίδια· αἱ δὲ καὶ ἐπὶ
τεττάρων φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρέων.
φιλοῦσι καὶ τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους
ὅταν φέροις πολλάς. —

Cui sapor est Criticus, videbit facile quid obstiterit, quo minus hanc eius lectionem prae illa *Salmasii* simus amplexi. hic autem observandum nihil esse in MSS. frequentius, quam literas, quae elidi deberent, integre poni: sciet, qui manu exaratorum Codicum habuerit usum, id evenit in hoc *Euripidis* loco, ubi ξυνωρίδα et καὶ ἐπὶ pro ξυνωρίδ' et κἀπὶ, quae et Attica sunt et ad versus modulum, MSS. habebant. Ἄγειν vero πορνὴν est proprie dictum et κυριολέκτοις, quod alibi forsitan ad *Pollucem* pluribus dicemus. itaque commode, καὶ τὰς μὲν ἄξῃ· quod autem ξυνωρίδα posuerit *Euripides* pro binis πώλοις, factum est erudite atque eleganter, siquidem iuncti duo equi ξυνωρὶς adpellentur, ἵπποι δύο συνεζευγμένοι, inquit *Suidas*. τὴν ξυνωρίδα τῶν ἀθανάτων ἵππων ζευξάμενος apud *Themistium* Orat. 20. quod itaque concinne ad binos nummos equorum nomine notos transfertur. alias συνωρὶς de numero binario usurpari solet. incertus auctor apud *Suidam*: τῶν βαλαντίων ἡ συνωρὶς τὸ μὲν εἶχεν ὀβολοὺς ἐκ χαλκοῦ, τὸ δὲ στατῆρας χρυσίου, τῶν Εὐμήλου ἵππων πολὺ μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότας. Mox vulgo fuit ἐγκεχάρακτο· melius MSS.

ἐγκεχάρακτο] MSS. ἐνεκεχάρακτο Ἀ. π. vid. *Hesych.* in Παλλάδος πρόσωπον· et ita forsan mox legendum Παλλάδος πρόσωπον. MSSti vero Παλλάδας· in quam vocem desinit marginale C. A. quod inceperat ab his καὶ τὰς μὲν etc. Kuehn.

ἐγκεχάρακτο] MS. ἐνεκεχάρακτο Ἀθηνᾶς πρ. dictus vero idem nummus et Παλλάδος πρόσωπον. Sic enim *Hesychius* ait: Παλλάδος πρόσωπον, στατήρ· ἐπὶ μὲν ἑνὸς μέρους Ἀθηνᾶς πρόσωπον, ἐπὶ δὲ θατέρου τὴν γλαῦκα· quae et *Hostus* adnotavit lib. III. Rei Numm. c. 8. tmem. 1. Iung.

76.

τοῦτ'] MS. τοῦτο. Iung.

Παλλάδος πῶλον.] Sic lepide dictum ab *Eubulo Comico*, quasi *Palladis pullum*, aiunt viri docti in suo Nomenclatore. Et quis non fallatur cum vulgatis libris? Noster MS. egre-

gie veram lectionem habet; *Παλλάδας· πῶλον δέ, τὸ νόμισμα* etc. egregie iterum dico: monetam illam, vel *παρθένους* illas, Atticam, *Eubulus* vocat *Παλλάδας*: Corinthiorum vero numisma *πῶλον* vocat: utrumque nimirum ab insculpta imagine: nullum vero *Παλλάδος πῶλον* quis nominavit, puto. In illis *κόραις* enim, sive *παρθένοις*, sive *Παλλάσιν*, erat *Pallas* virginali facie ex una parte, ex altera vero non *πῶλος*, sed *γλαῦξ*, ut ex *Hesychio* modo habuisti, et apud eundem: *Γλαῦκες λαυριωτικαί*, *Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· οἱ ἀργυροστατῆρες·* (an *ἀργυροῖ στατ.*) *ἐν Λαυρίῳ γὰρ τὰ μέταλλα τὰ ἀργυραῖα*: (scribe *ἀργυρεῖα*) *γλαῦξ δὲ τὸ ἐπιχάραγμα τοῦ στατῆρος·* et idem antea: *γλαῦξ, νόμισμα Ἀθήνησι τετράδραχμον.* Sic supra in diobolo ex una parte *Iovis* facies, ex altera quoque noctua erat. Ipsas autem *κόρας*, id est, *puellas* seu *virgines*, Graeci *Pallades* etiam vocabant, ut clarum facit *Strabonis* locus libr. XVII. Geogr. *τῷ δὲ Διῒ εὐειδεστάτη, καὶ γένους λαμπροτάτου παρθένος ἱερᾶται, ἃς καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες Παλλάδας* etc. Hanc lectionem bene enim vindicat magnus *Casaubonus* Comm. ad *Strabon.* lib. XVII. contra *Xylandrum πάλλακας* emendantem, profertque et *Eustathii* locum hunc: *ἡ δὲ ἱστορία εἰς αὐτὸν ἄγει τῇ νεανίδι τὴν παλλάδα, οὕτω παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὰς μείρακας ὀνομάζεσθαι λέγουσα.* Locus est in *παρεκβολαῖς* ad *Ἰλ. α.* ubi addit pari modo ab iisdem veteribus *πάλλαντας* dictos *τοὺς νέους*, idque apud *Philistidem* in *συγγενικοῖς* extare. IUNG.

Παλλάδος] Restituimus, favente *Iungermanno*, MSS. lectionem; inepta est edita. ac veritatis absona. possit tamen et *πῶλος δὲ* non male legi, ut ista de *πώλῳ* ad *Eubulum* non pertineant amplius, sed haec tantum, quae de *Palladibus.* *Eubuli Anchisen* fabulam et supra VI, 11. *Noster* nominavit, habebamus et hoc capite eiusdem tituli conscriptam ab *Anaxandride* Comoediam. Corinthiorum vero nummos *Pegasum* habuisse impressum ex superstitibus, qui in eruditae antiquitatis archivis adservantur, conspici potest: binos addidi, quorum primus sine ulla *ἐπιγραφῇ* *Pegasum* ab hac parte, ab altera vero *Minervae* caput habet. *Minervam* autem a Corinthiis eximie cultam cum aliunde scimus, tum ex *Pausaniae Corinthiacis*, quorum praecipue caput quartum hunc nobis nummum illustrabit eleganter, ubi *Palladem* refert *Bellerophonti*, tum in aliis rebus casibusque, cum prae ceteris in domando *Pegaso* fraenandoque tulisse suppetias, unde et ipsi nomen sit *Χαλινῖτις*. Alter vero in *Hadriani* cusus honorem exhibet *Bellerophontem*, qui *Pegaso*

adstet, eumque freno teneat. Et *Snellius* quoque possedisse se refert tria didrachma eiusdem simillimi ponderis et signaturae, quae hac area *Mercurii* caput ostenderent cum caduceo, adversa vero alatum *Pegasum*. non eum profecto opinionis falsum putem, ut *Mercurii* caput putarit, quod *Palladis* erat, quippe qui et adiecti caducei faciat mentionem: vide eum pag. 54. ubi et hunc *Polluois* nostri adducit locum, quo ipso Illustriss. quoque *Spanhemius* utitur de Praest. et Usu Numism. pag. 238. ibique plura tibi legenda de *Pegasis*, qui non tantum in Corinthiacis, sed et in aliarum gentium nummis conspici solent: et illius ipsius, quem nos secundo loco posuimus, nummi facit mentionem, cui haec sit Inscriptio: COL. L. IULIA COR. seu *Colonia Laus Iulia Corinthus*, vel *Corinthi* potius. Sed ad alia porro pergamus.

πῶλον. καὶ πῶλος etc.] MSSti *πῶλον δὲ τὸ νόμισμα*. C. A. *νόμισμα Κορίνθιον*. Kuehn.

Πήγασον] *Pegasum Corinthii* nummi praeferebant, quod ille *Bellerophontis* Corinthii reguli caballus fuerat, et ab eo *Hippocrenem* fontem habuerint. alias *ἱππόπορις* apud *Hesychium* est nomen tetradrachmi, sine dubio equo signati. Kuehn.

τὴν μὲν Αἰγιν.] C. V. *μὲν* omittit: C. A. vero *τὴν*, legitque ita: *ἀλλὰ μὴν Αἰγιναίων δραχμὴ μείζων τῆς Ἀττικῆς οὖσαν·* addit margo tum, *δέκα γὰρ ὀβολοὺς ἴσχυεν·* at C. V. in textu habet *οὖσαν*. Kuehn.

τὴν μὲν Αἰγιν.] MS. *μὴν τὴν Αἰγ.* omisso *μέν*. de drachma Aeginaea *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. I. n. 33. etc. idem et libr. I. cap. 7. n. 46. de *παχείας* nomine: discriminis causa propter *λεπτὴν* impositum fuisse, de quo et Avus meus lib. de Numism. Iung.

τὴν μὲν Αἰγιναίαν δρ.] De hoc numismatis Aeginaei praestantia atque valore prae nummis Atticis res est protrita: nos superius ex *Xenophonte τριώβολον Αἰγιναῖον* adduxisse meminimus, monuimusque ibidem habere se nummos Atticos ad Aeginenses ut senarium numerum ad denarium. et oboli vero Aeginaei mentionem facit *Lucianus* de Luctu: *Ἀττικὸς ἢ Μακεδονικὸς ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός·* eleganter itaque *Diphilus* in *Πολυπράγμονι* de piscariorum nequitia:

— *πόσου*
ὁ λάβραξ; δέκ' ὀβολῶν· οὐχὶ προσθεὶς σοι ταχαπῶν·
ἔπειτά γ' ἂν τἀργύριον αὐτῷ καταβάλῃς,
ἔπραξατ' Αἰγιναῖον.

Sed illam Aeginaeam drachmam Attici dixere *παχεῖαν·* nimi-

rum, docente *Scaligero*, παχὺ dici solebat, in quo plus esset iusto, unde παχεῖα δραχμὴ, inquit, *quaecunque excederet Atticam drachmam*; sed Grammatici de Aegirietica tantum ab Atticis id dici observant, non quoque de alia: et *Hesychii* locus, qui haud dubie ita statuere Illustr. *Scaligerum* suasit, fuerit forsitan corruptus, Παχείη δραχμῆ, τὸ δίδραχμον. Ἀχαιοί. pro quo Ἀττικοὶ *Gronovius* mavelit; attamen, puto, recte se habet, et indicat Achivos didrachmum appellasse παχεῖαν δραχμὴν, de quo an aliunde constet dicere non habeo: apud Atticos certe παχεῖα δραχμὴ de didrachmo haud unquam fuit in usu. Sed tamen in aliis Graeciae populis λεπταὶ solebant dici Atticae drachmae, παχεῖαι vero, quaecunque aliae Atticas pretio vincebant. elegans est *Hesychii* locus, quem tentabo an integriorem tibi possim exhibere: Λεπτάς, καὶ παχείας, λεῦκος ἐν νόμοις, τὰς δραχμάς· λεπτὰς μὲν τὰς ἑξωβόλους, παχείας δὲ τὰς πλέον χοῦσας· haec in *Hesychio* verba male expositioni vocis λεπταλέον cohaerent, a qua separanda. tum quis ille λεῦκος ἐν νόμοις? insolentia rei calidius quid me audere iussit; scribe Ζαλεῦκος, ac de notissimo *Locrensium* legislatore intellige, quem *Hesychius* ait in suis legibus utraque voce ista notione usum. tandem quis pro χοῦσας legendum non videat ἐχούσας? atque ita insigniter Grammatici locum a mendis foedissimis vindicavimus. [Omnem emendati *Hesychii* gloriam cedo Viris Eruditissimis, quos adduxit Doctiss. *Fabricius* Bibl. Gr. p. 518. *Ex Addendis.*] Haec autem *Pollucis* nostri verba hiant, nec *Iungermanni* argutam distinctionem nihili habeam. vide *Sperlingium* de N. non C. ubi de drachma Aeginaea ex hoc *Pollucis* loco meminit.

τῆς Ἀττικῆς. etc.] MS. Ἀττικῆς οὖσαν· δέκα γ. ὀ. Ἀ. ἴσχυεν, ἣν Ἀθην. sine οἱ· sed quaeso te ubi absolvitur sententia? nam nullum verbum eam claudit. ni itaque aliquid deest, sic forte locum restituere possumus: ἀλλὰ μὴν τὴν μὲν Αἰγ. δρ. μ. τῆς Ἀττικῆς οὖσαν (δέκα γὰρ ὀβολοὺς Ἀττικοὺς ἴσχυεν) οἱ Ἀθηναῖοι π. δρ. ἐκάλουν, etc. Iung.

παχεῖαν] Vide *Marsil. Cagnat.* Observ. IV. 6. Seb.

καλεῖν] ὀνομάσαι μ. Seb.

καλεῖν] Pro καλεῖν C. V. ὀνομάσαι. Kuehn.

καλεῖν] MS. noster pro καλεῖν habet ὀνομάσαι, ut et *Seberi* MS. Iung.

χρυσίον, ὅτι etc.] *Hostus* lib. V. Rei Numm. c. 4. in altera proportione argenti ad aurum. vid. et Avum meum de

Numism. ubi ait *Platonem* in *Hipparcho* manifeste dicere fuisse duodecuplex aurum in argenti comparatione. Iung.

δεκαπλάσιον] *Salm.* ex V. C. legit *δεκαστάσιον*· sed vulgatum satis bonum existimo. Kuehn.

δεκαπλάσιον] Utitur hoc *Pollucis* nostri loco *Alexander Sardus* de Numm. pag. 12. *Aurum decuplo praestantius argento docet* Pollux *ex auctoritate* Menandri, *qui quod talentum auri appellaverat, mox dixerit decatalentum: et docet* Livius, *qui refert Senatum de mille talentis, quae* M. Fulvius Nobilior *Aetolis iusserat dare populo Romano, nihil mutasse, nisi, si pro argento aurum dare mallent, pro argenteis decem darent aureum unum.* Illud nimirum *δεκατάλαντον* de argento capiendum est, quod auri talento simili respondebat valore. monuimus in superioribus non semel, et ex hisce *Pollucis* nostri *Scaliger* quoque de Re nummaria pag. 13. ubi et adductum a *Sardo* in hanc rem *Livii* locum habet, quem cum his componit *Polybii* verbis: *Διδόντες τῶν δέκα μνῶν ἀργυρίου χρυσίου μνᾶν.* Non hoc autem aequali pretio aurum constitisse semper, res est eruditis hominibus nota. et fuit enim cum novem argenti partes, fuit cum undecim, duodecim, quin etiam tredecim, auri unicae aequum haberent valorem; adeo ut a principum regumque arbitrio haec res pendeat, qui vilius iam, iam carius auro pretium constituunt, prout suaserit publicae rei utilitas, ipsaque auri maior aliquando, nunc minor vis. id tamen est res certa, ut plurimum habuisse rationem decuplam ad argenti pretium collatum aurum: reperies quiddam huius rei in *Aristotelis* Oeconom. II. et alia varia, quae in hanc rem possent colligi, praetereo lubens: sunt et eruditi homines, qui non tralaticiam huic rei operam posuere.

μάθη] MS. *μάθοι.* Seb.

μάθη] C. V. *μάθοι*, quae sequuntur in margine extant C. A, usque ad *καταφαγών*, *Menandri* versus in ordinem redigerem ita:

ὁλκὴν τάλαντον etc.

Ita C. V.

ἕστη κατηγορῶν (ita MSS. unde leg. *ἕστηκα τοιγαροῦν*)
μακάριος ἐστιν
ἐκεῖνος δέκα τάλαντα καταφαγών.

Pondus, quod auri talentum conficit, tibi o puer, appendi, inquit herus, cui servus respondit: *ergo beatus est, qui decem talenta comedit.* Kuehn.

μάθη] MS. noster et *Seberi μάθοι* rectius. Iung.

ὀλκὴν τ. etc.] Ex emend. *Casauboni* in *Athenaeum* XIII. 4. priores editiones ὀλβήν. Seb.

ὀλκὴν τ. etc.] MS. ὀλκὴν τάλαντον χρυσίου σοι παιδίον ἔστη κατηγορῶν. Ut editi sunt ita ex emendatione nostri *Casauboni* XIII. *Athen.* IV. (ubi et de Παρακαταθήκῃ, quam et *Herennius Philo* περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ. ubi quid θύρα et θυραία differant explicat, adducit) accepit *Seberus* noster. vides autem viri clarissimi emendationem ὀλκὴν, pro vulgato antea ὀλβὴν, prorsus confirmari ex MS. nostro. Sed alter versus, qui antea vulgo erat, ἧστη κατηρῶν· in MS. nostro aliter habet, nempe ἔστη κατηγορῶν· quod viri docti considerabunt, si forte verius. Iung.

ὀλκὴν ταλ. etc.] ἕστηκα τηρῶν in sequentibus, si rectum fuerit, tantundem erit ac ἐτήρησα eleganti Atticismo: sed aliter MSS. in quibus ἔστη κατηγορῶν, quae crucem mihi figunt, neque certi quid et appositi allaturum me spondeo: proferam tamen, si forsitan aliorum operam atque ingenium provocare sim aptus: haec itaque verba fuerint, me iudice, tutoris, amicive cuiusdam pueri delicatius, quam par erat, habiti: et quidem, puto, isti puero, quid quantumque pecuniae in res non necessarias prodegisset, enumerat, inter quae et hoc: Ὀλκὴν ταλάντου etc. et itaque servata MSS. lectione ita interpreter: *Talenti pondus aurei tibi, puelle, appendit, increpando admonens*, pater forsitan nimius puero voluptatum indultor, reliqua, quae non faciebant ad rem, omisit *Pollux*, talia forte, puerum rei suae magis esse debere attentum, capessendamque potius pro vitiis ac inutili voluptatum fumo virtutem, atque patris sui, seu quicunque haec verba fuerit proloquutus, prolixa liberalitate permoto redeundum ipsi esse ad meliorem frugem. tum ista Μακάριος ἐκεῖνος etc. servoli subsannantis sunt verba, qui puerilis fuerat nequitiae subminister, quales in antiquorum fabulis adhibitos esse frequentes *Terentii Plautique* docuerint Comoediae: κατηγορεῖν hic est opinione mea, *increpare, increpando admonere*, et alio quoque loco, cuius iam nunc non succurrit, si non eandem, similem certe verbi notionem observasse memini. elegans quidem illa atque concinna, cuique probandae conferant quiddam *Etymologi* verba: Κατηγορεῖν λέγεται κοινῶς τὸ κατά τινος ἀγορεύειν· illaque significatio cum esset propria, transferri tamen id verbi obtinuit ad forum, arctatis latae notionis limitibus. sed taceamus potius, aliorumque feliciorem atque elegantiorem expectemus operam. Mox vero pro δεκατάλαντον maluerim

cum MS. *Iungermanni* δέκα τάλαντα, quamvis nec editam scripturam improbem penitus.

77.

ἐπάγει μετὰ ταῦτα] MS. ἐπάγῃ μ. τ. π. τ' αὐτοῦ. Iung.

περὶ ἑαυτοῦ λέγων.] Non habet C. A. Kuehn.

δεκατάλαντον κατ.] MS. δέκα τάλαντα καταφαγών· τὸ etc. quo pacto restituendum locum *Comici* non dubito. Iungerm.

τὸ μέντοι τῶν ὀβ. ὄν.] C. V. τὸ μέντοι ὅτι τῶν ὀ. ὄ. etc. leg. τὸ μέντοι τῶν ὀβολῶν ὄνομα, ὅτι μὲν πάλαι etc. *quod nomen obolorum attinet, illud ex eo est, quod olim longioribus obolis utebantur in permutationibus* etc. lego enim βουπόροις ὀβελοῖς cum *Salmasio. Eustath.* in Iliad. p. 136. olim inquit ὀβολὸν et ὀβελὸν unius significationis fuisse; notasse enim coquorum obelum, postea discrimen ingens inter ea obortum nihilominus tantum obolum schema obeli ex parte servasse: οὐ· μὴν καὶ πάντῃ εἰς ὀξὺ λῆγον· οὕτω δὲ ἀδρὸν ἦν τῇ παχύτητι ἐκεῖνο τὸ ἔλασμα τοῦ ὀβολοῦ, ὥστε ὀβολοὶ ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν, καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμή, ὀβολῶν τοιούτων ἑξάς, ὅσων ἐπιδεδράχθαι δύναται χείρ. Kuehn.

οἱ μὲν πάλαι] MS. οἱ μὲν ὅτι π. Seb.

οἱ μὲν πάλαι] MS. οἱ μέντοι ὅτι πάλαι etc. plenius. et sane illud ὅτι non commode abiit, placetque legere cum *Seberi* MS. οἱ μὲν ὅτι π. Iung.

οἱ μὲν πάλαι etc.] Agnoscunt MSS. ὅτι, quod profecto perficiendo est sensui, sed non apto satis plerique ponunt loco. nos inseruimus, probante *Iungermanno*, ubi decebat. duplicem proponit Grammaticorum opinionem de origine ὀβολὸς, quorum hi quidem, quod veteres in commutandis rebus verubus sint usi, obolum existimabant dictum; illi vero, et nomine vocat *Aristotelem*, qui ipsi hac in re σμικρὸν καινοτομεῖν videatur, ἀπὸ τοῦ ὀφέλλειν, τουτέστι, τὸ αὔξειν appellatos statuebant. Mox fuit βουπόροις ὀβολοῖς vulgo, sed ὀβελοῖς cum *Kuehnio* malui: βουπόρους ὀβελοὺς dicebant qui transfigendo assandoque bovi sufficerent. *Hesych.* Βουπόρους ὀβελοὺς, μεγάλους ὀβελίσκους· et ex *Xenophonte* habet *Suidas* βουπόρον ὀβελίσκον· sed et verua quaecunque maiora, quorum praecipue in assanda bovina erat usus, isto nomine appellata existimo. *Hesychio* itaque μεγάλοι ὀβελίσκοι, adeo ut hoc sensu haud incommode cum MSS. retineas in *Polluce* nostro vocem βουπόροις, quam *irrepsisse ab alia manu* credidit *Sperlingius* de N. non C. pag. 150. an vere, arbitrium esto docti lectoris.

Obolis buporis] *Herod.* βουπόρους ὀβελοὺς σιδηρέους dicit lib. II. fol. 90. sed in alia causa. id est, *veru e ferro ad boves torrendos*, sive *transfigendos*. vid. Lexic. Ion. *Aemilii Porti*. Seb.

βουπόροις ὀβολοῖς] MS. noster, βουπόροις ὀβελοῖς, non ὀβολοῖς. et emenda ita. De verubus enim hic sermo, a quorum permutatione nomen nummo datum: *a verubus, quibus figuntur frusta bubula. Nam cum in permutationibus aliquis prehensos senos manu obtulisset alteri, ex eo δραχμὴν καὶ ὀβολοὺς postea in numismatum nominibus remansisse* etc. ut Avus meus lib. de Numism. Iung.

ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ etc.] MS. ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχὶ κλ. *Eustathius* Iliad. fol. 102. ὀβολὸν σιδήρου τι ἔλασμα ἔλεγον, σχῆμα μέν πως ἔχον ὀβελοῦ, οὐ μὴν καὶ εἰς πάντη ὀξὺ λῆγον· οὕτω δὲ ἁδρὸν ἦν τῇ παχύτητι ἐκεῖνο ἔλασμα τοῦ ὀβολοῦ, ὥστε ὀβολοὶ ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν· καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμή, ὀβολῶν τοιούτων ἑξάς, ὅσων ἐπιδεδράχθαι δύναται χείρ. Seb.

ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ etc.] C. A. ὑπὸ τῇ δραχμῇ. melius C. V. ὧν τῇ (leg. τὸ.) ὑπὸ τῇ δραχὶ πλῆθος, *quorum multitudo pugillo comprehensa videbatur dicta* δραχμή, quod firmant verba *Eustathii* laudata. eandem lectionem habet *Salmas.* Kuehn.

ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ etc.] MS. ὧν τῇ ὑπὸ τῇ δραχὶ πλῆθος ἐδ. Sed omnino restituendum, ut in *Seberi* MS. ὧν τὸ ὑπὸ τῇ δραχὶ πλῆθος etc. elegantissime. vulgato δραχμῇ nihil insulsius. Mirum autem *Pollucem* non meminisse literae e mutationis in ο· et lubet itaque quaedam ex aliis congerere, unde etiam ista de δραχὶ maiorem lucem accipiant. Nam ὀβελοὺς et ὀβολοὺς differre certum. *Hesychius*: Ὀβελοῖς, ὀβελίσκοις· Ὀβολοί, νουμία, καὶ τόκοι, καὶ εἴδη νομισμάτων. *Herennius Philo*, sive *Ammonius*: Ὀβελὸς ὀβολοῦ διαφέρει, ὀβελὸς μὲν γάρ ἐστιν εἰς ὃν διαπειρῶνται τὰ κρέα μέλλοντα ὀπτᾶσθαι· ὀβολὸς δέ, μέρος δραχμῆς. *Glossarium* vel vetus Lexicon: Ὀβελὸς ἐν ᾧ ὀπτῶμεν. *Subula, Veru.* Ὀβολός, *Nummum, nummus, assis, hoc dupondium.* Sed de hoc nemo dubitat: olim vero haec eadem, et saltem dialecto, distabant, ut ὀβελὸς Ionicum esset, alterum Atticum. *Eustathius* ad Ἰλ. ν. ὡς δὲ ταυτὸν ποτε ἦν ὀβελὸς καὶ ὀβολός, δηλοῖ καὶ ὁ ὀβελίας ἄρτος, ὃν εὑρέ, φασι, Διονύσιος, λεγόμενον οὕτως, ἐπεὶ ὀβολοῦ ἐπιπράσκετο· κατὰ δὲ ἄλλους, ὡς ἐν ὀβελίσκοις ὀπτώμενος. Idem ad Ἰλιάδ. α. ἔοικε δὲ παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ταυτοδύναμα εἶναι ὁ ὀβολὸς καὶ ὁ ὀβελός, σκεῦός τι μαγείρου, ἐν τῷ ἄκρῳ ὀξύ, καὶ βάλλειν δυνάμενον, καὶ βολὴν ὡς βέλους

ποιεῖν· παρὰ μέντοι τοῖς ὕστερον μεγάλην ἔσχον διαφορὰν, οἵπερ ὀβελὸν μὲν διὰ τοῦ ε, τὸν αὐτὸν λέγουσι τῷ ποιητῇ, τὸν μαγειρικόν· ὀβολὸν δὲ, σιδήρου τι ἔλασμα ἔλεγον, σχῆμα μέν πως ἔχον ὀβελοῦ, οὐ μὴν καὶ εἰς πάντη ὀξὺ λῆγον· οὕτω δὲ ἀθρὸν ἦν τῷ παχύτητι ἐκεῖνο ἔλασμα τοῦ ὀβολοῦ, ὥστε ὀβολοὶ ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν· καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμὴ, ὀβολῶν τοιούτων ἑξὰς, ὅσων ἐπιδεδράχθαι δύναται χείρ· quem locum partim et *Seberus* noster attulit. Idem *Eustath.* ad *Ἰλιάδ. γ.* (quem locum Avus meus sua manu ad oram lib. de Numism. adscripserat) *ὁ ὀβολὸς, εἰς ὀξὺ λήγων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κατὰ τοὺς ὀβελοὺς, κἂν νῦν μικροῦ δεῖν ὡς εἰς ἐπίπεδόν τι κατήνεκται· ἀλλὰ καὶ ἡ δραχμὴ, τουτέστιν οἱ ἓξ ὀβολοὶ ἐξ ἀρχαίας χρήσεως, ὡς καὶ αὐτὸ προείρηται, ἔτυχε τοιαύτης κλήσεως· τοσούτων γὰρ ὀβολῶν εἶχε τότε ἡ χεὶρ ἐπιδράττεσθαι, ὡς ἱστορεῖ καὶ Πλούταρχος.* Locus *Plutarchi* est in *Lysandro.* attulit eum et *Hostus* libr. III. cap. 4. de obolo, ubi plura de hoc nomismate vide sis. *Etymologicon* Magnum: *οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ὀβελός· ἡμεῖς δὲ ὀβολός· πάντων δὲ πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔκοψεν ἐν Αἰγίνῃ· καὶ διὰ τὸ νόμισμα ἀναλαβὼν τοὺς ὀβελίσκους, ἀνέθηκε τῇ ἐν Ἄργει Ἥρᾳ· ἐπειδὴ δὲ τότε οἱ ὀβελίσκοι τὴν χεῖρα ἐπλήρουν, τουτέστι τὴν δράκα, ἡμεῖς, καίπερ μὴ πληροῦντες τὴν δράκα τοῖς ἓξ ὀβολοῖς, δραχμὴν αὐτὴν λέγομεν, παρὰ τὸ δράξασθαι.* Sed ohe iam satis est. IUNG.

ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ] Nos cum *Kuehnio* in textu *τὸ ὑπὸ τῇ δρακί.* De drachma, vocisque origine quoque, est ubi supra ex *Theocriti Scholiasta* aliisque dixi, quae hanc confirmant lectionem. Paulo post *καταπεσόντος* fuit ante nos editum, minus commode. *μεταπίπτειν* vero verbi quid est in hac re usitatum. eleganter *Themistius* in *Sophista*: *ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ ὀνόματος ὥσπερ νομίσματος μετέπεσεν ἡ δύναμις κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους·* ubi eadem qua hic apud *Pollucem* occurrere videas notione.

τοῦ νομίσματος] MS. *καὶ τοῦ νομ. μεταπεσόντος εἰς τ.* Deinceps omissa ibi omnia usque ad caput septimum. SEBERUS.

τοῦ νομίσματος] MSS. et *Salm. καὶ τοῦ ν. μεταπεσόντος, etiam numismate in praesentem usum translato, transmutato.* KUEHN.

τοῦ νομίσματος] MS. *δὲ ὀνόματα, καὶ τοῦ νομίσματος μεταπεσόντος εἰς τὴν* etc. Sed illud *μεταπεσόντος* ad oram MS. est additum, in textu deest. placet vero magis quam vulgata ea lectio, et *καὶ* probe sententiam pleniorem videtur efficere. IUNG.

'Ἀριστοτ. δὲ etc.] Haec et reliqua totius capitis absunt a C. A. nisi quod in fine haec subiicit: στατὴρ Φωκαΐτης ὡς Θουκυδίδης, ὡς, (leg. ὃς) καὶ νομίσματος εἶδος ἦν segm. 93. Similique modo in V. C. *Salmasii*. Kuehn.

αὐτὰ ταῦτα] C. V. δὲ ταυτὸν λέγων· *Aristoteles eadem dicens in de Republica Sicyoniorum, nonnihil innovat, dum* ὀφέλλους *eos* (obolos) *dicit, per* ὀφέλλειν *designat* τὸ αὔξειν *augere, obolis ita nominatis, quod in longitudinem creverint, unde etiam ipsum verbum* ὀφέλλειν, vel, ut C. V. ὀφέλλειν *accersit nescio quibus modis, in oboli voce quidem* φ *mutatum esse in* β *propter affinitatem*. Kuehn.

αὐτὰ ταῦτα] MS. 'Ἀριστοτ. δὲ ταυτὸν λέγων etc. Iung.

ἐν Σικυωνίων πόλει] MS. ἐν Σικυωνίῳ πολιτείαις μικρόν τι κ. Sed error in promptu: scripserat πολιτείαι, ι ut solet antique adponi, quod solet iam supponi, pro πολιτείᾳ· huic adhaesit σ a vocula insequente. Iung.

ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομ. etc.] Vid. *Matthaeum Hostium* lib. III. cap. 4. Seb.

ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομ. etc.] C. V. ὀφέλους αὐτοὺς τέως ὀνομάσθαι λέγων. Kuehn.

ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομ. etc.] MS. ὀφελοὺς αὐτοὺς τέως ὠνομᾶσθαι λέγων, τοῦ μέντοι ὀφέλλειν etc. quam lectionem ita restituendam censeo: ὀφελοὺς nimirum saltem una litera, ut et mox exponit, diversum est ab ὀβελούς· et cetera sensum auctoris nostri rectius explicant, quam vulgata. ait *Aristotelem* quidem novam opinionem adferre de ratione nominis ὀβολῶν. Iung.

ὀφέλλους etc.] Hunc tibi locum, duce *Kuehnio*, integriorem longe atque meliorem ex MSS. in textu exhibuimus. fuerat ante nos: ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομάζειν λέγων, ex quibus legitimum non rite sensum elicias: memini que olim in veteri quodam MS. Lexico haec eadem legisse atque observasse ex *Aristotele* de oboli veriverbio excerpta verba, pauculis, quantum memoria recolligere valeo, mutatis, quibus perquam commode, esset ad manum Lexicon illud, emendatam ex MSS. lectionem tibi stabilire potuissem. *Snellius* hoc utitur *Pollucis* loco de R. N. pag. 55. ibique et ὄφελος non ὄφελλος reperio scriptum. *Sopingius* autem ad *Hesychium* ὀβολοὺς hic in Onomasticographo scribendum putat pro ὀφέλλους. qua prodit emendatione inutili, se quid voluerit *Pollux* non intellexisse: et videndus quoque *Ottho Sperlingius* vir doctissimus de N. non C. pag. 150. 'Οφέλ-

λειν vero ea, qua hic ponitur, notione in *Homero* est frequens, τιμῇ ὀφέλλειν, quod *Hesiodo*, — καὶ ἄδηλον ἀέξει, cui et v. 14. Ἔργ. καὶ Ἡμ. Ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει. *Suidas*: Ὀφέλλωσιν, αὐξήσωσιν.

ηὐξῆσθαι] C. V. ἦν ζῆσθαι male. KUEHN.

78.

ὀφέλλειν] C. V. melius ὀφείλειν habet pro ὀφέλλειν. KUEHN.

ὀφέλλειν] MS. τὸ ὀφείλειν ὤν. quod annon rectius? ait enim ὀφελοὺς ἀπὸ τοῦ ὀφέλλειν dictos; inde, ait, et ὀφείλειν dictum ait *Aristoteles*, nescio quomodo. Scilicet placet *Polluci* prius etymon ab ὀβελοῖς ταῖς βουπόροις. cur vero hic repetat allatum iam ὀφέλλειν? utinam vero exstarent illae centum sexaginta duobus minus resp. *Aristotelis*! quam liquido haec omnia cognosceremus! vel optandum ut haec talia pro suis nugis nobis Grammatici largiri voluissent. Scribitur sane in *Etymologico* magno: Ὀφέλλω, σημαίνει τὸ αὔξω, διαβάλλω· ἐξ οὗ πλεονασμῷ τοῦ ι γίνεται ὀφείλω· ὅθεν καὶ ὀφείλημα τὸ αὐξανόμενον ἐν τῷ τόκῳ δάνειον. et superius: ὀβελίσκος οἱονεὶ ὀφελλίσκος τις ὤν, ὁ εἰς μῆκος ὀφελλόμενος· ὀφέλλειν γὰρ τὸ αὔξειν· καὶ ὀβελός· σημαίνει δὲ ἀμφότερα τὰς σούβλας. etc. ait, εἰς μῆκος ὀφελλόμενος· quae sane cum nostri ex *Aristotele* allatis εἰς μῆκος ηὐξῆσθαι conveniunt. IUNG.

ὀφέλλειν] MSS. ὀφείλειν, quod praeeunte *Kuehnio* in textum retuli. in illis ante *Seberum* editionibus et hic et modo male fuerat ὀφελλεῖν. De lectione MSS. non est quod dubitemus, siquidem et eandem referat *Etymologus* originem. et ipsa Grammatici verba attulit *Iungermannus* noster, quibus proxima habebat nominatum mihi modo Lexicon MS. Mox vitio fuit ante nos τὸν ὀβολὸν, pro quo ex MSS. restitui τῶν ὀβελῶν.

τὸν ὀβολὸν] C. V. ἐπὶ μέντοι τῶν ὀβελῶν. KUEHN.

τὸν ὀβολὸν] MS. ἐπὶ μέντοι τῶν ὀβελῶν ὑπ. τὸ φ. εἰς τὸ ῥῆμα κ. σ. et hoc pacto reponendum iudico. quid enim est ἐπὶ τὸν ὀβολὸν, ut vulgo corrupte est? IUNG.

Βυζαντίων etc.] *Schol. Aristoph.* fol. 73. ἐδόκει τὸ τῶν Βυζαντίων νόμισμα ἐλάχιστον εἶναι πάντων καὶ φαυλότατον, ἅτε σιδηροῦν ὑπάρχον. vide *Matthaeum Hostum* lib. I. pag. 103. SEBERUS.

Βυζαντίων etc.] Sequitur de Byzantiorum numo ferreo, de quo vide *Hostum* libr. I. Rei Numm. vet. cap. 7. n. 5. De numis ferreis, coriaceis, plumbeis, stanneis, quaedam etiam *G. Forner.* ad l. 159. *etiam aureis.* IUNG.

Βυζαντίων γε μὴν] Corruptissimum MSS. sequuti duces integritati suae restituimus hunc locum. est ubi facem in quibusdam Doctiss. *Kuehnius* praeluxit ad oram sui Codicis. iuverit et apposuisse, quae fuit in prioribus ante nos editionibus vulgata lectio: *Βυζαντίων γὲ μὴν σιδηροῦν νομίσματος ἦν οὕτω καλούμενον σιδήραιόν τι νόμισμα λεπτόν·* quae tibi verba, ni fallor, sensum non reddunt aptum. Sed pro istis *σιδηροῦν νομίσματος* ineptis atque improbis feliciter Codices manu descripti, *σιδήρῳ νομιζόντων·* quam tibi scripturam veram esse atque opportunam confirmat egregie *Aristides* in illa secunda *πρὸς Πλάτωνα*, ubi de Byzantinorum ferreo nomismate *σιδηρέῳ*, quod chalcum valuisse ex istis, quae mox apud *Polluoem* nostrum, facile colligas, sic inquit: *οὐδὲ γὰρ εἰ Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι, τούτου χάριν εἰσὶ δίκαιοι τῶν Ἑλλήνων καταγελᾶν·* viden' itaque *σιδήρῳ νομίζουσι*, *ferrea utuntur moneta*, qualiter apud nostrum est emendatum. et addere liceat obiter, eundem paucis interpositis de Carthaginiensium coriaceo meminisse quoque nummo, de quo et apud auctorem dialogi, cui titulus *Eryxias*, quique inter *Platonicos* non rite sibi locum vendicat. Notavit et ex hoc *Pollucis* nostri loco ferreum Byzantinorum nomisma *Snellius* de R. N. pag. 1. et aliunde *Schottus Tab. Numm.* cap. 1. cuius tibi verba ponam: *Ferreo usos nummo Byzantinos refert* Aristophanes *in* Nebulis, *et* Plato Comicus *in* Pisandro. *Comici Platonis* locum relatum debet indicio *Scholiastae Aristophanis*, cuius ad haec *Pollucis* nostri integriora exhibet atque emendatiora verba praestantiss. *Iungermannus*. Byzantinorum vero extant in variis praestantium virorum cimeliarchiis nummi plusculi atque elegantes: nos tibi, benivole lector, binos exhibemus ex illa *Wildiana* nomismatotheca, rarissimae atque delectae veteris monetae inexhausto fonte, quorum primus rarus ille quidem, sed tamen in publicum eruditis notus est; alter vero, praeterquam quod eximia sit raritate, necdum in lucem fuit prolatus, ut ipse mihi adseruit vir spectatissimus I. de WILDE: neque ego talem nummum aut memoria recolligere potui editum, aut quacunque adhibita diligentia reperire. extet igitur, atque eruditorum hominum exerceat ingenia; nos enim pusilli quid ad talia remotioris indaginis conferre habeamus? ut tamen aliorum eliciamus auxiliatricem industriam, quid nobis in hoc nummo planum, quid obscurum atque intricatum veniat, proponere animus est. Figura illa, quae in altera nummi parte conspicitur sola, me iudice, *Minerva*

fuerit. illam esse a Byzantiis eximie cultam ex *Codino* de *Originib. Constantin.* constat, qui *Palladi* erectum a *Byzante* templum insigne refert: quin vero, quod magis est, *Minervam Byzantii πολιοῦχον* fuisse Deam testis est *Marinus* in vita *Procli*: nummis autem tutelares urbium Deos Deasve prae ceteris quibuscunque rebus imprimi solitos res est longe notissima. porro Deorum Dearumve formam Byzantinorum in nummis olim fuisse signatam patere arbitror, quod *Comici* illos adpellent σιδαρίους θεούς, qua utique alia de ratione, quam quod Deos sibi prae se ferrent insculptos? nec moretur te, *Palladis* caput nulla, quod solitum vulgo, insigne galea, siquidem ex variis *Pausaniae* locis constet, quam diverso picta fuerit sculptaque *Minerva* modo, ut inscirpo nodum quaerere haud opus sit. forsitan tamen quis putet non nulla de ratione *Dianam* esse quam dixi *Minervam*: certe et hanc venatricem Deam in honore fuisse a Byzantinis habitam ex *Codino* novimus, et faciat huc forsitan, quod in quibusdam eorum nummis luna falcata, uti vocat Illustriss. *Spanhemius* de Praest. et Usu Numism. conspiciatur. sed quod prius proposui mihi probatur magis, lectori liberum esto arbitrium. Percussum vero hunc nummum adhucdum vigente libera Byzantiorum republica ex partis adversae ἐπιγραφῇ patet, quod forsitan hoc aut simili modo supplere liceat, *ΕΠΙ ΦΟΚΙΟΝΟΣ*, ἱερομνάμονος scilicet; nam per ἱερομνάμονας suos publici temporis rationes distribuisse atque digessisse Byzantinos, ex illorum psephismate liquet apud *Demosthenem* de Corona, quippe quod sic infit: *Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχω, Δαμάγητος ἐν Τιαλίᾳ ἔλεξεν ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν*· sed haec aliaque talia commodiori forsitan loco alibi. Illud autem in hoc nummo, quod solicitum me atque implicitum habuit habetque totum, est huic insculpta parti figura, quae seu struthionem, seu ciconiam, quod putem potius, qui de ciconiis bene de Byzantinis meritis legisse quid in eorum historia meminerim, cum canicula, uti videtur, cuius forsitan fit mentio in isto, quod Byzanti datum perhibent, oraculo: *Ἔνθα δύο σκύλακες διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν*, habet impressam. pervolutis, quaecunque noveram, Byzantinorum monumentis, nihil quicquam me reperisse profiteor, quod aut mihi aut ipsi rei integre satis faciat. frigidulis quibusdam coniecturis, quaeque rationum non nitantur tibicine, lectorem lactare absit ut velim. rogatos itaque quam possum enixe viros eruditissimos volo, quorum in hoc studiorum genere florent et sem-

piternum florebunt labores, ut huic nummo eleganti lucem publice accendant: te praecipue, Illustrissime *Spanhemi*, qui eruditioni nummariae penitissimam possides coniunctam antiquitatis reconditae ac remotae notitiam, te, inquam, vir Eruditissime, efflagitat hic labor, qui nullo nobis negotio, quid enim tuae diffidamus profundissimae doctrinae? huius nomismatis operta recludes atque pandes. Alias et Byzantinorum diversos ab his pelamidibus insignes videbis nummos apud Eruditiss. *Lambecium* ad *Codini Origines Constantinopolitanas*, quibus et urbis fortuna censetur incusa.

σιδηροῦν νομίσματος] C. V. *σιδήρῳ νομιζόντων*, uti mox segm. seq. *κασσιτέρῳ ποτὲ* etc. *νομίσαι*· est autem *σιδήρῳ νομίζειν*, *ferreo uti nomismate. Suid.* *Νομίζουσι*, *ἀντὶ τοῦ νομίσματι χρῶνται*. Deinde: *ἣν οὕτω καλούμενον σιδήρεόν τι νόμισμα λεπτόν*. *Byzantinorum*, *qui numismate utebantur ferreo*, *erat ita dictum σιδάρεον quoddam tenue numisma*. C. V. *σιδηρέον* (quod et *Salmas.* habet, videndosque monet *Hesych.* et *Aristoph. Interpretem*) *νόμισμά τι*. Kuhn.

σιδηροῦν νομίσματος] MS. pro *σιδηροῦν νομίσμ.* habet *σιδήρῳ νομιζόντων*, *ἣν οὕτω καλούμενον σιδηρέον νομίσματι λεπτόν*· et nescio annon recte, certe melius quam vulgo, ita scribas; modo *σιδήρεον*, *νόμισμά τι λ.* scribas. ait Byzantiorum, quibus ferrum in usu communi, fuisse sic vocatum *σιδήρεον*, numi minuti genus. *Hesychius*: *Σιδάρεοι*, *παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις*, *σιδάρεοι θεοὶ*, *ὡς ἐν Βυζαντίῳ ἔτι εἰσὶ ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι*, *ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι*· verba *Comici* sunt:

ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
ἡμῖν νόμισμ᾽ οὐκ ἔστι. *Στρ. τῷ γὰρ ὄμνυτ᾽; ἢ*
σιδαρέοισιν, *ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ;*

Ubi apud *Scholiastem Aristophaneum* habes e *Platonis Comici Πεισάνδρῳ* versiculos de iisdem, quos ita reconcinno:

χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις,
ὅπου σιδαρέοισι χρῶνται νομίσμασι.

Vulgati enim nuperrime etiam habent, *νομίσμασι χρῶνται* voculis, credo, transpositis. Certe in vulgatis *σιδηροῦν νομίσματος* non multum sani est; ut et mox in *σιδήραιον*, ut ex sequentibus etiam patet. Illud *σιδήρῳ νομιζόντων* vero ita in suo MS. *γράφεσθαι* et *Schottus* noster hic adnotavit, et sine dubio ita *Aristoteles* dixerat. eadem phrasi et vulgo non omnino corrupta mox segm. 79. habes *καττιτέρῳ* (ita enim MS.) *ποτὲ ἀντ᾽ ἀργυρίου νομίσαι* Syracusanos. Nummulum

hunc Byzantinum, quem σιδηροῦν vocitabant, eiusdem valoris fuisse cum χαλκῷ vult *H. Iunius* Nomenclatore in *Chalcus*. Iung.

πριῶμοι] Scribe πριῶ μοι binis vocibus, ut et statim πριῶ μοι τριῶν σιδηρέων, ut MS. habet: id est ἀγόρασον· quamvis hoc potius paroxytonως πρίω μοι dicant. Sane duabus vocibus legendum, sive sit istud πριῶ, ex πριόου, sive πριάου. sic apud Doricum *Epicharmum* segm. 80. πριῶ μοι etc. μόσχον. *Etymologus* in ἀπριάτην· πριῶ οὖν, πρίημι· ἐξ οὗ καί, πριῶ μοι, φησὶν ὁ Κωμῳδός, σελάχιον· ubi in indice *Sylburgius eme* interpretatur imperative. Iung.

πριῶμοι] Cum *Iungermanno* nostro separavi utrasque voces, quae vitio coaluerant. In quam syllabam accentum referas tanti non esse puto. *Etymologus*, monstrante *Iungermanno*, vulgatae accentus positioni facit patrocinium. apud *Hesychium* tamen et *Suidam*: Πρίω, ἀγόρασον. Et disiunctis vocibus scripsisse πριῶ μοι *Sperlingium* animadverto p. 184. dictae saepius dissertationis, ubi totius loci sensum voculae γένος supplemento fulcire tentat: nos meliora MSS. docent.

σιδηρῶν] C. V. σιδηρέων. Kuehn.

Στράτιδος] MS. Στραττίδος. Sed scribe Στράττιδος· quamvis noster *Casaubonus* se tam *Strattim* quam *Stratim* invenire ait VII. *Athen.* 23. ubi de omnibus huius *Comici* fabulis plura habes. Illi Catalogo forte et ποταμούς, *Fluvios* possumus addere: certe si recte capio quae *Scholiastes Aristophanis* ad extremum *Plutum* adnotat: ἀλλὰ γὰρ Στράτις (scribe Στράττις) πρὸ ἀμφοτέρων τούτων (*Lycophrone* et *Aristophane*) τοὺς ποταμοὺς διδάσκων, εἰς Φύλλιον ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα· subiicitque ipsos versiculos *Strattidis* inde:

ὑμεῖς τε πάντες ἕξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον
ὅσοιπερ ἐστὲ μὴ λαβόντες λαμπάδας,
μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον φυλλίον.

Qui ultimus versiculus tamen claudicat: nec nuperi editores *Aristophanis* sanarunt, quod videtur tamen viris doctis facile fuisse. nos imperitiores potius expectabimus alios. Iungerm.

Στράτιδος] Στράττιδος littera τ geminata cum *Kuehnio* textus habet; idemque superius alicubi factum memini. alias et apud *Michaelem Apostolium* Στράτις scriptum reperio. De Μυρμιδόσι confirmant MSS. nisi quod, puto, in istis integrius extet Μυρμηδόσιν titulo Dorico. *Hesychius*: Μυρμηδόνες, οἱ μύρμηκες ὑπὸ Δωριέων· nam aut fallor, aut falla-

tur si quis nominatam a Myrmidonibus populo censeat fabulam. fuit alias, quum coniectarem *Μακεδόσι*, siquidem *Μυρμηδόνες* nec in *Athenaeo*, nec *Suida*, aliove quopiam reperiri sciam. neque alium hoc *Pollucis* nostri locum *Casaubonus* adtulit. *Μακεδόνες* vero fabula *Strattidis* notissima. sed ne quid nimis temerarium a nobis dictum siet, caveamus. Ipsum *Comici* locum infelicius tentasse *Kuehnium* Eruditissimum, atque exposuisse existimo. est et in MSS. naevi quiddam. ita constituo totum: *Ἐν τοῖς βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα, Ἅπασα ἅπαξ γῆ, στρατίαι, σιδαρέοι· νοῦμοι* puta, quae vox et a Byzantinis, credo, siquidem loquendi modo uterentur Dorico, fuit usurpata. *Προκέλευθον* autem *ἡμέραν* voce Byzantina *τὴν προκηρυττομένην εἰς τὸ ἐκκλησιάζειν* appellatam existumo, neque alio sensu *Kuehnius* cepisse videtur. [Legendum *προκέλευτος*· quod Doricum est. *προκέλευστος* enim Atticus scripsisset. *Ex Addendis.*] tum quoque statuamus necesse est traduci in his atque sugillari a *Strattide* Byzantinorum *βαλανειομανίαν*, qua mihi voce uti liceat. istis ad calculum positis hic mihi sensus ab sese fluere sponte videtur: *ita deditos fuisse balneis Byzantinos, ut in istis populi celebrarentur comitia, in istis totus simul esset terrae Byzantinas populus, in istis de expeditionibus consuleretur, et in istis denique ipsa mercatura exerceretur*, quae omnia alias in foro peragi mos erat. et haec quidem cum ipsis *Strattidis* verbis commodoque sensu egregie, ni me decipiam, concinunt: non itaque in hanc rem plura prodigam verba. *Βαλανείοις* habes ex emendatione *Kuehnii* pro *βαλανίοις*· tum *ἅπασα ἅπαξ*, quod erat in MSS. praeferendum videbatur editae lectioni *ἀπαξάπασα*· et *σιδηραίων* quoque vitiosum erat, itaque *σιδαρέων* in textu. quid nostrae sit sententiae, exposui.

Μυρμιδόσιν] C. V. *Μυρμηδόσιν*· *Strattidis ῥῆσιν* ita collocarem:

> *ἐν τοῖς βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα*
> *ἅπαξ ἅπασα, ἡ στρατιά, σιδάρεον.*
> *in ipsis balneis dies indicitur*
> *quaecunque, expeditio, σιδάρεον.*

Indicant versus, Byzantios ita voluptatibus deditos esse, ut quae alias in foro aliisque locis publicis per praeconem solent indici, apud eos in balneis, ubi vinum immodice haustum excoquebant per sudorem, sint intimanda. eo namque frequentes confluebant Byzantii. sive igitur dies statuta quaevis, sive expeditio, vel quaedam ad rem nummariam perti-

nentia publice promulganda venerint, in balneis ea indicta sunt, vel indici potuerunt commodius quam in alio loco publico. C. V. in priori versu legit: ἡμέρα ἅπασα ἅπαξ γῆ, ex quo legi posset ἁρπαγὴ, *rapinas* in hostico scilicet, vel res raptas, quae etiam solent indicari per praeconem; in posteriori σιδαρέων· vid. et *Hesych.* in σιδάρεοι θεοί· ex *Aristoph. Nubibus.* unde patet ferreum illud numisma Dei alicuius signatum fuisse imagine. Kuehn.

Μυρμιδόσιν] MS. mendose μυρμηδόσιν. Iung.

βαλανέοις] MS. βαλανείοις. Iung.

ἡμέρα ἅπαξ ἅπασα γῆ] MS. ἡμέρα ἅπασα ἅπαξ γῆ στρατιαὶ σιδαρέων· ego adhuc parum in illis *Strattidis* video, quae nobis elucidabunt viri docti. Iung.

Lego et distinguo,

ἐν τοῖσι βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα
ἅπαξάπασα, γῆ, στρατιαὶ, σιδαρέοι.

Notat totam rem publicam a Byzantinis in balneis transigi. Toupius.

79.

σιδηρῷ δὲ νομ. etc.] MS. σιδαρέῳ δὲ νομισμ. κ. λ. χρ. ἐ. π. ὁ. ὁ. δ. ὄξει. Eadem *Plutarchus* in *Lycurgo* et *Lysandro*, ut adnotavit *Hostus* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 4. Iung.

σιδηρῷ δὲ νομ. etc.] De ferreo Laconum nomismate meminere plures. sunt tamen qui coriaceum fuisse perhibent; in iis *Nicolaus* apud *Stobensem*, de utraque veterum opinione *Lipsius* de R. N. pag. 7, et 8. ubi *Pollucei* nostro succenturiantes nominat *Plutarchum* in *Lycurgo* et *Lysandro*, *Polybium* et *Xenophontem*. plura reperies apud eruditissimum *Sperlingium* de *N. non C.* cap. 29. ubi de *Lacedaemoniorum* nummis tractat effuse. *Pollucei* loci mentionem quoque fecisse *Cragium* in Commentario de *Rep. Laced.* reminiscor.

δὲ αὐτοῦ τὴν ἀκμὴν] Quam multa adhuc vitiosa atque mutila sint in hoc capite vix credas: ut credas in sequentibus abunde dabimus, quae fidem perhibent. Nec enim commodius nobis potuit accidere, quam quod MS. noster ita in hoc capite nos non prodat, ut omnia ista fidelius et plenius, exceptis paucis aliquot χρήσεσιν, exhibeat, quam vulgati. optimus *Noster* amicus a suo desertus fuit nec in tempore nec loco opportuno. Nos e nostro fideliter exhibebimus, quae inveniemus: viri docti porro a se operam dabunt: nam nobis ad hanc rem nec vires nec ingenium suppetit. hic itaque pro δὲ αὐτοῦ τὴν ἀ. MS. habet: δ' αὐτὴν ἀκμὴν etc. Iung.

εἰς τὸ ἄτομον] *Ut vim secandi perdat ferrum, aciem eius*

candefactam aceto suffuso extinxerunt, ut nec exportari potuerint nummi ferrei in alias regiones. *Plutarch.* in vita *Lycurgi*: ὄξει γὰρ, ὡς λέγεται, διαπύρου σιδήρου τὸ στόμωμα κατασβέσας, ἀφείλετο τὴν εἰς τἄλλα χρείαν καὶ δύναμιν ἀδρανοῦς καὶ δυσέργου γενομένου etc. Quae *Porphyrius* de *abstinentia* habet, de ferreo nummo Laconum, omnia ad verbum descripta sunt ex *Plutarcho*. Caeterum C. V. pro δὲ αὐτοῦ leg. δ' αὖ τὴν ἀκμὴν etc. *Salm.* pro ἄτομον leg. ἄστομον vel ἄτονον, quae eodem recidunt. Kuehn.

τοὺς μὲν τοὶ Συρακουσίους etc.] Egregie MS. τοὺς μέντοι Συρακουσίους καττιτέρῳ πότε ἀντ' ἀργυρίου νομίσαι δ. κ. Iam vulgata vel cassa nuce non emam. restitue istam lectionem optimam et verissimam, sine dubio *Nostro* ex *Aristotelis* Syracusanorum πολιτείᾳ acceptam: καττιτέρῳ νομίσαι, ut modo ex eiusdem philosophi, credo, Byzantinorum republica dixerat, σιδήρῳ νομιζόντων, quemadmodum ex MS. ibi legimus. extat vero haec eadem historia et in II. Oeconomicorum *Aristotelis*, ut bene observavit *Hostus* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 8. Locus est Oeconom. II. cap. 2. Διονύσιος Συρακούσιος etc. οὐκ εὐπορῶν δὲ ἀργυρίου, νόμισμα ἔκοψε καττιτέρου· καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, πολλὰ τοῦ κεκομμένου νομίσματος ὑπερεῖπεν· οἱ δὲ ἐψηφίσαντο καὶ μὴ βουλόμενοι· ἕκαστος οὖν εἵλετο ἔχειν ὡς ἀργυροῦν, ἀλλὰ μὴ καττιτέρινον. Iung.

τοὺς μὲν τοὶ Συραχ. κασσίτηρον etc.] Praestantissimam atque Ἑλληνικωτάτην MSS. lectionem textui non restituisse ineptum foret. dudum est, quod mendi quid in hoc loco viris eruditis suboluit; *Salmas.* de M. Usur. pag. 247. pro τοῖς Συρακουσίοις vere habet τοὺς Συρακουσίους, quam emendationem sequutus est *Sperlingius* de *Nummis non Cusis*, p. 17. cui tamen ceteram eluere maculam ex aliis similibus, quae adducit, locis in promptu fuerat ac facili. sed neque *Salmasius* id praestiterat, cui eadem erant ad manum de *Usur.* p. 456. Mox pro νόμισμα αὐτῶν melius in MSS. et ex iis in textu νομισμάτιον. Ἀττικὰς autem cur dicto loco *Salmasius* post δραχμὰς abolendum censeat rationem hercle nullam video.

κασσίτηρον] κασσίτερον. Seb.

Dionysius autor est] *Dionysius* Syracusios coëgit stannum pro argento habere. Atqui *Democritus* apud *Athenaeum* XV. fol. 669. μνημονεύσω, inquit, τοῦ χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου· χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι. Seb.

κασσίτηρον] C. V. τοὺς μέντοι Συρακουσίους καττιτέρῳ πο-

ra· vid. supra segm. praeced. et *Aristot.* lib. II. *Oeconom.* de *Dionysio.* Kuehn.

καὶ τὸ νόμισμα αὐτῶν] G. V. *νομισμάτιον τέτταρας.* Kuehn.

καὶ τὸ νόμισμα αὐτῶν] MS. *καὶ τὸ νομισμάτιον τέτταρας δραχμὰς Ἀττ.* quae omnia pro vulgatis restituamus. Iung.

ὁ δὲ νοῦμμος etc.] *F. Ursinus* haec adfert ad *Festi* fragmentum, ad ista: *Nummum ex Graeco vocabulo νοῦμμος existimant dictum etc.* Tu vide incomparabilem *Scaligerum* Coniectan. in lib. IV. Varronis de ling. Latin. ad ista: *In argento nummi, id a Siculis.* Iung.

ὁ δὲ νοῦμμος] Hoc *Pollucis* nostri loco qui de *nummo* scripsere viri eruditi plurimi utuntur. *Scaliger* de R. N. hinc evincit *falso credidisse virum summum* Georgium Agricolam *Siculos a Romanis in re nummaria accepisse multa.* ibidemque vir maximus *Δωριέων* legendum docet pro *ὁρίων*, quae prava erat editionum ante *Seberum* lectio. *Lipsii* vero haec pono verba, quibus et hanc *Pollucis* particulam Latine redditam habet: *Nummi nomen a Graecis aut Siculis esse breviter Varro testatur, et* Pollux *uberius.* Nummus, *inquit,* videtur Romanorum nomen esse, est autem Graecanicum eorum, qui in Italia aut Sicilia Dores habitarunt. *Et addit auctoritates* Epicharmi, *tum et* Aristotelis. *qui in Tarentinorum republica testatur nummum ab iis dici pecuniam cum impressa effigie* Tarentis *filii* Neptuni. *A Graecis vero vicinis Romani sumpsere, et duplici m recte ita scripseris, etsi alii tamen a* Numa *nomen derivant. Tranquillus eius sententiae auctor apud* Suidam, *qui primum* Numam *regem pecuniam e ferro atque aere signasse apud Romanos, atque ab eius nomine numos dictos. quae derivatio unicum m adprobat; et sane lapides ac libri prisci ambigue scribunt.* Quibus addenda tibi, quae *Snellius* habet, mox ab initio libelli de Re Nummaria, et ex *Salmasio Sperlingius* pag. 222. Quod autem de origine nummi a *Numa* adfertur, nihil est aliud, quam putidissimus otiosi Grammaticulorum cerebri abortus. non meminerant illi scilicet, quae vetustiores probatioresque Romanae historiae scriptores de signatis a *Iano Saturnoque* nummis tradiderant posteris: neque alio tibicine haec fulcitur nugacissima etymologia, quam utriusque nominis similitudine, qua saepius ratione adducti posterioris aevi Grammatici mirum quae etymologiarum monstra pepererint. hanc eandem rem reperies in *Cedreno* ac *Chronico Paschali.* et est mihi quoddam MSS. Chronici brevissimum fragmen, ubi idem extet. Cum MSS. mox post Ἑλλη-

φικὸν commode particulam καὶ, quae pleniorem efficit sensum, inseruimus.

ἔστι δὲ Ἑλληνικ. τῶν ἐν Ἰτ. etc.] καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, id est, in *ora illa Italiae*, quae dicta est *magna Graecia*. Kuehn.

ἔστι δὲ Ἑλλην. τῶν ἐν Ἰτ. etc.] MS. ἔστιν δὲ Ἑλληνικόν, καὶ τῶν etc. plenius et rectius. Iung.

Σικελίᾳ] *Varro* de LL. lib. IV. *in argento nummi. id a Siculis*. νοῦμμος a Dorico νοῦμος, lex, ut νοῦσος pro νόσος. nam Graeci Sicilienses et Italici Dorica dialecto utebantur; est enim νοῦμμος quasi lex quaedam ad aequalitatem redigens pretium inter emptorem et venditorem, omnemque suam vim a lege habet. Kuehn.

Δωρίων] Ita emendat *Matthaeus Hostus*, lib. I. pag. 68. priores editiones, ὁρίων. Seb.

Δωριέων] MS. δωριαίων· quae virorum doctissimorum emendationem confirmant, qui δωρίων scripserunt, ut *Scaligeri* loco dicto ad Varronem ita hinc laudantis, ut *Henr. Stephani*, quodque bene reposuit noster *Seberus*. *Hostus* eam etiam indicavit lib. I. Rei Numm. cap. 5. ubi de nummorum adpellatione a caussa efficiente, in νοῦμμος. n. 2. vulgo enim pessime legebatur ὁρίων, quod et doctiss. *Ursinus* ad *Festum* loco dicto retinuit. *H. Stephani* vero manus in Codicis sui ora haec est, ad illud ὁρίων. *Δωριέων, ait, ut in κύβιτον dicit*, τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων· (*supra nimirum II*, 141.) *Hanc meam emendationem probavit etiam* Scaliger, *et ita emendavit in secunda editione suarum annotationum in Varronem.* Caeterum quae sequuntur apud *Pollucem*, ὁ Ἐπιχ. desunt in MS. nostro usque ad ista καὶ Ἀριστ. Iung.

ἀλλ' ὅμως] *Epicharmus* in *Chytris*:

> ἀλλ' ὅμως καλαὶ πίοι ἄρνες
> εὑρήσουσι δή μοι καὶ νούμμους·
> πωλατιᾶς γάρ ἐντὶ τᾶς ματρός.
> *bonae tamen agnae nitidaeque*
> *invenient etiam mihi nummos;*
> *venditurie etiam eas in Matris,*

sc. aede, in μητρῴῳ, ubi prostare videbantur agni sacris faciendis apti. ultima autem verba sunt alterius, qui respondit alteri subiicitque caussam, cur agni facile sint inventuri emptorem. Kuehn.

ἀλλ' ὅμως] Versus hi *Epicharmi* primi quomodo disponendi sint, fortasse non laborem, nisi me vox νούμμων turbaret. ita enim scriberem:

— ἀλλ' ὅμως
καλαὶ κ. πῖοι ἄρνες, εὑρήσουσι δέ
μοι καὶ νούμμους; πωλατιᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς
ματρός. —

In *Scaligeri* nostri Coniectaneis ita editi sunt:

ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες; εὑρήσουσι δέ
μοι καὶ νούμμους, καὶ γὰρ ἐντὶ πωλατιᾶς τᾶς ματέρος.

Caeterum πῖοι an forte Siculi ita, pro πίονες, dixerint cogitandum est. De πωλατιᾶς taceo cum aliis. Iunc. Legendum,

εὑρήσουσί μοι
δέκα νούμμους πῶ, λασίας γὰρ ἐντὶ καὶ τᾶς ματέρος.

Tourius.

ἀλλ' ὅμως καλαὶ etc.] In versuum formam *Epicharmi* verba redegit apposite *Iungermannus* noster: πῖοι ἄρνες, *oves pinguiculae*, voce non tantum Siculis sed et ipsis Graecis apprime nota. in *Hesychio* πιώτατον exponitur λιπαρώτατον· quod utique fuerit a πῖος vel πίος. *Nicander* — ἔνθα Πιοτέρην ὅτε βότρυν ἐσίνατο κήκας ἀλώπηξ· ab eademque origine est in *Philoxeni Glossis*: Πιότης, *obesitas*. tum vero, εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους dictum eleganter. εὑρίσκειν ἑαυτῷ δόξαν, apud *Thucydidem*, *honorem sibi acquirere*. similique notione apud Romanos *invenire*, uti monet ad ista *Terentii* in *Eunucho*, *Utinam tam aliquid invenire possis Phaedria Quam hoc peribit* — *Donatus*, cui et haec alia ex *Comici Heautontimorumeno* adfertur χρῆσις· *ut serves, quod labore inveneris*, ὅπερ ἂν πόνῳ εὑρίσκῃ, *paraverit*. Illa iam sequuntur in *Epicharmi* versiculis, quae vere sunt obscura atque difficilia, eo magis, quod Siculae dialecti parum omnino nec nisi sterilia supersint vestigia. opem tamen, quam possumus, adferre tentabimus, nec infeliciter plane, uti spero. ἐντὶ pro εἰσὶ Dorice dictum, quis sit eruditorum, qui ignoret? non tamen id advertisse *Kuehnius* videtur pro πωλατιᾶς minima mutatione refingo πωλατέαι· πωλατέαι γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρὸς, isto sensu: *vendendas enim eas habet mater*. nec loquendi formulam mirabere duriusculam atque difficilem primo adspectu, si Sicula memineris esse. quin vero nihil est in ea, quod cum analogia pugnet linguae Graecae, exhibetque potius elegantem dialecti Doricae vel Siculae characterem. arbitrium esto aliorum de hac qualicunque emendatione; mihimet tamen ipsi favente Critica ista *Epicharmi* posteriora restituisse videor. In altera Siculi *Comici* χρήσει κᾶρυξ emendavi pro κῆρυξ.

πῖοι] An πίονες? et quid mox πωλατιᾶς? *Hoestus* tacite

hunc locum transilit, et posteriorem istam clausulam interpres quoque. Seb.

80.

κῆρυξ ἰὼν etc.] Versus ita formarim:

— κήρυξ ἰὼν
εὐθὺς πρίω μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν.
— *Praeco abito et*
statim eme mihi decem numis vitulum bonum.

Kuehn. Transpone, νούμμων δέκα μοι. Toup.

κῆρυξ ἰὼν etc.] Hic scribe Dorice κᾶρυξ. Sic et *Scaliger* habet: κᾶρυξ εὐθὺς ἰὼν πριῶμοι etc. et πριῶ μοι restituit etiam *Henr. Stephanus* in suo Codice, quum alias ederetur πριῶμε. Sic supra segm. 78. πριῶ μοι τριῶν σιδηρέων. Sed ad MS. nostrum. Iung.

καὶ Ἀριστ. ἐν τῇ Ταρ. πολ.] Ita MS. καὶ Ἀριστ. ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ, καλεῖσθαι, φησὶ, νομ. etc. Iung.

νοῦμμον] *Salm.* leg. νοῦμμος νόμισμα παρὰ Ταραντίνοις. Kuehn.

ἐφ' οὗ] MS. ἐφ' ᾧ ἐντ. Iung.

ἐφ' οὗ ἐντετυπῶσθαι etc.] Quae superius ex *Lipsio* in medium dedimus et haec *Pollucis* nostri tangebant. Se quoque tales vidisse nummos refert Illustriss. *Scaliger* pag. 5. de R. N. *Sed Tarentinis νοῦμμος erat argenteus*, ipsa viri verba pono, *cui incusus erat* Taras Neptuni *filius delphino insidens, cuiusmodi multos vidimus hodie drachmae pondere, si bene memini.* Et *Snellii* quoque locum legendum dabimus, quem, ut *Pollucem* illustret, inquit scripsisse: *Aristoteles scriptum reliquit in Tarentinorum republica numisma quoddam νοῦμμον vocari, in quo Tarenti* (Tarantis) Neptuni *filio delphino invecti esset imago expressa. huiusmodi nummum aereum pondere granorum* 124. *habui, cui parte una impressa effigies viri nudi delphino insidentis; sub delphini corpore quasi spina aut spherula: in ora literis Graecis ΤΑΡΑΝΤΙ· notis fugacibus, sed tamen qui ab attento facile legerentur; parte altera itidem vir nudus sedens, manu, ut videbatur, super aram extensa, ita obscure ut reliqua coniectare non potuerim. cuius descriptionem hic propterea exhibui, ut* Pollucis *locus ille clarius intelligatur.* Elegans autem nummi Tarentini pari figura, quam retulit *Pollux*, signati suppeditavit ectypum praestantissima cimeliotheca *Wildiana*, quem itaque in tuam, benivole lector, gratiam apponendum curavimus. in hac parte Τάρας ὁ Ποσειδῶνος δελφῖνι ἐποχούμενος, quique hac arcum, altera teneat telum, adversa *Castoris* equitantis effigies cum

adiecta solito Dioscurorum insigni stellula. Lacedaemoniis nimirum oriundos se hoc signo testabantur, qua de re est in *Pausaniae Phocicis*. Sed haec tibi eruditius antiquarii, ut dicimus, expedient.

Ποσειδῶνος] MS. *Ποσιδῶνος*. Iung.

δελφῖνι] Talem nummum Tarentinum exhibitum *Prospero Parisio*, qui edidit *rara numismata Magnae Graeciae*, videre est *Tabul.* XII, 1. 9. Kuehn.

'Ακραγαντίνων] MS. *'Ακραγεντίνων*. Iung.

τινὰ] MS. *ζ. τινὰς τρ.* et supra sane est, quamvis alio numero, ex eadem Acragentinorum republ. *ὡς ἐζημιοῦντο πεντήκοντα λίτραις* IV, 174. alterutro itaque loco vitium in numero *λιτρῶν*· nam eundem locum esse hunc et qui supra allatus est, patet vel ex eo quod supra quoque statim *ἐπάγειν Aristotelem* haec verba. *ἡ δὲ λίτρα δύναται ὀβολὸν αἰγιναῖον*. De *λίτρᾳ* alias *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 8. tm. 17. Iung.

τριάκοντα λίτρ.] *Salm.* alibi *πεντήκοντα λίτραις*. Kuehn.

τις ἂν ἐν τῇ 'Ιμερ. etc.] MS. *αὐτῷ τὶς ἐν τῇ 'Ημεραίων*. Antea male vulgabatur *'Ιμερέων*· sed *'Ιμεραίων* etiam in suo Codice reposuit *Henr. Stephanus*, ut supra IV, 179. fuit: nec aliter viri docti adgnoscunt. Iung.

εὗροι Σικελῶν ὀνόματα] C. V. *εὕροις Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον οὐγκίαν*. Kuehn.

εὗροι Σικελῶν ὀνόματα] MS. *εὗροι Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον* etc. restitue ita vulgata, quae mutila sunt et mendosa. Iung.

εὗροι Σικελῶν ὀνόματα] Supplevi ex MSS. *Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα*, ita postulante sensu. sequebatur vulgo *οὐγγίαν*· sed melius in MSS. *οὐγκίαν*, quod, favente *Iungermanno*, reposuimus: nam quod *οὐγγία* apud recentiores legitur, id potius a Romanis est desumptum quam a *Siculis*, qui *οὐγκίαν* ab *ὄγκος* dixere. Vide *Snellium* de R. N. pag. 19. ubi hunc de uncia *Pollucis* adfert locum.

οὐγγίαν] MS. *οὐγκίαν*· et sic repone, ut etiam fecerat in suo Codice *H. Stephanus*, et *Scaliger* habet Coniectan. ad libr. IV. Varron. de ling. Latin. ubi Varronem notat scribentem: *Uncia ab uno* etc. quum Siculum sit vocabulum. Iung.

81.

Ϛξ τάλαντα, etc.] *Salm.* pro *Ϛξ τάλαντα* legit *ἑξᾶντα* et mox *τετρᾶντα* vel *τριᾶντα*. Kuehn.

ἓξ τάλαντα, etc.] ἓξ τάλαντα et mox χαλκοῖ· καὶ τρία τάλαντα etiam MS. noster habet. Sed *H. Iunius* pro illo ἑξάντα, et pro altero τρίεντα reponendum certo adfirmat, quemadmodum et supra IV, 179. *Pollux* eadem referens, tamen ἑξάλιτρα et τριάκοντα habet. nempe ita Sicula lingua dicta pro *Sextante* et *Triente*, ait *H. Iunius* Nomenclat. in *Sextans*. *Iunii* lectionem, quasi certam, secutus est, textu *Pollucis* ita prolato, *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 5. n. 5. et c. 8. tm. 18. n. 1. ubi tamen male τετέραντα pro *Iuniana* τρίεντα habet. Ego supra dixi, nihil temere mutandum in ista variantia contextus: et si idem ius mihi non emendandi, sed coniectandi tamen, dixi mihi longe δωρικώτερον videri, si coniiciamus δίξαντα et τρίξαντα· cuius sententiae me nondum poenitet, quamvis nihil certi queam adfirmare, idque mihi ita videatur, ut non certo tamen videri fatendum sit. Commendabimus haec alios, quos scimus de re nummaria moliri rara et recondita, vel iam molitos tantum nondum publicasse. Iung.

ἓξ τάλαντα, etc.] Devenimus ad locum corruptissimum, quique Criticorum exercuit plurimum ingenia. *Kuehnius* in textum referebat ἑξάντα et mox τριάντα pro τρία τάλαντα, quorum neutrum probamus utut textui restituta supra IV, 174. quin potius accedimus *Iungermanni* nostri, cuius acumen ingenii cum pari iudicio felicissime coniunctum miramur quotidie, suspicimusque magis, indubitatae coniecturae, qua διξάντα et τριξάντα reponit. superius nimirum pro ἑξάλιτρα MSS. ad unum omnes διξάντα habebant: de MS. *Palatino*, quo et *Iungermannus* noster est usus, monet quoque *Salmasius* de *Modo Usurarum* pag. 157. *Vetustissimum exemplar* Pollucis, *quod in Bibliotheca* Palatina *pro thesauro servabatur, atque ostentabatur, et quo olim usus est eruditissimus iuvenis* Iungermannus, *qui innumeris mendis eum auctorem liberaverat, utrobique habuit* pro ἑξάλιτρα *vel* ἓξ τάλαντα, διξάντα· probatque mox istam scripturam tanquam verissimam iure merito. sed opinionis falsus est *Salmasius*, cum et hoc loco istum Codicem διξάντα habere scriberet. Illam itaque lecturam sequutis tanquam Cynosuram et haec et cetera restituere nobis licuit. ἓξας alienum a loco et re, ut optime contra *Scaligerum* probavit *Salmasius*. *Sperlingius* expedisse se locum putabat, si ἑκτάλιτρα pro ἑξάλιτρα IV, 174. et ἓξ τάλαντα, atque pro τριάκοντα et τρία τάλαντα restitueret τριάγγια· illa quidem arguta, sed quae tamen nobis sordent prae MSS. lectione. quid enim inventis

frugibus βαλανηφαγοῦμεν? in Hesychio Ἀκξός, ὀπτός· et idem monuisse, ni decipiat memoria, eredo *Philoponum* et *Corinthum*. Ipsa de re plura per temporis angustias non licet.

καὶ ἡμίλιτρον, etc.] MS. καὶ ἡμίληtρον, ἢ ὅπερ etc. Sed distinguendum certe est: καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἕξ· (scilicet χαλκοῖ· supra IV, 179.) καὶ λίτραν etc. Iung.

καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἓξ καὶ λίτραν, etc.] Distinxi locum cum *Iungermanno*. et probant, quae superius IV, 174. τοὺς δὲ ἓξ (χαλκοῦς) ἡμίλιτρον. In *Herone*, *Heliodoro* et *Cleopatra* MSS. reperio: ἡ λίτρα ποιεῖ οὐγγίας ιβ. ἡ δὲ οὐγγία δραχμὰς η· sed illud de pondere dictum in nummaria quoque re locum habet. sequitur in *Herone*: γίνεται οὖν τὸ τάλαντον λίτρας ξβ S' ἐν νομίσματι· τὸ δὲ ξυλικὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ τάλαντον ἐστὶ λιτρῶν τοε. dixerat superius: οἶδα δὲ τὸ ξυλικὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ τάλαντον ἕτερον, ὃ μνᾶς μὲν ἰδίας ἔχει ξ· ἐξαπλάσιον δὲ σχεδὸν τῷ νομίσματος ἀριθμμῷ. Sed vide *Scaligerum* de R. N. pag. 44. ubi horum quaedam reprehendit. At scrupuli quid in istis *Pollucis*. ἡμίλιτρον sex valet chalcos, cum dimidium sit litrae. et obolum valere litram dixit, Aeginaeum puta, id est decem chalcos, cuius dimidia pars quinque fuerint chalci. apud *Heronem* litra uncias valet duodecim: unciam vero aequa valere χαλκῷ docuit *Pollux*; ut statuendum sit potius litram, non obolum Aeginaeum seu decem chalcos, sed duodecim continuisse. aut fuerit forsitan non aequale semper τῆς λίτρας pretium, quod et in aliis deprehendimus, et illustrabunt haec quae inferius ad *Epicharmi* versiculos dicemus. *Hesychii* de litra haec verba habeto: Λίτρα, ὀβολός, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῷ· (ita recte coniectant pro σταθμῶν) οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β λίβρα. Inde et λιτροσκόποι dicti Siculis ἀργυραμοιβοί, eodem teste. Post ἦν, quod mox sequitur, ἕνα nescio qua de causa interserebat *Kuehnius*.

περὶ στατικῆς] Supra IV, 171. priores editiones περιστατικοῖς. Seb.

περὶ στατικῆς] Optime ita *Seberus* noster; et *H. Stephanus* ita hic emendaverat, adducto loco supra IV, 171. Iungerm.

τινες] MS. τινές. Iung.

οἷον ἀγοράζειν π.] Leg. οἷος ἀγοράζειν. dein C. A. πάντα μηδὲ ἕν, versus ita constituerem:

οἷος ἀγοράζειν πάντα, μηδ' ἓν δ' ἔχειν
εἰ μὴ καινοὺς ἀξίους λίτραιν δυοῖν.

empturiens omnia, et tamen nihil habens
nisi cincinnos obolorum duorum.

Perstringit aliquem πτωχαλάζοντα, qui in foro omnia quae prostant venalia licitatur quasi empturus, sed cum pecunia non suppetat, tandem cincinnos quosdam duobus obolis emit, uti *Mamurra Martialis*, qui pretiosas merces in septis Romae expositas diu perlustraverat, pretiumque earum sibi indicari voluerat, tandem vero

asse duos calices emit et ipse tulit.

lib. IX. Epigr. 60. de κικίννοις agit *Auctor* supra II, 28. μαλακίννης *Hesych.* est *mulierum ornamentum*, γυναικεῖον κοσμάριον. *comas emptas* Laeliae perstringit iterum *Martialis* lib. XII. Epigr. 23. Kuehn.

οἷον ἀγοράζειν π.] MS. οἷον ἀγορ. πάντα μηδὲ ἓν δ' ἔχειν εἰ μὴ κικίνους, ἀξ. et pro vulgato κικίννους reposuerat etiam *H. Stephanus* hic; ut malim, licet MS. hic uno ν habet. supra II, 28. etiam duobus habebat. alias lectio MS. reliqua certe praestabilior quam vulgata: certe alter versiculus ut concipiendus, mihi in promptu puto:

εἰ μὴ κικίννους ἀξίους λίτραιν δυοῖν.

De priori ἐπέχω, an οἷον *Pollucis* sit χρῆσιν hanc ex *Diphilo* subiicientis, an ad *Diphili* versum pertineat,

οἷον ἀγοράζειν πάντα μηδὲ ἓν δ' ἔχειν.

Et sic prior versus quoque constet: nondum tamen in eius extremo mihi sat sensus. Iung.

οἷον ἀγοράζειν πάντα. etc.] Sanant hunc locum MSS. quorum lectionem in textum dedimus. pro μηδ' ἓν fuit μηδέν· ubi mihi observa, quae superius de solita vetustiorum MSS. scriptione, cum elidendas literas ponunt, dixi. habebamus et hoc capite τριημιωβολίαι' ἐστί, recte; pro quo manu exarati Codices τριημιωβολιαία ἐστί. κικίννους reddidimus textui nativam vocem, cuius vice * κικύνους extitit. De loci sensu mihi cum *Kuehnio* non convenit. proverbii speciem habuisse puto ista, μηδ' ἓν ἔχειν, εἰ μὴ κικίννους ἀξίους λίτραιν δυοῖν, de homine pauperculo, cuique divitiarum esset nihil. Delicatulos fuisse Siculos atque luxuriae deditos res est manifesta, adeo ut paroemiae Σικελικαὶ πολυτέλειαι, quae apud *Lysidem* est Epist. ad *Hipponem*, originem dederint. nitidos itaque cum cura capillos aluisse par est ut credamus. naturam ars adiuvit: si qui capillos haberent deformes, emptis aliis atque προσθέτοις sese ornabant, qui κίκιννοι dicti. *cincinnos* a voce Graeca vocavere Romani, iique tam quos in uvae racemique modum pendulos concinne finxerat na-

turs, quam ars composuerat. *μυροβρεχεῖς Maecenatis* cincinnos usquequaque persequutum fuisse *Augustum Suetonius* refert, meminitque de Cultu Mulierum *Tertullianus.* in *Glossis Cincinni, βόστρυχοι, cirri. cincinnulos* dixit *Varro.* hinc et quivis molliculi *cincinnati*: *nullus ei iuvenis, nullus cincinnatus arrideat, Hieronymus* inquit in epistola ad *Laetam,* ab eademque voce Romae *Cincinnatorum* familiae, cuius insigne cincinnus. neque Deam Romanorum *Cincinniam* ignoraveris. Graecam vocem habet *Aristophanes* in *Vespis — ἐγὼ Τοὐμὸν νομίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ πολ — Λῶν κικίννους νεανιῶν.* ad quae Commentator antiquus *κικίννους* exponit *τὰς περιεστεμμένας καὶ τετημελημένας τρίχας.* adducit istum *Comici* locum *Suidas* in voce, ubi et ex alio quodam, quem *Alcaeum* putabam aliquando, hanc ita emendandam adfert *χρῆσιν· ναὶ μὰ τὸν εὐέρωτα Τιμοῦς φιλέρωτος κίκιννον.* per amicarum capillos atque comas iurasse iuvenes amatores, ex veterum lectione didicimus. Huc pertinet quod apud *Hesychium* lego: *Κικίννα, τριχόπλαστος·* coniectabam aliquando *κικιννάτος,* quo de deliberent eruditi. est et in *Synesii,* si bene memini, de *Calvitiei encomio.* Fuere itaque cincinni tortuosis turbinatisque flexibus dependuli in humeros capilli, quos summo habuisse pretio Siculos existimo; et qui talem comam a natura non haberet, nummis comparasse. dictum igitur in hominem egenum: *nil habet, nisi vilissimi pretii cincinnos.* iamque, puto, patebit distichi sensus. *tanquam qui omnia vellet emere, neque aliud haberet quicquam quam binis aestimandos litris cincinnos.* quae mihi eo magis apparent veriora, quod *Diphilum Σικελικῷ* sua fabula perstrinxisse censeam Siculorum etiam pauperum mores superbe luxuriantes. Sed tandem me longius, quam par erat, in cincinnis Siculisque deliciis haesisse sentio: in viam igitur.

κικίνους] *Sylb.* leg. *κικίννους.* Seb.

σὺν δε ταῖς λίτραις]. MS. *σὺν δὲ τῇ λίτρᾳ, καὶ ἄλ.* et ita emenda: *λίτραν* enim, non *λίτρας* nominat in sequentibus *Epicharmus.* error in vulgatis, credo, inde, quod haec in MS. etiam nostro ita sunt scripta, *τῆι λίτραι,* adposito *τῷ μὴ ἐκφωνουμένῳ* iota, non subscripto. Iung.

82.

ὥσπερ εἶπον. Ἡρ' αἱ μ. etc.] C. V. *ὥσπερ αἱ πονηραὶ πάντως αἶθ'* etc. ac tum *μωρὰς ἀμπετάκιον ἀργυ.* quid si hos versus ita scripserimus?

ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες αἶθ' ὑπονέμοντι
γυναῖκας μωράς· ἃ μὲν ἀμπετάκιον ἀργύρου,
ἄλλαι (ita C. V.) *δὲ λίτραν· αἱ δ' ἂν ἡμίλιτρον δεχόμεναι*
πάντα γινώσκοντι τότε λόγῳ. —
uti depascuntur hae malae divinatriculae
mulieres stultas, haec quidem argenti ampetacium,
illae vero accipiunt litram, sunt et quae ἡμίλιτρον
et tum cuncta scire se aiunt. —

ἀμπετάκιον ἀργύρου quid sit perinde scio, ac *antempuccium:* minuti valoris nummulum fuisse *τὸ ὑποκείμενον* arguit; nam secundum *Iuvenalem* Satyr. VI.

Implet et illa (vaticinatio) *manum, sed parcius aere minuto.*

Salm. pro *ἀντεμπούκιον* leg. *πεμπούγκιον*, uti mox *ἐξάγιόν τε καὶ πεμπούγκιον*. *Valesius Epicharmi* versus ita scribit:

ἦρ' αἱ μαντεῖαι αἰθ' ὑπονέμονται γυναῖκας,
μῶρος ἂν πεντούγγιον ἀργύριον ἄλλη δὲ λίτραν etc.

Kuehn.

ὥσπερ εἶπον. Ἦρ' αἱ μ. etc.] Iam mirae nomismatum voces, unde quis se expediat? nec dubito tamen multo saniora in MS. nostro servata, qui ita ait: *ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες, αἱ θυπονέμονται γυναῖκας μωρᾶς, ἀμπετώκιον ἀργύριον, ἄλλαι δὲ λ. α. δ' ἂν ἡμίλιτρον* etc. postremum ita vulgavit et *Seberus* noster: antea editi *ἀνημίλιτρον* una voce: quod et *H. Stephanus* emendaverat, adposito ad oram *ἀν' ἡμίλιτρον.* Caetera ut dixi ita in MS. sunt, quae porro reconcinnet ingeniosior. Interim MS. lectio pro vulgata reponatur potius; et puto legendum *αἶθ' ὑπονέμονται γυναικὸς μωρᾶς* etc. Videtur sane sensus tum nonnullus: scilicet quemadmodum malae sagae, quae depraedatae fuerint stultae nescio cuius foeminae *ἀμπετώκιον ἀργύριον·* aliae vero *λίτραν·* aliae *ἡμίλιτρον* accipientes: quaeque omnia cognoscant. Iung.

ὥσπερ εἶπον. Ἦρ' αἱ μ. etc.] *Ἡράκλεις ἀλεξίκακε*, cum quibus hic monstris nobis est decertandum? superabimus tamen, spero, bonamque mendorum copiam profligabimus: quid inquam profligabimus, cum id egregie praestiterit Illustr. *Salmasius* de Modo Usur. pag. 261. a quo non nisi in paucis, quae indicare animus est, dissentimus. pro isto corruptissimo vocabulo *ἀντεμπούκκιον* MSS. habent *ἀμπετώκιον* vel *ἀμπετάκιον·* unde nobis effingit *Salmasius: αἱ πεντούγκιον·* sed felicius quam proxime ad *Palatini* Codicis lecturam restituo, *ἀμπετώγκιον*, quod tibi omne cum Dorismo ad amus-

sim congruum monstrabo. ἀμπεττώγκιον itaque tantundem est ac ἡμιπεττούγκιον, *quinque unciarum dimidia pars.* Dores pro ἡμεῖς, ἄμμες, ἡμέρα, ἀμέρα, ἥμισυς, ἄμισυς, ἡμι, ἀμι, quod ultimum per apocopen in compositione est abiectum, ut saepissime fieri amat. tum πετώγκιον pro πεττώγκιον, quod et *Aeolica* facit dialectus, in qua πέτορες pro πέττορες ex τέτταρες, unde et *petorita*, qua de re consule *Festum: ου* denique Dores mutasse in ω res est patula. μῶσαι μοῦσαι, unde πετώγκιον, pro quo et πετάγκιον ex C. V. vel πετάγγιον haud male scribas, uti mox πεντάγγιον (πεττάγγιον ad Dorismi normam malim) in altera scribitur *Epicharmi* χρῆσει, ubi tamen MS. πεντόγκιον, quod nullo negotio in πεττώγκιον mutaveris: sed et manu exaratorum Codicum lectionem toleremus quoque. Iam nunc porro videamus, quam id cum ipsa re conveniat egregie. litra decem continebat chalcos seu uncias, cuius dimidia pars ἡμίλιτρον, quinque unciae seu chalci: eadem et πεττώγκιον· bini vero chalci et semis ἀμιπεττώγκιον, ita ut *Epicharmum* admissa hac emendatione nostra duplicato gradatim pretio adscendere videamus. taceo, quod absurdi quiddam otiosaeque ac ineptae repetitionis in *Salmasii* lectione deprehendam, siquidem ἡμίλιτρον et πεττώγκιον non differant quicquam.*) munitam ergo ab omni parte lectionem

---

*) Ne qua vero sit admiratio, quod *Salmasii*, hominis de literis humanioribus optime meriti, parum commode in *Epicharmi* versiculis, me iudice, restituentis αἱ πεττούγκιον opinionem audacter reiecerim atque improbaverim, non quidem me fugit hoc ipso capite *Pollucem* scripsisse ἡμίλιτρον aequari sex chalcis. idem etiam alibi tradiderat: sed animum quaeso Lector eruditus attendat ad *Aristotelis* in Acragantinorum republica locum, quem *Pollux* produxit segm. 80. litram summus Philosophus aequalem statuit obolo Aeginaeo, quem decem continuisse chalcos certissimum est. porro *Hesychius* ὀβολὸν interpretatur τὴν λίτραν· obolis autem assignantur vel sex chalci vel octo, vel decem, quod fecit *Plinius*. Vide summum Virum *Ioh. Freder. Gronovium* ad *Plin.* N. H. l. XXXII. si uncia itaque responderit chalco, uti tradit *Pollux*, necesse est litram obolo aequalem non tantum duodecim, sed aliquando decem etiam continuisse uncias. praeterea vero sicut oboli pretium fuit diversum, nunc decem, nunc octo aestimatum chalcis, ita quoque litra habere potuit varios pretii gradus. quin vero, ut ingenue dicam, apud antiquiores nullum invenio documentum, quo constet litram duodecim valuisse chalcos seu uncias, quae sane aestimatio a recentioribus est recepta, qui omnes duodecim uncias litrae adscribunt. accuratius ea de re dicere conantem et tempus et loci ratio destituunt: his autem si satisfacere potuerim isti difficultati, est quod mihi gaudeam; si secus fuerit, aequa Doctorum hominum litura meos expungat errores. *Ex Addendis.*

meam fecisse opinor; in textum itaque adscivi haud gravatim. De ceteris nunc est monendum. istorum loco *ὥσπερ εἶπον*. *Ἦρ' αἱ μαντεῖαι* MSS. scripturam cum *Salmasio* textui reddidimus. tum erat in vulgatis, *ὑπονέμονται*, *γυναῖκας μῶρος*, et *ἀργύριον· ἄλλαι* pro *ἄλλῃ* et ad sui Codicis marginem *Kuehnius* emendarat: *αἱ δ' ἂν ἡμίλιτρον·* omnino ita scribendum cum MSS. non sine *ἂν*, quod hic eleganter additum: tandem *τῷ τι λόγῳ*, quod post *γιγνώσκοντι* sequebatur ineptissime, delevimus. Sensus erit, nisi me fallam, cuique facillimus. *Epicharmi* *Ἁρπαγὰς* superius hoc libro segm. 26. nominat *Pollux*, ibique *ὑπόθεσιν* fabulae digito demonstrare volui: necdum sententiae poenitet, quam etiam hic planioribus exponam verbis: videri nimirum *Epicharmum* ista fabula de rebus quibusdam egisse, quae Siculam rempublicam pessum dabant atque diripiebant. inter illos, credo, enumerat *τὰς πονηρὰς μάντιας*, quae aniculas stultiores emungebant pecunia; et plures inter antiquos fuere eruditi viri quibus id circulatorum genus summo opere displicuit: *Ennium* vide in fine secundi de Divinatione et apud *Eusebium* Praepar. Euang. varios.

γυναῖκας μῶρος ἀτεμπούκκιον] Quaerendum ulterius de hoc loco et seq. interprete dicente nescio quid, MS. vero prorsus tacente. SEB.

τῷ τι λόγῳ.] C. V. non habet *τῷ τι λόγῳ*. KUEHN.

τῷ τι λόγῳ.] Illa *τῷ τι λόγῳ* desunt in MS. IUNG.

ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ.] C. V. *τόγε β. λιτροκεδεκάλιτρος στατὴρ ἑξάντων τε πεττόγκιον·* ubi legerim:

> *ἔχω γὰρ τόγε βαλάντιον, λίτραν, καὶ δεκάλιτρον,*
> *ἑξάνταν τε καὶ πεντόγκιον.* —
> *habeo enim marsupium litram et decalitrum*
> *hexantamque et pentuncium.* —

Στατὴρ puto Glossema esse ex superioribus, ubi *δεκάλιτρον στατὴρ* Corinthiis dicitur. *ἑξάντα* quid fuerit *Siculis* patet ex libr. IV. cap. 24. sect. 2. v. 4. KUEHN.

ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ.] Alius *Epicharmi* locus, qui ita in MS. *ἐγὼ γὰρ τόγε βαλάντιον λιτροκεδεκάλιτρος στατὴρ ἑξάντιόν τε πεττόγκιον.* Sed lubet aufugere hinc, quam saltem verba serere rebus inania: accedant ii, qui reapse prodesse hisce locis possunt. Illud *ἑξάντιον* vero pro *Iunii* coniectura supra allata fuerit, si id probum. Ne tamen omittam, quid alii ad hunc locum, Avum meum in lib. de Numism. patet legisse *ἑξούγκιον* et *πεντούγγιον·* unde, credo, arripuit et *Hos-*

tus libr. III. Rei Numm. cap. 8. tmem. 18. n. 5. Sed pergo. IUNGERM.

ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ. etc.] Locus corruptissimus, cuique nos sanando expediendoque non esse fatemur: periculum fecit *Salmasius* de *M. U.* p. 260. ubi partim coniectura, *Palatino* partim Codice fretus hanc nobis concinnat lectionem:

— ἐφ' ᾧ γὰρ καὶ τὸ βαλάντιον, λίτρα,
δεκάλιτρος στατὴρ, ἑξάντιόν τε, καὶ πεντούγκιον.

Ponam, quod olim, calidius quanquam sit atque audaculum, coniecturae mihi venit in mentem: καὶ γὰρ πάλιν λέγει ἐν Ἀταλάντῃ vel Ἀταλάνταις, pro istis, ἐγὼ γὰρ τὸ βαλάντιον. *Epicharmi* Ἀταλάντας laudat *Athenaeus*: at hanc ego coniecturam hoc minus audeam commendare, quod MSS. non adiuvent, sed editam lectionem in his prioribus defendant unanimi consensu. Hoc constituo tamen pro λιτροκεδεκάλιτρος στατὴρ legendum λίτρα καὶ δεκάλιτρος στατὴρ, itaque in vulgatis supplendum: tum quoque cum MSS. pro ἑξάγγιον et πεντάγγιον integriorem certe lectionem reponamus potius ἑξάντιον et πεντόγκιον. *Kuehnius* MSS. non consultis restituerat in sui Codicis margine λίτραν, δεκάλιτρον, ἑξάντα τε καὶ πεντούγγιον· quae itaque sequi fas non fuit. sensum si quis extricet, libenter audiemus, quamvis haec etiam dimidiata, tantum ut nummorum haberemus nomina, posuisse *Pollucem* credi possit.

οἶμαι δὲ τοὺς * ὕλλους] Vitium est in voce ὕλλους· nam nusquam *Xenophon* utitur eo vocabulo barbarici nomismatis. Atque pro eo legendum τοὺς σίγλους, qua voce utitur in primo de ascensu *Cyri*: (fol. 256.) καπίθην ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων· ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιοβόλιον Ἀττικούς· id est, *Capithen farinae quatuor siglis. Siglus autem valet septem obolos et dimidium Atticos. Leopard.* Emend. libro decimo, capite decimoquinto. Σίγλος etiam *Hesych.* qui nonnihil ab adducto loco discrepat. Alias σίκλος scribunt et maxime quidem Lxx. *Interpr.* Hebr. est שֶׁקֶל ut recte *Pollux* Βαρβαρικὸν dicat. *Hesych.* autem νόμισμα Περσικὸν, si primam originem spectes, minus proprie. vid. *Matth. Hostum* libro quarto, capite primo. SEB.

οἶμαι δὲ τοὺς * ὕλλους] C. V. melius εἰ μὴ δὲ (coniungendum μηδὲ) τοὺς σίγλους etc. probat non tantum elegantiae studiosis haec nummorum Siculorum nomina insuper habenda esse, verum etiam usum suum habere, siquidem nec si-

glus Xenophon fastidivit, quamvis esset nomen barbaricum, ab *Hebraeo* שקל *siclus*. Kuehn.

οἶμαι δὲ τοὺς * *ὕλλους*] MS. *ἄτοπος, εἰ μηδὲ τοὺς σίγλους ὁ Ξενοφ.* egregie. Sic omnia cohaerent, et restituas ita: *et ingenuo homine digna harum rerum cognitio,* ait *Noster, et uti iis forte non absurdum fuerit, si neque* Xenophon *refugerit σίγλους numi barbarici nomen. σίγλους* vero legendum, pro vulgato *ὕλλους*, viderunt iamdudum viri docti: in quibus et Avus noster lib. de Numism. scribens: *Apud* Xenophontem *cautius positum videtur τοῦ σίγλου nomen, quae esset moneta Asiatica, et valeret obolis septem Atticis et semiobolo.* Ait *cautius positum* ob mendosum textum vulgatum *Pollucis*, qui hoc dicere videtur: quum MS. nobis veram lectionem reddiderit. Locum *Xenophontis*, quem *Leopardus* indicaverat, ut et *σίγλους* hic legendum, habes in Notis *Seberi* nostri ex primo *ἀναβασ. Κύρου.* At bonus *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 11. peculiare hinc tmema ultimum adornat, inscriptum *ὕλλος*, hoc mendum non videns, quum tamen antea tm. 6. de *σίγλῳ* locum *Xenophontis* nobis narrasset, et alia ex *Hesychio* praenarrasset, quae eum de emendatione huius loci commonefacere potuisset. Iung.

οἶμαι δὲ τοὺς * *ὕλλους*] In textu nos *εἰ μηδὲ* pro *οἶμαι δὲ*, et tum *σίγλους* dedimus, quod et *Canterus* ad sui Codicis oram. *Kuehnius* recte minus *σίκλους*, quamvis hoc origini suae proximius esse non diffitear. sequenda tamen MSS. ipsiusque *Xenophontis* ita scribentis vestigia.

καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] *Suid. δανικόν·* vide *Hostum* pag. 523. Seb.

καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] C. V. *δανάκην. Hesych. δανάη*, rectius *δανάκη*, ut legerunt docti in h. v. דנקא obolus Talmudicis ab Arabica radice, quae notat *obolatim numeravit.* confer *Etymolog.* de voce *δανάκη*. Kuehn.

καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] MS. *καὶ μὴν καὶ τὸν δανάκην εἶναί τινας φασὶ νομίσματι π.* et placet haec lectio. Scribamus itaque: *καὶ τὸν δανάκην εἶναί τινές φασὶ νόμισμά τι π.* quamvis et *δανάκη* legatur apud *Suidam*, et ita apud *Hesychium* pro *δανάκη* ita legendum putem cum *Hosto* libr. III. Rei Numm. cap. 11. tm. 9. licet is de *δανικῇ* peculiare ibi tmema 7. instruat. Sed id vitiosum est: *δανάκης*, ut *παρασάγγης*, *ἀχάνης*, *καπίθης*, alia eiusmodi Persarum nomina, quae plerumque in Doricum *σὰν*, vel Ionicum *σίγμα τελευτῶσι*, ut et omnia Persarum nomina propria, quemadmodum ex *Herodoto* nostro *Clione* c. 139. discimus. Ista rerum nomina vero non

omnia, et ea etiam quae desinebant, Graeci usurpantes, suo sibi modo reformarunt: inde et δανάκης et δανάκη. De his nummis Persicis potest et προσθήκη fieri ad *Brissonii* libr. II. de Regn. Pers. ubi saltem *Daricos* et Stateras enumerat. Iung.

καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] τὸν δανάκην praeeunte *Kuehnio* textus habet. Illam vocem esse Persicam bene est quod opinetur *Pollux*, et ita se res habet omnino. ראנך sextam drachmae partem dici in Lexico quodam Persico mihi observavi, monuitque summus literarum Orientalium instaurator *Iac. Golius* de eadem apud Arabas usitata voce ex *Camusi* auctore, quem ipsum super hac re et nosmet consultum ivimus. אבולוס Syra civitate donatam vocem altera, quam dixi, Arabica exponit *Isa Bar Ali* in Lexico. meminit quoque *Nuveirius*, qui pandectas eruditionis condidit Arabicae, ubi de moneta; ibidemque ex Graecis quis cudendi nummos artem primus invenerit, refert. *Hebraei doctores*, quibus et ea vox in usu, τοῦ דינר *denarii* sextam statuunt partem: vide auctorem Aruch. sed temporis nos urget articulus: non licet itaque plura. Hunc danacem mortuorum ori fuisse impositum veterum testimonio novimus. elegantes ea de re sed corruptissimi sunt apud *Etymologum Callimachi* versiculi, quibus tamen plurima ex parte suppetias ivit *Bentleius*: nos alibi, spero. extat et eadem vox corrupta in *Hesychio* et *Suida*, quos utrosque emacularunt iam eruditi viri. et *Etymologus* quidem habet de *danaoe* ex *Heraclide* secundo rerum Persicarum, unde, puto, patet et illum scriptorem inter Persica nomismata recensuisse aut nominasse danacem, eiusque tanquam Persicae monetae mentionem fecisse.

83.

ὄνομα δέ τι νομ.] MS. ὄνομα δὲ νομ. sine τι, quod sane hinc commode facessat. Iung.

καὶ κραπαττάλλους] Scr. κραπατάλλους· et mox κραπάταλλον· nec aliter *M. Host.* pag. 489. vid. et supra VII, 152. Seb.

καὶ κραπαττάλλους] C. V. κραπάταλλοι. *Hesych.* Κραπάταλλοι, ἰχθύες τινές. Κραπάταλλος, παρὰ πολλοῖς ὁ μωρός, ἢ νόμισμα. Ambigit *Auctor*, utrum *Pherecrates* luserit hac fabulae inscriptione nec ne. mihi equidem videtur lusisse, ut et alii fecerunt. argumentum est quod dicit crapatallum valere apud inferos drachmam. nam pro ἐνάδρου δ. recte legit *Casaub.* ἐν ᾅδου, quam emendationem firmat C. V. legendo ἐν αἴδου, ex quo facile fit αἴδου vel ᾅδου. *Scaliger* ἐνα-

δρον δ. legit *Salmas. an, εἶναι ἐν ᾅδου δ.? an, εἶναι τετράδραχμον? nam crapatallus quatuor drachmas valebat, ex hac denumeratione. an εἶναι τέτραχμον?* haec ille. Kuehn.

καὶ κραπαττάλλους] MS. *κραπατάλλοι, εἴτε* etc. et sic scribamus. Sic alias et *Hesychius, κραπάταλλος*, et recte *Hostus* lib. III, c. 8. n. 9, Iung.

κραπαττάλλους etc.] *κραπάταλλοι Kuehnius.* nos potius *κραπατάλλους*, ut et *Seberus*, fabulae titulum superius quoque emendasse in memoriam revoco. Sed mox *Pollux ἐν ὁμωνύμῳ δράματι*, quae tibi ad *Harpocrationem* illustrabit *Maussacus* pag. 29. ubi istis *Harpocrationis* dicentis in *Ἀλόπη, καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ ὁμωνύμῳ*, scilicet *δράματι* inscripto *Ἀλόπη*, quo de agebat, ex hoc *Polluois* nostri loco lucem adfundit.

λέγει δὲ τὸ μὲν κραπάττ. etc.] MS. mendose partim, *λ. δ. τὸν μὲν κράταλλον.* Emenda: *τὸν μὲν κραπάταλλον*, ut etiam *Casaubonus* noster habet III. *Athen.* 3. ubi vide de hac fabula, cuius nomen plerumque corruptius habent Codices vulgati, Iung.

ἐνάδρου δρ.] Quid *ἐνάδρου* sit, incertum est: nisi fortassis pro *ἐνάδρου δραχμὴν* legendum *τετράδραχμον*· quod octo *Euthiae*, octo *τριώβολα*, et octo *ἡμίδραχμα*, et quatuor drachmas faciant. Valeret ergo hac ratione Crapatallus grossum argenteum semiuncialem, seu duodenos grossos misnicos. Ita *Matth. Hostus* pag. 490. *Casaub.* lege, inquit, *ἐν ᾅδου*, in *Athen.* lib. III. cap. 3. Seb.

ἐνάδρου δρ.] In his vero sequentibusque locos multos mendosos MS. restituit, et mutilos etiam aliquot non parva lacuna supplet: bene se statim habent principia. MS. *εἶναι ἐν αΐδου δραχμήν.* Scilicet legendum *ἐν ἀΐδου δραχμήν*· imo potius ut eximius *Casaubonus* III. *Athen.* 3. *ἐν ᾅδου δρ. Hostus* computabundus Rei Numm. c. 8. tm. 9. n. 2, haec minime exputavit, male *τετράδραχμον* corrigendum suspicatus. Iungerm.

ἐνάδρου δραχμὴν] Verissime MSS. *ἐν ᾅδου*, et sic cum *Kuehnio* in textum dedimus. opinionis itaque sunt falsi, qui aliter restituebant, eruditissimi viri. Argumentum vero *Pherecrateae* fabulae tanquam per nebulam assequi me coniectura puto. scilicet, cum Athenis esset in pretio pretium, maximique haberentur divitiae, et habendi dira libido, quae omnia iniuriarum flammas, lites et funestissimas accendebant atque concitabant turbas, vitam hac fabula inferorum

animarumque felicium quietissimam descripsit, ubi cuncta pacate agebantur. nummum itaque qui plurimum apud eos valebat, *κραπάταλλον* finxit; absit enim vere talem extitisse, eoque dictum nomine nummum censeamus, et si forte *Grammatici νόμισμα* exponant, id ex *Pherecratis* tractum *Crapatallis*. sed tamen vilissimum quodque cum *κραπάταλλον* designasse ducam, monentibus *Grammaticis*, et minimi pretii vilissimumque notare potuit nummum, qua ratione *γρῦ* exponitur *εἶδος τὶ μικροῦ νομίσματος* ab antiquis ad *Aristophanem Criticis*, eodemque modo *στίλη*· sic itaque *ψωθίας* quoque et *κικκάβους*, prout utrobique legendum MSS. docent, ficta facere nummorum nomina existumo. et de *ψωθίᾳ* bene est, quod remittant nos *Commentatores* nostri ad VII, 24. ad quae *Pollucis* vide de *ψωθίοις* aliisque similibus dicta. Et hac quidem elegantissime ratione *Pherecrates* perstringxisse potuit perditissimos Atheniensis populi ditiorum praecipue mores, qui omnia pessumdabant atque corrumpebant, quae utique materia in nullis non agebatur fabulis *Comicis*. et cum haec talia Athenis in hisce terris patrarentur, apud inferos post exantlatos huius vitae labores redditumque naturae debitum placida erant atque tranquilla omnia, tantique non opes aestimatae, ut crapatallus etiam vilissimae rei nomen summae, quae valebat in iis, monetae effecerit pretium. et talibus ergo pluribus hominum ridenda sugillavit desideria, adiectis forsitan, quae impios manebant post vitam, poenis. neque video certe, quod aliud rebus hisce commodum comminisci possis argumentum, et haec tibi, spero, certiora faciam atque clariora, hac altera in medium prolata coniectura mea, cuius mihi aliquando titulos quarundam fabularum investiganti atque agitanti in mentem venit: *Callimachum* hausisse nimirum praecipuam ex hac *Pherecratis* fabula *Choliamborum* suorum aut cuiusdam saltem partis hypothesin, in quibus Poëta tradiderat de statu atque inferorum felicitate. et opportunum superius hoc capite *Noster* adduxit *Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσι*, sicut emendavimus. Grammatici porro observant, quod sibi famam *Pherecrates* comparaverit non paucis rebus novis repertis et in scenam prolatis, *γενόμενος εὑρετικὸς μύθων*· eos vide *περὶ κωμῳδίας*· et id quidem huc, ut puto, facit haud parum, siquidem eius toti *Κραπάταλλοι* fuerint *μῦθος*, fictaque ad verum fabula. Ex *Pherecratis* autem *Crapatallis* varia in *Grammaticis* extant fragmina. apud *Aristophanis Commentatorem* antiquum ad *Vespas*: *Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ*,

ταῦτα σὺ μέμνησό μου· apud *Athenaeum* quoque diversis in locis, praecipue lib. III. pag. 75.

ἔχει δ' αὐτ. ὀ. εὐθείας, etc.] C. V. *ψωθείας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι. ψώθια* sunt panis frusta etc. vel crustarum retrimenta, quae subter panem sunt reiicula et sordida. ista apud inferos tres valere obolos iterum finxit lusitque *Comicus.* Kuehn.

ἔχει δ' αὐτ. ὀ. εὐθείας, etc.] Pergit noster MS. eadem oratione: *ἔχειν δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψωθίας· τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι.* etc. longe alio modo ac vulgo: et certe ita, quamvis ad oram ab eadem, ut videtur, manu *εὐθείας*, quasi illud pro *ψωθίας* sit reponendum, legero et rescripsero haec: *ἔχειν δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψωθίας· τὴν δὲ ψωθίαν* etc. Ita enim infernales triobolos ille *Comicus* facetus nominavit, ut *ψώθια* furva *ἀποθραύσματα*, vel *τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου ὑπερόπτου* exponit *Hesychius.* Sic et *ψωθιαὶ* in MS. supra VII, 23. de hisce talibus in panificio, genere foemineo. Et apud *Athenaeum* haec ipsa sunt lib. XIV. *Φερεκράτης Κραπατάλλοις· λήψει δ' ἐν ᾅδου κραπάταλλον τριωβόλου καὶ ψωθία·* quamvis inter placentarum *εἴδη* recenseat. Nondum tamen *Pherecratea* omnia sana vulgo. Iung.

ἔχει δ' α. ὀ. εὐθείας.] Quis haec unquam sine MSS. auxilio feliciter expedivisset, ubi ipsarum rerum alibi locorum nulla, quam hic, appareant vestigia? reddidimus itaque in textu hos secuti duces *Kuehniumque* praeeuntem *ψωθίας* hic, et mox *ψωθίαν*, de quibus nihil habeo, quod lectorem moneam praeter illa, quae superiori nota dixi.

κιδάβους.] C. V. *κικκάβους. Hesych. Κικκάβινον, ἐλάχιστον, οὐδέν·* unde Latinorum *ciccum*, id est, *membranae tenuis malorum punicorum*, *et Plauti* proverbialis locutio, *neque ciccum interduim.* Kuehn.

κιδάβους.] MS. non *κιδάβους*, sed *κικκάβους* habet: quod mihi videtur comicum magis, et reponam cum MS. lubens. Quid vero si et *βεβαιωτὴς* accedat? nescio: tamen in *Hesychio* est: *Κίκκαβος, ὁ ἐκ τῶν παραμηρίων ἱδρὼς ῥέων· καὶ βόλου ὄνομα.* legendum enim puto *κίκκαβος* et *ὀβολοῦ ὄνομα.* Inde nimirum antea idem, *Κικκάβινον, ἐλάχιστον, οὐδέν·* et de primo vix dubito, de altero vero *βόλου* convellam temere haud ego. et *κυβευτικοῦ* enim *βόλου* nomen esse potuit, quales habuisti supra VII, 204. et sequ. plures, quos non alibi legas. Valeat vero iam et *εὐθεῖα* et *κίδαβος*

apud *Hostum* lib. III. Rei Numm. cap. 8. tmemat. 7. 8. IUNGERM.

κιδάβους] Hic in *Falckenburgii* Codice, cuius hoc toto nobis capite subsidium atque opem defuisse serio dolemus, literis transpositis legitur *κιβάδους*, unde nihil est, quod fingam. vera lectio est, quam *Kuehnius* ad marginem sui libri scripsit, *κικκάβους*, et eam emendato *Hesychii* loco adseruit erudite *Iungermannus*: sic itaque in *Polluce* reposuimus.

τάχα δ' ἄν τις φ. etc.] Sequitur hic brevis *Pollucis* enumeratio de inventoribus monetae: de quibus et *Hostus* lib. I. Rei Numm. c. 2. Breviter et hinc *H. Iunius* Nomencl. cap. de Re Nummaria. Disputat de hac re et *Polyd. Virgilius*, lib. II. de Invent. Rer. cap. 20. IUNG.

τάχα δ' ἄν τις etc.] Titulus ante haec in Excerptis *Falckenburgianis* praefigitur talis: *Περὶ τοῦ τὶς ἔγραψε πρῶτος νόμισμα· καὶ χαραγμάτων ἰδέαι. De eo, quis sculpserit primus monetam, et signaturarum formae.* Sed istud haud dubie librarius addiderat eruditior paululum.

λόγον] Id est, *historiam de origine numismatum. Interpres*, qui aliter *λόγον* accepit, locum hunc obscurius reddit. KUEHN.

ἐπιζητεῖν] MS. *ζητεῖν* pro *ἐπιζ.* IUNG.

Φήδων] C. V. *Φείδων· Strabo* lib. VIII. *καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ Φειδώνεια καλούμενα καὶ σταθμοὺς καὶ νόμισμα κεχαραγμένον τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν.* KUEHN.

Φήδων] MS. *εἴτε Φίδων πρῶτος ἀργ. ἔκοψε ν.* emendandum vero ita est, ita tamen ut *Φείδων* scribas, ut et supra X, 179. *Φείδων* vasculi nomen *ἀπὸ τῶν Φειδωνίων μέτρων* nempe huius Argivi nominatum, ut apud *Strabonem* lib. VIII. est, ubi narrat *Φείδωνα τὸν Ἀργεῖον* invenisse etiam *νόμισμα κεχαραγμένον, τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν.* habuisti et supra ex *Etymologico* in *ὀβελίσκος· πάντων δὲ πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔκοψεν* etc. valeat et vulgatum *ἔγραψε*, unde *Hostus* lib. I. cap. 2. *νόμισμα γράψαι* exponit, *numum signasse*: cuius phraseos exemplum mihi dari cupio; alterius nulli non enim credo in promptu esse, et infra segm. 85. *ἐκόψατο.* IUNGERM.

Φήδων etc.] Vitiosa lectio: MSS. *Φίδων*, quam tu scripturam non iure repudies, spuriamve ducas: utrumque enim recte exaratur, *Φείδων* et *Φίδων*. *Phidonis* equisonis mentio est in *Mnesimachi Hippotropho* apud *Athenaeum*:

οὓς ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνειν μελετᾷ Φίδων καὶ καταβαίνειν. videnne *Φίδων*, prout hic est in MSS. pictum. quin vero huius ipsius Argivi *Phidonis* nomen ita scriptum reperio in *Plutarchi* Ἐρωτικαῖς διηγήσεσι, ubi *Φίλων* typi vitio semel iterumve extat: indeque discas licet, cur Corinthius a quibusdam, inter quos *Pindari Scholiastes*, nominetur. In ipsis subinde nummis antiquis *ΦΙΔΟ* sculptum apparet, quorum bene magna est in antiquariorum Thesauris copia; *Begerum* consule *Thesauro Brandeb.* meminitque *Sperlingius* de *Nummis non Cusis*. Attamen non rarius solet scribi *Φείδων*, quam scriptionem, cum *Kuehnius* probaverit restitueritque, in textum lubentes admisimus. Non nummos hunc *Phidonem* tantum, sed et mensuras atque pondera reperisse plures sunt qui testantur; *Plinius* H. N. libr. VII. cap. 56. *Mensuras et pondera Phidon Argivus*: quamvis *Gellium* ad *Palamedem* horum inventionem retulisse potius addat, cuius accedunt opinioni *Alcidamas* et *Gorgias* Rhetores, quorum hic pro *Palamede*, alter declamationem adversus eum adparavit. Sed et *Herodotus* in *Eratone* mensuras inventas *Phidoni* contribuit, cuius tibi verba, quod et alia contineant de hoc Argivorum rege scitu non indigna, in medium promam: Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας, αὐτὸς ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκεν· a quibus haud parum diversa de sacro Olympiadum certamine narrat *Pausanias* lib. VI. c. 22. quem componere possis cum *Herodoto*, si forsitan huius tibi veriora videantur; nobis enim in hisce neque morari lubet, nec licet. Dictis auctoribus *Syncellum* Chronographum adiicio, qui de *Phidone* ita; Φείδων Ἄργους κρατῶν ἀδελφὸς Καράνου τοῦ α βασιλέως Μακεδόνων μέτρα καὶ στάθμια πρῶτος ἐφεῦρεν, ὥς τινές· ἦσαν δὲ καὶ πρὸ τούτου· cui et alii temporum ex Ecclesiasticis collectores similia scribunt. *Eusebium* vide et *Incerti Chronographiam*. at quod et ante *Phidonem* mensuras atque pondera dicat extitisse *Syncellus*, non est sine caussa ullave dictum ratione. scilicet qui ex Christianis temporum tradidere rationes, *Caïnum* ponderum atque mensurarum auctorem statuunt: cum aliis scriptor *Anonymus*, qui *Malalae* Chronographiam praecedit: πρῶτος μέτρα καὶ στάθμια καὶ γῆς ὅρους ἐπενόησεν. Signatae vero monetae qui primam *Phidoni* laudem adserant, sunt plures. gravissimi scriptoris, *Strabonem* dico, lib. VIII. locus insignis in vulgum notus est, et ad eum inspice, quae notata praestantissimo

Casaubono, ubi *Scholiastae Pindari* ad Olympion. *Εἰδ. ιγ*, qui tamen non nisi de *μέτροις* et *σταθμίοις* inventis, non etiam nummis mentionem facit, et *Pollucis* nostri locum, quem inferius libri X. de *Phidoneis* offendemus, advocat, hoc tamen, quem sub manibus habemus, praeterito. De aureo nomismate a *Phidone* cuso indicat *Etymologus* in *Εὐβοϊκὸν νόμισμα· ἐπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργείων βασιλεὺς ἐν Εὐβοίᾳ χωρίῳ τοῦ Ἄργους* (cuius et in Argiva regione loci *Stephanus* in voce meminit) *πρῶτος ἔκοψε χρυσὸν νόμισμα*. Idemque in *ὀβελίσκος*, quem tibi locum *Iungermannus* exhibuit, in Aegina insula hoc ipsum factitasse *Phidonem* tradit. coniectabam aliquando pro *Αἰγίνῃ* scribendum potius *Ἄργει*· nam et addit mox Argis obeliscos in *Iunonis* templo suspendisse *Phidonem* sacros in antiqui moris memoriam, cum mercaturam verubus exercerent. sed tamen et vulgatam lectionem retineamus, cum in mentem mihi revoco, quae de Aeginaeorum moneta optima atque laudatissima legimus frequenter. et Aeginam quidem Cycladum unam proximamque Peloponneso sub suo habuisse *Phidonem* imperio, res est, quae fidem mereatur. videri itaque possit illa praestantissima Aeginaeorum moneta *Phidoni* originem suam atque primordia referre accepta. quin vero lectionem editam extra dubii ponit aleam *Strabo*, qui disertis ex *Ephoro* verbis *Phidonem* in Aegina argenteos primum signasse nummos commemorat. Sed affatim est huius rei. monendum restat retinuisse me in textu *ἔγραψε νόμισμα* propter formulae loquendi raritatem, quae neque analogia, neque, puto, exemplo caret, quamvis posterioris in mentem non veniat. certe et ita legisse qui titulum in *Falckenburgiano* Codice ante haec praefixit, est clarum, mutataque vox in *Iungermanni* MS. in *ἔκοψε* ab amanuensi propter phraseos insolentiam. observent interim linguae Graecae studiosi, et si quid reperiant simile, adnotent. *Sperlingius* certe eleganter ita loquutum *Pollucem* statuit et apposite ad rem.

εἴτε δημοτικῇ ἢ κυβαίᾳ etc.] Praeclare emendat C. V. hunc locum. *εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως· εἴτε Ἀθηναίοις* etc. sive *Demodice Cymaea, quae nupserat Midae Phrygi, filia autem Cymaeorum regis Agamemnonis erat. de Cyma Aeolica* hic sermo est, quam condiderunt *Agamemnonis Orestes* et eius posteri, in quibus aliquis fuit primo *Agamemnoni* cognominis; huius filia *Demodice* celebrata est ab inventione numismatis. Hoc egregium laudati

Codicis supplementum opportune astruit *Heraclid.* in *Politiis*, dicens: Ἑρμοδίκην γυναῖκα τοῦ Φρυγῶν βασιλέως Μίδου, φασὶ κάλλει διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σοφὴν εἶναι, καὶ τεχνικὴν, καὶ πρώτην νόμισμα κόψαι Κυμαίοις· quem locum Illustris Dn. *Ulricus Obrechtus Praetor* apud Argentinenses *Regius* pro suo bonas litteras iuvandi studio indefesso commodum suppeditavit. *Herodotus* in genere de *Lydis* lib. I. πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο. *Salm*, hunc locum ita constituit: εἴτε Ἑρμοδίκη Κυμαία, additque *Heraclidis* testimonium. sed lectionem Codicis *Vossiani* non est quod deseramus. *Vales.* notis in h. l. vidit ex repetita vocula εἴτε nomen proprium latere sub δημοτικῇ· deinde legit ἡ Κυβαίῳ συνοικήσασα, uxor Cubaei. si vidisset Cod. *Vossiani* lectionem, sine dubio ipsi displicuissent istae coniecturae. tandem ex *Heraclide* sine dubio legendum ait, Ἑρμοδίκη ἡ Κυμαία συνοικήσασα τῷ Μίδᾳ· sive *Hermodicem* dicas sive *Demodicem* perinde fuerit. Kuehn.

εἴτε δημοτικῇ ἢ κυβαίᾳ etc.] Quae sequuntur in *Polluce*, quid non monstri alunt? At in MS. omnia plana et plena, qui habet: εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία, συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως, εἴτε etc. insignis defectus suppletus. Illud κυβαία vulgatum saltem exortum fuit ex prisca scriptura literae β, quae u est, τῷ μι non absimilis, praesertim in connexis literis. *Coelius Rhodiginus* XXI. Antiq. c. ult. et eum sequutus *Hostus* lib. I. c. 2. vocant eam *Hermodicen*, nescio quo auctore. Iung.

εἴτε δημοτικῇ ἢ κυβαίᾳ συνοικήσας] Haec fuit priorum ante nos editionum inepte vitiosissima lectio, pro qua tibi in textum elegantem aliam atque undiquaque plenam reddidimus cum *Kuehnio*, nimirum χρύσεα χαλκείων. istius autem restitutae lectionis habuit non obscura vestigia Codex *Falckenburgii*, ex cuius Excerptis haec adfero: εἴτε δημ. ἢ κυβ. συνοικήσασα μηδὲ τῷ φρυγὶ παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος κυβαίων βασιλεύς· sed illa nobis integriora ceteri dedere MSS. Quam dixit *Demodicem Pollux*, a *Rhodigino* appellatam *Hermodicen*, non est quod cum *Iungermanno* mireris, dictive quaeras auctoritatem; attulit enim *Heraclidis* locum, monitore *Obrechto*, ubi id nominis extet, *Kuehnius* noster. sed, dicam quod sentio, in *Heraclide* omnino mihi ex *Polluce* restituendum videtur Δημοδίκη. Ἑρμοδίκην an inter mulierum nomina propria ullibi locorum sis reperturus, penitus addubito; nisi forsitan qua dicitur analogia Ἡροδίκη, et Ἑρμοδίκην dici posse pertendas. Δημοδίκη vero, et de

viris *Δημόδικος* cognitum est satis. et quiddam, nisi me fallo, huius rei est apud *Diodorum Siculum*. sed eruditius alii atque felicius collatis plurium auctorum testimoniis hisce lucem affundent.

Λυκίοις] C. V. *Λύκος·* legerem, *εἴτε Λυκίοις Λύκων* vel *Λύκος* filius *Pandionis*, a quo *Lycii* nomen traxere, vel, si hoc non placet, *εἴτε Λύκιοι, εἴτε Λυδοὶ κ. φ. Ξ. εἴτε Νάξιοι, κ. τ. Ἀγλαοσθένους δόξαν.* Kuehn.

Λυκίοις] Pro *Λυκίοις* MS. *Λύκος* habet. an itaque *Lycus*, quem Heroëm fuisse ex *Suida* et *Hesychio* novimus, una cum *Erichthonio* sibi vendicat hanc inventionem? Iung.

Λυκίοις] Pro his in textu *Kuehnius*: *εἴτε καὶ Λύκιοι·* quae quidem MSS. auctoritate destituta amplecti non potui. nos itaque *Λύκος·* et omnino de *Lyco* Heroë, cuius rei veritas et *Iungermanno* suboluit, intelligendum statuo, ut dicat *Pollux Erichthonium* atque *Lycum* utrosque nomismatis signaturam Atheniensibus invenisse. et potuere simul mutuiter operam sibi praestitisse, siquidem temporis patiatur ratio. at, inquis, ubi haec eadem de *Lyco* et *Erichthonio*? ubi similia? hic mihi, neque diffiteor, ex diversis scriptoribus non suppetit auctoritas. sed vero, quid impedit, quo minus calidius quid aggrediar, si forsitan audentem fortuna iuvet. in *Plinio* lib. VII. H. N. cap. 56. *Argentum invenit Erichthonius Atheniensis; ut alii, Aeacus.* non quidem haec de nummi signatura dicuntur, sed tamen res ab hac haud ita dissentiens adscribitur *Erichthonio*. at vero *Plinio* teste, *Aeaco* erant, qui reperti honorem argenti vindicabant. de *Aeaco* meministine aliunde tale quid? non puto sane: et variant in illa voce *Pliniani* MSS. in *Polluce* vero cum iunctos habeamus auxilio MSS. *Erichthonium* et *Lycum*, *Lycum* in *Plinio* quoque reponere suadet animus. et alibi quoque est ubi vitio sit positum huius Herois nomen, quod librariis imputamus, qui ignotis sibi notiora supponere non dubitarunt. Considerent accuratius eruditi singula, et discutiant, si ipsis aut meliora adferre liceat, aut haec nostra stabilire ulterius.

εἴτε Λυδοὶ] *Λυδοί.* De iis *Herodot.* libr. I. fol. 44. *πρῶτοι ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο.* Sed lege *M. Host.* lib. I. pag. 26. Seb.

εἴτε Λυδοὶ] MS. *εἴτε Λύδοι.* Sed emenda *Λυδοί*, *Xenophanes* vero an ille *Colophonius*, de quo *Laërtius* lib. IX.? Iungerm.

εἴτε Λυδοὶ] Accentum recte *Kuehnius* mutaverat. Notavit et hanc rem de Lydis ex *Herodoto*, puto, *Eustathius* ad *Dionysium Perieg.* v. 840. *Xenophanem* vero *Colophonium* intelligo, qui varia scripsit, cuiusque fecere mentionem *Athenaeus*, *Diogenes Laërtius*, quem vide in *Epimenidis* vita, aliique.

Ἀγλωσθένους] Pro *Ἀγλωσθένης* coniiciebam primum *Ἀγλαοσθένης*, et *H. Iunium* Nomencl. cap. de Re Nummaria *Aglaosthenem* scribere video. tamen et alterum forte rectum. Ille scriptor et apud *Lactantium* laudatur, quem locum debeo *Grutero* meo, lib. I. Instit. c. 11. Caesar *quoque n Arato refert*, Aglaosthenem *dicere*, Iovem *cum ex insula Naxo adversus Titanas proficisceretur, et sacrificium faceret in littore*, etc. Ubi vides de Naxo tractasse *Aglaosthenem*, vel Historiam Naxiam scripsisse. Sic itaque tota haec periodus scribenda: *λόγον ζητεῖν* (sive *ἐπιζητεῖν*) *εἴτε Φείδων πρῶτος ὁ Ἀργεῖος ἔκοψε νόμισμα· εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία, συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγί, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως· εἴτε Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος καὶ Λύκος· εἴτε Λυδοί, καθά φησι Ξενοφάνης· εἴτε Νάξιοι, κατὰ τὴν Ἀγλωσθένους δόξαν.* Iung.

Ἀγλωσθένους] Non dissentiunt ab editis MSS. *Kuehnius* tamen *Ἀγλαοσθένους* in textu reponebat, quod ipsum et ad oram sui Codicis *Salmasius* restituit. intactam ego liqui vulgatam lectionem, siquidem *Ἀγλωσθένης* non aliter dici censeam, quam *Σωκράτης* pro *Σαοκράτης*, et *Σώστρατος* pro *Σαόστρατος*. hoc si licuit ponere, cur non et simili iure *Ἀγλωσθένης* scribas pro *Ἀγλαοσθένης*? Posteris autem tradiderat hic *Aglosthenes*, seu dictum mavelis *Aglaosthenem*, insulae Naxi historiam, qua primordia gentis, atque res, dum floruere, gestas literis mandaverat, et ab ipso repetierat, quod solitum istis scriptoribus, tempore fabulari. quin etiam, nisi me fallo, ipse Naxo fuerat oriundus *Aglaosthenes*. meminit eius *Hyginus Poëtico Astron.* ubi de minori ursa: *Hanc*, inquit, *Aglaosthenes, qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse unam de Iovis nutricibus ex Idaeis nymphis*: quae tibi petita sunt ex *Eratosthenis Catasterismis*; cui et *Ἀγλαοσθένης ἐν Ναξικοῖς* laudatur. sed ad *Hygini* locum doctissimus *Munckerus* in tribus Ulitianis MSS. legi testatur *Glosthenes*, ex quo refinge *Aglosthenes*, adeo ut ista scriptura cum *Pollucis* nostri concinat egregie. est et apud *Parthenium* huius historici mentio, ad quem praestantissimus *Thomas Gale*, quod et dicto loco *Munckerus* adnotavit,

maculam ex *Germanici Scholiasta* eluisse se putat, in quo *Agathosthenes in Asiaticis carminibus* scriptum fuerit male *Galaei* iudicio pro *Aglaosthenes in Naxiacis carminibus*, ubi tum carmina mihi pro scriptis aut historia intellige, sicut et apud alios recentioris aevi. alias autem et *Agathosthenem* reperio scriptores inter antiquos, adductum *Tzetzi* ad *Lycophronis Alexandram* v. 704. et 1021. quo posteriori loco philosophi nomine insignitur: *Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης οἱ φιλόσοφοι·* et de *Aglaosthene* quidem restituendo ut cogites apud *Isaacium* rationis est nihil; videturque *Agathosthenes* iste Geographicam edidisse descriptionem quorundam celebrium in orbe locorum. pensites igitur, annon retinere possis vulgatam in *Germanici Scholiasta* lectionem; aut, si quid mutatum velis, *itineribus* optem reponere pro *carminibus*. et vero quidni potuerit ea, quae de *Naxiacis Aglaosthenis* alii promunt, retulisse *Agathosthenes* in itineribus Asiaticis? haec si vera, prout videntur omnino, *Itinera* protulit in lucem *Asiatica Agathosthenes* ille. sed haec *ὡς ἐν παρόδῳ.* At tamen ab *Aglosthene* necdum discedere iuvat, siquidem bene mereri de *Athenaeo* huius ipsi scriptoris feliciter restituto nomine animus impellat. apud *Dipnosophistam* igitur lib. III. c. 5. *Νάξιοι δὲ, ὡς Ἀνδρίσκος, ἔτι δ' Ἀγασθένης ἱστοροῦσι, μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν.* *Andriscum* historiam conscripsisse Naxiacam ex *Parthenio* observat ad hunc locum vir summus *Is. Casaubonus.* sed *Agasthene* hoc spurio, cuius inauditum in Graecis historicis nomen, ad Cynosarges delato, meo tu periculo reponas *Ἀγλαοσθένης.* nominis vestigia manifesta, ipsaque pro me rei veritas sponsionem faciunt. meminit et *Clemens* in *Protreptico.* Iamque tandem ad *Pollucem* redeamus. Totum hunc *Onomasticographi* nostri locum de monetae repertoribus adtulit in *Dissertatione* de *N. non C.* Doctiss. *Sperlingius*, cap. 1. plurimamque decerpsit partem *Lipsius* cap. 5. ubi et ex *Lucano* Thessaliae cuidam regi *Itono* hanc inventae monetae gloriam tribui docet. *Poëtae* verba producam; eo magis, quod nullam istius *Itoni* mentionem fecerit *Pollux* noster:

Primus Thessalicae rector telluris Itonus
in formam calidae percussit pondera massae,
fudit et argentum flammis, aurumque moneta
fregit, et immensis coxit fornacibus aera.

Ad ista mihi omnino lege, quae dixit Excellentissimus *Hugo*

Grotius, gentis Batavae decus nunquam interiturum. [De *Aglosthene* satis in hac nota luculenter disputavi. sed quaedam obiter adspergenda. In *Hygini* loco *Aglosthenes* claris literis expressum legitur in Codice MS. quem contuli. Illa vero cum scripsi, ipsum *Thomae Galaei* locum non inspexeram, quo postea perlecto deprehendi meae adnotationis pleraque ab Eruditissimo Viro esse occupata. in ceteris autem *Athenaei* emendatio, quae caput est huius notae, hominem doctissimum non praeteriit. de *Agathosthene* vero parum abest, quin *Galaei* sententiae me dedam; ad quod me maxime impellit *Eratosthenis*, quem adduxit, locus. quanquam ab altera parte nihil omnino sit rationis, quod magnopere nos credere cogat, non eadem potuisse literis consignari ab *Agathosthene* et *Aglosthene*. *Ex Addendis*.]

84.

ἀξιώσει τις] *Non enim volet quisquam nos in praesens agere curiosius, εἰ. M. an Mytilenaei* etc. *εἰ* pro *οἱ* leg. C. V. et ita eleganter connectit textum. Kuehn.

ἀξιώσει τις] MS. τίς. Iung.

πολυπραγμονεῖν. Οἱ Μ.] Progreditur nunc ad nummorum varios typos, de quibus etiam peculiari capite 8. lib. I. Rei Numm. *Hostus*, et *H. Iunius* et Avus meus dictis locis. hic itaque MS. πολυπραγμονεῖν, εἰ Μιτυληναῖοι μὲν etc. et prorsus ita scribendum. Sic omnia rectius cohaerent. vulgata, οἱ Μιτυλιναῖοι, vitiosa sunt. Iung.

πολυπραγμονεῖν. Οἱ etc.] In textu bene *Kuehnius* reddiderat MSS. lectionem, quam sequimur omnino planissimam utique atque facillimam.

Μιτυλιναῖοι] Μιτυληναῖοι. Infra segm. 92. Seb.

Μιτυλιναῖοι] Mitylenaeorum *Sapponis* imagine signati nummi extant varii. et binos quidem, ut lucem acciperent atque auctoritatem haec *Pollucea*, adpingendos curavi, quorum primus antiquior ipsam nobis ab una parte *Sapphonem* erectam atque stantem repraesentat, addita hac inscriptione: ΣΑΠΦΩ ΛΕΣΒΙΣ· alter vero sub *Iulia Procula* cusus eandem exhibet sedentem cum hac ἐπιγραφῇ, Μιτυληναίων· si de Mitylenaeis nataque apud eos *Sapphone* legere gestiat animus, consulendi sunt, qui nummos illustrarunt veteres, *Begerus*, *Nonnius* ad *Goltzium*, aliique. Sequitur in *Polluce* nostro de Chiis, quos habuisse sculptum in nummis suis *Homerum* inquit. diversas fuisse gentes, quae sibi vindicarent *Homeri* natales, res est nota. inter eas, monente

Allatio et *Spanhemio*, prae reliquis excelluere Chii atque Smyrnaei, quarum haec alteri dubiam fecit de *Homeri* nativitate atque incunabulis palmam. utraeque monetam summi vatis figura percussam edidere, de quibus omnibus, ne quid praeter rem et necessitatem moremur, videndi sunt nominati modo scriptores eruditissimi, ille quidem in libello de Vita *Homeri* c. 13. hic vero de Praest. et Usu Num. pag. 487. quibus si quae adhuc habeamus adiicienda, commodiori reservemus loco.

ἐνεχάραττον.] C. V. ἐνεχαράξαντο, quod eodem recidit. Kuehn.

ἐνεχάραττον] MS. ἐνεχαράξαντο, Χῖοι etc. Iung.

Ἄσις] C. V. bene Ἰασεῖς leg. Ἰασσεῖς. Ἴασσος urbs *Cariae maritima*, quae puerum Delphino insidentem nummis suis habuit inscriptum, quod Delphinus in urbe illa puerum amore prosecutus, saepius eidem tergum subiecerat et per maris ingens spatium vexerat, de qua historia pleni sunt libri. Vid. praeter *Plutarch.* de *Solertia*. *Animal.* et *Aelianum*, quos laudat vir eruditus ad Excerpta C. V. *Aristot.* H. A. libr. IX. cap. 48. *Athenaeum* libr. XIII. cap. 9. *Plinium* libr. IX. cap. 8. *Oppianum*, *Solinum*, qui in eo fallitur, quod *Iassum* facit urbem Babyloniae, eo deceptus quod *Plinius* scripsit, hunc puerum ab *Alexandro M.* Babylone sacerdotio *Neptuni* admotum; quasi facilius sit, urbem cum omnibus incolis Babylonem transferri, quam unum inde puerum ad *Alexandrum* evocari. idque factum esse *Athenaeus* ex *Duride* annotavit satis clare. Kuehn.

Ἄσις] Ἄσις in vulgatis, plane mendose, quamvis *Rhodiginus* id secutus sit X. Antiqu. 1. ubi *Asia* habet, et *Hestus* lib. I. c. 8. qui ineptius *Asia*. *H. Iunius* id plane omittit, mendum scilicet subolens, et id expedire nesciens. Sed MS. noster veram lectionem habet: Ἰασεῖς δὲ παῖδα etc. quam certe non ignoravit et Avus meus lib. de Numism. ubi ista explicans, haec ita vertit; *Iasenses pueri insidentis Delphino*, scilicet imagine signasse pecuniam suam. qui pluribus ibi ex *Plutarchi* libello πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα, extremo, ubi Ἰασεῖα παιδα vocat, et πάντων Ἰασέων· et sic claudit; καὶ τοῦ πάθους ἐπίσημον ἐποίησαν τὸ χάραγμα τοῦ νομίσματος, ὥστε παῖς ὑπὲρ δελφῖνος ὀχούμενος· quae verba quum in promptu habuerit et *Hostus* illo cap. 8. lib. I. Rei Numm. mirum non vidisse, quam absurde id *Asiae* tribuerit. Eundem ἔρωτα δελφῖνος ἐν Ἰάσῳ ἐς μειράκιον καλὸν, ut caput incipit, *Aelianus* narrat prolixe

lib. VI. περὶ ζώων ἰδιότ. cap. 6. Ethnicographus de *Iaso*, Ἰασσὸς, πόλις Καρίας, ἐν ὁμωνύμῳ νήσῳ κειμένη, ἡ καὶ ὀξυτόνως λεγομένη· ὁ πολίτης αὐτὸς Ἰασσεὺς, ἀφ' οὗ Χοιρίλλος ἐὼν Ἰασσεύς. De eadem in Caria *Strabo* lib. XIV. εἶτ' Ἰασσὸς ἐπὶ νήσῳ κεῖται προσκειμένῃ τῇ ἠπείρῳ· ἔχει δὲ λιμένα, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ τῆς θαλάττης etc. Eandem vero historiam quae in urbe *Iasso* contigerit, et aliam similem narrat *Plinius* libr. IX. c. 8. quodque in eadem narratione apud *Solinum* est: *apud Iasum urbem Babyloniae puerum* etc. non ita in suis membranis esse testatur *Ortelius* in Theatro, sed *Babylonem*, quasi hoc nomen pueri fuerit. certe apud *Plinium*, unde iste illius simius sua pleraque exscripsit, nihil de Babylonia legas eo loco. et quid si Ioniae legamus? invenerat aliquis bardus *Ioniae*, et id non capiens nimirum finxit ibi *Babyloniae*, quam norat. Sed haec extra oleas: ad *Pollucem* nostrum. Iung.

Ἀσίς] *Kuehnius* Ἰασεῖς in textu, et mox Δαρδανεῖς, quod utrumque ita et nos restituimus. vitio dedit orignem iunioris Graeciae pronunciatio, quae diphthongum ει efferebat tanquam simplex iota, sic et qui hodie vivunt in Graecia barbari mage quam Graeci. Horum autem nummorum reliquias non puto ullas extare in eruditorum Thesauris nummariis. certe, quantum equidem scio, in lucem tales non sunt editi.

Δαρδανίς] C. V. Δαρδανεῖς a recto Δαρδανεὺς, nomen gentis Illyricae. Kuehn.

Δαρδανίς] MS. Δαρδανεῖς δέ· recte. de populis enim agit. male itaque *Rhodiginus Dardanis*, X. Ant. 1. et *Hostus Dardania*: bene *Iunius Dardani*, et prorsus ad veram lectionem Avus meus, *Dardanienses*, ut ab Ἴασος Ἰασεῖς, sic Δαρδανεῖς a Δάρδανος, quae exponente Ethnicographo, πόλις Τρωάδος, ἡ πρότερον Τευκρίς· unde et regio Δαρδανία, ut apud eum videas. Vide de urbe ea in descriptione Troadis et *Strabonem* lib. XIII. Iung.

Ἀσπένδιοι κ.] MS. plenius Ἀσπ. δὲ καὶ. Iung.

Ἀσπένδιοι καὶ.] Plenior est sensus, inserta particula δὲ, quam et hic et mox post Κεφαλλῆνες, consentiente *Iungermanno*, in textum ex MSS. recepimus. Utraque vero, de Aspendiis, et quae mox de Rheginis *Pollux* habet nummis, clariora tibi reddam prolatis utriusque populi nummorum ectypis, quae subministravit eximia praestantissimi WILDII atque humanissima benignitas. Aspendiorum ille, quem vides, nummus sub *Gallo* et *Volusiano* Imperatoribus percussus est, et ostentat ab altera parte quos *Pollux* commemo-

rat luctatores. neque vero solis Aspendiis hac insignes figura nummi sunt signati, sed et Laodicensibus: et horum quoque nummum propter exactam cum Aspendiorum illo posito similitudinem in medium producere libuit. inscriptio *ΛΑΤΔΙCΕΟΝ*, quo scilicet modo in *Petronio Laucontem* pro *Laoconte* legisse memini, veteresque Romani *lautumias* pro Siculorum *laotomiis* dixere. Potuerit autem impressae figurae haec esse ratio, quod Laodicenses et Aspendii praestantissimos aluerint atque in certamina produxerint luctatores sed haec aliis, quibus ad ista talia inquirenda maius est otium, curae sint. De Rheginis vero, non quidem ipsorum nummum apponere licuit, sed Messeniorum, qui Rhegio non procul erant siti, et communia, credo, iura reipublicaeque insignia cum Rheginis habuere. plures videre tales potueris in *Augustino de Paruta*, neque nos morabimur amplius. Sed quid illud est rei, quod *Thasios* habuisse nummis suis insculptum Persam commemoret *Pollux?* supersunt *Thasiorum* nomismata, sed tamen non, puto, quae Persam exhibeant, neque rationis quicquam comminiscaris, quam propter impressum *Thasiorum* nummis Persam statuere liceat. iam olim fuit cum ad animum meum haec revocarem, cogitaremque, num forsitan insigni aliqua menda *Πέρσην* irrepsisset pro *Ἡρακλῆ*· certe, si animum attendas, non ita plane literae abludunt; atque tum veritati res tota conveniet. nil tamen, quod coniecturae nostrae opituletur, MSS. fovent. et forsitan aut deceperit se *Pollux*, aut talis olim extiterit *Thasiorum* nummus, qui ad hanc tempestatem non pervenit. alterutrum hac de re fuerit verum, tu iudica. sed *Thasiorum* habeto nummum, qui *Herculem* armatum clava atque leonina cinctum pelle prae se ferat. addita est inscriptio: *Ἡρακλέους Σωτῆρος*, quo titulo notissimus in antiquis monumentis *Hercules* venit. et causam scies nummis insculptae *Herculis* figurae, si *Stephanum* in voce lectum iveris. Potuerant autem ad haec *Pollucis* nostri alia similia ex veterum scriptis colligi atque adnotari, veluti, quod Pariorum drachmae *Aratum* habuerint impressum, unde et iste sit versiculus *Simonidis* epigrammate in *Arcesilaum*: *Δραχμαὶ ταὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημ' Ἄρατος.* quod *Gergithii Sibyllam* et Sphingem in sua signaverint moneta, tradente *Stephano* ex *Phlegonte* in primo de *Olympiadibus*, Tenedii ab hac parte securim, ab altera vero ex uno surgentia collo bina viri mulierisque capita, eodem *Stephano* auctore in *Τένεδος*, et planius etiam *Heraclide* in Tenediorum politia, unde petiit *Suidas;* quod Persae in suis habue-

rint nummis χάραγμα τοξότην, uti constat ex *Plutarchi* Apophtegm. Lacon. *Ephesii* cervam, utpote *Dianae*, cuius in tutela haec erat urbs, sacram, ut indicat *Libanius* Orat. in *Dian.* Ἐφεσίοις δὲ καὶ τὸ νόμισμα καὶ τὴν ἔλαφον ἔφερεν ἀμοιβὴν τῇ θεῷ μεγάλων ἀγαθῶν. Argivi denique lupum, cuius rei testis est *Sophoclis* haud ineruditus *Scholiastes* ad *Electram* v. 6. et eius tibi verba in medium posuisse haud fuerit indignum: Οἱ δὲ (Λυκοκτόνον τὸν Ἀπόλλωνα ὀνομάζεσθαι λέγουσι) διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τὸ ζῶον, ὡς καὶ τῆς Ἀρτεμίδος τὰς ἐλάφους· ὅθεν καὶ τῷ νομίσματι τῶν Ἀργείων ἐγχαράττεσθαί φασι λύκους, ὡς καὶ τὰς γλαῦκας Ἀθήνησι. Et de lupo quidem non habet *Pollux* noster, qui murem in Argivorum nummis sculptum perhibet. sed vero Argivi tam murem quam lupum, et utrumque diversis etiam temporibus in sua signatum habuere moneta. at apud eundem observa sis, de noctuis quae dicit, siquidem ad superiora referendum, ubi de istis Atheniensium nummis est actum. lupum vero sacerrimum fuisse animal plures sunt qui testentur, *Macrobius* Saturn. libr. I. ubi de *Λυκοκτόνῳ*, *Apollonii Schol.* ad II. *Argon. Aristoph.* Comment. ad *Aves*, *Aeschyli* ad *septem contra Thebas*, *Aelianus* de Animal. lib. X. et XII. *Etymologus* in πόλιοι λύκοι, aliique plures, quorum hi Aegyptiis, illi Delphis in honore habitos fuisse lupos referunt. sed quo delabimur? Haec, inquam, talia de signatura nummorum variisque figuris ad *Polluceam* recensionem possent adiici, sed pauca tantum delibare constitueram, οὔτε γὰρ, ut cum *Polluce* meo loquar, κατὰ τὴν ἐμὴν ὑπόθεσιν ἡ πολυπραγμοσύνη, praecipue, si singulorum originem atque rationes indagare et exponere animus esset. Et haec quidem superasse gaudemus, restant tamen quae curam et diligentiam his non minorem postulant.

Ῥηγῖνοι] MS. Ῥηγινοί· supra de eodem typo *Noster* V, 75. Iung.

λαγών.] Talem nummum exhibet *Prosperi Parisii Tab. II. rariorum magnae Graeciae numismatum* n. 4. forte inde manavit proverbium, quo Ῥηγίνους vocarunt qui timidiores erant. vid. *Hesych.* in Ῥηγῖνος. His adde quod in nummis Troezeniorum extiterit tridens ex altera et *Minervae* facies ex altera parte. *Pausan.* in *Corinth.* in stateribus *Cyzicenis* virgo stetit. *Hesych.* in Κυζικηνοὶ στατῆρες etc. *Samii Iunoniam* avem nummis praeferebant. *Athenaeus* lib. XIV. cap. 20. confer dicta ad supra segm. 75. Kuehn.

Κεφαλλῆνες] MS. Κεφαλληνεὶς δὲ ἵππον. Et ita emenda, quamvis et vulgatum rectum, unde Κεφαλλῆνας apud *Strabo-*

nem habes libr. X. a Κεφαλλὴν, quod ex *Sophocle* adnotat *Eustathius* ad *Hom.* Ὀδυσσ. α. et ea forma apud *Homerum*, alios. altera tamen quoque bona, quam MS. habet. sic apud Ethnicographum ab Ἀζανίας, Ἀζανεῖς· ab Ἀλωπεκίας, Ἀλωπεκεύς· a Κατταβανίᾳ, Κατταβανεὺς, alia. Tota vero haec periodus, qua *Pollux* nummorum imagines refert, obiter cohaeret, et itaque ut scribenda et distinguenda lubet proponere totam: οὐ γὰρ ἀξιώσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι πολυπραγμονεῖν, εἰ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχαράξαντο, Χῖοι δὲ Ὅμηρον, Ἰασεῖς δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον, Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην, Ἀσπένδιοι δὲ παλαιστὰς, καὶ Ῥηγῖνοι μὲν λαγὼν, Κεφαλληνεῖς δὲ ἵππον, Θάσιοι δὲ Πέρσην, Ἀργεῖοι δὲ μῦν· οὔτε γὰρ etc. Iung.

κατὰ τὴν ὑπόθεσιν] *Neque enim argumento libri convenit curiositas.* Kuehn.

καὶ ἄλλως ἤδη ἤκουσιν etc.] Locus mutilus, quem ita supplet C. V. καὶ ἄλλως ἤδη τὰ τοιαῦτα ἐστὶν συνειλεγμένα· ἴσως δὲ ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κ. *et alias*, (vel si legendum, ἄλλοις) *aliis ista iam sunt collecta. forte autem nominum ad catalogum pertinent* Croesi *stateres* etc. quid Δαρεικὸς *Suidas* dabit h. v. Kuehn.

καὶ ἄλλως ἤδη ἤκουσιν etc.] Iterum magna lacuna et corruptela invasit vulgatos Codices. tu restitue ex MS. qui ita habet: καὶ ἄλλοις ἤδη τὰ τοιαῦτα ἔστιν συνειλεγμένα· ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κρ. etc. Scilicet istam historiam non convenire horum librorum proposito, eamque iam ab aliis collectam esse auctoribus. Sed ad praesentem nominum catalogum forte pertinere ista, nempe *Croeseos* stateres etc. Iung.

καὶ ἄλλως ἤδη ἤκουσιν] Restituit atque locum supplevit *Kuehnius* ad oram sui Codicis, quomodo in textu a nobis est emendatum. ante nos et mutila erant haec et mendosa.

Κροίσειοι στατῆρες]. Priores editiones Κροίσιοι· vid. supra III, 87. Seb.

Κροίσειοι στατῆρες] MS. Κροίσιοι στατῆρες, καὶ Φιλίππιοι, ut antea vulgati. et supra III, 87. etiam Κροίσιοι MS. et supra IX, 59. etiam Φιλίππιοι. Sed non tamen et Ἀλεξάνδριοι ibidem, verum, ut vulgo, Ἀλεξάνδρειοι· et ea forma scilicet usitatior. Κροίσειοι hinc citat et *Hostus* lib. V. *Rei Numm.* cap. 8. tm. 6. de *Croeseo.* ubi et tm. 2. de *Philippeo.* De *Darico* ibidem plura tm. 9. de quo et *Brissonius* lib. 2. de *Reg. Pers.* Iung.

Κροίσειοι στατῆρες] In Codice *Falckenburgiano Κρόνσειοι στατῆρες* male legitur. eorum quoque superius factam fuisse mentionem memini, uti et *Philippicorum*, *Daricorum* ac *Alexandrii* nomismatis segm. 59. Hunc autem adducit locum *Sperlingius* de *Nummis non Cusis* pag. 133. et quae haec illustrent plurimum habet *Sardus* pag. 16. *de Nummis*. ponam verba: *Philippeius*, *quem habebat* Iacobus Sadoletus *Cardinalis optimus et Doctissimus fuit ponderis trium drachmarum*, *totidem siliquarum*, *hoc est*, *trium ducatorum*. Alexandreium *concisum*, *eiusdem ponderis paene apud se esse testatur* Henricus Glareanus. Nos et *Philippici* et *Alexandrii* nomismatis repraesentare tibi voluimus figuram. utrumque aureum extat in nomismatotheca *Wildiana*, pondere, uti puto, non diverso ab isto quod designavit *Sardus*. In hac autem *Alexandrii* nummi parte expressum quod videas *Minervae* caput, non est absque ratione, quippe quam insigniter coluerit *Alexander*, qua de re vide *Arrianum* lib. I. de *Exped. Alex.* pag. 36. ibique producentem binos alios elegantissimos nummos *Alexandri* nomine inscriptos Eruditissimum *Gronovium*, qui nuperrime auctorem eximium castigavit et in lucem dedit. Hi autem *Alexandri* nummi percussi sunt, antequam eum se natum pronunciasset *Hammon*, siquidem tum animo elatus, quippe qui se sortis humanae modum exsuperasse putaret, *Iovem* suis incudi iusserit nummis. talem exhibitum videbis ab Eruditissimo *Morello* depromptum ex pinacotheca clarissimi viri *P. Petavii* in Notis ad II. *Constantini Porphyrogennetae* de Them. pag. 132. et *Porphyrogennetae* tibi verba promam, quibus *Alexandri* ornamenta, prout in nummis ab eo visis sunt depicta, literis consignat. Macedoniae reges se ipsos Ἡρακλέους ἀπογόνους vocitasse refert, adeoque et istis usi sunt insignibus, quibus gavisus fuit generis auctor *Hercules*: διὸ καὶ ἀντὶ ταινίας καὶ στέμματος καὶ πορφύρας βασιλικῆς τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς τοῦ λέοντος ἑαυτοὺς ταινιοῦσι· καὶ στέμμα τοῦτο καὶ κόσμον ἡγοῦνται, καὶ ὑπὲρ πάντα λίθον· καὶ μάρτυς ἀξιόπιστος αὐτὸ τὸ νόμισμα τοῦ Μακέδονος Ἀλεξάνδρου τοιαύτῃ εἰκόνι καλλωπιζόμενον. Sed in isto tamen nummo, quem protulit *Morellus*, an non ipsum potius *Herculem* depictum putemus? siquidem *Alexandrum* si prae se se ferret, cornutam eius imaginem futuram prius existimem, praecipue cum ab altera parte *Iovem* Fulminatorem ostentet. neque diffiteri tamen possum apprime convenire hunc nummum descriptae a *Constantino* figurae. sed deliberent peritiores.

85.

Ἀλεξάνδρειον] *Zeno* Philosophus Alexandrini argenti meminit, ut elegantis et oculos ferientis, sed alias malae notae, apud *Laërt.* lib. VII. KUEHN.

Πολεμαϊκὸν] C. V. *Πτολεμαϊκὸν*· nec aliter legit *Interpres.* KUEHN.

Πολεμαϊκὸν] MS. *Πτωλεμαϊκὸν*, quivis videt emendandum *Πτολεμαϊκὸν*, ut etiam recte habet *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 11. tm. 13. et *Ptolemaïcam monetam* interpretatur Avus meus *I. Camerarius* lib. de *Numism.* IUNG.

Πολεμαϊκὸν] *Kuehnius* in textu *Πτολεμαϊκὸν*, et ita *Gualtherus* in eius expressit versione, neque legebat aliter *Falckenburgii* Codex: alterum vulgatum nauci non est. Sequitur *Δημαρέτιον νόμισμα*, quod Siculis *ἡμιχρυσοῦν* effecisse putat *Scaliger* de R. N. p. 13. et 17. cuius autem vir summus hoc noverit indicio, quove dixerit argumento, prorsus ignorare me fateor, neque designare nummi *Demaretii* pretium valeo, nisi staterem forsitan censeas. certe nummus *Alexandri* staterem valuit, ut ex primo capite scimus. eodem itaque stateris constitisse pretio *Berenicium*, *Ptolemaïcum* et *Demaretium* nomisma cum *Alexandrio*, veri non est absonum. meminit *Demaretes* ab eiusque nomine dicti nomismatis *Scholiastes Pindar.* ad *Olympion.* εἰδ. β. ἦν δὲ ὁ Θήρων (cuius honori ode *Pindarica* erat sacrata) ἀνέκαθεν ἀπὸ Οἰδίποδος· ἐκήδευσε δὲ Γέλωνι τυράννῳ ἐπιδιδοὺς αὐτῷ τὴν θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτειον προσωνομάσθη νόμισμα· quae eadem non multum diversis vocibus paululum inferius ad ipsam Oden ita repetuntur: Θήρων ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων βασιλεὺς Γέλωνι τῷ Ἱέρωνος ἀδελφῷ ἐπικηδεύσας, γάμῳ συνάπτει τὴν αὐτοῦ (αὑτοῦ) θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτειον νόμισμα ἐν Σικελίᾳ. *Δαμαρέτην* autem et *Δαμαρέτιον νόμισμα* cum dixit *Diodorus*, Sicule seu Dorice loquutus est. Mox autem vulgo fuit in textu γνωριζόντων πάντων· pro quibus ἁπάντων addita meliori distinctione reddidi.

τοὺς ἐπωνύμους] ἐπώνυμοι dicuntur illi, a quibus nomina sua acceperunt numismata. Mens itaque Auctoris eo redit, se nolle explicare quid sit *Philippeum* etc. cum omnes norint illos, qui dederunt nomina his nomismatibus: solum autem *Δημαρέτιον* enarrat, quia non aeque in vulgus notum est, eius denominatio unde sit. KUEHN.

τοὺς ἐπωνύμους] MS. ἐπονύμους, et ἀπάντων· et mox *Δημαρέτη*· emenda omnino et distingue: ὧν τοὺς ἐπωνύμους

γνωριζόντων ἁπάντων, ἡ *Δημαρέτη Γέλωνος* etc. quorum nominatores, vel illos, a quibus nomen acceperint *Croesei, Philippei, Darici, Berenicium, Alexandrium, Ptolemaïcum,* et *Demaretium*, illos inquam cum noscant omnes, quod ad *Demaretam* attinet, illa etc. *Δημαρέτη* paroxytonως recte habet et *Hostus* haec referens, libr. III. cap. 8. tm. 16. itaque apud *Hesychium* est in *Δημαρέτιον*· et apud *Diod. Siculum* lib. II. *Δαμαρέτη, Δαμαρέτιον*. IUNG.

Λιβύας] MS. plenius *τοὺς Λιβύας* etc. sed accentu pariter perverso. scribe *τοὺς Λίβυας*. IUNG.

* *συγχωρεύσασα*] *F. συγχωνεύσασα*. Quod ad rem ipsam, *Hesychius* similiter refert, sed *Diodorus Siculus* discrepat, quem vise libro undecimo fol. 21. *Wechel*. SEB.

* *συγχωρεύσασα*] C. V. *συγχωνεύσασα*, *conflans*, recte, si modo addatur *καὶ σ*. *Diodorus* hoc nomisma 10. drachmas Atticas valuisse, dictumque esse a Siculis *πεντηκοντάλιτρον ἀπὸ τοῦ σταθμοῦ*. KUEHN.

* *συγχωρεύσασα*] Rectissime noster *Seberus* coniecit *συγχωνεύσασα*· id enim prorsus ita habet MS. noster. ne dubites id itaque *Polluci* reddere. Vidit id et Avus meus, qui libr. de Numism. haec ita vertit, *et conflato universo,* mundo sc. *Hostus* inepte, *ac tradidit*, *et nummum percussit*. IUNGERM.

* *συγχωρεύσασα*] Cum *Kuehnio* textum emendavimus, dedimusque *συγχωνεύσασα*· nec aliter legit *Sperlingius*.

τοῦτό γε μὴν] Laudat hunc locum *Budaeus* libro quarto de asse circa princ. legens mox *τὸ δὲ Σύρον*· et mox omittens *δραχμάς*, quod nec sensus fert. SEB.

τοῦτό γε μὴν] Scribe *τοῦτό γε μ.* ut et MS. habet: in quo ad oram tale summarium: *περὶ διαφορᾶς ταλαντῶν*. IUNG.

ὅτι τὸ μὲν Ἀττ. τ. etc.] Deest *μὲν* in MS. IUNG.

ἑξακισχιλίας etc.] *Sex millibus denarium* ait *Aldus Manutius* libr. II. de quaesit. per epist. φ. 7. et *Ant. Augustinus* Annotat. in *Festum* ad *Euboïcum*. vid. et *Hostum* lib. II. de Ponderib. cap. 7. tm. 1. n. 7. et lib. III. Rei Numm. c. 12. tm. 1. IUNG.

δραχμᾶς] Emenda *δραχμὰς Ἀττ.* IUNG.

86.

τὸ δὲ Βαβυλώνιον] MS. *τὸ Βαβυλωνίων, ἐπτ.* sine *δέ*· et possumus scribere: *τὸ δὲ Βαβυλωνίων*· quamvis parum refert. ita tamen et *τὸ δὲ Σύρων* mox MS. et alia quae ibi dicam. Sed de Babylonio talento vid. *Hostum* ibid. lib. III. Rei

Numm. cap. 12. tmem. 7. cui videtur *Pollux* rem ad vivum non putasse. vid. et *Ant. Augustinum* ad *Festum* in *Euboïcum*. De *Aeginaeo* idem *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 12. tm. 3. Iung.

τῶν δὲ Σύρων,] C. V. τὸ δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ τετρακὶς χιλίας· τὸ δὲ Αἰγυπτίων ὡς πρὸς τὸν τῆς Ἀττικῆς δ. λογισμόν. leg. τετράκις χ. Aegyptii talenti valorem non exprimit, sed in genere dicit, id computandum esse secundum Atticae drachmae rationem. vid. *Plinium* lib. XXXIII. cap. 3. *Salmas.* an πεντακισχιλίας? Kuehn.

τῶν δὲ Σύρων,] MS. τὸ δὲ Σύρων, ut antea Βαβυλωνίων· et mox ex MS. alia: non itaque emendatione *Budaei* opus. Sed *Pollux* etiam mutilus hic est, addideratque de Cilicio et Aegyptio talento, quae MS. noster reservavit, ut et de Syro talento, quod non saltem quingentas et mille continet drachmas, ut vulgatus *Pollux* et *Hostus* ex eo lib. III. Rei Numm. cap. 12. tm. 8. et lib. II. de Ponderib. cap. 14. tm. 2. n. 5. sed quingentas et quater millenas. Sic enim totus locus in *Polluce* scribendus et supplendus est ex MS. ita habente: τὸ δὲ Σύρων, πεντακοσίας καὶ τετρακισχιλίας· τὸ δὲ Κιλίκων, τρισχιλίας· τὸ δὲ Αἰγυπτίων, πεντακοσίας· ὡς πρὸς τὸν τῆς Ἀττικῆς δρ. λογ. ubi vides Aegyptium inter ista esse minimum. Non itaque video quomodo idem erit cum Attico magno, quemadmodum censeri ait *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 12. tm. 9. Alias de hac talenti varietate ex *Budaeo* idem *Hostus* lib. III. c. 13. Iung.

τῶν δὲ Σύρων, πεντακοσίας, καὶ χ.] Insigni locupletiorem hic *Pollucem* augmento fecimus. nihil erat in vulgatis de Cilicum Aegyptiorumque talento, quae tamen omnia egregie supplent et restituunt MSS. in paucis dissentiunt *Falckenburgiani* Codicis Excerpta, quippe quae post πεντακοσίας καὶ χιλίας, sicuti in vulgatis erat post τῶν δὲ Σύρων scriptum, subiiciant demum: τῶν δὲ Κιλίκων τρισχιλίας· τῶν δὲ Αἰγυπτίων πεντακοσίας καὶ χιλίας· sed tamen, nisi me vestigia fallant, in ipso MS. Codice non aliter extitit ac in ceteris MSS. sed qui haec decerpsit, ipsam textus variantiam adnotasse susque deque habuit. Tum quoque paulo post fuit, πρὸς τὸν Ἀττικῆς δρ. ubi τῆς ante Ἀττικῆς inseruimus lubentes. Hunc autem *Pollucis* nostri totum locum de diverso talentorum cuiusque populi valore adduxit, in quibusdam illustravit etiam *Snellius* pag. 41. neque operam luseris, si *Sardum* de *Nummis* pag. 19. et sequent. inspicere

tibi grave non fuerit; ibi enim et aliis ex auctoribus, *Polybio* praesertim, hanc rem illustrat, eosque cum *Polluce* componit. adde, si lubet, *Schottum Tabula Rei Nummariae* cap. 6. Praeter *Polluci* nostro enumerata talenta, in *Herone* et alia adhuc plura reperio: *Ptolemaïcum* scilicet et *Antiochicum*, quae utraque refert Attico talento ἰσοστάσια et ἰσάριθμα ἐν πᾶσι· δυνάμει δὲ, siquidem ipsius haec *Heronis* verbis quam meis proponere malim, τοῦ μὲν Πτολεμαϊκοῦ κατὰ τὸ νόμισμα τετραπλάσιον, (*Scaliger* τριπλάσιον legendum pertendit) ἐπὶ τρίτον (sic enim in meis schedulis legitur) δὲ τοῦ Ἀντιοχικοῦ, τῷ δὲ Τυρίῳ ἴσον· in quibus itaque et Tyrium habes talentum quod Attico respondeat exacte. Porro novisse se memorat protinus duplex talentum ξυλικὸν, cuius quidem nominationis causam iuxta cum ignarissimis ignoro; non enim, puto, ita dictum censebis, quod in emendis vendendisque lignis hoc praecipue talento usi fuerint *Antiochenses* et *Alexandrii*, τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ scilicet, et τὸ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· prius quidem μνᾶς μὲν ἰδίας ἔχει ξ. ἑξαπλάσιον δὲ σχεδὸν τῷ τοῦ νομίσματος ἀριθμῷ· alterum vero τῷ πέμπτῳ διαφέρει πρὸς τὸ προειρημένον ἐπιχώριον περιττεῦον, *Antiochicum* scilicet. Haec quidem ex *Herone* libuit excerpere, quae pleraque habet et examinat *Scaliger* de R. N. pag. 45. et sequ. ubi pluscula reperies, quae ad hanc rem faciunt, non tamen omnia sine quibusdam naevis: sed haec alias.

πρὸς τὸν Ἀττ. δρ. λογ.] πρὸς τὸν τῆς Ἀττ. in MS. plenius esse iam dixi. Iung.

δραχμὰς] δραχμὰς bene notavit *Seberus* a *Budaeo* omissum. nec id locum habeat; est tamen idem et in MS. nostro, sed transverso calamo lineam perductam gerens, et supra scriptum habens μνᾶς· quod si reponamus et hic, nihil absurdi video amplius. Iung.

δραχμὰς] Non convenire loco drachmas recte vidit *Iungermannus*, et itaque restituit, favente MS. μνᾶς, quod rectum. Sequitur tum talentum Babylonium continuisse septuaginta minas, qua quidem in re dissentit *Aelianus* a *Polluce* nostro V. H. libr. I. cap. 22. δύναται δὲ τὸ τάλαντον τὸ Βαβυλώνιον δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς Ἀττικάς· utiturque ad eum locum Doctiss. *Schefferus* his *Pollucis* nostri verbis, ut *Aelianum* a vulgari computatione discedere persuadeat: sed alia est *Willebrordi Snellii* super hoc *Aeliani* loco sententia, siquidem existimet ista δύο καὶ ex praecedentibus irrepsisse hoc non commode loco. neque vero quod huic eruditi viri sententiae opponam, habeo quicquam, de-

letisque istis voculis in gratiam *Aelianus* cum *Herodoto* et *Onomasticographo* nostro redibit: sed haec eruditi melius. Mox autem de minarum et drachmarum diversitate tangit obiter, exigendamque harum ad ceterorum analogiam rationem inquit, quo de et *Vossii Etymol.* in *Talentum* consule. sed ex *Herone* adferre lubet, quod ad hunc faciat rhombum: *Οὐ λανθάνει δέ με καὶ τῶν δραχμῶν εἶναι πλείους διαφοράς· τήν τε γὰρ Αἰγεινίαν (Αἰγιναίαν) καὶ τὴν Ῥοδίαν μνᾶν τῆς Πτολεμαϊκῆς εἶναι πενταπλάσιον· ἐξαπλάσιον δὲ τὴν νησιωτικὴν οὕτω προσαγορευομένην· τῇ οὖν Ἀττικῇ πρός τε σταθμὸν τὸ νόμισμα (καὶ νόμ.) χρηστέον· ἰσοδύναμος γάρ ἐστι καὶ ἰσοστάσιος τῇ Ἰταλικῇ μνᾷ στατήρων ἐστὶν εἴκοσι καὶ πέντε· ἡ δὲ Ἰταλικὴ λίτρα στατήρων κδ. αἱ δὲ λοιπαὶ διαφόραι.* *Cleopatra* Aegyptiacae quoque drachmae facit mentionem, quae sextam Atticae constituat partem: *δραχμὴ δὲ καὶ ἄλλη ὁμώνυμος καλεῖται, ἡ Αἰγυπτιακή, ἥτις ἕκτον μέρος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς δραχμῆς·* et in eodem paulo post *Ptolemaïca* mina nominatur. Sed eho! iam huius est satis.

κατὰ ἀνάλογον.] C. V. *καὶ τἄλλα·* adde, *κατὰ ἀνάλογον.* Kuehn.

κατὰ ἀνάλογον.] MS. *ἑκατόν· καὶ τἄλλα ἀνάλογον·* bene. id est, *ἀναλόγως· et alia, ut Syrum, ut Cilicium, ut Aegyptium, eadem proportione,* ait. Sic restituamus itaque. Iungerm.

παρ' Ἀθηναίοις] MS. *παρὰ Ἀθην.* Hunc locum adfert *Hostus* lib. III. Rei Numm. cap. 1. n. 12. et de Ponderib. lib. II. cap. 7. tm. 2. n. 3. Iung.

εἶχεν δρ.] Scribe *εἶχε δρ.* ut MS. etiam habet: quamvis hoc minutissimum est observare. Iung.

τοῦ καθ' ἕκαστον ταλ.] C. V. *ἑκάστοις*, quae lectio docet fuisse *τοῦ παρ' ἑκάστοις ταλάντου·* prout talentum variat apud singulas gentes, ita vel adduntur eidem vel detrahuntur minae, eidem nationi usitatae. Kuehn.

τοῦ καθ' ἕκαστον ταλ.] MS. *τοῦ παρ' ἑκάστοις ταλάντου,* z. etc. quo pacto scripsit *Pollux*, non ut vulgo est. Iung.

τοῦ καθ' ἕκαστον] Ex MSS. textus habet *παρ' ἑκάστοις.*

87.

τέσσαρας] MS. *τέτταρας.* In Avi mei *I. Camerarii* libello de Numism. invenio ipsius manu ita adnotatum: *in Oratione* Nazianzeni *ἐπιταφίῳ εἰς πατέρα annotatio haec legitur: τὸ τάλαντον, ὥς φησι Διόδωρος περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστιν ἑξήκοντα, ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ἑκατόν, ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ἕξ· ὁ ὀβολὸς χαλκῶν ἕξ· ὁ χαλκοῦς λεπτῶν ἑπτά· τὸ τάλαντον δὲ Ἀττι-*

κὸν παρὰ δὲ Σικελιώταις τὸ ἀρχαῖον ἦν μνῶν (fortasse νομμῶν) εἰκοσιτεσσάρων, νῦν δὲ δώδεκα· δύναται δὲ ὁ νόμος τρία ἡμιοβόλια. Eadem verba in *Suida* invenio omnia sub voce *τάλαντον*, nisi quod in medio plenius *Suidas*: *τὸ τάλ. δὲ τὸ νῦν λεγόμενον Ἀττικὸν παρὰ Σικελιώταις, τὸ μὲν ἀρχ.* et desunt ista ultima: *δύναται δὲ ὁ ν. τ. ἡ.* non vero temerarium videri cuiquam credo posse, quo et Avum meum respexisse credo, si illo loco pro *μνῶν* tam apud *Suidam* quam *Scholiastem Nazianzeni* scribamus, *νούμων*, vel *νούμμων*· et mox apud *Scholiastem νοῦμμος* pro *νόμος*· confirmat enim id prorsus *Pollux*, ut ipse vides, si modo ipsi suam scripturam reddas. mox enim ubi *ὁμόλια*, quamvis *Henr. Stephanus ὀβόλια* adscripserit in suo Codice, nondum tamen locus restitutus est. MS. habet *τρία ἡμιωβώλια*· scribe itaque *τρία ἡμιωβόλια*· quo pacto et recte *Budaeum* restituisse refert *Seberus* noster. De talento Siculo alias et *Hostus* lib. III. Rei Numm. c. 12. tm. 4. et tm. 9. n. 5. Iung.

* *ὁμόλια*] Lexic. *Basileense* iubet legi *ὀβολία*. *Sylburg. ὀβόλια* ascripsit. *Budaeus* legit: *δύναται δὲ ὁ νοῦμμος τρία ἡμιοβόλια, valet autem nummus sesquiobolum.* Nam nummus sestertius, inquit, quartam partem drachmae valet, drachma autem sex obolos. quare tria hemiobolia, id est sesquiobolum, nummus sestertius valuit: libro quarto de Asse fol. 184. Seb.

* *ὁμόλια.*] C. V. *ἡμιωβολία*, recte, accentu retracto ad *ο*. *Salmas.* omnino legendum *τρία ἡμιωβόλια. nam talenta Syracusana trium denarium fuisse scribit Festus*; ita ille. Kuehn.

* *ὁμόλια.*] *Kuehnius* in textum consentientibus MSS. reposuerat *ἡμιωβόλια*, quem sequuti sumus: neque aliter censuisse *Scaligerum* patet, cum pag. 5. de R. N. sic scribit: *Νοῦμμος autem erat τριῶν ἡμιωβολίων, hoc est* XII. *χαλκῶν, quantorum octo est obolus Atticus.* Non itaque neo MSS. lecturae, nec ipsius etiam rei veritati congruere puto, quam *Salmasius* adtulit, emendationem: et tamen sic, tanquam si ne quidem in dubium revocari fas esset, scribit confidenter: *Subiicit* Pollux *pretium illius νούμμου Siculi ex eodem* Aristotele, *sed corrupte; sic enim scribitur*: *δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρία ὁμόλια· ubi meo periculo scribe*: *δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρίτον ἡμιωβόλιον, id est duos obolos et semissem.* cetera non pono: et appareat hinc facile, haud leviter errare debuisse virum summum in Siculi talenti reliquarumque, quae ad hanc pertinent rem, aestimatione, cum absurdae se commiserit emendationi. atque de his quidem omnibus meliora

longe ac praestantiora *Budaeus*, qui veram et a MSS. stabilitam lectionem fuit amplexus. Cum *Stephano*, qui monente *Iungermanno*, ὀβόλια restituerat, sentit et *Sperlingius* de *Numm. non Cus.* cap. 28. Ista vero pleraque, si non omnia, quae improbae superstruunt lectioni tam *Sperlingius* quam *Salmasius*, longum abesse a vero facile sibi persuadebit eruditus lector. Hos autem eosdem, quos citavi, eruditos viros iisdem locis de talento quoque Siculo disputantes adire poteris. sed illi inter sese diversa sentiunt, *Scaliger* praecipue et *Salmasius*: nostrum vero non est tantas componere lites, praecipue cum et instituti et temporis ratio vetet.

κωλύοι δ' ἂν οὐδὲν προσθῆναι etc.] Leg. *προσθεῖναι* vel *προστεθῆναι*. dein C. V. *εἴποιεν οἱ Ἀττικοὶ τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος, παρὰ δὲ* etc. Kuehn.

κωλύοι δ' ἂν οὐδὲν προσθῆναι etc.] MS. *κωλύει δ' οὐδὲν ἂν προσθεῖναι τῷ περὶ τῶν νομισμ. λ.* et non displicere potest; imo vulgatis praetulerim. Sane *προσθεῖναι* omnino scribendum videtur. Iung.

διότι] MS. *καὶ δι' ὅτι*. Iung.

χρήματα μὲν ἂν εἴπειεν] MS. *χρήματα εἴποιεν ἂν οἱ Ἀττικοί· τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος· παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσι καπητῶν χρημάτων· ὥσπερ καὶ* etc. *Henr. Stephanus* ad vulgata adscripsit, *Corrupta haec*, asterisco addito: et sane turbat *διότι*. an pro eo legendum forte *ὅτι* saltem? sed sensus potest e sequentibus pendere, quod haec talia in re pecuniaria, ut *χρήματα*, *κέρματα*, minime *ἑνικῶς* sed *πληθυντικῶς* Attici veteres usi fuerint: contra vero *ἀργύριον*, *χαλκίον*, *χρυσίον* dixerint potius *ἑνικῶς* quam *πληθυντικῶς*· ut ex sequentibus discas licet. An itaque locum ita scribimus ex MS. *κωλύει*, (sive *κωλύοι* vulgatum plus ames) *δ' ἂν οὐδὲν προσθεῖναι τῷ περὶ τῶν νομισμάτων λόγῳ, καὶ διότι χρήματα εἴποιεν ἂν* (sic certe legendum, non *εἴπειεν*, pro quo Edit. *Flor.* *εἶπεν*) *οἱ Ἀττικοί, τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος· παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσι καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων· ὥσπερ καὶ* etc. Non enim puto *Pollucem* negasse Atticos pecuniam etiam *χρήματα* nominasse: quo modo? cum id tam saepe occurrat apud *Demosthenem*: *δεῖ δὴ χρημάτων*, ait statim *Olynth.* I. *καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων*· et supra *Noster* II, 234. ex ipso *χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων*· et *περιῃρημένοι χρήματα*· et clare nimis III, 86. *τὸ δὲ ἀργύριον*, ait *Noster*, *καλεῖται χρήματα καὶ νόμισμα* etc. adeo ut ei iniuria fiat, si quis eum putet id negasse hic. In singulari vero pro pecunia non usurpasse, sed pro re saltem

et possessione, sed Ionas etiam singulari hoc pro pecunia uti, quae Attici plurali saltem χρήματα adpellaverint. Hic sensus loci, ni fallor, quem viri docti corruptum putantes adgredi noluerunt: si fallor, pro conatu tamen ne mihi male dixeris. Certe tam de singulari χρῆμα quam de plurali χρήματα *Pollucem* hic egisse, clamat etiam supra series capitum, segm. 4. καὶ περὶ τοῦ χρῆμα καὶ χρήματα. Ionas autem singulari etiam usos ita hac voce de pecuniis ipsis, ex *Herodoto* nostro tibi facile planum fiat: sic enim accipiunt eum locum e *Thalia* cap. 30. Δαρεῖος ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο, ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι· οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο· et mox quaerit ex Indis Callatiis, ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί. etc. Sed prior locus aptior videtur ad hanc rem. Viri docti omnia considerabunt accuratius et nos iuvabunt, dirigent potius, quam calumniabuntur, spero. Iung.

χρ. μὲν ἂν εἴπειεν οἱ Ἀττ.] Necdum a multiplici mendorum cumulo, quibus oppressum fuit atque obrutum hoc caput, respirare licet: et restant adhuc bene multa atque gravia, quae loco suo MSS. ope movebimus. Hic itaque pro εἴπειεν in textu restituimus εἴποιεν· tum extitit in editis ante nos hoc modo: τὰ δὲ χρήματα παρὰ μὲν αὐτοῖς, pro quibus *Kuehnius* recte τὸ δὲ χρῆμα· eliminavique praeterea voculam παρὰ, quam MSS. non adgnoscunt. post πράγματος demum auctius in *Nostro* textu ἢ κτήματος, quae sensum perficiunt: *Kuehnius* praeiverat. Sciet autem, quae tradit *Pollux*, esse vera, qui utriusque dialecti, Atticae inquam et Ionicae, habuerit usum: nos alibi fortean; hic enim non morabimur.

ἐπὶ τοῦ πράγματος] *Dionysius Halicarnasseus* libro quarto Antiq. R. fol. 230. καλὸν μὲν χρῆμα πολλαὶ πόλεις μιᾷ χρώμεναι γνώμῃ· alia exempla recitat *Camerar.* de Mon. veteri pag. 209. Seb.

λέγειν] C. V. λέγει· quod nolim: sensus est, *ubi Atticum non est dicere χρῆμα, quando sermo est de pecunia, ita nec κέρμα dicunt*, quod tamen mox restringitur. vid. *Suid.* in χρήματα. Kuehn.

λέγειν] Vellem nos defunctos hoc capite nummario: sed adhuc elegantissimas emendationes nobis in eo MS. subministrabit. hic MS. λέγει· sed vulgatum rectius. *Pollucis* observationem hinc adducit et *Nunnesius* Not. in *Phrynich.* Eclog. II. voce εὐκερματεῖν. Iung.

λέγειν Ἀττικόν.] Illius quidem rei, quod Attici non *κέρμα*, sed *κέρματα* potius dixerint, quandam adferre rationem conatur *Sperlingius* de *Numm. non Cusis* c. 26. ubi varia promit de *κέρμασι* et *κερματίῳ*, quae huic loco illustrando esse possint. In *Hesychio* *κέρματα* exponuntur *χρήματα*, *θραύσματα*· *Aristophan. Plut.* v. 379.

τὸ στόμ᾽ ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.

nummulis obstruens rhetorum rabularumque forensium ora.

Notantque *Grammatici*, quod *χρημάτων λεπτότατόν τι μέρος* designent *κέρματα*· et vere, siquidem pretii maioris nummi his solerent minoribus commutari, unde recentioribus *κερματιστικὴ* eadem quae *κολλυβιστικὴ*, seu potius, ut Attice dicamus, *ἀργυραμοιβική*. *Κέρμα* tamen et numero singulo communis habet dialectus: *Euang. Ioh.* II. v. 15. *τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα*, ubi *numulos* interpretatus est eruditissimus senex *Theod. Beza*, cum alii maluerint *aes*. Eidemque, qui praecesserant apud *Iohannem*, *κερματισταὶ*, et *κολλυβισταὶ* in *Matthaeo* et *Marco* vertuntur *numularii:* rectissime, siquidem et in *Glossis* veteribus *Cyrilli*: *Nummularius*, *κολλυβιστής*, *τραπεζίτης*, *χαλκολόγος*, et *Nummulus*, *κερμάτιον*, quod et in MSS. *Servii* reperio *Glossis*. pertineant huc quoque, quae de *Collectario* in *Glossis Nomicis* extant: *Κολλεκτάριος*· *ὁ ἀργυραμοιβὸς*, *ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος τραπεζίτης*, *ὁ ἀργυροπράτης*· unde *κέρμα* nummulos aeris minuti viliorisque pretii fuisse videas, quae lucello inhiantes nummularii argenteis aureisve permutabant: et huic lucri generi deditos iam olim avidissime Iudaeos ex prolatis Euangelii locis patet. In *Diogene* quoque, si modo vitio vacat, ubi singulo numero *κέρμα* ponatur, hic est locus in *Cynici* cognominis vita: *τοῦ δὲ συγχωρήσαντος*, (*Apolline*, qui a *Diogene* fuerat consultus) *τὸ πολιτικὸν νόμισμα*, *οὐ συνεὶς τὸ κέρμα*, *κιβδηλεύσας καὶ φωραθεὶς*, *ὥς μέν τινες*, *ἐφυγαδεύθη*· quae quidem verba eruditorum hominum ingenia plurimum exercuerunt: neque nos extricare valemus, nisi si forsitan legi placeat *κόμμα* pro *κέρμα*, quomodo sensus sibi constabit magis. *Κερματίων* porro meminit incertus apud *Suidam* scriptor, *καὶ μέγα κεφάλαιον ἠθροίσθη τῶν λεπτῶν κερματίων*: legendum puto, *ἐκ τῶν λεπτῶν* etc. ut retulerit ille, quicunque tandem, collegisse aliquem amplam sortem ex aere minuto, atque arte nummularia.

88.

παρὰ μέντοι τοῖς Δωρ.] MS. *παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσι καὶ τ.*

κ. ἐστιν. ε. De *κέρμασιν* et ab iis deductis etiam *Hostus* lib. I. Rei Numm. cap. 5. extremo et lib. III. cap. 8. tm. 14. ubi tamen quaedam, quae hic supra vitiosa, talia quoque servavit. IUNG.

ὥσπερ καὶ ἐν τῷ etc.] MS. *ὥσπερ ἐν τῷ* sine *καὶ*, quod sane abesse potest. IUNG.

ἐν τῷ Ἀμφιδος ἀμπελ.] Supra VII. 170. SEB.

κερμάτιον.] C. V. *κέρμα*, quod res ipsa, quae in quaestionem venit, postulat. KUEHN.

κερμάτιον.] MS. *μικρόν τι κέρμα· καὶ π.* non *κερμάτιον·* et lectio MS. restituenda est: nam et supra *Noster* clare ait non *κερμάτιον*, sed *κέρμα ἐνικῶς Ἄμφις εἴρηκεν ἐν ἀμπελουργῷ* VII, 170, ubi eadem de *κέρμα* et *κέρματα* tradit. IUNG.

κερμάτιον.] *κέρμα* cum MSS. in textu.

καὶ παρ' Ἀντιφάνει] MS. *καὶ παρὰ Ἀντ. Antiphanis Cyclopem* et *Athenaeus* laudat, observante *Casaubono* nostro VII. *Athen.* 12. IUNG.

κέρμα γὰρ τυγχ.] C. V. *γάρ τι τ.* dein *ἐν μέντοι τῷ Φιλ.* etc. KUEHN.

κέρμα γὰρ τυγχ.] Versum *Antiphanis* ita emenda ut MS. habet:

— *κέρμα γάρ τι τυγχάνω.* IUNG.

κέρμα γὰρ τυγχάνω.] Ad MSS. normam hic est a nobis restitutus *Antiphanis* versiculus. tum mox elegantius *ἐν μέντοι*, quae postrema vocula vulgo deerat. *Philippi Phileuripiden* nominat *Aristophanis Scholiastes*: vide *Suidam*, quem erudite maximus *Casaubonus* ad *Athenaeum* castigat. *Φιλιππίδης ὁ τῆς Κωμῳδίας ποιητὴς* apud *Aelian.* H. V. XII, 51. non, credo, fuerit *Opuntius* ille, cuius in *Platone Diogenes*. et illius quoque verba ex MSS. a nobis sunt restituta: *Hic se putat alterius inducturum esse nummulos*: quomodo *Varro* dixit: *portitorum aera induxere.* in *Sperlingio* reperio pro *περισπάσειν, περισπάσαι·* sed vulgatum amplector potius.

ἐν μὲν τῷ etc.] MS. plenius, *ἐν μέντοι τ. Φ.* bene. addit et exemplum in quo non *κέρμα*, sed diminutivum ab eo *κερμάτιον.* IUNG.

οὕτως οἴεται κ. περισπ. α.] C. V.

οὗτος οἴεται περισπάσειν κερμάτιον αὐτοῦ.

Hic putat ei se detracturum aeris paululum. KUEHN.

οὕτως οἴεται κ. περισπ. α.] MS. inverso ordine, *περισπάσειν κερμάτιον.* an itaque *Comici* verba ita concipienda,

— *οὕτως οἴεται*
περισπάσειν κερμάτιον αὐτοῦ. — IUNG.

Πλάτων] In Politico: *πᾶν ἤδη κατακεκερμάτισται*· de divisionibus minutissimis, quibus omnia in pulverem fere secantur, ibi loquitur. Kuehn.

Πλάτων] Saepius ita loqui solet: ut in Politico: *καὶ μὴν τόγε ζῶον, ὅσον ἥμερον καὶ ἀγελαῖον σχεδὸν, πλὴν γενοῖν δυοῖν, πᾶν ἤδη κατακεκερμάτισται.* In Sophista: *τὰ δ' ἐν ἰδίοις αὖ, καὶ κατακεκερματισμένον ἐρωτήσεσι πρὸς ἀποκρίσεις, μῶν εἰθίσμεθα καλεῖν ἄλλο πλὴν ἀντιλογικόν*· et iterum ibi et alibi. Sed locus, quem hic respexit *Pollux*, est forte is, qui in eodem Sophista extat: *ἡ θατέρου μοι φύσις φαίνεται κατακεκερματίσθαι, καθάπερ ἐπιστήμη*· vel iste lib. de Rep. *καὶ ἔτι γε τούτων φαίνεταί μοι εἰς μικρότερα κατακεκερματίσθαι ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις.* Utitur et simplici ita in Menone: *μὴ καταγνύναι μηδὲ κερματίζειν τὴν ἀρετήν.* Ubi mox et alterum: *καὶ ἐὰν σὺ κατακερματίζῃς αὐτὴν κατὰ μόρια.* Iung.

Πλάτων] Varia *Platonis*, in quibus id verbi occurrat, produxit loca *Iungermannus* noster. istis et hunc *Plutarchi* de *Musica* possis adiicere: *καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκερματικότων*, *eorum absurditatem, qui musicam in plures diviserant divulserantque partes.* et audacius etiam *Agatharchides*: *τὰ δὲ ἀνειμένα τῇ πέτρᾳ σιδήρῳ λατομικῷ κερματίζονται*· nisi mavelis ab hoc *κερματίζεσθαι* non translata notione a *κέρμασι* parvulo nomismate usurpatum, sed formato a *κέρματα* verbo, cum *θραύσματα* designat. est et ubi propria veniat significatione id verbi elegans apud *Suidam* auctoris incerti locus: *ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ζώνης τοὺς χρυσοὺς Δαρεικοὺς κατακερματίσαι θέλων, καὶ διαλῦσαι τῷ πανδοκεῖ*· ubi vides *Daricos* aureos, quos facta commutatione ad minorem speciem redigere volebat ille.

ἐν Δαιταλεῦσιν] MS. *ἐν τεταλεῦσιν* (sed superposito δαι priori syllabae) *Ἀριστοφάνης.* Iung.

οὐδ' ἀργ. etc.] Supra VII, 170. Seb.

οὐδ' ἀργ. etc.] Sed versus ita concipiendus:

οὐδ' ἀργύριόν ἐστιν κεκερματισμένον.

Supra VII, 170. etiam mendosus erat. Iung.

οὐδ' ἀργύριον] Emendavi versiculum ad mentem *Iungermanni.* apud *Sperlingium* ita conceptum video: *Οὐδ' ἀργύριον ἐστὶ κεκερματισμένον.* Sequitur tum alter ex eius *Vespis* locus, quem quoque *Sperlingius*, non consulto *Aristophane*, ita citat, haud dubie, ut emendandum putabat: *διεκερμάτισα μὲν τοῖς ἰχθύσιν*· sed vulgata valent.

89.

ἐν ταῖς Σφηξὶ] Fol. 339. Seb.

ἐν τοῖς Σφηξὶ] C. V. *Σφιγξὶν*· et ita *Interpr. in Sphingibus.* verum enimvero etiamnum in *Vespis Aristoph.* hi extant versus:

αἴσχιστα γάρ τοι μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος
ὁ σκωπτώλης δραχμὴν μετ' ἐμοῦ etc.
pessimis enim modis me habuit Lysistratus
ille scurra drachmam mecum nuper capiens
obolis eam mutabat piscium in foro etc. Kuehn.

ἐν τοῖς Σφηξὶ] MS. *καὶ ἐν τοῖς Σφιγξί*· sed *Σφηξὶ* legendum; extat enim in *Vespis* locus. et sua manu adnotaverat Avus meus *I. Cam.* lib. de Numism. *Σφηξὶ, διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν*· i. e. *διῄρει κερματίζων, commutans obolis drachmam pecunia nimirum minutiore partiebatur mecum.* Iung.

διεκερμάτιζέ μ' ἐν τ. l.] C. V. leg. *διεκερματίζετο ἐν τ. l.* vid. *Mars. Cagnati* libr. IV. *Var. Obs.* c. 6. ubi ex hoc loco vult conficere, obolum fuisse etiam argenteum, sed tam exiguum, ut potuerit *Philocles Aristophanis* in matutinis tenebris pro obolo squamam piscis accipere, splendore captus et figura. At enim aliis opus est ad hoc probandum argumentis: vid. *Schol.* Graecum in b. l. Kuehn.

διεκερμάτιζέ μ' ἐν τ. ἰ.] MS. *διεκερματίζετο ἐν τ. ἰ.* ut etiam priores editiones. ut iam editum, ita et in *Aristophane* legis. Iungerm.

Αἰολωσ. τ. μ. ἔχ. κ. ἀκερμίαν ὤν.] C. V. *κέρματα, ἀκερματίαν ὠ.* quod praeferrem. Kuehn.

Αἰολωσ. τ. μ. ἔχ. κ. ἀκερμίαν ὤν.] Emenda ut MS. habet: *Αἰολοσίκωνι τὸ μὴ ἔχειν κέρματα, ἀκερματίαν ὠνόμασεν*· egregie. prae quibus vulgata *οὐ σκυτίνου κερματίου ἄξια* iudico. Saepius *Αἰολοσίκωνα* hanc laudat, ut paulo ante segm. 65. vulgatum *ἀκερμίαν* etiam *Hoetus* adnotavit, ut rectum. sed id *πονηροῦ κόμματος* fuisse, indicio MS. iam novimus. *ἀκερματία* ab obliquo *κέρματος* vel *κερμάτων*· ut *ἀπὸ τῶν χρημάτων, ἀχρηματία* supra III, 111. Sic *εὐκερματίαν* quoque *Comicum* in morem credo fingere possimus. certe dixisse aliquem *εὐκερματεῖν*, inde patet, quod *Phrynichus* in Eclog. Attic. XI. id carpat: *εὐκερματεῖν ἀηδὲς πάνυ*· ait, *ἥδιστα ἂν εἴπῃς εὐπορεῖν κερμάτων.* Iung.

Αἰολωσίκωνι] *Αἰολοσίκωνι* ex *Kuehnii* emendata margine textus habet, qui et bene restituit mox *ἀκερματίαν.* editum ante nos *ἀκερμίαν* est ineptum. de *Aeolosicone Comici* videndus in *Att. Biblioth. Meursius.*

τῷ ἑνικῷ] C. V. *ἐχρῶντο, οὕτως δ' ἐπὶ τῷ ἀργυρίῳ τῷ*

πληθυντικῷ· τἀργύρια γὰρ ἐπὶ τ. etc. addit, quod omnino necessarium est. KUEHN.

τῷ ἑνικῷ] Iterum mutilus *Pollux*, quod tamen MS. probe explet, ex quo hunc locum restitue. ita enim habet: ἑνικῷ ἐχρῶντο, οὕτως ἐπὶ τῷ ἀργυρίῳ τῷ πληθυντικῷ· τἀργύρια γὰρ etc. sensus clarus: ut κέρματα potius quam κέρμα dixerint veteres Attici, sic contra ἀργύριον potius dixisse quam ἀργύρια· vid. et supra *Nostrum* eadem dicentem de ἀργυρίῳ III, 86. ubi admonui Avum meum et ex *Platone* locum adferre, ubi ἀργύρια de pecunia pluraliter usus est ille Atheniensis eximius. nempe de Legibus V. κεκτημένην δ' αὖ ἀργύρια καὶ χρυσία. Quare *Scholiastae* adnotatio *Aristophanis* ad locum illum *Νεφέλαις*, ὅτι ἡ κατὰ μῆνα γ' ἀργύριον δανείζεται· ita scribentis: ἀργύριον οὕτως ἡ γραφὴ ἀργυρίων παρὰ Φρυνίχῳ κεῖται· ὅτι οἱ Κωμικοὶ πληθυντικῶς φασὶν, οἱ δὲ ῥήτορες ἑνικῶς· καὶ Σώφρων πληθυντικῶς, ἀργυρίων δεήσῃ· haec adnotatio non vera videtur. Et *Comici* enim Attici rarissime in plurali usi, ut noster *Pollux* docet, qui vix unum locum eiusmodi in *Aristophanis* et quidem suspecto dramate invenit, apud quem alias sexcenties ἀργύριον ἑνικῶς, ut apud rhetores occurrat. IUNGERM.

τῷ ἑνικῷ, καὶ τὰ ἀργύρια etc.] Planior est et plenior in MSS. hic locus; eorum itaque lectionem in textum recepi. *Kuehnius* ad marginem scripserat, quae a MSS. lectione differebant, et illa itaque mihi non sequenda duxi. Paulo post vulgo fuit: ἐγὼ δ' εὗρων· sed recte *Kuehnius* emendaverat εὗρον· et tum defuit in editis ante nos particula, sicuti loquuntur Grammatici, negativa: ὡς Ἀριστοφάνους γνήσιον. Quae autem hic observat *Pollux* noster de ἀργυρίῳ et ἀργυρίοις, eadem adducit *Sperlingius* p. 173. ubi quoque scriptum reperio εὗρον pro εὗρων· et in *Eupolidis* versiculo secundo ἀργύρια habet non τἀργύρια· sed placet recepta lectio. Ἀργύριον autem in *Theophrasti* Charact. saepissime: καὶ τὸ ἀργύριον παρὰ τούτου λαβών· cap. 5. ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον cap. 15. ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ cap. 18. alibique, nec aliter unquam, nisi numero singulo.

ἐγὼ δ' εὗρων etc.] Desunt in MS. ἐγὼ δ' εὗρων ἐν τ. Ν. Ἀρ. et caetera usque ad ἐν δὲ τῷ Τριφαλλῆτι· verum in vulgatis pro εὗρων emendo εὗρον· et sic video etiam Magnum *Casaubonum* II. *Athen.* 15. ubi de *Insulis Aristophanis*, scribere: quare amplius non dubito de ea emendatione. IUNG.

ὡς Ἀρ. γνήσιον.] Leg. Ἀριστοφάνους οὐ γνήσιον. *Casaub.* in *Athen.* lib. II. c. 15. SEB.

ὡς Ἀρ. γνήσιον.] Leg. *ὡς οὐκ Ἀ. γ.* suspectum est drama, quasi non sit genuinum *Aristophanis*, sed supposititium. Kuehn.

ὡς Ἀρ. γνήσιον.] Scribe cum *Casaubono οὐ γνήσιον·* ut etiam *Seberus* noster monuit. Iung.

90.

Τριφαλλῆτι] *Τριφάλητι*, ut infra X, 121. 151. et 162. item apud *Athen.* lib. XII. fol. 525. ubi tamen *Dalec.* exp. *in Luxurioso*, ascribens in marg. *Τρυφαλήτῃ*. Seb.

Τριφαλλῆτι] C. V. *Τριφάλητι*. *Suid.* *Τριφάλης* ait esse nomen proprium apud *Aristophanem*. Kuehn.

Τριφαλλῆτι] MS. *Τριφάλητι*, quomodo certissime reponendum est, ut et *Seberus* noster monuit. Citat hoc δρᾶμα et *Harpocratio* in *διὰ μέσου τείχους· ὥς*, ait, *καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι*. Iung.

Τριφαλλῆτι] *Kuehnius Τριφάλητι·* quod in textum recepi. fabulam laudat *Athenaeus* et *Hesychius* in *Ἑρμῆς τρικέφαλος* et *Ἱλάρων·* nec illi aliter MSS. nostris scribunt. Ipsa *Comici* verba mendosa erant vulgo. *Kuehnius ἤτουν τι* pro *αἰτοῦντι* restituerat. fuit et ante nos *τἀργυρίδιον*.

αἰτοῦντι τὰς γ. τἀργ.] C. V. *ἤτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον*. *Salm.* *ἀργύριον*.

Petebam quid a foeminis argentuli. Kuehn.

αἰτοῦντι τὰς γ. τἀργ.] MS. ita: *ἤτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον·* quo pacto restituendus versiculus videtur. Locutus vero et alibi ita *Aristophanes*, ut in *Pluto*:

ἔγωγε τοι διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον
δοῦλος γεγένημαι. —

Et postea inferius:

— *λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον.* Iung.

τὸν δὲ νῦν χαλκὸν] MS. *ὁ δὲ νῦν χαλκὸν* etc. de hoc et *Hostus* libr. I. Rei Numm. cap. 3. ubi de triplici materia nummorum apud Graecos in *χαλκός*. Iung.

τὸν δὲ νῦν χαλκὸν, etc.] Vid. *Sperlingium* p. 169. qui non haec sibi constare putat; iniuria tamen. neque semper enim vir eruditissimus mentem *Pollucis* fuit adsecutus.

ὥσπερ Ἀριστοφάνης etc.] Vid. cum *Scholiast.* fol. 159. Seb.

ὥσπερ Ἀριστοφάνης etc.] Desunt in MS. *ὥσπερ Ἀριστ. μὲν ἐν β. ἔ.* cum versibus Poëtae usque ad *σαφέστερον δ'. Εὔβουλος*. Iung.

91.

Ἀμφιβόλῳ] C. V. *ἐν Παμφίλῳ*. *Eubuli Pamphilum* laudat et *Athenaeus* lib. XI. c. 6. Kuehn.

'Αμφιβόλῳ] MS. ita: *σαφέστερον δὲ Εὔβουλος ἐν Παμφίλῳ·* non *'Αμφιβόλῳ·* et MS. lectio longe verior videtur. Iung.

'Αμφιβόλῳ] *Amphibolum Eubuli* non est qui laudet: *Pamphilum* habet *Athenaeus*; quem itaque titulum, cum MSS. probent, reponamus potius. fecerat id quoque in Codicis sui margine *Kuehnius*. *Eubuli* porro versus primus erat in vulgatis corruptissimus in hunc modum: *Πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβάλλων, τοῦ χαλκίου* etc. Restitutae a nobis scriptionis hic est sensus:

Primum quidem acceptis ab eo binis aereolis
aeruginem e manu extersit.

Uti hic *ἐκσπογγίζειν*, sic apud *Theophr.* Charact. cap. 26. *περισπογγίζειν*, *spongia mortuum undiquaque abstergere.* Quod autem in *Pollucis* superioribus deficere quaedam velit *Iungermannus*, non equidem probo, siquidem, me iudice, plena omnia.

πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβ. etc.] Forte *παρβαλών*. Seb.

πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβ. etc.] C. V. *πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τῷ χαλκίῳ·* leg. *τῶν χαλκίων·*

Primum ibi accipiens de nummis aeneis,
aeruginem e manibus abstersit spongia.

'Ιὸς, quando de ferreis aeneisque rebus sermo est, aeruginem ferruginemque notat, non *venenum*, ut *Interp.* Kuehn.

πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβ. etc.] MS. *πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τῷ χαλκίῳ·* puto legendum:

πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τὼ χαλκίω,
τὸν etc.

Et sic versus restitutos esse. saltem accentum in *τὼ* emendavi, cetera MS. ita habet. Ceterum cur *τὼ χαλκίω* duali numero mihi verum videatur dicam, et hoc simul, mutilum *Pollucis* esse locum mihi quoque videri. Dixit enim primum, ut *κέρματα* amabant dicere pluraliter Attici, sic contra *ἀργύριον* in re pecuniaria potius dicebant singulariter; raro inde apud eos esse discessum, se tamen invenisse exempla, quae profert. his subiicit idem de *χαλκίῳ*, id *ἑνικῶς* dixisse eosdem quemadmodum *ἀργύριον·* sic et de *χρυσίῳ*. Atqui hisce subiicit ex *Aristophane χρῆσιν*, ubi *χαλκία* pluraliter habes, *τοῖς πονηροῖς χαλκίοις·* et parem perinde ex *Eubulo*, ubi dualiter *τὼ χαλκίω·* tum perinde *χρυσία* narrat apud *Cratinum* dictum. Quis iam non videt quid deesse ibi *ὥσπερ* etc. nimirum quod et ibi *Pollux* dixerat, quod supra in *ἀργύριον*, pro eo quosdam tamen Atticos *ἀργύρια* dixisse. nempe et *χαλκία* inveniri, ut apud *Aristophanem*, ut apud

Eupolidem, et *χρυσία*, ut apud *Cratinum*. quomodo supplendum itaque quod deest, facile iam vides. verbis tamen quibus *Pollux* in eam rem usus ego de me largiri nolim, quum sensum sat aperuerim. Iung.

οὕτω δ' ἂν καὶ Κρατ. εἰρηκὼς εἴη etc.] C. V. *ἐν ταῖς Θράτταις εἰρηκώς*. Kuehn.

οὕτω δ' ἂν καὶ Κρατ. εἰρηκὼς εἴη etc.] Pergendum ad alium locum insignem. videlicet statim mox iterum vulgatus mutilus; et scribe itaque ut in nostro MS. *οὕτως δ' ἂν καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν ταῖς Θράτταις εἰρηκὼς εἴη* etc. Ex *Thressis Cratini*, quas vulgo omiserant. *Noster* eas et infra laudat X, 67. et 160. et *Harpocratio* in *ἄρκυς· Κρατῖνος*, ait, *Θράτταις*. Caeterum *χρυσία* dixit et *Plato* lib. V. Legum: *κεκτημένην δ' αὖ ἀργύρια καὶ χρυσία·* ut antea meum Avum lib. de *Numism.* observasse dixi. Iung.

οὕτω δ' ἂν καὶ Κρ. εἰρ. etc.] Melius haec et locupletius in MSS. quorum lectionem sumus secuti in emaculando textu. *ἐν ταῖς Θράτταις* est et in *Falckenburgii* Codice, illaque *Cratini* fabula saepissime in veterum scriptis laudatur. vide *Meursii Biblioth. Att.* Tum pro istis, *ὅτι τοὺς κόλακας τ' ἐξ* etc. *ἔπαυσεν*, verissime restituimus eam, quae est in textu, lectionem e MSS. *Κόρακας* de hominibus rapacibus, quique omnia involant, et flexis ad se trahunt unguibus, dici, res est nota. non itaque moras agamus.

ὅτι τοὺς κόλακάς τ' ἐξ Αἰγ. etc.] C. V. *τοὺς κόρακας τὰξ Αἰγύπτιου χ. κ. ἔπαυσαν·* quae in ordinem ita vellem redigere:

— *ὅτι τοὺς κόλακας*
τἀξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσαν.
— *Quod adulantes,*
auri ex Aegypto fures fecerunt desinere. Kuehn.

ὅτι τοὺς κόλακάς τ' ἐξ Αἰγ. etc.] MS. *ὅτι τοὺς κόρακας τἀξαιγύπτιου χρυσία κλέπτοντας, ἔπαυσαν.* etc. Possumus itaque *κόρακας* et *ἔπαυσαν* pro vulgatis *κόλακας*, quod *Alcibiades* quis dictavit, et *ἔπαυσαν*, ni fallor, reponere. Iung.

92.

οἱ μὲν οὖν χαλκοῖ] MS. *οἱ μέντοι χαλκοῖ, ν.* etc. de *χαλκῷ* nummo *Hostus* lib. III. *Rei Numm.* peculiari c. 5. Iung.

ὅταν εἴποι Δημοσθ.] In *Midiana*, *ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον·* abest *οὐδένα* a nostris exemplaribus, quod nollem factum; auget enim rei indignitatem multiplicata nega-

tio, magisque exprimitur, ne minimam quidem partem mulctae solutam esse. Kuehn.

ὅταν εἴποι Δημοσθ.] MS. ὅτ' ἂν εἴπῃ. *Demosthenis* locum esse in ea *pro Cor.* ad suum Codicem adnotavit *H. Steph.* sed memoria lapsus. nam in Thesauro ex ea contra *Midiam* protulisse *Pollucem* docet. in qua etiam ita legitur totus. ubi antea dixerat δραχμὴν δ' οὐδέπω μίαν ἐκτέτικεν· paulo post adhuc fortiore negatione: ἀλλ' ἐπειδή γε ἠτίμωσεν ὃν ἐβουλήθη, καὶ τοῦτ' ἐχαρίσασθε αὐτῷ etc. ἐκεῖνο ἐποίησε, τὴν καταδίκην ἐκτέτικε, δι' ἣν τὸν ἄνθρωπον ἀπώλεσεν. ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον· ἀλλὰ δίκην ἐξούλης ὑπομένει φεύγειν· qui locus auctiore negatione forte ex *Polluce* nostro replendus est, ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον οὐδένα. Dele vero in vulgato contextu *Pollucis* comma post οὐδέπω, quod nec MS. adgnoscit. *H. Stephanus* etiam in suo Codice hic verbum ἐκτέτικεν adscripsit. Scilicet quod id ex *Demosthene* ὑπακούειν debeamus. Iung.

χρῆσις τὸν χαλκὸν etc.] MS. χρ. τὸν χαλκὸν τὸ ἀργύριον λ. ο. οὐ. ἔ. χ. καὶ ὀφείλω χαλκόν. etc. et putem ita vulgata emendanda et supplenda. Iung.

χρῆσις τὸν χ. ἀργ. λέγ.] Advocat hunc *Pollucis* locum *Lipsius* de R. N. pag. 10. ubi ex *Ulpiano* de Romanorum usu notat, *etiam aureos nummos aes dicimus: Cui similes*, addit, *apud Graecos* Pollux *notavit. communis, inquit, et plurium usus etiam aes argentum dicit.* et huc etiam, credo, respexit *Scaliger* de R. N. pag. 11. ubi ex *Epigrammate* adfert elegans verbum ἀχαλκεῖν, *pecuniam non habere.* Mox erat vulgo: ὀφείλων χαλκόν· nos cum MSS. ὀφείλω.

ἔχει χαλκὸν, etc.] C. V. ἔχω etc. ὀφείλω χ. dein omittit χρυσὸν καί. Kuehn.

χρυσὸν καὶ χ.] In *Epicharmi* χρήσει MS. omittit duas primas voculas χρυσὸν καί. Iung.

χρυσὸν καὶ χ.] Hic quidem in *Epicharmi* χρήσει de nummis de pecunia χαλκὸς usurpatur. quod itaque an satis Atticum siet *Auctor* noster dubitat; neque, qui pure Atticeque loqui destinat, utatur ista notione vocabulo χαλκὸς, nisi βιαζόμενος, ac vim quasi faciens genio ac elegantiae linguae. et sanequam in istis prius auctoribus, qui non nimiam habuere nitidae scriptionis curam, χαλκὸν pro pecunia positum invenias, quam apud eos, qui verborum formularumque loquendi venati sunt delectum. sic itaque reperies in *Arriani*

Epicteticis, in *Iure Graeco*, eodemque modo in *Glossis*, quae *Cyrilli* prae se ferunt nomen, *Aesculator*, χαλκολόγος, qui minutos nummos, minuta colligit aera. quo de similibusque *Vossius* ὁ πολυμαθὴς in *Etymol.* voce *Aes* adeundus est. attamen et in *Hesychio* de hac significatione χαλκοῦ monetur: Χαλκοῦς, (χαλκὸς) τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἔλεγον· in eodemque paulo superius, Χαλκολογεῖν, νομίσματα συλλέγειν· et faciunt huc quae apud *Suidam* ex *Scholiaste Aristophanis* excerpta leguntur in χαλκία· λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὸ κακὸν νόμισμα τὸ χρυσοῦν· unde discimus χαλκία dicta peculiari modo nummos aureos, quibus aeris plurimum erat admixtum. Χρυσὸν vero, quod et in *Epicharmi* verbis est, pro divitiis poni atque opibus res est longe notissima. *Theophrast.* Charact. *Eth.* c. 24. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι οὐκ ἔχων χρυσὸν νῦν τῷ ἀκολουθεῖν· qui quidem locus mihi cubare in mendo videtur, attulique ut emacularem. sic itaque restituam: καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι, οὐκ ἔχοντα χρυσὸν αὐτῷ ἀκολουθεῖν. sensum optime *Casaubonus* expressit in versione, quem tamen ut admitteret, ita mutandus, ut posui, videbatur locus: αὐτῷ pro νῦν τῷ est lectionis manuscriptae, monente *Galaeo.*

εἰ τὸ παρ' Ἀριστ.] C. V. ἐν τῷ π. Ἀ. in illo apud *Aristophanem* in *Concionantibus:* ubi quidam parcus dicit:

— πωλῶν γὰρ βότρυς
μεστὴν etc.

— *Vendens enim uvas*
Plenam abii habens maxillam nummulis.

Interpres γνάθον interpretatur *peram*, oblitus eorum, quae supra Auctor ex eodem *Aristophane* laudaverat segm. 65. KUEHN.

εἰ τὸ παρ' Ἀριστ.] MS. τῷ παρὰ Ἀρ. errore solito. IUNGERM.

ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζ.] Fol. 503. prior. edit. γλιάθῳ pro γνάθῳ. SEB.

ὅταν] MS. ὅτ' ἄν. IUNG.

ἀπῆρα τὴν γνάθον] MS. ἀπῆρε τὴν γνάθον· et bene reposuit γνάθος noster *Seberus*, quod et ad sui Codicis oram emendaverat ita *H. Stephanus*, quum ante inepte vulgaretur γλίαθον· sed ἀπῆρε nostri MS. non rectum. ait enim quis ἀνὴρ φειδωλὸς in illo dramate de se ipso. Totus locus est, ut videas, quomodo haec se consequantur, quae noster laudat:

— τοὺς χαλκοὺς δ' ἐκείνους ἡνίκα
ἐψηφισάμεσθ' οὐκ οἶσθα. Φει. καὶ κακόν γέ μοι
τὸ κόμμ' ἐγένετ' ἐκεῖνο, πωλῶν γὰρ βότρυς
μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.
κᾆπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα·
ἔπειθ' ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον,
ἀνέκραγ' ὁ κῆρυξ μὴ δέχεσθαι μηδένα
χαλκοῦν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα.

Vides autem et hic morem condendi obolos vel chalcos in buccam, ut rustici solebant in foro res venales habentes. de quo supra ad segm. 63. dixi, ut *Casaubonum* nostrum videas ad *Theophrast.* Charact. περὶ ἀπονοίας. Iung.

ἀπῆρα τὴν γνάθον] τὴν γλίαθον inepte ante *Seberum* edebatur. sed et ita, ut in aliis est MSS. hic locus in Codice *Falckenburgiano* legitur: Μεστὴν ἀπῆρε τὴν γνάθον etc. at habeamus potius, quae in *Aristophanis* extat editis codicibus, illam lectionem, siquidem sensus sequelae conveniat prorsus.

93.

μετὰ ταῦτα, ἔστ' ἀμφίβολον] Ambiguitas illa evanescet statim, simulac textum *Aristophanis* in laudata fabula inspexeris. Kuehn.

μετὰ ταῦτα, ἔστ' ἀμφίβολον] MS. μετὰ τοῦτο ἀμφ. Iung.
μὴ δέχεσθαι] MS. omittit μὴ δέχεσθαι. Iung.
χαλκοῦν τὸ λ. etc.] MS. χαλκὸν τὸ λοιπόν· ἀργύρειον γὰρ χρ. ubi vide an *Pollux* forte χαλκὸν in illo *Aristophanis* loco legerit. agit enim hic de χαλκῷ, non liquido ex *Aristophane* posse probari usos fuisse Atticos παλαιοὺς χαλκὸν, ut nunc solent, τὸ ἀργύριον significantes. Iung.

χαλκοῦν] Bene est, quod in *Iungermanni* MS. sit χαλκόν· atque ita omnino scripsisse *Pollucem* mihi persuadeo, siquidem de voce χαλκὸς non χαλκοῦς loquatur. et si χαλκοῦν legisset, num ἀμφίβολον dubiamve vocis ipsi significationem futuram fuisse existimas? non sanequam magis quam in adducto paulo ante summi Oratoris loco; quippe tum de nummo aereolo, neque aliter, intelligi debebat. non itaque dubitavi in textum reddere χαλκὸν ad *Pollucis* mentem, quamvis in ipso sic *Comico* legi non probem.

Θουκυδ. μὲν δὴ καὶ στ. Φωκαΐτας] C. V. στατῆρας τινὰς Φωκαΐτας. locus extat lib. VIII. pag. 286. unde in insula Lesbo et Asia minori usitatos fuisse hos stateres colligere est, quod et confirmat *Nostri* suffragium de Poëta quodam,

de quo mox plura. *Salmas.* ex V. C. *Φωκίτας*, et videndum indicat *Hesych.* in *Φωκαΐς*. Kuehn.

Θουκυδ. μὲν δὴ καὶ στ. Φωκαΐτας] MS. *Θουκυδίδης δὲ καὶ στατῆρας τινὰς Φωκαΐτας κ.* et placet istud *τινὰς* non negligi. Locus vero *Thucydidis*, ni fallor, est ille lib. IV. *Ξυγγραφῆς*, de Mitylenaeis et Lesbiis exulibus, qui Rhoetium occuparant: *καὶ λαβόντες δισχιλίους στατῆρας Φωκαΐτας, ἀπέδοσαν πάλιν, μηδὲν ἀδικήσαντες*. Iung.

Θουκυδίδης μὲν δὴ καὶ στ. Φ.] Afuit in vulgatis post *στατῆρας* vocula, quae sensum explet, *τινάς*· in textum itaque reposui de MSS. Hos autem *στατῆρας Φωκαΐτας*, qui apud *Thucyd.* IV. c. 52. extant, *Phocaïcos stateres* bene vertit politissimus *Valla*. a Phocaeensibus nimirum hi cusi erant; sed aurum ad eos pessimum erat adhibitum atque adulteratum, monente *Hesychio:* et prout hoc aurum vilitate sua fuit celebre, ita contra ea *Colophonium* sua probitate atque praestantia plurimum excelluit.

φησὶ γοῦν ἐν τοῖς ἀποφθ.] MS. *γ' οὖν*· sed quae sequuntur cetera *Casaubonus* noster Notis ad Persii vitam illustrat, ubi de hoc Persio Poëta Graeco *Phocaensi*, et eius urbano dicto in *Eubulum* Atarnensem, aitque merito vulgata corrupta, eaque, ut sit aliqua sententia ita legit: *τὸν ποιητὴν Πέρσιον* (ante inepte *γέρσιον* legebatur in *Basil. Florentina* editio *Πέρσιον* habet etiam) *ἀμελούμενον, εἰς Μιτυλήνην ἀπελθόντα γράψαι, διότι τοὺς Φωκαΐτας οὓς εἶχον, ἔσχον ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρνῃ*· et eius explicationem potes videre ibidem. Sed MS. noster a vulgata lectione valde abit, varians etiam in Poëtae nomine, quem *Persinum* vocat, non *Persium*, retinetque verbum *θαυμάζοντα*. omnia autem ita habet post *Καλλισθένης* MS. *ὑπὸ Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνήτου τὸν ποιητὴν Περσῖνον ἀμελούμενον, εἰς Μυτυλίνην ἀπελθόντα θαυμάζοντα γράψαι, διότι τὰς Φωκαΐδας ἔχων ἦλθεν ἥδιον ἐν Μιτυλίνῃ μᾶλλον, ἢ ἐν Ἀτάρνει καταλάττει.* Certe *τὰς Φωκαΐδας* non temere mutandum videtur. et priores etiam editiones *τὰς Φωκαΐτας* habebant. *Hesychius*: *Φωκαΐς, ὄνομα ἔθνους καὶ τὸ κάκιστον χρυσίον*· nec verbum *καταλλάττει*, quod plerumque a librariis unico λ exaratum, frustra MS. servavit. Pro *ἥδιον* editio *Flor.* *ἴδιον* habet. Denuo itaque viri doctissimi haec examinabunt, an MS. nostri lectione adiuti prorsus in integrum restituere queant. Iung.

φησὶν γοῦν ἐν τ. ἀπ. ὁ Καλλ.] *Callisthenes* hic quis, quive et unde patria fuerit, compertum non habeo liquide. *Callisthenis* quidem *Sybaritae* plurima collegit scripta *Meursius*

in *Bibliotheca Graeca*, et in his ἀποφθέγματα quoque ex hoc *Pollucis* nostri loco. sed illa non omnia unius fuisse *Callisthenis* mihimet ipsi persuadeo. praeter hunc enim *Sybaritam* fuit et *Olynthius*, *Aeliano* de *Anim.* XV. cap. 30. adductus, quem de *Lyciis* retulisse capris, non nominato libro, commemorat. huic saltem adscribam quoque Κυνηγετικὰ *Plutarcho* de *Fluminibus* citata, et ex iis hausisse puto quae de *Lyciis* habet ex *Callisthene* capris *Aelianus*. interim ad mentem meam hic dispescam *Callisthenum* opera. *Callisthenem*, qui scripsit Ἑλληνικὰ, et περὶ Ἱεροῦ πολέμου, quo de *Diodorus Siculus* libr. XII. ubi ἱστοριογράφον appellat, scriptique initia atque fines monstrat, auctorem τῶν ἀποφθεγμάτων esse quoque putem. tum *Callisthenis Sybaritae* Γαλατικὰ fuerint, Θρᾳκικὰ, Περίπλους et Μακεδονικὰ, ex quibus quae *Tertullianus* habet de *Anima* petita credo. huius an fuerint etiam τὰ περὶ μεταμορφώσεως dicere non habeo, puto tamen. praeter adductos *Meursio* locos et *Michaëli Apostolio Cent. I.* §. 79. *Callisthenes* citatur ἐν β. μεταμορφώσεως. *Olynthii* demum *Callisthenis* fuere Κυνηγετικὰ, ut coniectabam modo, eidemque *Olynthio* philosopho Τὰ Περσικὰ quoque adscribenda probabili evincam argumento. itaque rem persequi lubet paulo latius. *Callisthenes Olynthius* fuit *Aristoteli* propinqua cognatione coniunctus, siquidem *Herone* genitus, summi philosophi consobrina. illum ergo *Stagirita* puerum eduxit, atque melioribus instruxit artibus. qua de omni re testis est in *Alexandri* vita *Plutarchus*: καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ (Ἀριστοτέλει) διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. Moribus fuisse dicitur subrusticis atque asperis ab *Arriano*, quos tamen eum *Plutarchus* viriles ostentasse liberaeque congruos philosophiae pronuntiat. Ad *Alexandrum* venisse putabatur pro civibus suis oratum, ut cum iis restitutis atque reductis patriam posset incolere. sic quidem ea de re *Plutarchus*: sed eum vero *Trogi* compilator, nescio quo auctore, *ab ipso rege ad prodenda memoriae acta eius accitum commemorat*: et illum quoque posteris tradidisse res *Alexandri* gestas constat, siquidem, *Arriano* teste, gloriatus sit se ad Regem venisse, non ut sibi ab eo honorem compararet atque laudem, sed ut immortale faceret *Alexandri* decus atque nomen scriptis suis: quae tamen castissimum atque prudentissimum philosophum dixisse non mihi persuadeo. potius a malivolis constructa false credam. illius autem usum, dum *Alexandri* res gestas commemorat, bis terve *Plutarchum* te-

stimonio deprehendo, et in istis talibus quidem, quae *Callisthenis* praecessere mortem. Περσικὰ vero id operis inscriptum, quod in isto libro Persarum res atque reges omnes ad suam usque memoriam recensuerit; nam et de *Sardanupalis* eum egisse Grammaticorum indicio novimus, et hunc ea de ratione librum ab eo conscriptum puto, ut, narrata expositaque Persici imperii magnificentia atque opibus, melius et planius de virtute *Alexandri*, qui illud devicerit, constaret ac iudicari posset. fuerit itaque tanquam prodromus historiae *Alexandri*. Perhibetur autem tam largo eloquii abundasse flumine, ut, laudatis in convivio Macedonibus eorumque actis, plausum omnium atque iactas in se meruerit coronas. inter eos qui phthiriasi periere hunc nostrum Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον *Plutarchus* enumerat in *Sylla*. sed tempus est ut ab hoc discedamus. *Plutarchus* autem indicto, unde habeat, libro *Callisthenis* haud raro facit mentionem, sed plerumque tamen unde sint cuiusve, facile cognoscas ex materia. superius ubi de *Anaxandride* dictum, magni *Chaeronensis* adtulimus locum e *Quaestionibus* Graecis, ubi de Pythia *Callisthenis* et *Alexandridae* nixa testimoniis paucula tradit, quae quidem ad *Callisthenis* historiam de *Sacro Bello* referenda ipsa rerum similitudo poscere videtur. sic et in *Aristide*, *Pelopida* et *Cimone* quae citat ex eo, in *Hellenicis* extitisse veri non est absimile. Meminit et *Callisthenis Isaacius* ad *Alexandram Lycophronis* v. 519. ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτη τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· ideo scilicet *Minerva* τριγέννητος appellatur. sed hoc quidem loco vitio positum *Callisthenis* nomen pro *Eratosthene* censebo, quem in eadem re *Phavorinus* habet, ut monetur in emendationibus ad *Tzetzis* Commentarios. Sed horum est affatim.

ὑπ' αὐτοῦ] *Eubulus* ille dicitur *Atarnitae*, quod Tyrannus esset Assi et Atarnes. Atarne Thraciae civitas, ut apud *Photium Helladius*, alias Mysiae ad Hellespontum, id est, Bithyniae est. *Strabo* collocat in littore Troadis inter *Adramytium* et *Pitanam*. Non magni momenti oppidum fuisse vel ex eo colligas, quod cum Satrapa Persicus *Antophradates* obsidionem eius cogitaret, *Eubulus* eo audito iusserit nuntiari *Antophradati* ut temporis pariter et sumptuum in obsidione consumendorum rationem iniret, et cognito pretiosam fore obsidionem, sibi multo minorem summam si daret, se oppido suo sponte demigraturum. *Antophradates* dum haec ad animum revocaret, incepto destitit. Hic *Eubulus* mensarius primum ingentem vim pecuniae confecit;

postea *Assum* et Atarnem occupavit, in eo fideli opera usus servi sui *Hermiae! Strabo* lib. XIII. pag. 610. Habuit autem hic *Dynasta* penes se Philosophos, quos audiebat, alebatque liberaliter, unde apud *Suidam* in Ἑρμείας et ipse dicitur *Philosophus. Gyraldus* Dialog. VII. de Poët. hunc *Eubulum* confundit cum *Eubulo Comico*, dubitat tamen annon alter sit, sed quod addit, *Pollucem* tradere *Persium* Poëtam de *Eubulo Atarnite* scripsisse, διότι etc. id manifeste indicat, non satis eum cepisse *Pollucem*. Kuehn.

τὸν ποιητὴν Πέρσιον] Prior. edit. Γέρσιον· et mox τὰς Φωκ. ἃς εἶχε. vid. *Casaubonus* Notis ad Persii vitam. Seb.

τὸν ποιητὴν Πέρσιον] C. V. Περσῖνον, unde fecit Illustris Dn. *Obrechtus* Πέργῖνον Poëtam *Milesium*, quem *Suidas* inter *Orphaicos* Scriptores commemorat, in voce Ὀρφεύς· male *Gyraldus* Dialog. de Poët. IV. *Persium Poëtam Graecum* hinc extudit, de quo sit *Eubuli Atarnitis* dicterium de *Phocaïtis*. nec felicior *Casaub.* in Notis ad vitam *Persii* hunc Poëtam fecit *Phocaënsem*. Kuehn.

τὸν ποιητὴν Πέρσιον] Ita *Seberus* edidit, cum in *Basileensi* Γέρσιον typi vitio legeretur; nam certe non in *Florentina* tantum, sed et editione *Veneta* apud *Aldum* Πέρσιον expressis conceptum literis extat, quod et in *Falckenburgii* Codice notatum reperio. et haec quidem lectio quam proxime ad veram MSS. accedit, eamque *Kuehnio* praeeunte textui reddidimus, Περσῖνον. *Persinum* Poëtam hunc in scriptis veterum rarissimum attendent eruditi viri, atque sibi notabunt, si forsitan alicubi reperire contingat, unde lux possit affulgere *Pollucis* loco. *Suidam* profecto voce Ὀρφεύς, unde Περγῖνον hic apud *Pollucem* restitutum volebat *Obrechtus*, praeferam emendari ex MS. *Onomasticographi* nostri lectione Περσῖνον· neque obstat cur non eundem cum hoc *Polluceo* putemus. et itaque inter *Orphicos* numerandus est hic *Persinus*, quorum plerumque nomina delitescunt, nec scripta poëmata minus, siquidem non ita fuerint in vulgus sparsa, sed inter homines ut plurimum sacros adservarentur, quod tibi constabit confirmatius, si dicto *Suidae* loco videris recensitos quorum plerorumque nomen alibi temere non legas. adde quod suo sibi proprio non citari soleant nomine, sed Ὀρφικῶν, ut apud *Scholiastem Euripidis*, *Apollodorum* aliosque. Ab his nunc discedamus, quae felicius alii. Sequitur mox θαυμάζοντα γράψαι, quod puerili errore in *Meursii Bibliotheca Graeca* vertitur: *admiranda scripsisse*: alienissimum id a verbis. sed nobis quidem rem acu te-

tigisse *Kuehnius* videtur, qui *θαυμάζοντι* reponat. error haud dubie ex simili praecedentis vocis termino progenitus. in textum itaque dedi: *θαυμάζοντι*, scilicet *Eubulo Atarnitae*. id est in Graecis *Ἀταρνίτου*, et recte quidem. scribitur tamen alibi quoque *Ἀταρνήτης*, et *Pausaniae Ἀταρνείτης*. est et *Ἀταρνεὺς*, *Atarnensis*, in *Stephano* et *Suida*.

θαυμάζοντα] Terminatio irrepsit ex praecedenti *ἀπελθόντα*· existimo enim *Pollucem* scripsisse *θαυμάζοντι*, sc. *scripsit Eubulo abitum eius demiranti* etc. Kuehn.

διότι τοὺς Φωκαΐτας] Sensus apophthegmatis obscurior est propter corruptelas textus. C. V. ita legit: *διότι τὰς Φωκαΐδας ἔχων ἦλθεν ἥδιον ἐ. μ. μ. ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττει.* ex quibus hanc exstruerem lectionem, *ὅτι δὴ οὓς Φωκαΐτας ἔχων ἦλθεν, ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον ἢ Ἀτάρνῃ καταλλάττει*· scripsit miranti, *quod Phocaitas, quos secum habuit, cum venisset Atarnem, libentius Mitylenae quam Atarnae permutet.* quo dicterio perstringit *Eubulum*, quod Atarnae sui nullam habuerit rationem, siveritque suo se vivere sumptu permutando *Phocaïtas* minutioribus nummulis. at si ita sibi vivendum sit, se inquit malle Mitylenae in urbe elegantiori et copiosiore, quam in oppidulo Atarnensi suo se alere succo. alluditur simul ad priorem vitam *Eubuli*, cum lucro collybistico pinguesceret *ἐπὶ τυραννίδι*. Haec mihi quidem videtur simplicissima huius dicterii interpretatio. *Casauboni* explicationem ex verbis textus vix poteris elicere. Ex lectione C. V. ita etiam haberet textus: *θαυμάζοντι ἔγραψε, διότι τοὺς Φωκαΐτας, οὓς εἶχεν ἐλθών, ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ καταλλάττῃ ἢ ἐν Ἀτάρνῃ*· *miranti* (Eubulo) *rescripsit Persinus, se propterea Atarne abiisse, quod Phocaïtas, quos secum habuit, cum venisset Atarnem, libentius Mitylenae permutet quam Atarnae*, id est, suo sumptu malit vivere Mitylenae quam Atarnae in oppido obscuro et ignobili. Kuehn.

διότι τοὺς Φωκαΐτας, etc.] Et hic itaque tot superatis difficultatum scopulis in ipsa molestissimi capitis coronide nobis carceres anhelantibus obiicitur quod mentem nostram detineat occupatamque habeat totam? bono tamen agamus animo, si et haec feliciter expedire fors dederit. In Codicis itaque *Falckenburgiani* Excerptis omnia vulgata retinentur exacte, non ulla mutata vocula, nisi quod adiicitur in fine *καταλλάττειν*· unde profecto hanc omnibus absolutam numeris atque concinnam prorsus poteris efficere lectionem: *ὅτι δὴ τὰς Φωκαΐδας, ἃς εἶχον, ἔσχον ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλ-*

λον, ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττειν· *quod equidem stateres Phocaïcos, quos habui, Mitylenis libentius quam Atarnae commutare voluerim; seu: Mitylenis suavius atque pacatius quam Atarnae commutare potuerim:* nam quidem Atarnae, praeterquam quod ipsi suo sumtu vivendum erat, ab arbitrio tyranni pendere, illumque oculis ferre necesse fuit, cum Mitylenis potuerit liberius animoque quietiore Phocenses suos, quos Atarnam secum attulerat, stateres impendere comparando victui, rebusque, quas desiderabat, aliis. Sed tamen maluimus utriusque Codicis, *Vossiani* et *Palatini*, nixam auctoritate lectionem in textum deferre. nihil a nobis in ista mutatum, si ἂς modo exceperis, quam voculam sensui fulciendo inseri res ipsa postulabat, et ea quidem in re *Kuehnium* habemus consentientem aliquatenus. Videtur autem *Persinus* ille invitatus Atarnam ab *Eubulo*, apud quem dum moratur, de suis sibi divitiis vivendum esse cum videret, Mitylenas *Eubulo* relicto concessit, neque iniuria, siquidem evocatis a regibus eruditis viris omni modo honorem haberi mos obtinuerit. aluisse quam plurimos publica σιτήσει, atque egregio fovisse stipendio, qui curis eruditis incumberent atque toti vacarent, *Ptolomaeos*, res est, quam ut moneri debeat, notior. celeberrimum exinde Museum Alexandriae, quo de *Casaubonus* ad *Suetonium*. neque aliter Imperatores Romani fecerunt, qui σίτησιν publicam honoris ergo in eruditos viros contulere non raro, qua de re liquet e *Philostrati Sophistis*. De cetero dicti sensum aperuit luculenter Doctiss. noster *Kuehnius*.

94.

περὶ τῶν ἐν συμπ.] Sequitur caput ludicrum, cuius titulus MS. a vulgato non discrepat, nisi quod mox desit particula τῶν. In his lusibus MS. noster serio certe restituere nos admonebit multa. Iung.

καὶ τοῦ κινήσω] Hoc et residua tituli absunt a C. A. Kuehn.

γρίφων] MS. γρίφων, καίπου περὶ κ. sine καὶ medio. Caeterum de lusibus conviviorum, cottabis et gripho supra dixit lib. VI. cap. 19. περὶ κύβων vero fine lib. VII. segm. 203. et seq. Iung.

φαῦλον] MS. φαύλων. Iung.

διὰ βραχέων] *Salmas.* διὰ βραχέος. Kuehn.

διὰ βραχέων] Devolvimur itaque ad caput ludicrum curasque pueriles, in quibus tamen omnem serio diligentiam

adhibendam esse sentio, ut qua corrupta restituantur pristino nitori, qua obscura et intricata expediantur, atque lucem accipiant. Non pauci sunt, qui in hoc puerilium ludorum stadio cum laude decucurrerunt, inter quos *Meursium* omni iure reponas, qui hanc materiem effuse, qua veterum erat vastissima lectione instructus, tractavit, atque luci exposuit. neque sua tamen laude fraudandi vir Eruditissimus *Caesar Bulengerus*, *Daniel Souterius*, et *Andreas Senftlebius*, utrique posteriores de *Aleatoribus* et *Alea*. his tamen plerisque palmam in hoc certamine praeripit vir Orientalis literaturae peritissimus *Thomas Hyde* de *Ludis Orientalibus*, quo quidem acutius nemo in istis versatus est ludicris, quippe qui pleraque, pauculis exceptis, expedivit, et facta cum istis, qui vigent hodie, lusibus comparatione plurima luce perfudit. Hos autem si quis advocare voluerit et in consilium adhibere, cum ubere fructu hoc *Polluceum* caput evolvet. nos tamen id operam dabimus, ut, si quid aut ad emendandum, aut ad *Pollucem* egregie habeant illustrandum, in nostris hisce stricturis, quantum per urgentem temporis articulum licuerit, exhibeatur. Cetera vero, si quae de his lusibus ab aliis necdum observata teneamus, commodiori loco alias exponere est animus, inceptis modo lector benivolus faverit. Non dissimili loquendi ratione praecedens caput exorsus est auctor noster: *οὐ φαῦλον ἂν εἴη βραχέα καὶ περὶ νομισμάτων εἰπεῖν*· et itaque respexerit eo forsitan Codicis *Vossiani* amanuensis, qui reddidit *εἰπεῖν* pro *ἐπιδραμεῖν*, quod tamen vulgatum praetulerim. Mox erat *ἐξηγούμενος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσ*. sed MSS. melius *παρεξηγούμενος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσ*· quod itaque in textum restitui.

παιδιῶν] MS. *παιδίων*, errore quo fere alias: infra tamen segm. 96. recte *παιδιᾷ* habet. Iung.

ἐπιδραμεῖν] C. V. *εἰπεῖν*. Kuehn.

ἐξηγούμενοι] MS. *παρεξηγ. τὴν ἐν αὐτ.* Seb.

ἐξηγούμενοι] Uterque Codex *παρεξηγούμενοι*, *obiter narrantes*. pro *ἀσάφειαν* leg. C. A. *ἀσφάλειαν*, uti supra segm. 67. at C. V. et *Salm.* *τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσάφειαν*. Kuehn.

ἐξηγούμενοι] MS. *παρεξηγούμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσάφειαν*· quam lectionem et MS. *Seberi* nostri *Augustanus* habet. eam ego meliorem et rectiorem vulgata non vereor pronunciare. Iungerm.

ἐν μέντοι γε τ. κύβ. τὸ δυσκ.] MS. *κύβ. ὅπου τὸ δυσκ.* Seberus.

ἐν μέντοι γε τ. κύβ. τὸ δυσκ.] C. A. *ἐν μέντοι τοῖς κ.*

praemisso titulo "Ὅσα ἐν κύβοις· γε etiam delet *Salm.* post κύβοις leg. ὅπου· *et ita legendum*, inquit, *si tollatur* τελεία στιγμὴ *ante* ἰστέον· dein, ἰστέον δέ. Kuehn.

ἐν μέντοι γε τ. κύβ. τὸ δυσκ.] MS. ἐν μέν γε τοῖς κύβοις, ὅπου τὸ δυσκυβεῖν τε καὶ εὐκυβεῖν, ὀνομάζεται, καίπου etc. Illud ὅπου et *Seberi* MS. habet. δυσκυβεῖν et supra habuisti VII, 204. ubi et εὐκυβεῖν. δυσκυβοῦντες et apud *Athenaeum* initio lib. XV. forte ex *Platonis* Διῒ κακουμένῳ excerptum, ubi id et *Scholiasti Aristophaneo* reponit *Casaubonus* noster XV. *Athen.* 1. Iung.

τὸ δύσβολον etc.] δύσβολος, cui, ut est apud *Propert.* IV, 9. *damnosi subsiluere canes.* Seb.

τὸ δύσβολον etc.] MS. τὸ δύσβολον, καὶ εὔβολον, (sine praecedenti τὸ) εἶναι. male autem εὔβουλον exaraverat scriba, quod υ erasum tamen est penitus. δυσβόλων βόλων et supra enumeratio est VII, 204. Iung.

καὶ τὸ εὔβολον] C. A. omittit τό. Kuehn.

καὶ τὸ εὔβολον etc.] Hinc εὐβολεῖν *Luciano* de *Amoribus*: μάλιστα δ' εἰ ποτὲ τὴν Θεὸν αὐτὴν εὐβολήσειε· *praecipue quidem, si fortean aliquando ipsam Venerem felici iactu sortiatur.* et εὔβολος itaque, *qui felices plerumque sortitur iactus*, cui δύσβολος contrarius. utrique dicuntur aut εὐβολεῖν vel εὐκυβεῖν, aut δυσβολεῖν vel δυσκυβεῖν· δύσκυβος autem vel εὔκυβος neutiquam ea notione, qua δύσβολος et εὔβολος, est in usu. *Aristaenetus* lib. I. Ep. 23. ἐμὲ γὰρ καταναλῶσαν ἄπληστος ἑταίρα, καὶ πεσσοὶ πίπτοντες ἀτυχῶς μὲν ἐμοὶ, εὐβολώτερον δὲ τοῖς ἐναντίοις, ut egregie pro εὐβουλότερον emendavit *Salmasius*: quo vitii genere *Suidas* habet: *Μίδας* κύβου ὄνομα εὐβουλοτάτου, καὶ παροιμία, Μίδας ὁ ἐν κύβοις εὐβουλότατος· utrobique restituendum εὐβολώτατος, quod et *Erasmus* victurum semper nomen fecerat, et egregie *Proverbia Vaticana* confirmant, in quibus et *Eubulum* ἐν *Κυβευταῖς* id iactus habere monetur. non est itaque quod Codicem MS. in *Suida* nil variare praetendat *Schottus*.

95.

αὐτό τε τὸ βαλλ. ἂν εἴη] MS. βαλλόμενον καλεῖται. Seb.

αὐτό τε τὸ βαλλ. ἂν εἴη] C. A. αὐτὸ τὸ βαλλόμενον καλεῖται· quod καλεῖται habet *Salmas.* etiam. Kuehn.

αὐτό τε τὸ βαλλ. ἂν εἴη] MS. βαλλόμενον καλεῖται, pro ἂν εἴη· et habet etiam MS. *Seberi* illud καλεῖται, reponique id malim. Iung.

καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος σ. etc.] E MS. et *Had. Iun.* Animadvers. II. cap. 4. prior. edition. κυλοτ. Seb.

καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος σ. etc.] C. A. *καὶ ἐν αὐτοῖς κοιλότης.* C. V. *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλήτης τὸ σημεῖον.* Kuehn.

καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος etc.] Sed hic quidem MS. noster longe meliora habet: *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, τὸ σημεῖον,* etc. Vel enim valde fallor, vel non recte acceperunt haec viri docti, ut *Iunius* II. animadv. 4. quasi *Pollux* diceret *κύβον* tam de iactu ipso, quam nota iactus accipi. hoc alterum enim vix verum est, illud quidem in primis de monade, ut noster addit: et alias, si *δύω,* vel *τρία,* numerus *ὁ δηλούμενος,* scilicet adiungeretur. Hoc enim, si bene capio, ait *Pollux*: sciendum esse, quod et ipse iactus vocetur *κύβος·* cavitas vero in ipso *κύβῳ,* illam adpellari *σημεῖον,* et *τύπον,* et *γραμμὴν,* quae sit id ipsum quod indicet numerum, quem iactus contineat. Iung.

καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος] Aliter MSS. et melius, *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης·* sic itaque textus habet. neque haec aliter restituit *Salmasius* ad *Histor. Aug. Scriptores*, ut paulo post, ubi totum eruditissimi viri producemus locum, patebit.

ὁ τύπος] C. A. *τύπος, γραμμὴ, δηλοῦν τ. ἁ. τ. β.* etc. Kuehn.

καὶ μάλιστά γε ἥ τε μονὰς, etc.] C. V. *ἀληθέντων καὶ μάλιστα ἡγεμόνες ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνομα εἶχε κύβος καλεῖσθαι.* C. A. *β. κ. μάλιστα ἡγεμόνας ὁ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε κύβοι·* unde legi facile poterit: *καὶ μάλιστα ἥ γε μονὰς ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνομα εἶχε καλεῖσθαι κύβοι.* *Salmas.* in *Vopisci Proculum* locum ita constituit: *καὶ μάλιστα ἥ γε μονὰς, ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη, εἶχε καλεῖσθαι κύβος·* nec aliter *idem* Notis in h. l. huc, puto, ibat Auctor, vocem *κύβος* homonymia quadam inter alia significare unionem vel monadem. idque probat proverbio: *ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι,* Ionice, *ἢ τρεῖς οἶναι·* ita enim legendum, quamvis C. V. habeat mox *σὲξ τρὶς κύβοι·* aut *Caesar* aut *nihil*, alias dicimus eodem sensu: vide *Schottum* in *Zenobium*. Kuehn.

καὶ μάλιστά γε ἥ τε μονὰς, etc.] Mire videtur monstrosa lectio MS. quae haec est: *καὶ μάλιστα ἡγεμόνες· ἡ ἐν αὐτοῖς, ὄνομα εἶχεν κύβοι καλεῖσθαι, καθάπερ* etc. sed non est adeo praeter unum monstellum. et vel valde fallor, ita haec omnia certe legenda: *καὶ μάλιστα ἥ γε μονὰς, ἡ ἐν αὐτοῖς, ὄνομα εἶχε κύβοι καλεῖσθαι.* Hoc enim ait, quum praedixerit et *τὸ βαλλόμενον* vocari *κύβον·* et *imprimis*, inquit, *unio*, *qui in tesseris, nomen habebat illud, ut vocaretur κύβοι·* cui rei exemplum subiungit ex paroemia; ubi nihil plane de *ὄνῳ,*

cui hic nullus locus, sed infra in aliis ludis, ut in *Οὐρανίᾳ σφαίρᾳ* segm. 106. de qua etiam *Erasmus* cepit illud *Rex aut Asinus* in Adagiis, ut in Ostracinda segm. 112. Ille vulgatus ὄνος vero, quem et supra dixi ad VII, 204. forte ex ὀνο͂, ut et vocabulum ὄνομα scribebant, credo, decurtato compendio, exortus est, et in errorem impulit doctissimum *H. Iunium*, ut ibidem ostendi. Impulit et *Coel. Calcagninum* in dissertatiuncula de Tesseris, ubi quoque existimat τὴν μονάδα dictam ὄνον· quam οἴνην potius Iones vocasse supra declaravi. Iunr.

καὶ μάλιστά γε ἥ τε μονὰς] Aliter longe ac in vulgatis MSS. hunc locum exhibent, ad quorum itaque normam integrum restitui decuit. habebatur ante nos in textu: ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε κύβοι· quae quidem verba ad commodum ita sensum effingi facile sit: *καὶ μάλιστά γε ἥ τε μονάς, ἡ ἐν αὐτοῖς* vel *ἡ καὶ ἐν αὐτοῖς οἰνὸς, καλεῖσθαι εἶχε κύβος· et praecipue vero unio, quae et in istis* (tesseris) *oenus, appellari obtinuit κύβος.* ita nimirum libro VII, 204. noster *Auctor: Χῖος, ὃν καὶ κῖον ἐκάλουν, καὶ οἰνὸν καὶ οἰνήν· ἐστὶ δὲ καὶ οἰνὴ παρὰ Ἴωσι μονάς.* Non equidem alias hoc capite, ubi maxime decebat, *οἶνον* aut *οἰνὴν* habuerit *Pollux*, nisi sic hoc loco restitueris, quo dixi modo. praestat tamen MSS. auctoritati honorem haberi. Iam quoque fuerit opportunum, quam alii ad hunc locum medelam adferre conati sint, scire, et errorem, qui inde sit ortus, haud levem commonstrare. In *Meursio* de *Graecorum Ludis* sub voce *Κυβεία* ita conceptum video atque distinctum *Pollucis* nostri locum: *καὶ μάλιστά γε ἥ τε μονάς, ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε, καὶ κύβος·* quo calidiori audacia *Salmasius* ad *Vopiscum* ita se partim ex veteris exemplaris auctoritate, partim ex coniectura restituere dicit: *Ἰστέον δὲ ὅτι κύβος αὐτὸ τὸ βαλλόμενον καλεῖται, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, ὁ τύπος, ἡ γραμμὴ, τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βληθέντων· καὶ μάλιστα ἥ γε μονάς, ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη, εἶχε καλεῖσθαι κύβος. καθάπερ καὶ ὁ παροιμιώδης λόγος μηνύειν ἔοικεν, Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.* In ceteris quidem recte, et pleraque sic etiam in textum recepimus. sed id *ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη* est a vulgatae lectionis vestigiis et a MSS. recedit quam plurimum. non tamen est dubium, quin, dum haec ita restitueret *Salmasius*, prae oculis sibi habuerit alterum illum a nobis adductum *Pollucis* nostri locum; et moremur licet, siquidem *Pollucis* id illustrandi gratia fiat. in istis Auctoris nostri verbis *Meursius*, illumque secuti *Bulengerus* et *Senftlebius* ὄνον invitis Musis aggressi sunt reponere. hi

nimirum omnes, quibus et *Tiraquellum* ad *Alexandrum* ab *Alexandro* adnùmeres, sibi persuasum habuere, non alio quam hoc *Pollucis* nostri commaculato loco nixi, unionem inter iactus dictum fuisse a Graecis ὄνον· sed istos quidem, acerbius quamvis, asinos esse pronunciat *Salmasius*, qui ὄνον in *Polluceo* loco defendere velint. et pressius adhucdum *Thomas Hyde*: *Qui enim unitatem etiam asinum dici existimant, errant, et ipsi sunt asini: nam in tesseris ὄνος idem quod οἴνη, in talis κύων dictus:* dixisse potius debuerat οἶνος· nam nihili vox est in hac re ὄνος, quae quoque deceptum habuit optimum *Schottum* ad *Zenobii Proverbia*, ubi cubos esse uniones ὄνους testem adfert *Pollucem*, apud quem οἴνους vitiose sit editum non semel. sed in *Polluce* tam, quam in *Zenobio* retinendum οἶνος, *oenus*, *unus*: et vero qui hanc primus senserit sententiam, fuisse *Iungermannum* nostrum existimo, qui ad librum VII, 204. illum in tesseris ὄνον ad asinos eliminavit. Non equidem apud Romanos, quos tamen in his talibus belle Graecis congruere ex *Hydaeo* scire potes, simile quicquam extat. Inter Europaeos quidem, Belgas praecipue et Germanos uniones iactuum seu μονάδες dici solent, Esels, quod, si quid aliud, auctoritatem aliquam eorum opinioni, qui ὄνος in Graecis pro οἰνῷ tenent, conciliaret. sed me quidem iudice, non aliam id nominis habét originem quam illorum hominum errorem, qui ὄνον ita Graecis unionem dici censebant. Exulet itaque a ludo tesserario iactuumque nominibus commentitius ὄνος. Sed addere lubet hic loco non incommodo de *Pollucis* verbis VII, 204. quae, quod proprio sibi loco non posuerim, festinatio praepedivit; *Pantinum* scilicet hominem eruditum ad *Apostolii* Paroemiam Τρὶς ἕξ, hanc talem scripturam ex Codice *Pollucis* MS. quem aliquando *Demetrii Chalcondylae* fuisse ait, adnotare: ἐκάλουν καὶ Χῖῃ, ὃν καὶ Κῖον ἐκάλουν· ἔστι δὲ καὶ μονὰς etc. omissis istis καὶ οἰνὸν καὶ οἴνην, quibus tamen non libenter caream, ut ad eum locum est monitum.

προμηνύειν] *Salmasius* l. c. μηνύειν vel ὑπομηνύειν, *subindicare*. Kuehn.

προμηνύειν] MS. μηνύειν· non προμηνύειν· et cur usus fuerit composito isto? quum simplex rectius sententiam explicet, quod itaque reponere ex MS. possumus. Iung.

προμηνύειν] Cum MSS. textus habet μηνύειν· et eam quoque lectionem placuisse *Salmasio* superiori nota dictum. In *Falckenburgiano* Codice quid sit rationis cur pro ἔοικε positum reperiam εἴρηκε, non video.

ἢ τρὶς ἓξ, etc.] ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβ. Prov. *Aut ter sex, aut tres tesserae.* vid. et: *Rex aut asinus.* Seb.

ἢ τρὶς ἓξ, etc.] Ipsam paroemiam MS. ita habet: ἢτρισέξτρις κύβοι. *Hesychius* quoque, ut vulgo, ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρὶς κύβοι. Malim tamen legere, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι, ut apud *Suidam* et *Eustath.* ad Ὀδυσσ. ά. et *Zenobium* est, qui ex *Didymo* et *Tarrhaeo* proverbiorum nobis confecit epitomen. Et apud *Hesychium* non aliter adgnoscit *Coelius Calcagninus* dissertatiuncula de tesseris, quem quoque de hisce non inutiliter adeas. Et clarum ita legi debere ex *Platonis* loco, quem adfert *Erasmus* Adagio: *Aut ter sex aut tres tesserae:* ἢ τρὶς ἓξ, φασὶν, ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας. *Schottus* noster in suis Observationibus interpretatur hoc proverbium, i. e. *vel dexter vel sinister iactus.* Iung.

ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρὶς κύβοι.] De hoc iactu meminit *Souterius* I. cap. 28. et *Senftlebius* cap. 9. de *Alea Vet.* Sed opera *Polluci* danda. pro τρὶς κύβοι cui non legendum appareat τρεῖς κύβοι, *tres uniones*? et sic cum *Kuehnio* in textu reposui. est et in *Suida* eodem modo corruptum, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρὶς οἴνας, sed et eodem modo emendandum. itaque mirari subit potuisse *Meursium*, cum illi adesset ad manum ipsa paroemia, haec utriusque, *Pollucis* inquam et *Suidae*, loca relinquere inemendata. Tribus autem lusisse tesseris antiquos recte vero hinc notant, siquidem tres simul iacti uniones, quod non nisi tribus tesseris fieri potuit, infelicem redderent lusorem. huic itaque bolo ternus senarius oppositus faustissimus erat, multoque victorem lucro augebat. victoriam itaque παντελῆ atque plenam adferre ait *Diogenianus* et *Michael Apostolius*, ad cuius, *Apostolii* dico, locum *Pantinus* observat in XII. *Platonis* de *Legibus* id extare proverbii, cum significare vellet *Philosophus*, *omnia tentanda esse vel cum periculo ad iustam de republica tractationem instituendam.* ponam eximium summi Atheniensis locum a plerisque hac in re praeteritum, siquidam in promptu sit, haud procul a fine scilicet ultimi libri: καὶ εἴπερ κινδυνεύειν περὶ τῆς πολιτείας ἐθέλομεν ξυμπάσης, ἢ τρὶς ἓξ, φασὶν, ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας πάντα ποιητέον· quae simul restitutam *Polluci* nostro lectionem confirmant. et adiiciam alium perinde elegantissimum *Epicharmi* de nuptiis apud *Stobensem*: τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους ἀπὸ τῆς τύχης βαλεῖν· at hunc quidem praecepit etiam *Bulengerus.* Sed ire iuvat in rem praesentem, atque *Zenobium* nemini intellectum, *Salmasio* quoque emaculatum prave,

illustrare, de eoque bene mereri, quo simul eadem opera *Polluci* lux fiat. is itaque posita paroemia *Pherecratem* in *Myrmecanthropis* usum fuisse docet, additque de periclitantibus dici, siquidem τρὶς ἓξ perfectam designet victoriam, τρεῖς vero κύβοι seu tria puncta, dispendium. olim enim tribus uti solebant ad ludendum tesseris, non, ut nunc fieri amat, binis solum. haec omnia plana atque facilia: illa, quae ponam, intellecta male eruditissimos viros in errores praecipitarunt. Ἔστι δὲ ὁμωνυμία· κύβον γὰρ ἔλεγον ἰδίως αὐτὸν τὸν ῥιπτούμενον, ὅτε πλήρης ἐστὶ καὶ μή· τοὺς δὲ κύβους τοὺς τοιούτους οἱ Ἴωνες καλοῦσιν ὄνους, καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν, Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς εἶναι· in his posterioribus οἰνὰς reponebat *Salmasius*. maluero cum *Iungermanno* nostro οἴνους· minus enim ab edita scriptura recedemus, et in ipso dicto vice τοῦ εἶναι, οἶναί· quae se bene habent. sed quod idem mutare sustineat κύβον γὰρ ἔλεγον etc. in haec alienissima: κύβον γὰρ ἔλεγον διχῶς, αὐτὸ τὸ ῥιπτούμενον, καὶ ὃ πλῆρές ἐστὶ καὶ μή· non equidem probo laudoque. scilicet ignotus ipsi fuit βόλος πλήρης, ut et omnibus aliis, qui hac de re commentati sunt. is itaque qui fuerit iactus ostendam. ἑξίτης, seu iactus senarius illo fuit nomine. quod tibi ex *Paroemiographo Vaticano* commonstrabo. Τρὶς ἕξ, νικητήριος βόλος, ἐπὶ τοῦ εὐστόχου, ἀπὸ τῶν κυβευόντων· ὁ γὰρ βόλος ὁ πλήρης ἓξ ἦν· τὸ πάλαι δὲ τρεῖς ἐβάλλοντο κύβοι· huic autem oppositus κενὸς de unione. *Michaël Apostolius*: οἱ μὲν τρὶς ἓξ νίκην· οἱ δὲ τρεῖς κύβοι, κενοί· eademque notione in *Hesychio* et *Suida*. Iam itaque patebit facile, quae fuerit *Zenobio* mens. plena sit ex eius opinione hoc modo paroemia, ἢ τρὶς ἓξ κύβοι, ἢ τρεῖς κύβοι. in istis ergo hanc adnotat homonymiam, quod proprie dixerint κύβον tesseram proiectam, tam quae praetulerit senionem, quam unionem. tales autem uniones Ionas appellasse οἴνους, *oenos*, seu praeferas οἰνὰς, unde et istis hoc ita proverbium efferatur: ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς οἶναί. haec se, puto, facile probabunt attento lectori. Et in isto, quod et *Zenobius* adfert, κύβος de unione seu puncto intelligendus: βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβους καὶ τέτταρα, quae tibi desumta sunt e *Ranis Aristophanis*. tesseras ibi male interpretantur. Uniones autem et punctula vocant Arabes נקט et נקש, *puncturas, picturas*. Non lubet amplius morari.

τρυπήματι] C. V. τρόπήματι male. KUEHN.

τούτῳ τὸν κ.] Obscuriora mihi verba: suspicabar, si forte an scripsisset, τούτῳ, ᾧ τὸν etc. IUNG.

τούτῳ τὸν κύβον] Reddidimus in textu, ut *Kuehnius* ad

oram sui libri restituerat: quae lectio, quamvis a MSS. auctoritatem non habeat, sensui conficiendo est opportuna necessario. Sic et eodem modo apud *Meursium* reperio.

ἐπωνομάσθαι φαμὲν] C. A. *παρωνομάσθαι·* post *φαμὲν* tollenda distinctio commatica et reponendum punctum, quod et ita *Salmasius* fecit; nam verba illa explicant hoc proverbii: *τρεῖς κύβοι·* nempe, quod puncta tria vocentur *τρεῖς κύβοι.* dein incipit nova periodus in *ἀργυρίου* etc. agiturque primo loco de lusu, qui dicebatur *πλειστοβολίνδα*, vel *πλειστοβόλινδα.* vid. *Casaub.* in *August. Suet.* c. 71. Kuehn.

ἀργυρίου τινὰ ἀριθμὸν] Adi *Casaubon.* Animadv. in *Sueton. Tranquill.* pag. 146. Seb.

ἐπιψηφίσαντες] *Attribuentes, statuentes* singulis ante distinctis unitatibus certam pecuniam. tum C. A. leg. *προδιειρημένην*, leg. *προδιῃρημένην*, *ante distincte enumeratam.* *Salm.* *διειρημένην*, qui et haec addit: *in punctum Sueton. dixit.* scilicet *Neron.* cap. 30. Kuehn.

ἐπιψηφίσαντες, καθεκάστην] Dividit hanc ultimam vocem *Kuehnius* in binas: *καθ' ἑκάστην.* nec aliter in *Meursio* atque *Bulengero* scriptum video. nihil in MSS. usu venit magis, quam ut cum ipsis vocibus particulae praeponendae coniungantur: saepius id ex optimo suo *Palatino Iungermannus* admonuit. Tum *διειρημένην* pro lectione vulgata repositum a *Kuehnio*, cui *Salmasius* etiam consentit, amplecti nulla necessitas coëgit.

δραχμὴν, ἢ στατ. ἢ ὁποσ. etc.] MS. *ἢ στατ. ἢ μνᾶν, ἢ ὁπωσοῦν.* Seb.

δραχμὴν, ἢ στατ. ἢ ὁποσ. etc.] C. V. *ἢ μνᾶν ἢ ὅπως οὖν.* ita et *Salm.* C. A. *ἢ μνᾶν ἢ ὁποσονοῦν.* Kuehn.

δραχμὴν, ἢ στατ. ἢ ὁποσ. etc.] MS. auctius, *δρ. ἢ στατῆρα, ἢ μνᾶν, ἢ ὅπως οὖν, ἔπαιζον* etc. quo pacto et *Seberi* nostri habet, et certe ita *Pollux* supplendus est, subiungitque et mox de mina idem *Pollux* in hac re segm. seq. Iung.

δραχμὴν, ἢ στατῆρα, etc.] Plenius hic MSS. omissam itaque male vocem vindicavimus in pristinam sedem, et tum quidem manu descriptorum Codicum *ὅπως οὖν* prae vulgato *ὁποσονοῦν* valde placuit.

πλειστοβολίδα] Pro *πλειστοβολίδα* malim *πλειστοβολίνδα*, uti ex aliis ludorum nominibus apparet. Kuehn.

πλειστοβολίδα] Etiam MS. supra tamen VII, 206. *πλειστοβολίνδα* dicitur, et infra segm. 110. et 117. et nescio annon et hic ita emendandum, ut capiamus: *τὴν παιδιὰν καλουμένην πλειστοβολίνδα*, quae *Plistobolinda* dicta sit. Sane

quod ad alterum *H. Stephano* hinc *πλειστοβολὶς παιδιὰ* in Thesauro suo refertur. Kuehn.

πλειστοβολίδα] Nulla quidem in MSS. est variantia, et tamen solet *πλειστοβολίνδα* scribi tam in *Polluce*, quam apud alios alibi. *Meursius* itaque, dum adducit haec verba, isto posuit modo: *ἔπαιζον τὴν πλειστοβολίνδαν καλουμένην παιδιάν*· maluero cum *Kuehnio* nostro *πλειστοβολίνδα*, quod ille in textum intulerat, eumque nos sumus sequuti, quamvis *πλειστοβολίδα* dici *παιδιὰν* normae literatae non impediat ratio. Qui de hoc erudita ludo legere gestit, adeat ille maximum *Casaubonum* ad *Augustum Suetonii* cap. 71. ubi quae vir summus disputat, scaturigo sunt atque fons omnium, quae de hoc lusu scripta. *πλειστοβολεῖν* dicitur qui hunc ludit lusum, idque verbi tam Atticis hac in re fuit usurpatum, quam Graecis recentioribus, ut monet *Suidas*. hinc *πλειστοβόλος* in *Epigrammate Leonidae Tarentini*, *Λεωνίδου Ταραντίνου*, quo pacto titulus epigrammatis vulgatus e MSS. est supplendus, *Anthol.* lib. III. tit. 6.

— *ἢ ῥ' ὅτι παίκτας*
ἦσθά τις; οὐ λίην δ' ἀ'γαθὲ πλειστοβόλος.
— *An quod*
lusor eras? at non alea fausta tibi.

Ut carmine Latino reddidit magnum illud Bataviae lumen *Grotius*: et priora quoque istius *Epigrammatis* hic ponere iuvat, ne inferius, ubi de Chio iactu, revetere opus habeamus:

τί στοχασώμεθά σου, Πεισίστρατε, Χῖον ὁρῶντες
γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστράγαλον;
ἢ ῥά γε μὴν ὅτι Χῖος; ἔοικε γάρ· ἢ ῥ' ὅτι παίκτας etc.
Esse quid hoc dicam, Chio, Pisistrate, iactu
adspicio talum quod tua busta super?
An quod Chius eras? facile hoc quis crederet; an quod etc.

Hic profecto Chius de iactu senario capiendus; nam talum Chio iactu non ea de causa *Pisistrati* busto impositum fuisse dicit, ut eum lusorem designaret, quippe qui infelicissimus esset atque *δυσβολώτατος*, cum contra id Chius esset faustus atque *εὔβολος*, utpote senarius. videndus et *Thomas Hyde Historia Aleae* p. 105. Iamque porro ad cetera pergamus.

96.

παιδιάν.] MS. ut solet plerumque *παιδίαν.* Iung.

ἀναιρεῖσθαι] MS. *ἀναιρήσεσθαι.* Seb.

ἀναιρεῖσθαι] MSSti *ἔμελλον ἀναιρήσεσθαι*· *ablaturus erat*

propositum argentum, ἐπιδιακείμενον. est alias ἐπιδιατεθειμένον mox. vid. *Suid.* in ἐπιδιατίθεσθαι. KUEHN.

ἀναιρεῖσθαι] Et noster et *Seberi* MS. ἀναιρήσεσθαι· quod mihi magis placet quam vulgatum ἀναιρεῖσθαι. IUNG.

ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐπιδιακείμενον] Cum *Kuehnio* textui dedimus ἀναιρήσεσθαι· et elegantius quam vulgo, ἔμελλεν ἀναιρήσεσθαι. Tum vero τὸ ἐπιδιακείμενον *Gellio* dici *aes manuarium*, Imperatori σύνθεσιν observat *Casaubonus* ad *Augustum Suetonii*. alio spectant *Ambrosii* de *Tobia* cap. 11. *propositiones*, seu *positiones*, neque enim repugnem, legere mavelis, de quibus alias. Sed adverte mihi, quaeso. Doctiss. *Bulengerus* de *Lud. Vet.* cap. 59. quem id operis optassem meliore cura atque ordine aptiori digessisse, hic in *Polluce* non ἐπιδιακείμενον legit, sed ἐπιδεικνύμενον, seu ita legendum censuerit, male tum quidem, seu festinabundus vitio descripserit. quicquid utriusque sit verum, sic se verba illius habent. ἐπιδεικνύμενον ἀργύριον *erat pecunia ex pluribus manibus collecta, quod aes manuarium vocat Gellius*, et cetera, quae habet ex *Casaubono*. sed hanc ego lectionem prae vulgata non deligam, in qua nemo est, qui vitium haerere censuerit. mox parili modo μνᾶν ἐπιδιατίθεσθαι, quod *Eustathio* καθ' ἑκάστην μονάδα ἀργύριον ὁρίζειν.

ἐν δὲ τῇ 'Αμειψίου Σφ.] MS. 'Αμειψία. Ex eodem, et quia non aliter infra X, 144. pro Σφενδώνῃ repositum Σφενδόνῃ. vide *Casaubonum* in *Athenaeum* fol. 645. SEB.

ἐν δὲ τῇ 'Αμειψίου Σφ.] C. A. ἐν τῷ 'Αμειψία. C. V. ἐν δὲ τῷ 'Αμειψίου Σφενδόνι. *Salm.* ἐν δὲ τῷ 'Αμειψία Σφενδόνῃ. vulgatum retinet *Athenaeus* lib. VI. cap. 20. KUEHN.

ἐν δὲ τῇ 'Αμειψίου Σφ.] MS. ἐν δὲ τῷ 'Αμειψίου Σφενδόνι, εἶτα etc. infra tamen X, 144. ut hic *Seberus* noster edidit, Σφενδόνη est in MS. etiam. quo pacto et *Athenaeus* citat, adnotante *Casaubono* nostro VI. in *Athen.* 20. et in addendis ad librum X. cap. 13. *Athenaei* idem nomen reponit apud *Dipnosophistam*. *Palam*, vel *Fundam* hic interpretatur *Had. Iunius* II. Animadvers. 4. IUNG.

ἐν δὲ τῇ 'Αμειψίου Σφ.] Bene se habet hic locus; de *Amipsiae* Σφενδόνῃ et alii etiam meminere. *Meursius* illam hinc adducit *Atticae Biblioth.* lib. I. *Palam* interpretantur vel *fundam*, neque forsitan male, ut nomen habere potuerit haec Comoedia ab annulo mutui amoris signo atque arrha, cuius in pala fuerit insculpta, quod haud apud antiquos insolens, amicae figura, quaeque vario sit modo per aliorum manus vagata. sed in MSS. saepe, quod turbat, τῷ Σφενδόνῃ, vel

Σφενδόνι. hic in omnibus est ita. ut cogitandum sit, si quid aliud in manus se det, quod titulum melius illustret. neque levem eruditionis nostrae partem duco fabularum titulos eorumque rationem novisse, etiam si levem in ista re operam hactenus eruditi viri praestiterint.

προείρηται τὸ τριμναῖον, etc.] C. A. *προείρηται, ὅτι εἴη τὸ τριμναῖον·* nec aliter C. V. nisi quod habet *τριμναμναῖον*, unde emergit vera lectio: *ὅτι εἴη τὸ τρῆμα μνααῖον· et modus ludendi alea manifestatur, et praedictum fore punctum unius minae*, quasi illi in singulas uniones minam deposuissent: hoc enim est *κύβος* h. l. *Salm. καὶ προείρηται τὸ τριμναᾶτον· ita* V. C. Kuehn.

προείρηται τὸ τριμναῖον, etc.] MS. *καὶ προσείρηται ὅτι εἴη τὸ τριμαμναᾶον, ὡς μνᾶν* etc. egregie. ineptissima lectio vulgata cum *προείρηται*, et *τριμναίῳ*. Tu omnia ita emenda: *καὶ προσείρηται, ὅτι εἴη τὸ τρῆμα μναaῖον, ὡς* etc. Locus profecto egregie ita restitutus, quod mihi dicenti ignoscas. Ait enim in *Amipsiae* Sphendona explicari modum *κυβείας*, et insuper addi *τὸ τρῆμα μναaῖον*. *τρῆμα* hic idem cum eo, quod antea *τρύπημα* segm. praeced. adpellavit, *punctus in tessera*; *τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βληθέντων*. Id vero *μναaῖον* vocat, a mina, quia nimirum, ut ipse explicat, mina erat proposita in singulas tesseras vincenti praemium: *τῷ τρυπήματι* vel *τρήματι τούτῳ μνᾶν ἐπεφήμισαν*, ut modo loquebatur. Cadit itaque iam doctiss. *Iunii* explicatio, qui vulgatum *τριμναῖον* (quem tamen *προσείρηται* quoque verum vidisse nota, quum dicit, *unde in Amipsiae Comici Pala vel Funda τριμναῖον apponitur*) exponit, *trium minarum pretium, in trium cuborum iactu nimirum pro quolibet unione mina.* nam quod *Noster ἑκάστῳ κύβῳ* etiam dicit, *καθ᾽ ἑκάστην μονάδα*, puto, *διῃρημένην* antea dixerat. Iung.

προείρηται τὸ τριμναῖον] Corruptissimus hic locus, quem tamen e MSS. in solidum restitui; ignoscimus itaque facile praestantissimo *Meursio*, qui non in istis emendandis *εὐστόχως* fuerit versatus, ut MSS. indicio novimus, sine quibus si esset, nemo non ambabus, quod aiunt, fuisset amplexus ingeniosam viri docti coniecturam. *sed quomodo, quaeso*, ipsa *Meursii* verba pono, quae post adductum *Pollucis* adiicit locum, *τριμναῖον, si una tantum mina deposita? omnino vitiosa lectio, et emendanda, ὡς μνῶν ἂν τριῶν ἐπιδιατεθειμένων ἑκάστῳ κύβῳ·* acuta vero, sed prae quibus lectio e MSS. per *Iungermannum* eruta magis arridet: et ita, ut nos, in paucis quoque *Kuehnius* restituerat.

* τρηματιῆται] Priores editiones τριματ. Sed sequitur tamen τρηματίζειν, ex quo merito quis suspicetur τρηματιστὰς reponi debere apud *Hesychium* pro τρημαστικτὰς, quod exp. κυβευτάς. *H. Steph.* qui interim de τρηματιῆται nihil statuit. SEBER.

* τρηματιῆται] C. V. τρηματίκται. *Salm.* τριματίκται *ita vet. C. et* τριματίζειν· *legendum* τρηματισταὶ *et* τρηματίζειν. eodem modo legit *Hesych.* τρηματίκτας a τρηματίζειν, *in punctum ludere. vid. in Vopisci Proculum* p. 760. notata *Salmasio*. *Eustath.* bis vocat τρηματίτην, quod negat *Salmasius* deduci posse a τρηματίζειν. verum enim vero, qui ferre non recusat ἀρωματίτης, αἱματίτης, κερατίτης, μερίτης, ab ἀρωματίζω, αἱματίζω, κερατίζω, μερίζω, is etiam admittet τρηματίτης a τρηματίζω et per pleonasmum τοῦ η τρηματιήτης Poëtice, ut πολιήτης pro πολίτης. * Dorice autem τρηματίκται, quod hic reponendum. τρηματίστας integre si quis maluerit, non habebit me repugnantem. *Valesius* hic η et α confundi ait in *Aldinis* exemplaribus, ut σεήρετον pro σέκρετον apud *Hesych.* KUEHN.

* τρηματιῆται] Sed pergamus et hunc quoque locum restituere. in qua re operam praeclaram a se dat MS. Et quidem vulgati antea τριματιῆται habebant, pro quo *H. Stephanus* in suo Codice τρηματιῆται emendavit. et mox τρηματίζειν, pro quo vulgo, τριματίζειν. Et addidit: *a* τρῆμα, *quod supra dicit* τρύπημα. Utramque lectionem noster *Seberus* ita edidit, et alterum τρηματίζειν sane verum est, id quod et MS. ita habet. Falsum adhuc tamen prius τρηματιῆται, pro quo verissima lectio nostri MS. τρηματίκται, quam ocyus repone. Sic et apud *Hesychium* emenda sis, ubi legitur Τρήματα, τρυπήματα Τρημαστικτάς· (*Sylburgius:* τρηματιστάς. *Poll.* adscripsit; sed non recte) κυβευτάς· ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων. tu emenda, τρηματίκτας· id enim recte a τρηματιξῶ formabis, quod Dorice pro τμηματίσω dixeris, ut καθιξῶ, χαριξῶ, alia. Dorici autem isti lusores, ait noster. Pariter itaque falsum quod *H. Iunius* II. Animadv. 4. ex *Eustathio* ad *Iliad.* π. adnotat, quasi *aleones dicti* sint τρηματῖται· non enim ita habet *Eustathius*, sed τρηματῖται· et emendandum quoque τρηματίκται. Ita enim *Eustathius*: ὡς δὲ καὶ καθ' ἕκαστον κύβον, ἤγουν καθ' ἑκάστην μονάδα ἔπαιζον ἀργύριον ὁρίσαντες, καὶ ὡς οἱ τῆς παιδιᾶς ταύτης τριματῖται ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων ἐλέγοντο, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί. Et iterum ad 'Οδυσσ. α'. λέγει δὲ ὁ ταῦτα παραδιδοὺς (qui ab *Eustathio* paulo ante ὁ τὰ περὶ 'Ελληνικῆς παιδιᾶς γράψας adpellatur) καὶ ὡς οἱ τῇ παιδιᾷ ταύτῃ χρώμενοι, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς

κύβοις τρημάτων, τρηματῖται ἐλέγοντο· παράγων καὶ χρῆσιν Σώφρονος τὸ, δειπνήσας ὠστίζεται τοῖς τρηματιζόντεσσι — ubi quoque utroque loco emendandum videtur, ut dixi, τρηματίκται, sive τρηματῖκται et in *Polluce* scribere velis. Iung.

* τρηματιῆται] Cum *Kuehnio* in textum retulimus MSS. τρηματίκται, quam ita scriptionem adgnoscit quoque Codex *Falckenburgianus*: neque vero sic restituendum in *Polluce* fugit eruditissimos homines, *Salmasium* inquam ad *Vopiscum*, et *Meursium* de *Ludis Graecorum*, quos protenus et alii sunt secuti. sed quod iidem in *Eustathio* τρηματίτην mutatum velint in τρηματίκτην, non equidem probo, siquidem et illam scriptionem analogiae sequi normam exemplorum est abunde in *Kuehnio*, quae probent. μνημονικὸν est *Hydaei* ἁμάρτημα, qui τρηματιῆται ex *Eustathio* adducat. Latine voces *punctularium*, quod in puncta ludat, sicuti in *Glossis* MSS. Graeco-Latinis τρηματίτην, nam et ita ibi scribebatur, expositum reperi.

σκιραφεῖα] E MS. cum non aliter *Suid.* quoque et alii; prior. edit. Σκιραφία. Seb.

σκιραφεῖα] C. A. Σκηραφεῖς, undesuspicor fuisse olim, σκιραφεῖς δὲ οἱ κυβευταὶ, καὶ σκιράφεια τὰ κυβευτήρια. *Eustath.* in *Rhapsod.* I. *Odyss.* σκίραφοι sunt omnia fraudis et versutiae machinamenta, quod ea in σκιραφείοις adhiberi solebant. ὠνόμασται abest a C. A. at C. V. ὠνομάσθη. *Salm.* leg. σκιραφεῖς δὲ, sed damnat istam lectionem. Kuehn.

σκιραφεῖα] MS. σκιραφια (sine accentu) δὲ τὰ κυβ. ὠνομάσθη, δι' ὅτι. Sane tam σκιράφια, quam σκιραφεῖα, ut *Seberus* ex suo MS. edidit, rectum puto, ut et supra dixi ad VII, 203. ubi MS. σκειράφια habebat. Iung.

σκιραφεῖα] Non uno modo hanc ego vocem reperio scriptam. est enim Σκειράφια, et Σκιράφια, quod ita textui restitui supra VII, 203. ubi accentu malo notatum legebatur Σκιραφία· hic in editionibus ante *Seberum* excusis, Σκηραφία, pro quo *Kuehnio* restitutum Σκιράφεια· et quidem istam accentus positionem lubentius habeam, quam si Σκιραφεῖα, prout est in *Seberi*, scribas. eo scilicet modo σκιάδιον et σκιάδειον, τρυγήτριαι, τρυγήτρειαι. et quae talia similia notavimus ad librum VII. *Bulengerus* unde suum σκυρίφια hauserit ignoro, id saltem scio, ineptam esse atque reprobandam istam scriptionem. Addere lubet de ipsa re, quod me facturum dixeram superius, non prorsus inutilia quaedam. De vocis origine dissentiunt *Grammatici*: sunt enim qui Σκείραφον quoddam instrumentum aleatorium exponunt, unde Σκειράφια sint dicta; sunt

qui *Scirapho* insigni aleatori nomen ac originem Σκειράφια debere putant; quae utraque sententia est in *Etymologo* voce Σκειρά· καὶ Σκειράφια, inquit, τὰ κυβεῖα· ἤτοι ἐπεὶ σκίραφος τίς ἐστιν ὄργανον κυβευτικόν· ἢ ἀπὸ Σκειράφου τινὸς κυβευτοῦ· de neutro, si fortean alibi legerim, memini. placeret alias prae reliquis vocis, quae adferuntur, notationibus σκειράφια derivari ab instrumento aleatorio, cui nomen σκίραφος, quod vocis etiam, sed diversa paululum notione, nominat *Eustathius*. Sed receptissima est inter Grammaticos opinio, dicta fuisse a Sciro Sciraphia. nimirum aleatores in Scirum, ubi *Minervae* templum erat, convenire frequentes solebant, ipsumque *Minervae* fanum, tanquam forum quoddam aleatorium, quotidie calefacere. et vero haec talia fiéri haud raro in ipsis aedium sacrarum propylaeis non ducebatur religioni; in quibus etiam venum minutulas merces atque bellaria proponebant, unde *Rhoenicidi* apud *Athenaeum* προπυλαῖα dicta censet cupedias, quod in templorum aliorumve locorum publicorum vestibulis emerentur, vir summus *Is. Casaubonus*; in quem etiam spurcissimum morem res degenerarunt apud Iudaeos, uti notum ex Evangelica historia. appositas quoque vilioribus hominum ibidem loci coenas, colligere mihi videor ex *Diogene*, in *Cynici* cognominis vita VI, 64. In Scirum autem aleatores urbe relicta secessisse arbitror, quod Athenis per morum censores minus esset tutum alea ludere, cui pondus accedit a Romanis legibus, quibus alea ludere permissum non erat. videndus est *Hydaeus* in *Aleae Historia*. et etiam *Aristoteles* inter αἰσχροκερδεῖς aleatores coniungit pessimis hominibus λωποδύταις et λῃσταῖς, cui praestantissimum Nicomacheorum Interpretem *Andronicum* lib. IV. cap. 2. adde. et ii certe tales in republica constituta bene non tolerentur. De Sciro aleatorum conciliabulo dictisque inde Sciraphiis praeter nostrum *Pollucem*, *Suidas*, *Hesych. Harpocratio* ex *Dinarcho* adversus *Proxenum*, et *Etymologus*, cuius proferre verba lubet, quod cum *Polluceis* apprime concinant: ἢ ὅτι ἐν τῷ τῆς Σκειράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ οἱ κυβευταὶ ἔπαιζον· quae scilicet positis superius adiungit. Ab hac est origine, quod in *Hesychio* lego Σκειραφεῖν, κακοπραγμονεῖν et Σκειράτες, οἱ προυνικοὶ καὶ κυβευταί, in quibus posterioribus cave tibi, ne cum *Salmasio* Σκειρᾶται restituere velis, aut cum *Iunio* κορνικοὶ pro προυνικοί· nam et κορνικοὶ nomine προυνικῶν contineri possunt. audi *Hesychium* in Σκίταλοι· ἀπὸ τῶν Ἀφροδισίων καὶ τῆς προυνικίας τῆς νυκτερινῆς θεοὺς τινὰς ἐσχηματίσαν· sed alibi ista de voce locupletius. Videtur itaque Sci-

tum non aleatorum tantum, sed et quorumvis aequissimorum hominum fuisse sentina. Sed operae fuerit pretium, dum quidem in his versamur, egregium de hac tota re *Stephani* locum attulisse, quem ad meam mentem vitiis, quibus scatebat, purgatum adscribam. cum de Arcadico tetigisset Sciro, haec ita subdit porro: *ἔστι καὶ ἕτερον Σκίρον τόπος Ἀττικός· καὶ Σκιρωνίδες πέτραι, ἀπὸ Σκίρωνος, ἢ οὗτος μὲν ἀπὸ τόπου, ὁ τόπος δὲ ἀπὸ Σκίρου ἥρωος· ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο·* (bene: nam meretriculae *καθέζεσθαι* vel *καθέζεσθαι ἐπὶ μισθῷ* dicuntur) *ἴσως καὶ τὸ σκιράφιον, ὅπερ δηλοῖ τὸν τόπον, εἰς ὃν οἱ κυβευταί, καὶ ὁ σκιροφόρος, ὃ σημαίνει τὸν ἀκόλαστον καὶ κυβευτὴν ἀπὸ τῶν ἐν Σκίρῳ διατριβόντων·* viros eruditissimos, qui *Stephano* poliendo operam dedere, paria cum nostris in plerisque saltem facere non dubito: sed eos, quod in promptu non sint, mihi consulere non licet. *σκιροφόρος*, quod alibi non legissem, me morabatur aliquantulum; sed recte se tamen habet, ut videbimus mox. pro istis, quae reposui, *τὸν ἀκόλαστον καὶ κυβευτήν*, legere liceret, *τὸν ἀκόλαστον, καὶ σκιραφευτής*, non repugnantibus adeo antiquarum editionum vestigiis, in quibus *σκιβευτήν*. De *σκιροφόρῳ* autem faceti quid subesse existimo, quod exponam, si forte doctis hominibus probari possit. Festum erat Athenis *Σκίρα* vocatum, quod vocis *Polluci* reposui VII, 174. ubi *Meursius* in *Graecia Feriata* vulgatam male retinet lectionem, ac de festo quodam Thessalico, cuius meminerit *Pausanias*, intelligit. ferri tum solebat ab Eteobutadis ex Arce *Minervae* umbella, quam veteres Attici *σκίρον* q. *σκιερὸν* nominarunt, ad Scirum, ibique in *Palladis* deponi: *Harpocrationem* vide sis, et *Aristophaneum Commentatorem* ad *Ecclesiaz.* sub initium. illi itaque proprie *σκιροφόροι*, ac si *umbelligerulos* dicas. hinc, ut fieri amat, vocabulum id a sacris festive detortum, atque de iis dictum hominibus, qui Scirum quotidie alea ludendi causa frequentabant, atque in *Minervae* templo morabantur. pluribus non explicabo, siquidem nullus erit ingeniosior paululum, qui non facetae vocis acumen capiat. Sed ille vero Scirus Heros, cui locum ipsum nomen habere relatum censebat *Stephanus*, non alius est ab isto *Eleusinio* vate, a quo *Minervam Σκιράδα* dictam, tradit e *Praxionis Megaricis Harpocratio* in *Σκίρον·* quod clare docemur ex Atticis *Pausaniae* c. 37. ubi eum et *μάντιν* et *ἥρωα* vocat. et haec quidem de Sciraphiis observata sufficiant, quae omnia non tetigere quos de alea scribentes oportebat maxime. Mox in *Polluce ἐπὶ Σκίρον·* vitiosius editiones *Seberiana* priores

Σκῦρον. Kuehnius in textu *Σκίρῳ*· bene. illi omnes quos citavi *ἐν Σκίρῳ*, quique adeo illam *Valesii* emendationem in *Harpocratione* pro *Σκίρωνι* confirment. tum *ἱερῷ* ita etiam *Etymologus* habet, non *ναῷ*, ut MSS. perinde est, utrum mavelis. De *Minerva* Scirade iidem illi ferme, qui de Sciraphiis, meminere.

ἐπὶ Σκίρον] MS. *ἐπὶ Σκίρῳ*. Seb.

ἐπὶ Σκίρον] MSS. melius *ἐπὶ Σκίρῳ*· *Eustath.* l. c. Athenienses etiam in templis alea ludebant, *καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς τῷ ἐπὶ Σκίρῳ*· qui certus locus erat Athenis, ubi templum erat *Minervae Sciradis* vel *Scirradis*. *Harpocr.* in *Σκιράφια* legit *Σκίρωνι*, pro quo *Valesius* reponit, *ἐν Σκίρῳ* ex *Hesychio* in *Σκειράφιον*. *ἐπὶ Σκίρῳ* Atticum est pro *ἐν Σκίρῳ*. *Salm.* *ἐπὶ Σκύρῳ*. Kuehn.

ἐπὶ Σκίρον] MS. noster *ἐπισκιρῷ*· sed placet MS. *Seberi* lectio, *ἐπὶ Σκίρῳ*. *Σκίρον*, umbella et locus. de loco ego hic capio. Id *χωρίον Σκίρον* unde denominatum fuerit ita vid. *Pausaniam* in Atticis, nempe a Sciro vaticino, qui etiam *τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαληρῷ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν*. *Luisinus* III. Parerg. 21. ubi *Homerum* ait *Minervam* invenientem procos talis ludere *Ὀδυσσ. α.* confinxisse ait, quia veteres, praesertim Athenienses, in templo *Minervae* talis ludere solebant, *hoc*, inquit, *apud* Iulium Pollucem *testatissimum est*, *lib. IX. cuius verba haec sunt*: *διότι μ. Ἀ. ἐκ. ἐ. Σκύρον ἐ. τ. τ. Σκυράδος* (sic enim per *υ*, ut et antea vulgati habet) *Ἀ. ἱ. quae*, subiungit, *non verto, quia sensum retulimus*. Sed hic forte viro docto aqua haerebat, nec satis adsequebatur illud *ἐπὶ Σκύρον*, quod certe, dum sensum referret, omisit. de eo loco *Σκίρῳ* plura *H. Stephanus* in Thesauro. Ceterum nec hoc possum satis probare, vel potius dicam, totam observationem *Luisini*. *Homeri* versum enim hunc esse ait, quem ex *Polluce* se certissime illustrasse ait:

πεσσοῖσιν προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον.

Atqui *Pollux* non ait *ἐπέττευον ἐπὶ Σκίρῳ*, sed *ἐκύβευον*· aliudque *κύβοι*, aliud *πεττοί*· nec itaque *Pollucis* locus *Luisinum* iuvat. nec *Homerum* ad illam *ἐν τῷ τῆς Σκιράδος* respexisse credo. Et apud veteres differentiam manifestam fuisse *κύβων καὶ πεσσῶν* eum prolixe admonere poterant *Eustathii* ad eum locum *παρεκβολαί*· et quibus saltem hoc excerpto ad nostri lectionem *ἐπὶ Σκίρῳ* firmandam, qui id excerpsit *ἐκ τοῦ τὰ περὶ τῆς καθ' Ἕλληνας παιδιᾶς γράψαντος*, nempe: *ὅτι ἐσπουδάζετο ἡ κυβεία, οὐ μόνον παρὰ Σικελοῖς· ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις. οἱ καὶ ἐν ἱεροῖς ἀθροιζόμενοι ἐκύβευον· καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος*

'Αθηνᾶς τῷ ἐπὶ Σκίρῳ· ἀφ' οὗ καὶ τὰ ἄλλα κυβευτήρια σκιράφεια ὠνομάζετο. De κυβείας et πεττείας differentia et *P. Victorius* Comm. in libr. I. Rhetoric. *Aristotelis*, ad ista verba: καὶ κυβείας, καὶ πεττείας. Iung.

ἱερῷ.] MS. 'Αθ. νεῷ. Seb.

ἱερῷ.] C. V. νέων. C. A. νεῷ. Kuehn.

ἱερῷ.] MS. noster pro ἱερῷ, νεῷ habet: et *Seberi* nostri etiam νεῷ. Sed perinde est. Iung.

97.

ἐργαλεῖα] Vitiose ἀργαλεῖα in MS. nostro. Iung.

ἐν τοῖς περὶ τεχνῶν] Nempe supra VII, 204. Iung.

προειρημένα. etc.] C. A. προειρημένοις. Kuehn.

τὸ δὲ πεττεύειν, etc.] C. A. τὸ δὲ π. πεττεία πεσσονομεῖν πεττευτὴς ταῦτα μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἴρηται. C. V. male coniungit ἐπ' ἐκείνοις πρ. delet *Salm.* τὸ πεσσὸν ὄνομα ἦν. Kuehn.

τὸ δὲ πεττεύειν, etc.] De πεττείᾳ, eiusdemque ludi origine, qui pluscula cupit, adeat ad diligentissimi *Meursii* de *Ludis Veterum*, et *Bulengeri* caput 55. Ludi primordia referunt accepta *Palamedi*, *Nauplii* filio, quem omnes alios ad Troiam militantes ingenii acumine atque insigni solertia superasse perhibetur. illius autem rei adeo notae et pervulgatae non meminisse *Pollucem* subit mirari. praeter auctores ab aliis adductos id prodidere *Ioannes Malala Chronogr.* p. 131. cui eadem ipsissima, quae *Suidae* atque *Cedreno*, scribuntur, *Syncellus*, *Chronographus Anonymus*, et *Scholiastes* haud ineruditus ad *Euripidis Orestem*, ex quo, quae ad hunc rhombum faciunt maxime, lubet excerpere: ἔπειτα δὲ καὶ περὶ κύβους ἔτρεψε αὐτῶν ὀλιγωρίαν, καὶ μέτρα ἐξεῦρε, καὶ ψῆφον, ὥστε μέγα σχεῖν ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησι· ubi mihi per ψῆφον, si modo non ψήφους malueris, τὴν πεττείαν intelliges: *Pollux*: ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσὶν οἱ πεσσοί etc. [In *Euripidis Scholiaste* per ψῆφον vel ψήφους τὴν πεττείαν intelligendam dixi, nec me poenitet istius expositionis. sed tamen si quis calculorum ludum designari potius velit, non equidem intercedo. *Ex Addendis.*] Idemque paulo post: φασὶ δὲ αὐτὸν εὑρεῖν φρυκτωρίας, καὶ μέτρα, καὶ σταθμοὺς, καὶ πεττείας, καὶ γράμματα καὶ φύλακας, καὶ δίσκους, καὶ ἀστραγάλους· et alter *Commentator*: εὗρε δὲ καὶ πεττοὺς πρὸς παραμυθίαν τῶν Ἑλλήνων. bene vero habet, quod et iam talorum lusum *Grammatici* huius indicio *Palamedi* debitum agnoscamus. idque eo facilius a nobis credi par est, siquidem et *Homerum* ἀστραγάλων meminisse constet. in istis porro utrisque posterioribus locis κυβείας a *Palamede* inventae non videas mentionem factam,

quam tamen et eidem auctori plerique contribuunt, sed falso, ut erudite docuit *Thomas Hyde*, ubi de Aleae tractat inventore et antiquitate. At exciderat ferme insignia protulisse hac eadem de re *Alcidamantis* et *Gorgiae* rhetorum loca, quorum hic quidem pro *Palamede* dixit eleganter, ille vero, quae contra eum dici poterant, argute construxit. sic igitur *Alcidamas*: *πεττοὺς γε μὴν τοῖς ἀργοῖς ἀνδρῶν ἔριδας καὶ λοιδορίας, καὶ κύβους αὖ μέγιστον κακὸν ἐδίδαξε, τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι λύπας καὶ ζημίας, τοῖς δὲ νικῶσι καταγέλωτα καὶ ὄνειδος· τὰ γὰρ ἀπὸ κύβων προσγινόμενα ἀνόνητα γίνεται, τὰ δὲ πλεῖστα καταναλίσκεται παραχρῆμα.* ab illo *Gorgiae* diversa sentientis haec sunt verba: *πεσσούς τε σχολῆς ἄλυπον διατριβὴν* (*εὑρών·*) nec hic etiam *κύβων* meminit, tanquam si et isti a *Palamede* reperti, sed *πεσσῶν* tantum; et itaque *κύβων* originem repetamus potius a Lydis cum *Herodoto*, quae pluribus adstrui posset opinio: sed ad *Pollucem*. Ista quidem, etiamsi deleverit *Kuehnius*, *καὶ τὸ πεσσὸν ὄνομ' ἦν* in textu retinui, nisi quod *ὄνομα* fecerim. scilicet, observante *Iungermanno* nostro, de *πεσσῷ*, cum genere neutro ponitur, monere *Polluci* fuit in animo: et praecesserat forsitan: *καὶ πεσσός, καὶ τὸ πεσσὸν ὄνομα ἦν*. *πεττείαν* vero et *κυβείαν* confundi saepissime etiam ab ipso *Platone* recte monstrat *Thomas Hyde*, et id itaque dederit errori causam, quo utriusque ludi, *πεττείας* inquam et *κυβείας*, incunabula peti soleant a *Naupliade*. Illud autem *πεττείας* genus, quod calculis ludebatur quinque, antiquius fuisse videtur, cui numero postmodum alii plures, pro collusorum lubitu, additi sunt calculi. sic ergo *Sophocli πεσσὰ πεντέγραμμα*, nimirum *πεσσὰ ὁμωνύμως ἥ τε γραμμὴ καὶ ὁ ψῆφος· πέντε δὲ ἦσαν, οἷς ἐχρῶντο· καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα·* uti habet *Etymologus*, qui quoque scribit *πεντάγραμμα*, sed in *Hesychio* tamen est etiam *Πεσσὰ πεντέγραμμα·* apud quem non est rationis, cur *πεντάγραμμα* scribas potius. et ponere iuvat integrum locum, quod illustrando sit *Polluci*: *Πεσσὰ πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολὰς, Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ Πυρκαεῖ· παρ' ὅσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον· διαφέρει δὲ πεττεία κυβείας· ἐν ᾗ μὲν γὰρ τοὺς κύβους ἀναῤῥίπτουσι, ἐν τῇ δὲ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι.* Ista vera de *πεσσοῖς πεντεγράμμοις* quin de *Palamede Sophocli* sint dicta, dubitare non sinit tragoediae titulus, unde petita docet *Hesychius*, adeo, ut ita magis esse vera pateat, quae dixi de antiquitate *πεσσῶν πεντεγράμμων*.

καὶ πεσσονομεῖν, etc.] MS. *τὸ πεσσονομεῖν, καὶ πεττευτής·* mendose quidem. sed nescio annon recte, quod ista, *πεσ-*

σὸν ὄνομ' ἦν omittat, quae quasi corrupta videntur ex eo quod recte sequitur πεσσονομεῖν, quod etiam supra VII, 204. ex *Cratete Comico* habuisti, ut et ipse indicat se ταῦτα προειρηκέναι. Nescio tamen an et πεσσὸν neutro genere nomen quoque fuisse referre voluerit: ut sane mox in *Sophocleo* πεσσὰ πεντέγραμμα habes. *Eustathius* ad 'Οδυσσ. α. καὶ ὅτι καὶ πεσσὰ οὐδετέρως οἱ πεσσοί· ὅτι πεσσὰ ὁμωνύμως καὶ ἡ γραμμὴ καὶ ἡ ψῆφος· οἷον, καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα· καὶ ὅτι πέντε ἦσαν οἷς ἐχρῶντο· καὶ ὅτι ἐπὶ πέντε γραμμαῖς τὰς ψήφους ἐτίθουν. etc. Iung.

ἐν ἐκείνοις] MS. ἐπ' ἐκείνοις. Iung.

ἐν ἐκείνοις] MSS. ἐπ' ἐκείνοις· quod praestantius est lectione vulgata. quapropter in textum retuli.

ἐπειδὴ δὲ ψ. etc.] C. A. ἐπεὶ δὲ etc. Kuehn.

ἐπειδὴ δὲ ψ. etc.] MS. ἐπεὶ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσὶν etc. vid. de πεσσῶν ludo et *Xylandrum* Annotat. in *G. Cedrenum* numero 66. ubi talos interpretatur, et *Calcagnini* dissertationem de Calculis. Iung.

ἑκάτερος εἶχε etc.] MS. ἑκάτερος τῶν παιζόντων εἶχεν ἐπὶ etc. Iung.

πεντέγραμμα] *Eustathius* leg. πεντάγραμμα, ut πεντάσχοινος, quod eodem recidit. pro βολαὶ *Salmasius* βολή. Kuehn.

πεντέγραμμα] MS. καὶ πέσσα πεντέγραμμα etc. *Eustathius*, ut paulo ante adduxi, πεντάγραμμα habet. Iung.

98.

τῶν δὲ πέντε ἑκατ.] C. A. τῶν ἑκατέρωθεν, quod orationem facit clariorem. Kuehn.

τῶν δὲ πέντε ἑκατ.] MS. plenius τῶν δὲ πέντε τῶν ἑκ. γρ. μ. τὶς ἦν etc. Iung.

καλουμένη] MSSti non agnoscunt. Kuehn.

καλουμένη] MS. omittit participium καλουμένη. De Linea sacra in hoc ludo etiam *Muretus* Notis ad Epistolam 49. *Senecae*. Iung.

καὶ ὁ] C. A. καὶ οἷον, pro quo malim vulgatum. Kuehn.

κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.] Supra VII, 206. κινήσω etc. Seb.

κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.] MSSti κίνει. *Eustath.* κινεῖν etc. ἐπὶ τῶν ἀπεγνωσμένων καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων. vide schema huius tabulae apud *Salmasium*, qui hic in notis legit, κίνει τὸν ἐφ' ἱερᾶς. Kuehn.

κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.] MS. *κίνει τὸν* etc. In serie capitum segm. 4. *κινήσω*, erat, ut et supra VII, 206. Iung.

κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς] Malui MSS. lectionem: *Κίνει*· sic itaque textus. Ortum huius Adagii explicare *Iulium Pollucem* libr. XI. Onomastici *Schottus* inquit ad *Diogenianum*, et adscribam quoque hanc Onomasticographi nostri particulam Latine redditam a *Pantino* in *Apostolium*: *Uterque ludentium quinque calculos habet in lineis quinque collocatos, quarum linearum media Sacra dicta, a qua dum ludens calculum moveret locum proverbio fecit. Michaël* vero sic effert: *Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς λίθον*· quae vox posterior, pro qua *ψῆφον* habeam potius, apud alios non additur. utitur alias et hac paroemia *Plutarchus ἐν τῷ πρὸς Κολώτην*· iidemque videndi, qui de *πεσσοῖς*. Hanc autem *ἱερὰν γραμμὴν* Latine dicas *incitam*, sicut ostendit *Scaliger* ad *Varronem* libr. VI. Adde *Erasmum* Chil. I. Cent. I. Adag. 25. et de calculis incitis *Etymologicon Vossii* in *Cieo.*

ἡ δὲ etc.] C. A. titulum praemittit: *Ὅσα ἐν πλίνθοις.* Kuehn.

ἡ δὲ etc.] Vide, ut dixi, *Calcagninum* de *Calculis*, ubi et contra eos disputat qui ludum Scaporum, ut vulgo vocant, eundem cum ludo calculorum putant. *Freigius* Notis in Colloquia *Vivis* ad Dialogum sextum, interpretatur, *duodecim scruporum lusum qui Quintiliano dicatur*: Germanis Der zwölffte Stein: Gallis, *le ieu aux Dames*: ibique ad oram tabulam delineat cum *γραμμαῖς*. Iung.

πλίνθιον etc.] C. A. *πλινθίον* etc. *ἔχον κειμένας. Eustathius.* *Ψήφων πολλῶν ἐν διαγεγραμμέναις τισὶ χώραις κειμένων* etc. Kuehn.

ἔχον] MS. male *ἔχων*· quas autem *χώρας* hic vocet, ut et *Eustathius regiones*, eas *mandras* a *Martiali* dictas,

sic vincas Noviumque Publiumque
mandris et vitreo latrone clusos,

putat *Calcagninus* de *Calculis*. *Eustathii* verba ex eo, quem *τὰ περὶ τῆς καθ' Ἕλληνας παιδιᾶς* scripsisse ait, habes in *Seberi* nostri Notis, ubi *γραμμικαὶ χῶραι* dicuntur *πόλεις* vocatae; et an huc respexit *Hesychius*, quum scriberet *Πόλιν, τὴν χώραν*? Certe et *Zenobius* proverbiorum epitome in *πόλεις παίζειν*, ait de hoc ludo, *ταῖς λεγομέναις νῦν χώραις, πότε δὲ πόλεσιν.* Et sic *πόλιν* habes mox in *Cratini* verbis. Iungerm.

πλινθίων καὶ. πόλις.] *Eustath.* Odyss. fol. 29. *ὅτι εἶδός τε κυβείας καὶ πόλις· ἐν ᾗ ψήφων πολλῶν ἐν διαγεγραμμέναις*

τισὶ χώραις κειμένων, ἐγίνετο ἀνταναίρεσις, καὶ ἐκαλοῦντο αἱ μὲν γραμμικαὶ χῶραι πόλεις ἀστειότερον· αἱ δὲ ἀντεπιβουλεύουσαι ἀλλήλοις ψῆφοι κύνες, διὰ τὸ δῆθεν ἀναιδές. Seb.

πλινθίων καλ. πόλις.] C. A. *πλινθίον·* recte. *Eustath.* *αἱ μὲν γραμμικαὶ χῶραι πόλεις καλοῦνται ἀστειότερον.* Kuehn.

πλινθίων καλ. πόλις.] MS. *πλινθίον*, ut et *Erasmus* habet Adagio *Civitates lusimus.* et ita certe scribendum est, non ut vulgo *πλινθίων.* Iung.

πλινθίων] *Kuehnius* in textu *πλίνθιον·* et sequimur omnino, nisi quod *πλινθίον.* Ipsa de re videndus est *Senftlebius* de *Alea Veter.* cap. 11. et 12. et quos ille adducit plures, ibidemque et hunc totum *Pollucis* nostri locum habet. *Χῶραι* in hoc ludo dictae *πόλεις* olim, quae singulo singulae constabunt *πλινθίῳ.* *Μονόχωρος ἐν τάβλῃ* Gossatoribus, *adunatus.* *Hesychium* vero non huc respexisse puto, cum *πόλεις* interpretatur *χώρας*, sed ad istam rariorem *πόλεως* notionem, qua pro tota regione sumitur, uti monuit hac de re *Casaubonus* ad *Athenaeum.* Ipsi vero calculi *κύνες, διὰ τὸ ἀναιδές*, aiunt *Grammatici*: sed proprie quidem de monade seu unione *κύων* in alea talisque. hinc itaque translata vox ad tabulam lusoriam, nam singuli *ψῆφοι* seu calculi fuerint tanquam uniones. Distincti autem hi erant seu colore seu materia; *tabula calculis strata bicoloribus* memoratur *Sidonio* lib. VIII. Ep. 12. ad quem locum adeundus *Savaro*, qui aureos atque argenteos e *Petronii Satyrico* in medium profert, materia diversos. *Prosper* de *Gloria Sanctorum* candidos nominat et purpureos. Intelliget autem huius ludi formam facile, qui Damiludii, uti vulgo appellatur, habuerit notitiam. Adde *Souterium* de *Aleator*, cap. 20. Mox vero editiones ante *Seberum* *ἔστι περίληψις.* *Kuehnius* adscripserat *f.* *περιλήψει·* sed eam lectionem *Seberi* iam textus habuit.

κύων.] *Eustath.* *αἱ δὲ ἀντεπιβουλεύουσαι ἀλλήλοις ψῆφοι κύνες διὰ τὸ δῆθεν ἀναιδές.* Kuehn.

διῃρημένων] C. A. iterum *διειρημένων.* male. Kuehn.

κατὰ τὰς χρόας] *κατὰ ἑκάστην καὶ τὰς χρόας.* C. A. *pro se et secundum colores.* Kuehn.

περιλήψει τῶν δύο ψ. etc.] E MS. nec Interpres aliter: priores editiones *περίληψις.* Seb.

περιλήψει τῶν δύο ψ. etc.] C. A. *π. δύο ψ. ὁ. τὴν ἑτερόχροαν ἀνελεῖν.* C. V. *ἀμελεῖν* male. *Eustath.* eleganter ex *Athenaeo*, quo ipse usus est, *ἀνταναίρεσιν* vocat, cum sibi invicem calculos auferebant e ludo. Kuehn.

περιλήψει τῶν δύο ψ. etc.] MS. *παιδίας ἐστὶ περιλήψει δύο ψ.* sine *τῶν* et bene ex suo etiam *Seberus* noster *περιλήψει* edidit. MS. *ἑτερόχρων ἀμελεῖν*· scripserat nempe *ἀνελεῖν*. IUNGERM.

Κρατίνῳ] *ἐν Δραπέτησιν* nimirum, ut indicat *Zenobius* proverbiorum epitome in *πόλεις παίζειν*. IUNG.

99.

Πανδιονίδα] Vide Proverb. *Civitates ludimus*. SEB.

Πανδιονίδα] Locus *Cratini* ex veteri libro ita restitutus est *Salmasio*: *ὅθεν καὶ Κρατίνῳ πέπαικται Πανδιωνίδα, πόλεως βασιλέως τῆς ἐρικόλακος οἶσθ' ἣν λέγομεν καὶ κύνα καὶ πόλιν ἣν παίζουσι*· *ἐρικόλαξ, verbum finxit ut ἐριβῶλαξ, nisi ita sit reponendum:* haec ille in *Proculum Vopisci*. ita legunt et nostri MSSti, nisi quod C. A. habet *ἤσθην* pro *οἶσθ' ἣν*. C. V. *τῆς ἐριβώλακος οἴσθην*· quod posterius ita et *Salmas*. V. C. senarios hosce ita vellem sibi restitutos:

Πανδιονίδα πόλεως βασιλέως
τῆς ἐριβώλακος οἶσθα, ἣν λέγομεν
καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζωσιν; οἶδα.

Pandionidem Regiae civitatis
magnas habentis glebas, nosti quam vocant
et canem et urbem cum lusitant? novi ego.

videtur Poëta lusisse in eo quod tribum Pandionidem assignat ludo, qui *Urbs* dicitur, et calculum Regis nomine signatum habet. *ἐριβώλακα* vocat eundem propter multos calculos vel *χώρας* distinctas lineis. *Hesych.* *Πόλεις παίζειν, παροιμιῶδες καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων ταῖς λεγομέναις νῦν μὲν χώραις, τότε δὲ πόλεσι*· ubi non miror *χώρας* sedes calculorum opponi *πόλεσι*, cum *Hesychii* tempore nomen *πόλεως* exoleverit, totumque ludum *χώρας* dici usus obtinuerit. KUEHN.

Πανδιονίδα πόλιν] Locus et obscurus et corruptus, cui sanando parum est id opis, quod MSS. adferunt. ex iis *πόλεως*, et, siquidem in hanc vocem consentiant, *ἐριβώλακος* in textum retuli pro vulgato *περὶ κόλακος*, quod ineptum. tum *κένα* in editionibus, quae *Seberi* praecesserunt, legebatur, quod quidem in *κύνα* mutaverat seu coniectura seu MS. adiumento *Falckenburgius*. De cetero loci sensum atque mentem adsequi non valemus, et non dubito, quin in ipsis etiam MSS. exhibeatur vitiose ille *Cratini* locus. quorsum enim *βασιλέως*, quorsum *ἣν παίζουσι*, ubi *ἣν*, puto, melius

deerat? sed abscedere hinc satius esse duco quam rem frigidis argumentis intricatiorem facere. tetigit etiam locum *Thomas Hyde*: habebis verba, si quam fortean ab iis habere lucem possis. *Dictus Cratini locus in Captivis subobscurus est, ubi forte illudit Athenarum urbi, emphatice aliquando dictae πόλις, et a Pandonio* (Pandione) *eiusdem rege Πανδονὶς,* (*Πανδιονὶς*) *ad hanc per urbem ludicram pulchre alludendo, et ad regis adulatores, ubi sc.* a *Cratino* lusum et iocatum est, cuius de Adulatore quam dicimus, nosti, et canem et urbem, quam ludunt: *ubi adulatores canibus comparantur, et pulchre a poëta allusum est, ut praesentes tunc mores perstringerentur sub umbra huius ludi, qui, quia anteactis seculis institutus fuerat, a nemine taxari potuit.* Sed ingenium hic acutiores exerceant, si forsitan expedire valeant, in quibus haeremus nos pusilli.

πόλιν] MS. *πόλεως* pro *πόλιν*· et videtur rectius. Iungerm.

τῆς περὶ κόλακος etc.] Legitur hic in MS. *βασιλέως τῆς ἐριβώλακος οἴσθην* (una voce, ut talia saepius solet) *λέγ.* etc. nam illud *ἐριβώλακος* omnino reponendum est. creberrimum id epitheton in *Homero*, ut *Ἰλιάδ. ε. Τάρνης ἐριβώλακος. Ἰλ. ζ. Τροίῃ ἐριβώλακι. Ἰλ. β. Λαρίσσαν ἐριβώλακα*· alibi plurimis locis. *Erasmus* ex *περὶ κόλακος* confinxit iunctum *περικόλακος*, dum dicto Adagio, *Civitates ludimus*, vertit, *supra modum adulatricis.* Iung.

γραμμισμὸς] MS. *διαγραμμισμός. Rhodigin.* lib. XX. cap. 27. Tesserarii ludi species fuit veteribus diagrammismus, a verbo *γραμμίζειν*. adhibebantur (ut inquit *Eustath.* Iliad. fol. 490.) calculi sexaginta tum albi, tum nigri etc. ibidem etiam alia ex hoc capite. Seb.

γραμμισμὸς] Ex verbo, quod statim sequitur, colligas legendum, *διαγραμμισμός*· et ita *Hesychius* cum aliis. C. A. leg. *διαγραμματικὸς*, leg. *διαγραμματισμός.* postea idem pro *διαγραμμίζειν* leg. *διαγραμματίζειν*, quod venit a *διάγραμμα*· vulgatum vero a *γραμμή.* utroque idem significari existimes haud immerito. Kuehn.

γραμμισμὸς] Pro *γραμμισμὸς* ocyus repone *διαγραμμισμὸς*, ut tam MS. noster quam *Seberi* habet, quod satis etiam clarum ex sequente *διαγραμμίζειν*, et supra in serie capitum segm. 5. etiam *διαγραμμισμοῦ* cum MS. nostro reponebamus. habuisti et supra VII, 206. eadem. Iung.

γραμμισμὸς] *Kuehnium* sequutus in textum dedi *διαγραμμισμός*· itaque decepere semet ipsos eruditi viri, qui

γραμμισμὸν etiam hunc ludum opinabantur appellatum, non alio quidem argumento, quam quod hic apud *Pollucem* ita legeretur: vide *Meursium* in voce et *Bulengerum* cap. 61. et *Senftlebium* cap. 8.

ἥν τινα παιδιὰν, etc.] Absunt haec a C. A. KUEHN.

τὸ μὲν οὖν ἀστρ. π.] Sequitur hic Astragalorum lusus, de quo prolixe *Calcagninus* dissertatione de *Talis*. Vid. et Avum meum *I. Camerarium* Comm. utr. ling. cap. 846. JUNGERM.

ἀστραγαλίζειν, etc.] MS. καὶ ἀστραγαλ. καὶ ἀστρίζειν· omissis ἂν εἴη. IUNG.

ἀστρ. ἂν εἴη.] C. V. non agnoscit. C. A. solum ἂν praetermisit. KUEHN.

ἀστρ. ἂν εἴη etc.] Restitui textum e MSS. ad *Iungermanni* nostri mentem. sic fuit ante nos lectum: καὶ ἀστρίζειν ἂν εἴη· ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν καὶ τοὺς ἀστραγάλους καὶ ἄστριας ὠνόμαζον. quam reddidimus scripturam, ut est locupletior, sic et elegantior. Talos dixerat ἄστριας *Callimachus* in hoc fragmine, δέκα δ' ἄστριας αἴνυτο λύτρον· ita nimirum legendum apud *Etymologum*, ut et est in *Suida*, qui tamen in *Cyrenaei* vatis loco non ἄστριας habet, sed ἄστρια, male, pendeatque forsitan illius error ab exemplari vitioso *Callimachi*, in quo σ in ἄστριας erat extritum. *Hesychius* et ἀστρίων et ἀστρίχων meminit: Ἄστριες, ἀστράγαλοι· Ἄστριχοι, τὸ αὐτό. Hunc etiam talorum ludum a *Palamede* inventum observabamus supra.

ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν etc.] MS. ἀστρίζειν οἱ ποιηταὶ εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστρ. SEB.

ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν etc.] C. A. οἱ δὲ τ. π. κ. τ. ἀ. ἀστρίας ὠ. C. V. ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγάλους ἀστρίας εἰσὶν οἱ ὠνόμαζον· malim ἄστριας a recto ἄστριες apud *Hesych.* et *Eustath. Salmas.* leg. ἔνιοι δὲ π. ἀστρίζειν εἰρήκασι. KUEHN.

ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν etc.] MS. ἔνιοι τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγ. *Seberi* MS. fere ita quoque, unde patet ita iuxta MS. haec scribenda et distinguenda: καὶ ἀστραγαλίζειν, καὶ ἀστρίζειν ἔνιοι τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγάλους ἀστρίας εἰσὶν οἱ ὠνόμαζον· ita enim et haec postrema MS. noster pro vulgatis καὶ ἀστρίας ὠν. habet. Et non potest displicere lectio MS. Habet vero ἀστρίας MS. paroxytone, ut retuli. *H. Stephanus* tamen in suo Codice ad marginem emendavit, ἄστριας· sed utrumque rectum: καὶ

τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους, ἀστρίας ἢ ἄστριας, ait *Eustathius* ad Ἰλιάδ. ζ. ἀστρίαι nimirum et ἄστριες, ut ipse *Stephanus* in Thesauro indicavit. vulgatam lectionem etiam *Rhodiginus* adgnovit XX. antiq. lect. 27. *Dicuntur et astriae*, scribens, *sed a Poëtis tantum, ut scribit* Pollux. Et *Calcagninus* etiam de *Talis* et *Iunius* II. Animadv. 4. Iung.

Ἀριστοφάνης] MSSti Ἀντιφάνης δὲ etc. talos etiam ἀστρίχους dixit. Kuehn.

Ἀριστοφάνης] MS. noster non Ἀριστοφ. sed Ἀντιφάνης habet: quod fortean verius. Iung.

Ἀριστοφάνης] MSS. sequamur duces, qui nobis hic omnes pro *Aristophane* supponunt *Antiphanem*, et alibi in ipso quoque nostro *Polluce* utriusque nomina memini confusa. plures similes ex aliis adferrem locos, ubi vitio pari commissum, sed temporis angustiae premunt.

τὸ δὲ σχῆμα] C. A. τὸ δὲ σχῆμα· *certa quaedam forma cadentis tali significabat numerum quendam.* Kuehn.

τὸ δὲ σχῆμα] Ex his ét quae sequuntur conatur locum *Aristotelis* emendare *Calcagninus* de *Talis*, κῷα et χία pro κῶλα et ἰσχία reponendo: ubi et inquirit cur nulla hic, ut nec apud *Aristot.* vel *Eustath.* mentio *iactus Venerii* celebris et felicis, et quisnam ille fuerit itaque. Vide alias ad haec *Pollucis* et *H. Iunium* II. Animadv. 4. Observant autem hinc viri docti, in talis numeros non fuisse, sed ipsum tali latus, vel figuram laterum pro numero fuisse, ut *Turnebus* V. Advers. 6. VI. Advers. 10. *H. Iunius* II. Anim. 4. et *Cruquius* ad extremam *Oden* quartam lib. I. carm. *Horatii.* Iung.

100.

χιάς.] C. A. et *Salmas.* χιλιάδα. C. V. melius, τριάδα. diversa ab his tradit *Eustathius*, quod scilicet quilibet talus habeat πτώσεις τέσσαρας κατ' ἀντίθετον συγκειμένας ὁμοίως κύβῳ, ἔχουσι δὲ ἀντικείμενα μονάδα καὶ ἑξάδα, εἶτα τριάδα καὶ τετράδα· ἡ γὰρ δυάς, φησι, καὶ πεντὰς ἐπὶ κύβων μόνον παραλαμβάνονται, ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἕξ. deinde notat unionem dici et canem et Chium ex proverbio: Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν· quam opinionum diversitatem infra Auctor indicat. Kuehn.

χιάς.] MS. longe aliter: τὸ δὲ ἀντικείμενον, τριάδα· καὶ Χῖος οὗτος ὁ βολός· ubi et in suo Codice ὁ βόλος emendavit *H. Stephanus*, ut bene edidit *Seberus* noster, et *Calcagninus* etiam habet de *Talis* non aliter. Sed bene considerent

illud τριάδα, sive potius τριὰς debebat, viri docti, quod MS. noster pro vulgato Χιὰς habet. et valde vellem βεβαιωτὴν alium quoque darent viri docti, qui istud Χιὰς ex vulgato suis scriptis inserunt, ut *Calcagninus* de *Talis*. de triade enim et tetrade, ea in talis fuisse, nemo, credo, dubitat, quum noster saltem *dyada* et *pentada* in iis fuisse neget. Sed tamen adhuc nos dubitare facit locus *Eustathii*, in quo τῇ μονάδι, non τριάδα, sed ἑξάδα ἀντικεῖσθαι ait. Locus est ad Ἰλ. ψ. ἐπαίζετο δὲ ἡ παιδιὰ τέσσαρσιν ἀστραγάλοις, ὧν ἕκαστος πτώσεις εἶχε τέσσαρας, οὐ μὴν ἓξ κατὰ τοὺς κύβους, ἐξ ἑβδομάδος κατ᾽ ἀντίθετον συγκειμένας· ἀντέκειτο γὰρ μονὰς καὶ ἑξάς· εἶτα τριὰς καὶ τετράς· δυὰς δὲ καὶ ἡ πεντάς, ἐπὶ μόνων κύβων ἦν ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἕξ. quae satis clara sunt. Non itaque me extrico; nam quod apud *Pollucem* etiam sequitur καὶ Χῖος οὗτος ὁ βόλος, ad ἐξίτην videtur forte pertinere, quem a pluribus supra ait κῷον dici, et μονάδα, Χῖον. Alias haec ut pleraque intricatiora relinquamus, quam ut moremur diutius, ne cum *Claudio* morari desinere iubeamur. de Κῴῳ et Χίῳ eosdem fuisse docuit et *Brod. Schol.* ad lib. III. Antholog. c. 6. IUNG.

χιάς.] Non equidem probo MSS. τριάδα, quam tamen et ita restituerat *Kuehnius*. Χιὰς dictum ea forma, qua τριάς, τετράς, πεντάς, ἑξάς· additque confestim *Pollux*: καὶ Χῖος οὗτος ὁ βόλος. Hoc itaque loco Χῖος et Χιὰς non alius est ab ἑξίτῃ iactus, et supra quoque adseruimus e *Leonida* Χῖον etiam dictum ἑξίτην. indicat id ipsum clare satis *Pollux*, cum mox plures ἑξίτην dixisse κῷον, unionem vero Χῖον refert, unde, ni fallor, quosdam de unione κῷον, de senione Χῖον usos fuisse patet. porro in talis atque alea oppositos sibi fuisse unionem et senionem, non ternionem, praeter auctorum veterum testimonia ipsa docet αὐτοψία· nam neque hac tempestate aliter fieri solet. Haec autem *Pollucis* nostri advocat etiam *Thomas Hyde* Histor. Tal. pag. 140. qui sibi minus probabile et falsum esse videri inquit, Chium denotare senarium. Chios enim Graecis despectui habitos, et in *Aristophanis Scholiis* Χῖος ἀποπατῶν, de homine, qui civitatem conspurcaret; non itaque fidem mereri a pessima gente senionem Chium dictum. sed illa qualiacunque doctissimi viri nihil ista de re probant, quibus omnibus oppono, Atheniensibus Chios tam arcta fuisse coniunctos societate, ut uterque populus alter pro alterius salute publice vota faceret, ac, tametsi contemptos ac in fabulis *Comicis* exagitatos, quod cui non Graeciae populo contigit, summo tamen

Atheniensibus aliquando fuisse usui, ut rationis fuisse satis existimem, si senionem iactum felicem atque faustum ab hoc populo Chium dictum censeamus. Sed plurimus tamen usus obtinuit ut *Κῷος* de senione, *Χῖος* autem de unione usurparetur. Illos, qui Chium ternionem dicebant, senionem vero quaternarium, quorumque sententiam habes relatam a *Senftleb.* c. 5. mittimus errantes stolidissime. Cur autem et quomodo Chius et Cous in iactuum venerint numerum, monstrare mihi *Simplicius* videtur ad *Aristotelem* de Coelo: *γράφεται δὲ καὶ οὕτως ὡς μεγάλων ἐν ἀμφοῖν ταῖν νήσοιν γενομένων.* sic itaque, quibus in deliciis erant tali, utriusque gentis, quae eos suppeditabat optimos, memoriam ad posteros transmittere voluerunt. Sed de his quidem satis est: de cane vero, qui et *Vulturius* Romanis, videndus est *Meursius* in *Κυβεία*, et *Bulenger.* cap. 58. et 59. Mox pro *οὐκ ἔστιν* malui cum MSS. *οὐκ ἔνεστιν.*

Χῖος] C. V. *Χιὸς οὗτος* etc. Kuehn.

ὁ βόλος. δυὰς] Priores editiones *ὀβόλος· διάς.* vid. *Eustath.* Iliad. fol. 1399. Seb.

οὐκ ἔστιν.] MSS. *οὐκ ἔνεστιν.* Kuehn.

οὐκ ἔστιν.] Emenda ut in MS. nostro est, *οὐκ ἔνεστιν.* Iungerm.

ἐξίτην] Pro *ἐξίτην* MSS. legunt *εἰξίτην. Eustath.* consentit cum vulgata lectione. Kuehn.

ἐξίτην] MS. mendose *τὸν μὲν εἰξίτην κῷον,* Iung.

Στησίχορος] C. A. *Στησιχοροῆ·* male. *Eustathius στησίχορος* etiam. dein in C. A. *ἐκαλεῖτο παρὰ τ. ἀ.* etc. Kuehn.

Στησίχορος] MS. *στησίχορός τις ἐκαλεῖτο παρὰ* etc. Iungerm.

Ἱμέρᾳ] Priores editiones *ἡμέρα.* vid. *Stephanus* de Urb. et *Rhodig.* Antiq. lect. XX, 27. ubi et pro *συνῆξεν,* quod priores editiones, mox Latine expressum *συνῆρξεν,* quod MS. habet. Seb.

Ἱμέρᾳ] *Suid. ἐν Κατάνῃ,* in *πάντα ὀκτώ.* vid. et *Zenob. Centuria* V. et ibi *Schotti* notam. C. V. male *ἡμέρᾳ.* Kuehn.

Ἱμέρᾳ] MS. *ἡμέρᾳ,* ut semper istud proprium vitiose habuit, ut etiam hic vulgati. *Himera* recte *Rhodig.* XX. Ant. 27. Legitur adhuc idem vitiose apud *Eustath.* ad *Ἰλ. ψ. ἐλέγετο δὲ τὶς ἐν αὐταῖς (πτώσεσιν τῶν ἀστραγάλων) καὶ στησίχορος, ὁ τὴν ὀκτάδα δηλαδὴ σημαίνων, ἐπεὶ ὁ ἐν ἡμέρᾳ τῇ Σι-*

κλιμῇ τάφος τοῦδε τοῦ μελοποιοῦ ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέγκειτο· ubi ἐν Ἱμέρᾳ quoque emenda. IUNG.

συντιθέντα] C. V. συντεθέντα πεποιηκέναι τὴν παντοκτὼ φασι π. C. A. etiam leg. παντοκτώ· ex quo leg. πάντ' ὀκτὼ vel πάντα ὀκτώ. *Salmasius* καταπεποιηκέναι τ. π. KUEHN.

συντιθέντα] MS. συντεθέντα πεπ. τὴν παντοκτὼ φασὶν παρ. quae lectio vulgatae vix cedat. IUNG.

ἁπαντοκτὼ] *Erasm.* Prov. *Omnia octo.* SEB.

ἁπαντοκτὼ] Vocem in *Meursio* divisam reperio, ἅπαντα ὀκτώ, et melius revera. MSS. παντοκτώ· unde πάντ' ὀκτὼ feci. notum est, quam hic error in MSS. frequens, neque aliter scribi ipsa paroemiae ratio permittit: *omnia sunt octena.* de ortu varia Paroemiographi. *Polluci* consentit *Suidas*, et ex eo *Michaël Apostolius*, a quibus utrisque toto coelo discrepat *Zenobius*, qui ex *Euandro* scribit octo fuisse Deos, qui omnium rerum tenerent moderamina; ex aliis autem, Olympica certamina octena fuisse, quae singula penes eum enumerata reperies. nobis morari non licet. De stesichoro iactu iidem, qui de cane, videantur.

101.

ἐπὶ δὲ τοῖς τετταράκ.] C. A. ἐπεὶ δὲ etc. *cum vero inter quadraginta viros* etc. praemittit autem titulum, Ὅσα ἐν ἀστραγάλοις πρὸς στάσιν. KUEHN.

ἐπὶ δὲ τοῖς τετταράκ.] Locum hunc MS. nostri ope restituemus, spero, vere. Is quidem initio quoque male ἐπὶ habet, quum ἐπεὶ scribendum sit. Sed tum egregie MS. μετὰ τοὺς τριακ. προστᾶσιν Ἀθήν. συνῆρξεν Εὐριπίδης· εἰ τεττ. etc. scribendum enim προστᾶσιν, et συνῆρξεν, quod et *Rhodiginus* bene vidit, recte reposuit et *Seberus.* Iam locum totum ita scribe et distingue eiecto asterisco: ἐπεὶ δὲ τοῖς τετταράκοντα τοῖς μετὰ τοὺς τριάκοντα προστᾶσιν Ἀθήνησι συνῆρξεν Εὐριπίδης, εἰ τετταράκοντα etc. et iam clara omnia, nec explicatione indigent. De his τεσσαράκοντα noster et supra VII, 100. Unus nempe eorum Quadraginta virorum quia fuerat et *Euripides*, inde iactui quadragenario id nominis inditum. IUNG.

ἐπὶ δὲ τοῖς τετταρ. etc.] Restituimus hunc locum, prout restituendum docuerat ex MS. suo *Iungermannus.* in plerisque *Kuehnius* consentit. vulgo ἐπὶ δὲ τ. et ante τοὺς τριάκοντα stellula fuit. tum πρόστασιν· et demum εἶτα εἰ τετταράκ. Sed ad alia porro pedem promoveamus.

*τοὺς τριάκοντα] C. A. μετὰ τὴν τῶν τριάκοντα πρόστασιν. Salm. ex V. C. τοῖς μετὰ τὸ τριάκοντα et tum συνῆξεν. KUEHN.

εἶτα εἰ] *εἶτα εἰ* absunt a C. V. Kuehn.

συνήθροιζεν etc.] C. V. legit *συνήθροιζεν ἐν ἀστραγάλοις βολῇ. ἀστραγάλοις* et *Salm.* V. C. sed in eo correctum testatur *ἀστραγάλων*. Kuehn.

Εὐριπίδην] Idem notat *Eustathius*, sed nominis rationem non addit. Kuehn.

ἁρπάζειν] In MS. potius legerim *ἀρτιάζειν*, quomodo est mox. Seb.

ἁρπάζειν] C. V. *ἀρτιάζειν*, quod firmat ipse locus *Platonis*, quem supra dedimus segm. 43. ubi vide sis. postea legendum *ἀστραγάλοις ἐκ φορμίσκων προαιρουμένοις*, *ludere par impar talis e scirpeis fiscellis prolatis*, uti iterum inspecto loco apparebit. *Salm.* V. C. *ἀρτάζειν*, unde facit *ἀρτιάζειν*, et tum *ἀστραγάλοις* probat. Kuehn.

ἁρπάζειν] MS. noster, ut *Seberi*, *ἀρτιάζειν*, non vero *ἁρπάζειν*. Iung.

ἁρπάζειν, etc.] *ἀρτιάζειν* hoc loco reponendum cum *Kuehnio* nostro res est, de qua omnium MSS. consensus dubitare non permittit; in ipso etiam Codice *Falckenburgiano* sic scriptum reperio, in quo male tamen *βορμίσκων* extat per *β* pro *φορμίσκων*. Neque dissentit ab his Doctissimus *Meursius* de Ludis Graec. in *Ἀρτιάζειν*, ubi totum locum e *Lyside Platonis* ita constituit: *καὶ μὴν καὶ ἀρτιάζειν ἀστραγάλοις* etc. Et vero *ἀστραγάλοις* etiam scribendum fuerit, si editam in *Platone* lectionem sequi velimus. MSS. tamen, qui illud *ἀρτιάζειν* rectissime reddunt, in hac quidem voce nihil mutant. totus itaque *Pollucis* nostri locus in hunc modum concinnandus est: *καὶ ἀρτιάζειν ἀστραγάλους ἐκ τῶν φορμίσκων καθαιρουμένους ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ τοὺς παῖδας ὁ Πλάτων ἔφη*· sic igitur nos in textu; et attende mihi, quaeso, an non in ipso potius *Platone* restituenda sit *Pollucea* scriptura atque deligenda prae vulgata; sic nimirum: *οἱ δὲ τινὲς τοῦ ἀποδυτηρίου ἐν γωνίᾳ ἠρτίαζον, ἀστραγάλους παμπόλλους ἐκ φορμίσκων τινῶν προαιρούμενοι*, seu mavelis etiam *καθαιρούμενοι*· me quod attinet, editam huic posthabeam. De ipso vero lusu nonne risum merentur quas scribit ineptias nescio quis *Aristophanis Scholiographus*? *ἀρτιάζειν δὲ ἔλεγον τὸ ἁρπαγῇ παίζειν ἀπὸ τοῦ ἑταίρου, ἴσως τὸ σφαιρίζειν*· nam nihil quidem *ἀρτιασμῷ* cum pila commune, neque in hoc lusu *ἁρπαγὴ* locum habet, etiamsi fuerit ante nos in *Polluce ἁρπάζειν*. Breviter ad *Suetonii Augustum* c. 71. tangit *Casaubonus* quae latius habes apud *Meursium* et *Bulengerum* c. 6. quibus adde *Senftlebium* de *Alea Veterum* c, 6. Quod autem inquiat

auctor noster *μαντείαν εἶχε τῶν ἀρτίων ἢ καὶ περιττῶν* non est diversum ab isthoc *Ovidiano* de *Nuce*, seu quicunque id carminis pepigerit,

Est etiam par sit numerus, qui dicat, an impar,
ut divinatas auferat augur opes.

Summulam igitur, quae manu continebatur, qui divinarat, auferre solebat. Similem vero inter Orientales lusum adnotat *Hydaeus* p. 261. ubi memoria labitur, cum ex *Iuvenale* citet, *Ludere par impar, equitare in arundine longa*, quae sunt *Horatii*.

καταιρομένους] MS. *κατερωμένους*· quod primum mihi reponendum videbatur, et vera esse lectio. Et sane non nihil haesi in hoc loco, dum dubitabam an ex *Platone Philosopho*, an potius e *Comico* excerptus. Iam vero certo scio *Platonis* ea esse philosophi, et scribendum indubitato *ἀρτιάζειν*, et hic potius *προαιρουμένους*· nisi *καθαιρουμένους Noster* in *Platone* agnoverit. Locum inveni in eius *Lyside*; estque hic, de adolescentibus Ἕρμαια celebrantibus: *εἰσελθόντες δὲ κατελάβομεν αὐτόθι τεθυκότας τε τοὺς παῖδας, καὶ τὰ περὶ τὰ ἱερεῖα σχεδόν τι ἤδη πεποιημένα· ἀστραγαλίζοντάς τε δὴ καὶ κεκοσμημένους ἅπαντας. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ ἐν τῇ αὐλῇ ἔπαιζον ἔξω· οἱ δέ τινες τοῦ ἀποδυτηρίου ἐν γωνίᾳ ἠρτίαζον ἀστραγάλοις παμπόλλοις, ἐκ φορμίσκων τινῶν προαιρούμενοι*, Vulgata *Calcagninus* de Talorum ludo ita interpretatur, *pueros in spoliatorio ex sportulis rapere astragalos*. De hoc *ἀρτιασμῷ* hinc vid. et *P. Victorium* Comm. ad lib. III. *Rhetoric. Aristotelis*, in ista verba: *τύχοι γὰρ ἄν τις ἐν τοῖς ἀρτιασμοῖς ἄρτια ἢ περισσὰ εἰπών*· et meminit hinc *Calcagninus* de Talorum ludo. IUNG.

ἐν ἀστραγάλων] C. A. *ἐν ἀστραγάλῳ*· tum porro erit legendum, *πλήθει κεκρυμμένῳ*· *ludere par impar, talorum multitudine occultata in manibus*. *Salm. κεκρυμμένην*. KUEHN.

εἶχεν τῶν ἀρτίων καὶ τῶν περ.] *Horat. Ludere par impar.* II. Satyr. 3. v. 248. SEB.

εἶχεν τῶν ἀρτίων καὶ τῶν περ.] *Habebat divinationem parium aut etiam imparium.* C. A. enim legit *ἀρτίων ἢ καὶ περιττῶν. ταυτὸν δὲ τοῦτο κ. κ. ἢ καὶ καρύοις ἢ ἀμυγδάλαις* etc. ita et *Salm.* nisi quod *ἀμυγδάλοις*. KUEHN.

εἶχεν τῶν ἀρτίων καὶ τῶν περ.] MS. *εἶχε τῶν ἀρτίων ἢ καὶ περιττῶν· ταυτὸν δὲ* etc. et emendandum ita videtur. certe *εἶχε* scribendum. quamvis hoc tipula levius monere. IUNG.

εἶχεν τῶν ἀρτίων καὶ τῶν περ.] Forsitan *ἀρτίων ἢ τῶν περιττῶν*· nam dici solet, *ἄρτια ἢ περιττά*. *Gregorius*: *ἄρτιον ἠὲ*

περιττόν. sed elegans est illa Codicis *Iungermanniani* scriptio, quam itaque in textu restitui. neque minus enim concinnitatis habenda est ratio, quam ut emaculemus graviora menda. mox igitur e Codice *Iungermanni*, *οἱ δὲ καὶ ἀργυρίῳ*, quod respondet apposite sequentibus, *εἰ πιστός* etc. Et ipsum etiam *Aristophanis* versiculum sic emendavi hoc loco, uti supra legebatur.

ἢ καρύοις τε καὶ ἀμυγδ.] MS. *ἢ καὶ καρ. ἢ ἀμυγδ. οἱ δὲ καὶ ἀργυρ.* SEB.

ἢ καρύοις τε καὶ ἀμυγδ.] MS. noster *ἢ καρύοις, ἢ ἀμυγδάλαις, οἱ δὲ καὶ ἀργ.* quomodo et *Seberi* MS. nisi quod *ἢ καὶ καρ.* habet. lectio ea, quam attuli ex MS. elegantior vulgata sine dubio est. IUNG.

καὶ ἀργυρίῳ etc.] C. A. *εἰ δὲ κ. ἀ.* leg. *ἤδη καὶ*, *iam etiam argento facere volebant. Salm. οἱ δὲ καὶ ἀργυρίῳ.* KUEHN.

ἐν τῷ Πλούτῳ] *Ἀ. ἐν Πλούτῳ*· ita C. A. KUEHN.

ἐν τῷ Πλούτῳ] MS. *ἐν Πλούτῳ*, sine *τῷ*, quod commode absit, ut alibi. IUNG.

στατῆρσιν etc.] Adfuit iam supra segm. 58. C. V. in utroque loco, et hic *Salm.*

στατῆρσι δ᾽ οἱ θεράποντες ἠρτιάζομεν. KUEHN.

στατῆρσιν etc.] MS. *στατῆρσι δὲ οἱ θερ. ἠρτιάζομεν*· versus qui et supra segm. 58. in MS. ita erat, nisi quod ibi *δὲ* pro *δ᾽* MS. Sed *ἀρτιάζομεν* rectum esse, ut apud *Aristophanem*, ibi dixi. Alias scribe et hic initium ita, *Στατῆρσι δ᾽ οἱ θ.* etc. IUNG.

102.

οἱ μὲν οὖν κύκλου etc.] MS. *εἰ μὲν οὖν.* SEB.

οἱ μὲν οὖν κύκλου etc.] MSS. *κύκλῳ περιγραφέντες*, *quasi et illi, qui iecerunt talum, circulo fuerint circumdati*; iecerunt autem ita, ne missus talus circulum transiret. KUEHN.

οἱ μὲν οὖν κύκλου etc.] MS. *εἰ μὲν οὖν κύκλῳ περιγραφέντες, ἀφ.* sed vulgatum *κύκλου περιγραφέντος* rectum. Alias si legendum *εἰ μὲν οὖν*, ut et MS. *Seberi* habet, distinguendum mox ita erit: *κύκλῳ· ταυτὴν* etc. IUNG.

τὸν βληθέντα] *Salm. βουληθέντα.* KUEHN.

ταυτὴν εἰς ἄμιλλαν etc.] C. A. *ταύτην*· dein C. V. *εἰς ὤμιλλαν.* *ἄμιλλα* sequiori Graeciae est quod a Magistro dictatum vel ad exercendam *ταχυγραφίαν*, vel ad ediscendum. *Philoxeni Gl. dictatum, ἄμιλλα καὶ ἀναδιδομέναι καιμαθῆναι*· leg. *καὶ ἀναδιδομένον καταμαθῆναι*, *quod dictatum est ad ediscendum. Salmasius* ex *Hesychio ὤμιλλα.* KUEHN.

ταυτὴν εἰς ἄμιλλαν etc.] Habet MS. *εἰς ὤμιλλαν*, ut et

infra hoc segm. nec aliter supra habebat segm. 4. Et miror cur mutarint istud priscum, quod nititur et aliis *Lexicographis* priscis. restituamus itaque *εἰς ὤμιλλαν.* *Hesychius*: Ὤμιλλα, παιδιά τις, ὅταν κύκλον περιγράψαντες βάλωσιν εἰς αὐτὸν κάρυα· εἶτα ὁ ἐν τῷ κύκλῳ μένων λαμβάνει, ἢ ἔπαθλον· ubi quoque discis pro astragalis et aliis rebus usos esse, sicut in ἀρτιασμῷ. Et de eodem *Suidas* ex *Eupolidis* Χρυσῷ γένει de eodem ludo χρῆσιν adferens: Ὤμιλλα, παιδιά τις ἐν ᾗ ὁ εἰς τὸν κύκλον βαλὼν κάρυον, ὥστε ἐμμεῖναι, νικᾷ. Εὔπολις χρυσῷ γένει· ἐπεισείμεθα δὲ μείνας εἰς ὤμιλλαν· ἀπὸ συναιρέσεως ἡ ὤμιλλα, ὤμιλλα, ubi in fine videtur legendum, ut *H. Stephanus* in thesauro habet, ἡ ἅμιλλα, ὤμ. quo pacto tamen ei adspirandum videatur, ὤμιλλα· ut ἄνεμος, ὠνήρ, cetera. χρῆσις *Eupolidea* in *Suida* quoque corrupta est. De eo lusu hinc meminit et *Calcagninus* de *Talorum* lusu in fine. Iung.

ταυτὴν εἰς ἄμιλλαν etc.] Sunt qui istam scriptionem damnare non ausint, *quia ex ea voce ὤμιλλα conflata videtur*: verba *Bulengeri* pono. *Meursius* tamen et in *Polluce* recte restituendum hic censet ὤμιλλα, sicuti mox quoque in *Eupolidis* versu, eamque eruditi viri sententiam MSS. confirmant, neque aliter ex *Hesychio* hic ita legendum putat *Salmasius*. sic etiam in Indice capitum huic volumini praefixo reposui. Sed vero ὤμιλλα, seu, ut tum scribendum volunt, ὤμιλλα, mihi non construi posse videtur ex ἡ ἅμιλλα· nam, quod adfertur, ὤνεμος, etc. non facit ad rem, siquidem illa talia nascuntur ex ὁ ἄνεμος, similibusque. an vero voci ὤμιλλα quicquam sit cum altera ἅμιλλα commune summo opere addubites. Modo pro *βληθέντα* quod *βουληθέντα* unus et alter habeat MS. non equidem probo. vulgatam muniunt *Suidas* et *Hesychius*.

ὠνόμαζον.] C. A. ἔλεγον. Kuehn.

καίτοι με οὐ λέλ. ὅτι etc.] Praecedit in C. A. hic titulus: Ὅσα ἐν παιδίῳ (leg. παιδιᾷ) ὄρτυγος, *quaecunque in ludo coturnicis sunt*. porro abest ὅτι a C. A. Kuehn.

ἐνδοὺς ἀνεχαίτιζεν] MS. ἀνεχαίτισεν· et mox ἡττεῖτο, pro quo prior. edition. ἤττητο. Sed ἡττᾶτο etiam infra segm. 109. Seb.

ἐνδοὺς ἀνεχαίτιζεν] *Interpr. recalcitraret*, quasi de equo calcitrone agatur. malim, *cessim iret*, *retro cederet*, circuloque excederet cessim eundo, instar equi. C. V. ἐνδοῦσαν ἐχαίτισε· male divellit coniungenda, pro ἐνδοῦσα ἀνεχαίτισε· *Salmasius* ἀνεχαίτησε. Kuehn.

ἐνδοὺς ἀνεχαίτιζεν] MS. *ἐνδοῦσαν ἐχαίτιζεν*· et mox *ἡττήτο*. Haec vero ὁ δὲ πρὸς etc. acceperunt de coturnicis domino, ut *Calcagninus*, dum haec ita reddit: *tum alter eam* (coturnicem) *digito percutiebat*, *alter in adversum nitebatur illam intra circulum continere. Quod ni fecisset, coturnicis dominis succumbebat.* Sed ego de coturnice ipsa capio simpliciter, scilicet illam ad ictum cadentem se ex circulo efferre, et quasi se succutientem excidere quamvis renitentem; quo facto eius dominus vincebatur. Et quid si legamus *ἀνέχαζεν* vel *ἀνεχάζετο*? *Coelii* explicatio sane mihi non videtur verisimilis; et de ipsa coturnice intelligendum clare discas ex segm. 109. ubi latius. Iung.

ἐνδοὺς ἀνεχαίτιζεν etc.] Ne loco moveas; perplacet enim id verbi. *ἀνεχαίτισεν* enim, ut scribendum, positum pro *ἀνεχαιτίσθη*, quod elegantiae est Atticae: *ille vero ad ictum collabascens, atque praeceps in caput et collum, si volveret extra circulum, ipse etiam conturnicis dominus vincebatur.* possem petitis aliunde exemplis istam verbi notionem adserere, si sic suaderet instituti nostri ratio. sed ad alia propero.

ἐν γὰρ Ταξιάρχ.] MS. *ἐν γοῦν Ταξ.* Seb.

ἐν γὰρ Ταξιάρχ.] MSS. *ἐν γοῦν T.* tum C. V. *ἡττήτο*, forte *ἡττῆτο*. Kuehn.

ἐν γὰρ Ταξιάρχ.] MS. *ἐν γ' οὖν*· et *Seberi* MS. *γοῦν* habet. Iung.

Εὔπολις] Possit et *Εὐπόλιδος* legi. Seb.

Φορμίωνος] MS. priores editiones *Φορμίονος*. Seb.

Φορμίωνος] Ita et noster MS. Iung.

ὅσον εἰς ἄριστον] C. V. *ἐν ἀριστᾶν*. C. A. recte coniungit, *ὅσον ἐναριστᾶν*' intra quem *prandere posset aliquis, ut intra eum prandeamus. Salm.* *ἐς ἄριστον*. Kuehn.

ὅσον εἰς ἄριστον] MS. *ὅσον ἐν ἀριστᾶν κ.* et legendum *ὅσον ἐναριστᾷν* scilicet, quod probat mox verbum *ἀριστήσομεν* repetitum. Iung.

ὅσον εἰς ἄριστον] Cum *Kuehnio* textus habet *ἐναριστᾷν*· cuius lectionis elegantiam qui non capiebant, scripsere *εἰς ἄριστον*· *non itaque definies, qui nos coenantes capere possit, circulum?* et sic quoque legendum omnino e V. C. statuit *Salmasius*, ut et idem in altero quod sequitur disticho cum emendatione nostra planissime consentit. Solebant vulgo continua linea haec exarari; nos divisimus ad carminis modulum. Tum alteros utrosque versiculos vario modo de MSS. castigavimus et integravimus. *Kuehnius* in ple-

risque praeivit. ut scire habeas, quid mutatum, adscribam quae vulgo legebantur:

τί ἐστιν, εἰς ἄμιλλαν ἀριστήσομαι,
ἢ κόψομαι τὴν μάζαν ὥσπερ ὄρτυγα.

Ὤμιλλαν ita quoque restituerat *Meursius*, ut supra monitum. *Falckenburgii* Excerpta pro *τί ἐστιν* legunt *Πάρεστι*, quod non probo. Porro ludit *Eupolis* in istis *κόψομεν τὴν μάζαν ὥσπερ ὄρτυγα*· nam *ὄρτυγα κόπτειν* est coturnicem digito percutere, at vero *κόπτειν μάζαν*, offam dividere, et in partes discindere.

ἀποκρίνεται.] *Interpres* verterat: *quantum in prandium decernatur*, quasi id quoque verbum Poëtae esset. Seb.

103.

τί ἐστιν, εἰς ἄμιλλ. ἀριστήσ.] C. V. *τί δ' ἐστιν εἰσώμιλλαν ἀρ.* C. A. *τί δὲ ἐστὶν* etc. *ἀριστήσομεν ἢ κόψομεν*· versus ita distinguo:

— *οὐκοῦν*
περιγράψεις ὅσον ἐναριστᾶν κύκλον.
— *ergo*
circulum duces, ut intra prandeamus?
τί δ' ἐστίν; εἰς ὤμιλλαν ἀριστήσομεν;
ἢ κόψομεν μάζαν, ὥσπερ ὄρτυγα;
quid vero est? numne εἰς ὤμιλλαν prandebimus?
caedemusve mazam, coturnicis instar?

Salm. pro *ἀριστήσομεν*, *ἆρα στήσομαι*. Kuehn.

τί ἐστιν, εἰς ἄμιλλ. ἀριστήσ.] MS. *τί δὲ ἐστιν, εἰς ὤμιλλαν ἀριστήσομεν ἢ κόψωμεν τὴν μ.* etc. Scribe itaque:

τί δ' ἐστιν; εἰς ὤμιλλαν ἀριστήσομεν;
ἢ κόψομεν τὴν μάζαν ὥσπερ ὄρτυγα. Iung.

ἡ δὲ τρόπα] *Henr. Stephano* terminatio haec suspecta est. *Io. Brodaeus* autem hinc apud *Martialem* (IV, 14. ubi alias: *Et ludit rota nequiore talo*) legendum auguratur: *ludit tropa*. Miscell. X, 26. Seb.

ἡ δὲ τρόπα] Titulus est in C. A. margine: *Περὶ τρόπου* (leg. *τρόπα*) *παιδιᾶς*. *Hesych.* *Τρόπα, εἶδος παιδιᾶς, καθ' ἣν στρέφουσι τοὺς ἀστραγάλους εἰς τὸ ἕτερον μέρος.* Koehn.

ἡ δὲ τρόπα] *Ut Gallice*: *Ioue a la fossette*, hic *H. Stephanus* adscripsit. *Calcagninus* extrema dissert. de Ludo Talorum vertit, *ceu tu* obversionem *dixeris*, inquiens. *τρόπα* vero hac forma et supra segm. 4. et e nostro MS. restituimus in recensione capitum, ubi vulgo male *τρόπου* erat.

De hoc lusu et illa Persiana accipi Satyra III. — *angustae collo non fallier orcae* Magnus *Casaubonus* ait Comm. in Persii Sat. III. Meminit et *Hesychius*: *Τρόπα*, εἶδος παιδιᾶς, καθ' ἣν στρέφουσι τοὺς ἀστραγάλους εἰς τὸ ἕτερον μέρος. Iungerm.

ἡ δὲ τρόπα καλουμένη π.] Idem esse ludi genus existimant, cuius sub hac voce meminit *Hesychius*. optimi Lexicographi verba *Iungermannus* habet, qui et in ista haesit opinione. non tamen hoc omnino prae se ferre videtur atque ostendere eruditi *Glossographi* locus: nam στρέφειν τοὺς ἀστραγάλους εἰς ἕτερον μέρος quid habet simile tropae *Polluceae*, nisi quod uterque lusus talis fuerit peractus? et diversam esse τρόπαν *Polluceam* atque *Hesychianam* constituit etiam *Thomas Hyde* pag. 232. ubi de Orientalium ludo Mancala, quam non dissimilem esse ait *Hesychii* tropae. eummet ipsum adi sis; nobis enim moras agere non lubet. Paululum inferius legebatur vulgo οἱ ῥιπτοῦντες· maluimus cum MSS. ῥίπτοντες.

ὡς τοπολὺ] MS. ὡς τὸ πολύ. Iung.

ἀφιέντες] C. V. ἀφέντες· *quos ita mittunt, ut colliment ad foveam*: etc. Kuehn.

ἀκύλοις] C. A. ἀκύκλοις· male. *Theophr.* libr. III. c. 17. καλοῦσι δέ τινες τὸν μὲν τοῦ πρίνου καὶ τὸν ταύτης καρπὸν, ἄκουλον. τὸν δὲ τῆς δρυὸς, βάλανον. Kuehn.

ἀκύλοις] Id est, *ilignis glandibus*, ait *Calcagninus*, et putat spectasse ad hunc lusum illum, qui carmen illud cecinit, in Idyllio de nuce:

Vas quoque saepe cavum spatio distante locatur,
in quod missa levi nux cadat una manu. Iung.

ἀντὶ τῶν ἀστραγάλων] Absunt a C. A. haec verba. Kuehn.

ῥιπτοῦντες] MS. ῥίπτοντες. Seb.

ῥιπτοῦντες] ῥίπτοντες leg. MSSti. Kuehn.

ῥιπτοῦντες] Pro ῥιπτοῦντες MS. tam noster quam *Seberi* ῥίπτοντες habet. Iung.

ἡ δὲ τῆς σφαίρας παιδιὰ] Apponitur titulus hic in C. A. περὶ τῶν ἐν σφαίρᾳ παιδιῶν. Kuehn.

εἶχεν] E MS. a priore editione aberat. Seb.

εἶχεν] C. A. et *Salm.* omittit εἶχε. Kuehn.

ἐπίσκυρος, φ. ἀπορῥ. οὐρανία.] Quatuor haec pilae species ab *H. Iunio* in *Nomencl.* ita Latine enumerantur, *Coelestis pila*, *Refractio*, *Communis*, *Impostoria*, unde sua etiam descripsit verbatim, quanquam tacito auctoris nomine,

Freigius in Notis ad Colloquia Vivis ad Dialog. V. nisi quod *Refracta* habet, et tabellam nobis fingat. Iung.

104.

* φεννίδα] MS. φαιννίδα. Sed idem supra segm. 4. itidem clare φεννίδα. *Suidas* autem et *Etymologistae*, itidemque apud *Eustath. Odyss.* fol. 271. φεννὶς est παιδιὰ διὰ σφαίρας. Et *Hesych.* Φεννίδα, παιδιὰν σφαίρας· vide autem et *Casaubonum* in *Athen.* I, 12. Item rursum *Eustath. Odyss.* fol. 315. Seb.

* φεννίδα] C. V. et C. A. σφεννίδα. *Suid.* φεννίς· deducit enim a φενακίζω, *decipio*, quia in hoc ludo sphaera alteri ostenditur ut mittenda, alteri autem qui minus expectarat, mittitur. *Hesychius* etiam φεννίδα, confer et *Etymologicum. Eustath.* in *Odyss.* IX. φαινίνδα a φαίνω, *ostendo*, ex *Athenaeo* lib. I. c. 12. Kuehn.

* φεννίδα] MS. σφεννίδα. Sed mira varietas, ut mox videbis, et supra habuisti segm. 4. Ne itaque quid temere statuamus, potius statuamus nihil. Si quid ordini literarum tribuendum, sane apud *Hesych. Suid.* et *Etymolog.* per ε, ut et in MS. nostro legitur semper. Sed varietatem hanc adnotabimus, nec anxii nimis in hisce lusibus erimus. Iungerm.

* φεννίδα] φαιννίδα *Basileensis* habet prioresque editiones, unde φαινίνδα conformes haud difficulter. et ita legitur in titulo, quem Codex *Falckenburgianus* istis, ἡ δὲ τῆς σφαίρας παιδιὰ etc. talem praefigit: Περὶ σφαιρῶν, ἐπισκύρου καὶ φαινίνδας, καὶ ἔτι ἀποῤῥάξεως οὐρανίας· neque aliter mox: ἡ δὲ φαινίνδα etc. ibique tum porro scribendum erat: εἴρηται ἢ ἀπὸ Φαινίδου etc. *Meursius* etiam φαινίνδα reponi iubet, firmatque diversis ex *Eustathio* prolatis locis, ubi eadem scripturae ratio habeatur. Huius tam diversae scriptionis causam derivo ab *Etymologiarum* copia; qui enim ἀπὸ τοῦ φαίνειν deducerent, φαινίνδα dixere; alii a φενακίζειν, φεννίνδα vel φενίνδα tanquam φενακίνδα, itaque est in *Clemente*: τὴν φενίνδα παιδιάν. Mihi quidem prae ceteris φαινὶς et φαινίνδα placet. neque quod in MSS. apparet exaratum σφεννίδα, σφεννίνδα et Φεννίνδου τοῦ πρώτως εὑρόντος· arridere potest. id interim monendum, σ videri adhaesisse de fine vocis praecedentis ἐπίσκυρος, quam itaque literam mox quoque retinent σφεννίνδα· sed hic quidem desipiunt MSS. non enim analogiae ratione defendi potest illa lectio, etiamsi apud *Suidam* sit aliosque Φέννις quoque. praeterea quis Phenniden inter virorum nomina legit unquam? non

enim huc quicquam facit *Φαεννὶς* aut *Φαεννίδης*. Tu vero si mecum restituas et hic et mox *φαινίνδα*, ibique etiam *Φαινίδου*, Phaenides enim nomen notum, sic omnia perfeceris. et etiam manu huc ducit Codex optimus *Falckenburgii*. De hoc autem pilae genere ludendique modo adeundus est Eruditissimus *Mercurialis* lib. II. de *Art. Gymnast.* c. 4. ubi et utitur *Pollucis* nostri loco.

ἐπίκοινος] C. A. *ἐπίκοινις* male. *Eustath.* etiam *ἐπίκοινος*, quod pila multis ludentibus communis esset. *Hesych.* Ἐπίσκυρος, ὁ μετὰ πολλῶν σφαιρισμός. Kuehn.

ἐπίκοινος] MS. *καὶ ἐπίκοινις ἐπικλ.* an itaque scribimus *ἐπικοινίς*? scilicet hanc pilam et *ἐπικοινίδα* fuisse dictam, non quod alterum tamen improbem. Ait enim et *Eustathius* ad Ὀδυσσ. *Α.* ἐπίσκυρος δὲ, ᾗ ἐχρῶντο οἱ παίζοντες κατὰ πλήθη, καλουμένη διὰ τοῦτο καὶ ἐπίκοινος. Iung.

ἐπίκοινος] Ita plerique MSS. et recte, puto, siquidem id nominis sortita fuerit haec lusio pilaris, quod plures simul colluderent, pilaque a multis reciproco iactu excipienda atque remittenda erat. non itaque *Domitii Calderini*, hominis plurimum ineptissimi, coniecturam probamus, qui ad *Statii Sylv.* IV. *ἐπίκονις* restitui malit, *quia ex pulvere raperetur:* et scilicet *in editis tamen Codicibus* (Pollucis) *legitur ἐπίκοινος*, *quasi a dubio iactu.* sed ea quidem lectio veri est absona, etsi sic etiam exhibeat C. A: neque dissentiat multum V. C. *Salmasii*, in quod *ἐπίκορνῖ* lectum sibi testatur; sed id est nempe pro *ἐπίκοινις*, quod et in *Palatino* Codice.

ἐπίκλην] Memini et supra, si non fallor, nostrum ita quasi accusativo usurpasse. Certe apud *Platonem* in *Timaeo* tale est: ἄστρα ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες. Iung.

κατὰ πλῆθος] Gregatim multis paribus inter se compositis. pro *ἤτοι* *Interpr.* legit *εἶτα*, quod non spernendum. Kuehn.

*γραμμὴν * ἄτρυπον*] MS. *λατύπην*· item mox *σκίρον*. Seb.

*γραμμὴν * ἄτρυπον*] C. A. *λατύπην ἑλκυσάντων*. C. V. *γραμμὴν λατύπῃ ἑλκυσάντων*, *deinde lineam scobe lapidum ducentibus*: ita et *Salmasius*. *Eustath.* ἐπὶ λατύπης ἑστάντες, ἣν σκύρον φαμὲν etc. *Pollux* videtur insinuare quod tam retrimentum lapidum, quam linea eo ducta *σκύρος* appellata fuerit. Kuehn.

*γραμμὴν * ἄτρυπον*] MS. *γραμμὴν λατύπῃ ἑλκυσάντων, ἣν σκύρον καλ.* quae lectio certe reponenda est. certe et *λατύπην* MS. *Seberi* habuit. vulgata autem lectio *ἄτρυπον ἑλκυσάντων* inepta est. Edit. *Flor.* habet *ἄτραπον*. Ut ex MS. adscripsi ita et *Eustathius* ad *Θ.* Ὀδυσσ. ὠνόμαστο δὲ ἐπίσκυρος· ἐπειδὴ οἱ

κατ' αὐτὴν σφαιρίζοντες, ἐπὶ λατύπης ἑστῶτες, ἣν σκύρον φασὶν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται, βολῇ σφαίρας ἀλλήλους ἐξεώθουν. Et clare *Hesychius*: Σκύρος, πόλις καὶ νῆσος ἢ λατύπη. Nescio vero cur viri docti λατύπην hic *silicem* interpretentur, ut *H. Iunius* Nomencl. quum de communi pila agit, ex *Eustathio* scilicet, *quando ait partes hic inde e silice expulsam scite excipiunt, ac ultra metam remittunt*: quum tamen hic potius gypsum sit, vel creta, qua lineam ἑλκύσαντες signabant, quae σκύρος dicebatur, sub quam, non vero ut silice, pilam statuebant, cetera agebant, quae in hoc lusu *Noster* memorat; sive malis exponere lapidis ἀποπελέκημα, ut *Hesychius* ait, acutum nempe marmoris vel lapidis fragmen, quo lineam ducebant humi. Ut ut sit, e silice expulsam pilam *Noster* non ait, nec *Eustathius* etiam. γραμμὴν ἑλκύσαντες ita et infra segm. 111. habes. *Schol. Aristoph.* Σφηξὶν inter alia ista, ἐμοὶ δέ γ' οὐκ ἔστ' οὐδὲ τὴν ὑδρίαν πλάσαι· explicat, οὐκέτι ἔχω οὐδὲ ἐκπλάσαι τὴν ὑδρίαν ἐκ τῆς λατύπης· ἀλλὰ πᾶσα ἀνάλωται· εἰώθασι δὲ τὰ ῥήγματα τῶν ὑδριῶν τῇ λατύπῃ διαπλάττειν· ubi vides rupturas fictilium illa terra cimolia sive gypso incrustari solitas. Iung.

γραμμὴν * ἄτρυπον ἕλκυσ.] Egregie MSS. quorum hic lectionem ocyus duce *Kuehnio* restituimus. in Codicis *Falckenburgiani Excerptis* ἀτρύπῃ· non bene. *Pindari Schol.* ad *Pythionicas*: σκύρον γὰρ λέγουσι τὴν λατύπην τὴν ἀπὸ τῆς κατεργασίας τῶν λίθων ἀποπίπτουσαν· quae talia quoque habet *Eustathius* ad *Dion. Perieg.* v. 521. sic et in *Hesychio* σκύρος inter alia λατύπη. Lineam itaque signatam putemus istius modi lapidum detrimentis; non itaque locum recte cepit *Iungermannus*. et lubet haec eadem Latine translata a *Mercuriali* proferre: *sicuti memoriae prodidit* Pollux, *apud quem legitur*, episcyrum *lusum fieri solitum*, *ubi paribus ad pares in duas turmas dispositis, media linea educebatur, quam scyrum vocabant, cuique pilam impositam quisque contendebat, ut intra duas lineas post utrorumque ordinem descriptas adversariorum, metas scilicet, immitteret: nimirum quibus contactis a pila victoria haberetur.* Sed, puto, loci sensum non accurate tenuit *Mercurialis*, qui tibi sua sponte iam patebit, in integrum restituto ad fidem MSS. toto hoc loco: et omni de re monebimus sic simul. Δύο γραμμὰς κατόπιν mox erat in vulgatis, et tum τοὺς ὑπὲρ ἑτέρους, quae utraque *Iungermannum* sequutus transpositis vocibus sanavi. *Kuehnius* ὑπὲρ delebat, et ita certe in *Falckenburgiani* Codicis Excerptis linea, quae particulam abolendam signabat, erat subdu-

cta. sed id praeferendum quod textus habet. paulo post fuit editum: *καὶ ἐπιβάλλειν, ἕως ἂν οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τὴν ἑτέραν γραμμὴν ἀπώσωνται.* *Ἀντιβάλλειν*, si recte memini, de remissa pila in *Aëtio* legi. Haec autem pleraque delegit e *Polluce* nostro *Alex.* ab *Alexandro* lib. III. c. 21.

κατατιθέντες] MS. *καταθέντες*. Seb.

κατατιθέντες] C. A. *καταθέντες*. Kuehn.

κατατιθέντες] MS. noster *καταθέντες*, ut et *Seberi*. distingue autem, *καλοῦσιν, ἐφ' ἣν καταθέντες* etc. Iung.

δύο γραμμὰς κατ. etc.] MS. alio ordine, *δύο κατόπιν γραμμὰς ἑκατ.* et placet. Iung.

τοὺς ὑπὲρ ἑτέρους] C. A. *ὑπὲρ τοὺς ἑτέρους*, *qui primi arripiunt pilam, alteri eam parti immittunt, illa vero pilam volantem prehendere et in mittentes reiicere nititur.* Kuehn.

τοὺς ὑπὲρ ἑτέρους] *ὑπὲρ τοὺς ἑτέρους*, ut in MS. est, non ut vulgo *τοὺς ὑπὲρ ἑτ.* scribendum certe est. Iung.

ῥίπτουσιν· οἷς ἔργον] Distingue, *ῥίπτουσιν, οἷς*, et ita locum, credo, totum hactenus restitutum habemus, quem alias, quod corruptum viderent, aiunt viri docti se noluisse describere in Thesauros suos. nempe qui primi capiebant pilam, vel auferebant ab ista linea, super quam statuta esset, illi mittebant super alteros colludentes. hi vero satagebant tangere pilam et vicissim mittere. Sed locum mox totum adscribam. prius reliqua restituenda sunt. Iung.

ἐπιδράξ. τε etc.] *Salmas. ἐπιδράξασθαί τε τ. σ.* Kuehn.

ἐπιβάλλειν] MS. *ἀντιβαλεῖν ἕ. ἂ. τ. ἑτ. ἐ. τ. κατόπιν γράμμ.* vid. *Eustath. Odyss.* f. 515. Seb.

ἐπιβάλλειν] C. A. et *Salm.* etiam legunt *ἀντιβαλεῖν*. Kuehn.

ἐπιβάλλειν] Non *ἐπιβάλλειν*, sed *ἀντιβαλεῖν*, ut MS. noster clare habet, emendandum est. nec aliter fuisse in suo indicat *Seberus* noster. Iung.

ἐπὶ τὴν ἑτέραν γραμμὴν] C. V. *ἐπὶ τὴν κατόπιν γ.* C. A. *ὑπὲρ τὴν κατόπιν γραμμὴν*, *supra lineam a tergo ductam expellant.* quod *ὑπὲρ τὴν* approbat *Salmas.* Kuehn.

ἐπὶ τὴν ἑτέραν γραμμὴν] Pro *ἑτέραν* tam noster MS. quam *Seberi κατόπιν*· quod vulgato quoque non cedat. Sic itaque totus locus de *Episcyro pila* ex MS. legendus est: *παίζεται δὲ κατὰ πλῆθος, διαστάντων ἴσων πρὸς ἴσους, ἥτοι μέσην γραμμὴν λατύπῃ ἑλκυσάντων, ἣν σκῦρον καλοῦσιν, ἐφ' ἣν καταθέντες σφαῖραν, ἑτέρας δύο κατόπιν γραμμὰς, ἑκατέρας τῆς τάξεως, καταγράψαντες, ὑπὲρ τοὺς ἑτέρους οἱ προανελόμενοι ῥίπτουσιν, οἷς ἔργον ἦν ἐπιδράξασθαί τε τῆς σφαίρας φερομένης, καὶ ἀντιβαλεῖν, ἕως ἂν ἕτεροι τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τὴν κατόπιν γραμμὴν ἀπώσωνται.* Iung.

105.

ἡ δὲ * φεννίδα] In C. A. titulus adest: περὶ σφεννίδας. C. A. σφεννίδα. Kuehn.

ἡ δὲ φεννίδα] MS. ἡ δὲ σφεννίδα, et statim tamen φεννίνδου τοῦ πρώτου εὑρ. Iung.

ἡ δὲ * φεννίδα etc.] Quo sit modo locus hic restituendus superius, ubi phaenindam nominabat auctor, indicavimus. eo itaque te remitto. utitur hoc loco *Domitius Calderinus* ad *Statii Epist.* praeliminarem lib. IV. *Sylv.* sed, bone Deus, quae ibi monstra! *Ludus erat pilaris in gymnasio*; *qui, ut ait* Iul. Pollux libr. IX. *Sphenna appellabatur, vel a primo auctore, vel a σφάλλω, quod est, fallo. nam cum pilam unus alteri videretur polliceri, alteri mittebat.* sed aufugiamus hinc ocyus, neque spurcitiem eius moveamus. Tum ἀπὸ τοῦ φενακίζειν forsitan, ait *Pollux*, dictum quis putet id ludi pilaris genus, quod cum huic pilam ostenderent, ad alterum emitterent, ἐξαπατῶντες τὸν οἰόμενον, *delusum habentes, qui se pilam accepturum putabat.* non itaque λαβεῖν fuerit opus cum *Kuehnio* reponere post οἰόμενον. *Gloss.* Φενακίζω, *fallo*, Φενακισταὶ, *impostores*, ἀπὸ τῆς φενάκης, *additicia coma*, quae et πηνήκη seu πηνίκη, unde πηνικίζειν ἀντὶ τοῦ ἀπατᾷν apud *Michaël. Apostol.* Cent. XVI, 11.

φεννίδου] C. V. φεννίνδου. C. A. et *Salm.* σφεννίδου τοῦ πρώτου εὑρόντος· vid. *Athenaeum* lib. I. c. 12. Kuehn.

ἀπὸ τοῦ φενακίζειν] Ita et *Eustathius* ait visum veteribus ad Ὀδυσσ. θ. quam tamen etymologiam ut absurdam non immerito notat *Casaubonus* noster I. *Athen.* 12. et ait *Eustathius* ipse, οὐ πάνυ ἀκριβῶς οὕτω ἐτυμολογήσαντες (οἱ παλαιοί.) *Etymologicon* M. ita: Φεννὶς, παιδιὰ διὰ σφαίρας γινομένη. ἔστι καὶ φενίνδα, ἀπὸ τοῦ φενακίνδα, κατὰ συγκοπήν· ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων· ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν ἐν τῷ ῥίπτειν, καὶ μὴ ῥίπτειν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἑτέρωσε· ἢ ἀπὸ Φενεστίου τοῦ ἐφευρόντος αὐτήν· ubi ἀπὸ φεννίου *Sylburgius* mavult legere. secundum MS. deberet φεννίνδου· quod adhuc propius cum φεννίνδα conveniret. sed Φαινεστίου adgnoscit et *Athenaeus* lib. I. *Dipnos.* ἐκαλεῖτο, scribens, δὲ φαινίνδα, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων, ὅστε εὑρετὴς αὐτοῦ, ὥς φησι Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος, Φαινέστιος ὁ παιδοτρίβης· adfertque et ex *Antiphane* versum. Iung.

προδείξαντες] MS. προσδείξ. sed et *Suid.* προδείξ. Seb.

προδείξαντες] C. A. etiam προσδείξαντες, ut et *Salmasius.* pro vulgato stat ratio cum *Suida* et *Eustathio.* Kuehn.

προδείξαντες] Et noster MS. habet, quemadmodum et *Eustath.* ad Ὀδ. θ. ὅτ' ἂν ἑτέρῳ φασὶ τὴν σφαῖραν προδεικνύντες ἑτέρῳ αὐτὴν ἐπιπέμπωσιν. Iung.

εἰκάζοιτο] Leg. *εἰκάζοιο, coniecturam feceris.* Kuehn.

* *ἢ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρωτοῦ*, etc.] MS. *εἰκ. δ' ἂν εἶναι ἢ διὰ τ. μ. σφαιρείου, ὃ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν ὠνόμασται·* vide *Rhodiginum.* Seb.

* *ἢ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρωτοῦ*, etc.] C. V. *ἢ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρίου ὃ ἐκ τ. ἁ. ὀνόμασται.* C. A. *ἢ δ. τ. μ. σφαιρίου, ὃ* etc. *ὠνόμασται·* eadem et *Salmasius:* leg. *εἰκάζοιο δ' ἂν εἶναι ἢ* etc. *coniecturam feceris esse* (hunc lusum) *eum, qui fit per parvam pilulam, quae ab ἁρπάζειν appellata est. harpasta* cum *Athenaeo* lib. I. cap. 12. intelligit, de quibus et *Martialis* non uno loco agit. Kuehn.

* *ἢ διὰ τοῦ σφαιρωτοῦ*, etc.] MS. noster: *εἶναι ἢ διὰ μικροῦ σφαιρίου, ὃ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν ὠνόμασται·* quam lectionem ita et MS. *Seberi* habet. videturque vulgata integrior. certe hanc videor capere, illam vulgatam parum. Et reponere sic audeam. sine dubio enim *Harpastum Martiali* dictum innuit, quod illo tempore in usu, dicitque eam pilam phenindae comparari vel assimilari posse *Pollux.* Nec itaque rectum *harpastum* ad *ἐπισκύρου σφαίρας εἶδος* referri putant posse viri docti. de eo et *Suidas* meminit, sed nude satis: *Ἁρπαστὸν καὶ σφαῖρα· εἶδος παιδιᾶς.* Ad idem etymon, quod *Pollux* noster indicat, allusit *Martialis* illis, IV. ep. 19.

Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

Et VII. ep. 31.

Non harpasta manu pulverulenta rapis.

Et XIV. ep. 48. Lemmate *Harpasta.*

Haec rapit Antaei velox in pulvere Draucus,
grandia qui vano colla labore facit.

Ubi bene *Turnebus* IX. Advers. 27. *de Phaeninda, id est, de Harpasto hoc scribitur.* De Harpasto mentio et apud *Artemidorum* nostro *Polluci* fere coaevum scriptorem, certe non multo vetustiorem. I. *Onirocritic.* 57. *ἁρπαστὸν δὲ καὶ σφαῖρα φιλονεικίας ἀπεράντους σημαίνουσι· πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἑταίρας ἔρωτα· ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρᾳ διὰ τὸ μηδαμοῦ μένειν, καὶ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν·* ubi viri doctissimi non recte nobis *ἁρπαστὸν* videntur adnotare esse *Pollucis οὐρανίαν παιδιάν.* Ait enim noster diserte de Phenninda, hanc *εἰκάζεσθαι* esse illam quae *ἐκ τοῦ ἁρπάζειν* denominata sit. Iung.

* *ἢ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρωτοῦ*] Haec quidem, ac si de istis conclamatum esset, stellula notaverat *Seberus*, quam utique restituto feliciter loco delendam duximus. *Kuehnius* ad oram sui Codicis, non inspectis, credo, MSS. hoc modo dedit, *εἰκάζοιο δ' ἂν εἶναι παιδιὰν, ἢ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρωτοῦ, ἐκ τοῦ*

ἁρπάζειν ἁρπαστὴ ὠνόμασται. sed apte MSS. atque egregie, quos itaque potius secuti sumus. post σφαιρωτοῦ, voce Graecis inaudita, si de pila debeat intelligi, ita protenus editum fuit: ὃ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν, ὡς ὀνομάσασθαι. Porro repositam a nobis lectionem stabiliunt *Athenaei* verba, quibus easdem adgnoscit φαινίνδαν, et τὴν διὰ τοῦ ἁρπαστοῦ παιδιάν· τὸ δὲ καλούμενον, inquit, διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν φαινίνδα ἐκαλεῖτο. De hoc pilae lusu videndus etiam *Mercurialis* libr. II. cap. 5. Hic autem *Onomasticographi* nostri locus ita profertur a *Bulengero*, sed apud eum *Athenaei* nomen male sibi praefixum gerit: διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρωτοῦ, ὃ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν ὀνομάζεται. In istis quae sequuntur μαλακὴ σφαῖρα quid sit, peritiores videant. pilae, puto, hae quidem erant durius atque firmius compactae, ut manum ludentibus involvere panno fuerit opus, illae vero molliores, quae nuda manu percussae mitti poterant remittique, eaque de causa μαλακαὶ σφαῖραι.

τάχα δὲ καὶ τὴν etc.] C. A. et *Salmas.* τάχα δ' ἂν καὶ τὴν ἐκ μαλακῆς σφ. π. οὖ. τ. καλεῖ. Kuehn.

τάχα δὲ καὶ τὴν etc.] MS. τάχα δ' ἂν καὶ τὴν ἐ. τ. μ. σφ. π. οὕτω τὶς καλεῖ. Alias σφαίραν μαλακὴν *Iunius* in Nomenclat. simpliciter *pilam lusoriam* etc. explicat. Iung.

ἡ δὲ ἀπόῤῥαξις] Titulus C. A. est περὶ παιδιᾶς, ἥτις ἀπόῤῥαξις καλεῖται. *quod vero attinet* ἀπόῤῥαξιν, *oportebat* etc. Kuehn.

εὐτόνως] Mallem ἐντόνως *valide*, quo quidem ire videtur et εὐτόνως. vid. segm. 107. nam tanto impetu pila solo impingenda est, ut resiliens manu excipi queat. *Salmas.* ἔδει τὴν σφαῖραν πρὸς τοὔδαφος εὐτόνως ῥήξαντα. Kuehn.

ὑποδειξάμενον etc.] *Interpres* leg. ὑποδεξάμενον. Seb.

ὑποδειξάμενον etc.] *Interpr. excipiendum*, quasi legisset, ὑποδεξάμενον, quod est in *MSStis*. C. V. ῥήξαντας ὑποδεξάμενον· nec aliter *Salmasius*. Kuehn.

ὑποδειξάμενον etc.] MS. σφ. προστοὔδαφος εὐτόνως ῥίξαντες, ὑποδεξάμενον τὸ πήδημα etc. vere ὑποδεξάμενον· quomodo enim alias ἀντικέμψειε? alterum ῥίξαντες corruptum est. in editione *Florentina* minus fuit, quae habet ῥίξαντα· scilicet ξ pro ψ male positum, duplex pro duplici, ut non raro ab operis solet, et scribendum esse certum ῥίψαντα. Inde tamen fecere in *Basileensi* ῥήξαντα. Totum locum iam non dubito ita legere: ἡ δὲ ἀπόῤῥαξις· ἔδει τὴν σφαῖραν πρὸς τοὔδαφος εὐτόνως ῥίψαντα, ὑποδεξάμενον τὸ etc. Nolim tamen ῥήξαντα plane contemnere. fere eodem modo locutus *Eusta-*

thius ad 'Οδυσσ. Θ. ἀπόῤῥαξις δὲ, ὅτ' ἂν τὴν σφαῖραν μὴ πρὸς τοῖχον, ἀλλὰ πρὸς ἔδαφος σκληρῶς, φασιν, ἀράττωσιν, ὥστε ἀποκρουομένην, ἅλλεσθαι πάλιν· et magis id cum nomine ἀποῤῥάξεως conveniat. Iung.

ὑποδειξάμενον] ὑποδεξάμενον in textu, nec aliter *Kuehnius*. πέμπειν dicitur, qui pilam mittit: qui accipit, ἀποδέχεσθαι. utrumque reperies in *Clementis* ponendo inferius loco, cumque repercutit ἀντιβάλλειν, et mox ἀντιπέμπειν. At vero si quis pilam solo illidat, ut excipiat resultantem, τὴν σφαῖραν ῥήξασθαι dicitur vel ἀράττειν πρὸς τοὔδαφος. εὐτόνως autem hic retinendum mox docebimus.

106.

ἡ δὲ οὐρανία] In C. A. titulus: περὶ παιδιᾶς οὐρανίας. Kuehn.

ἡ δὲ οὐρανία, etc.] Eadem structurae ratio, qua modo dixit, ἡ δὲ ἀπόῤῥαξις, non est enim ibi στικτέον, uti volebat *Iungermannus*, Sensus est: *Aporraxin quod attinet: Uraniam quod spectat*: et ita locuti sunt castissimi scriptores Atticae dialecti. monet ea de re *Corinthus* de *Dial. Att.* et alibi nos opportuno magis loco. 'Ανακλάσας αὐτὸν, *semet ipsum in tergum reflectens, reclinans*: ἀνακλᾷν τὸν αὐχένα est in *Aristaeneto* et *Luciano*. Tum ἀποῤῥίπτει vulgo fuit, maluimusque cum *Iungermanno* ἀπεῤῥίπτει.

ἀνακλάσας αὐτὸν, ἀποῤῥ.] C. A. ἀ. αὐτήν. est autem ἀνακλάσας αὐτὸν, *refringens cervicem*, ut eo melius in altum proiicere pilam, iactamque oculis sequi possit. τραχηλισμὸς vocatur haec inflexio cervicis. *Faber Agonist.* pag. 20. *Athenaeus* libr. I. cap. 12. τὸ κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον in pilae ludo agnoscit. *Salmasius* ἀνεῤῥίπτει τ. σ. Kuehn.

ἀνακλάσας αὐτὸν, ἀποῤῥ.] MS. ἀνακλ. αὐτὸν, ἀπεῤῥίπτει etc. et sic emenda ἀπεῤῥίπτει, ut mox ἦν pari modo. Iungerm.

τοῖς δ' ἦν ἀλλομένοις] E MS. et reponendum id pro ἀλωμένοις (quod in prior. edit.) e loco *Homer. Odyss.* Θ, 374. *Sylburg.* [imo *H. Steph.*] colligebat, ut tum manu ad oram libri sui, tum in Thesauro in οὐρανίᾳ notatum reliquit. Seb.

τοῖς δ' ἦν ἀλλομένοις] C. A. et *Salmas.* τοῖς δ' ἀλλομένοις ἦν φιλοτιμία· et ita reddit *Interpr.* Kuehn.

τοῖς δ' ἦν ἀλλομένοις] Sic antea edebatur. et *Henr. Stephanus* adscripserat in suo Codice: *pro his duobus* (ἦν ἀλωμένοις puto) *debet esse participium aliquod una voce.* et ite-

rum ad *ἀλωμένοις* adposuit: *ἀλλομένοις, ut colligo ex* Homeri *loco citato in οὐρανίᾳ in Thes.* Haec itaque emendatio accepta debet referri *H. Stephano*: quam *Pollucis* esse scripturam etiam MS. noster aperte confirmat, qui habet *ἀλλομένοις*. Versus autem *Homeri*, quos noster innuit, hi sunt, quos *H. Stephanus* in Thesauro adfert, *Ὀδ. θ.*

τὴν ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα
ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς
ῥηϊδίως μεθέλεσκε πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.

Ubi *Eustathius*, *Οὐρανία μὲν, ἡ εἰς οὐρανὸν τῆς σφαίρας ἀναβολή· ἣν ὁ ποιητὴς ἐμφαίνειν δοκεῖ, ἐν τῷ,*

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν καλὴν μετὰ χερσὶν ἕλοντο
πορφυρέην, τήν σφιν Πόλυβος ποίησε δαΐφρων.

Quamvis ex altero versu saltem primam voculam addat: sed hi duo versus proxime praecedunt, nullo interiecto, illos tres quos iam attuli. Iung.

ἐμπεσεῖν] MSSti et *Salmas.* *πεσεῖν*· dubitarim enim an Graece dicatur *ἐμπεσεῖν εἰς γῆν*. Kuehn.

ἐμπεσεῖν] MS. *πεσεῖν ἀρπ.* non *ἐμπεσεῖν*, et illud magis placet. Iung.

ἐμπεσεῖν] Cum *Kuehnio* textus habet *πεσεῖν*. et itaque tale quid, quale de *οὐρανίᾳ Pollux* hic refert, habeat, et subinnuat *Homerus ἐν Φαίαξιν*, *in Phaeacibus*. ut nostri Interpretes intellexerint hunc locum, equidem ignoro. mihi praetereundum non videbatur, *Φαίακας* hic ab *Onomasticographo* nostro dici illam *Odysseae* particulam, quae de Phaeacibus agit; volumen putato octavum. novimus ex *Aeliano* V. H. lib. XIII. cap. 14. praecipuas atque plurimas *Homerici* carminis partes nomen esse sortitas a rebus, quas continebant. sic itaque *ἡ ἐπὶ ναυσὶ μάχη*, *Δολωνία* *ἀριστεία Ἀγαμέμνονος*, *νεῶν κατάλογος*· et quae ibi recenset alia. ad ista mihi adeas omnino quae scripsere eruditissimi Commentatores, et in primis principem in his literis *Iac. Perizonium* lege. sed hi tamen *Φαιάκων* non meminere, quos itaque, me monstrante, hic observabis, atque tibi notabis, si forsitan alibi occurrant similiter. Post *ὑποδηλοῦν τελείαν στιγμὴν*, quae fuit in *Basileensi* prioribusque editionibus, revocavi, consentiente *Iungermanno*.

ὅπερ ἔοικεν Ὅμηρος] Locus modo indicatus. Seb.

ὅπερ ἔοικεν Ὅμηρος] C. A. *ὥσπερ ἔοικε καὶ Ὅμηρος ἐν Φαίαξιν δηλοῦν* etc. *δηλοῦν* ita etiam *Salmas.* caetera usque

ad *εἴποις* segm. 107. absunt a C. A. et *Salmasii* veteri Codice. KUEHN.

ὅπερ ἔοικεν Ὅμηρος] MS. plenius: *ὅπερ ἔοικεν καὶ Ὅμ.* IUNGERM.

ὑποδηλοῦν, ὁπότε] MS. *δηλοῦν*. SEB.

ὑποδηλοῦν, ὁπότε] Mihi bene nota ita distinguendum: *ὑποδηλοῦν ὁπότε* etc. male enim vulgo haec inter se connectuntur, quum profecto quae sequuntur, non de *οὐρανίᾳ* solum intelligenda, ut falso quoque intellexit *Erasmus* in Adagio, *Rex aut asinus*, qui et hoc praeterea *προσαμαρτάνει*, quod *Pollucis* loco illustrandi ex *Homeri Ὀδ. θ.* versus adfert de disco, quem *Ulysses* tam valide mittit, ut se Phaeaces omnes submittant humi, quum debebat alios illos adferre qui inferius eadem *Odyssea* sequuntur, quos recitavi antea. Non inquam de *οὐρανίᾳ* solum intelligenda quae sequuntur, *ὁπότε μέντοι* etc. sed ad peculiare genus ludi pilaris, quales multi fuere, quos *Noster*, credo, omnes referre nec posset nec vellet. vel etiam aliis speciebus potuit esse commune illud, quo victor *regem, asinum* victus agebat. quod et *Eustathius* ad *Ὀδυσσ. θ.* videtur innuere: *ὅτι δὲ τῶν αὐτὴν* (*σφαῖραν*) *παιζόντων τοὺς μὲν νικῶντας βασιλεῖς ἐκάλουν, ὡς ἐπὶ σεμνώματι τοῦ ἔργου, ὄνους δὲ τοὺς ἡττωμένους, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί· παραφέροντες καὶ χρήσεις, τὴν μὲν ἐκ τοῦ κατὰ Πλάτωνος Θεαιτήτου τοιαύτην· ὁ δὲ ἁμαρτὼν καθιδεῖται ὥσπερ φασὶν οἱ* (apud *Platonem οἱ παῖδες οἱ*) *σφαιρίζοντες ὄνος· ὃς δ᾽ ἂν παραγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεὺς ἡμῶν· τὴν δὲ ἀπὸ Κρατίνου· οἷον, ὄνοι ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας· τοὺς γὰρ ἡττωμένους, ὄνους καθῆσθαι ἔλεγον.* Ita distinguendum ut dixi vero statim ex MS. patet etiam clarius; mox enim non *ἀντιπέμψειεν* singulari, quod fortasse vitiosae distinctioni causam dedit, in MS. habetur, sed *ἀντιπέμποιεν*, quod repones. IUNG.

ἀντιπέμψειεν] C. V. *ἀντιπέμποιεν*. KUEHN.

ἀντιπέμψειεν, etc.] *ἀντιπέμποιεν* e MSS. magis est commodius, cui itaque lectioni ut quadrarent sequentia, reponendum videbatur *διελογίζοντο*· non tamen *διελογίζετο*, quod in Codice fuit *Vossiano*, damnavero penitus. sed alterum utrum erat restituendum.

ἐλογίζετο.] C. V. *διελογίσετο*. leg. *διελογίζετο*. hunc ludum tangit *Plato* in *Theaeteto*. KUEHN.

ἐλογίζετο] *διελογίζοντο* ex eodem MS. nostro pro vulgato *ἐλογίζετο* repone. IUNG.

107.

εἴποις ἂν οὖν etc.] C. A. εἴποις δ' ἂν τὸν σφαιρίζοντα etc. ita et *Salmas.* Kuehn.

εἴποις ἂν οὖν etc.] MS. εἴποις ἂν οὖν τὸν σφαιρίζοντα, σφ. non minus bene. quum et mox singularia eiusmodi subiiciantur. Iung.

σφαῖραν παίζειν] Pro σφαῖραν παίζειν MS. habet σφαιρεπαίζειν. Sed vix credo quem σφαιροπαίζειν unica voce protulisse. σφαίρᾳ παίζειν itaque forte scripsit *Pollux*: hoc enim modo potius dicunt, quamvis et alterum inveniatur, ut et *Eustathius* usurpavit in paulo antea adductis. Iung.

σφαῖραν παίζειν] Minus id, me quidem iudice, Graecum. quod enim *Eustathius* dixerit, ὅτι δὲ τῶν αὐτὴν παιζόντων etc. subintelligendum opinor παιδιὰν, aut scribendum αὐτῇ facili vitio. et bene vero habet σφαιρεπαίζειν *Palatini* Codicis, scripseris modo σφαίρῃ παίζειν, quae vera lectio est, et in textum a nobis relata. *Clemens Paedag.* lib. III. cap. 10. καὶ σφαίρῃ τῇ μικρᾷ παιζόντων. Mox de MSS. reposui προπέμπειν.

σφαῖραν ῥίπτειν] Proverb. *Sphaeram inter sese reddere.* Seberus.

σφαῖραν ῥίπτειν] C. A. statim, omissis interiectis, subiicit, προπέμπειν loco προσπέμπειν, ut et *Salmasius.* C. V. etiam σφαῖραν omittit in hoc verbo ut et *Salmasius.* Kuehn.

βάλλειν, etc.] Deest in MS. βάλλειν, ἀφιέναι· et mox deest πέμπειν, ἐκπέμπειν, et ἀντιπέμπειν. Pro προσπέμπειν MS. προπέμπειν habet, quod rectius mihi videtur, cum et *Seberi* MS. ita habet; *priorem mittere, emittere pilam.* Iungerm.

προσπέμπειν] MS. προπέμπειν. Seb.

σφαιριστικὸν] C. A. σφαιριτικὸν εἰ. quod vulgato nolim praeferre: *in pilae lusu exercitatus.* Kuehn.

εὔρυθμον] *Athenaeus* lib. I. cap. 12. ἐφρόντιζον δὲ εὐρυθμίας οἱ σφαιρίζοντες. vid. et sequentia, in quibus non satis explicat *Casaubon.* haec verba *Demoxeni*, θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν. Solebant Poëtae veteres pulchros Diis εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστ' ἐΐσκειν. Kuehn.

εὔρυθμον] Erudite in *Cyrilli Glossis* antiqua voce εὔρυθμος exponitur *normis.* sed quae sit in pilae lusu εὐρυθμία, *Clementis*, patrum eruditissimi, locus perquam concinnus explanabit *Strom.* libr. II. pag. 370. ὥσπερ οὖν τὸ σφαιρίζειν οὐκ ἐκ τοῦ κατὰ τέχνην πέμποντος τὴν σφαῖραν ἤρτηται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ εὐρύθμως ἀποδεχομένου προσδεῖ αὐτῷ, ἵνα δὴ κατὰ

νόμους τοὺς σφαιρητικοὺς τὸ γυμνάσιον ἐκτελῆσαι. cetera, quae nihil ad nos et hanc rem, ponere omitto. viden' itaque hic *τὸν τὴν σφαῖραν εὐρύθμως ἀποδεχόμενον*, *qui scite pilam atque concinne excipit et repercutit*? et praeter ea *σφαιρητικοὺς νόμους* hic observa, *leges lusorias*, ad quas ludentibus haud dubie fuit attendendum. Et fuisse, qui praemia victoribus constitueret, diceretur que *ζαμένωρ*, ex *Hesychio* patet, qui sic: *Σαμένορα, τὸν βραβευτὴν τῶν σφαιριζόντων.* in qua quidem voce, unde veniat, coecum me profiteor. Adeo vero creberrimum fuit in Graecia id ludi genus, ut *συσφαιριστὰς* socios dixerint atque iuvenes amicos. sic quidem in ultima *Platonis* epistola, si genuina sit ea: *τοὺς νεωτέρους, καὶ τοὺς συσφαιριστὰς ἐμοὺς ἀσπάζου*, *amicos et cum quibus pila collusi.*

εὔσκοπον] C. A. *εὐσκεπτον*, *circumspectum*, *bene collimantem*, *valentulum.* KUEHN.

ἔντονον] MS. *εὔτονον.* non *ἔντονον.* et inde nimirum *εὐτόνως* segm. 105. IUNG.

ἔντονον] *Onomasticon* vetus: *Ἔντονος*, *intentus.* sed habebamus superius segm. 105. *τὴν σφαῖραν εὐτόνως πρὸς τὸ ἔδαφος ῥήξαντα*, ibique displicere nobis indicabamus, quam reponere tentabat vocem *Kuehnius ἐντόνως.* nimirum *εὐτόνως* erat *fortiter* et *accurate* simul: *Hesych. Εὐτόνως, ἰσχυρῶς, ἐλαφρῶς·* et *εὔτονος* itaque, qui valide pilam seu proiicere valet seu remittere. sic igitur cum legat *Iungermanni* Codex, emendandum putavi. Alias et in phaeninda *σύντονον* notavit *Athenaeus*: *πολὺ δὲ τὸ σύντονον καὶ καματηρὸν τῆς περὶ τὴν σφαιριστικὴν ἁμίλλης.* Sed lubet de voce *εὔτονος* hoc notare amplius, eam significare fortem atque firmum, quapropter *Hesychius*: *Εὔτονος, εὐμενής, γενναῖος·* et in *Glossis* antiquis: *Εὔτονος, lentus, sufficiens: διαρκής*, optime, quibus illustrandis ista *Luciani* de *Gymnasiis* sunt quam appositissima: *ἔπειτα δὲ χρίομεν ἐλαίῳ καὶ καταμάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίγνοιντο· (τὰ σώματα) ἄτοπον γὰρ εἰ τὰ μὲν σκύτη νομίζομεν ὑπὸ τῷ ἐλαίῳ μαλαττόμενα, δυσραγέστερα καὶ πολλῷ διαρκέστερα γίγνεσθαι* etc. ubi itaque vides corpora fieri *εὐτονώτερα*, si oleo perungantur. *habiliora* reddit *Benedictus*: sed Romanam vocem non reperias, quae vim Graecae delineet exacte. id certum, *εὐτονίαν* cum ita, ut hic, ponitur, denotare fortitudinem cum habili mobilitate coniunctam; et *εὔτονα* sic igitur *σώματα* fuerint corpora concinne et firmiter compacta atque alacria. Illa porro exercitia, quae ad firmam fortitudinem corpora componunt, *εὔτονα* dici solent.

Paulus Aegineta lib. I. cap. 17. τὸ μὲν εὔτονον γυμνάσιον, τουτέστι, τὸ βίαιον, πρὸς εὐτονίαν παρασκευάζει τούς τε μῦς καὶ τὰ νεῦρα· ibidemque paulo inferius: τὸ διὰ τοῦ κορύκου τε καὶ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνάσιον σύνθετον esse affirmat ἐξ εὐτόνου καὶ ταχέως· quae eo libentius adfero, quod hanc in *Polluce* vocem illustrent. Ab hoc itaque corporis statu ad animi vires translata vox constantiam gravitati coniunctam designat. sic est in *Epicteticis Arriani*: et *Origenes* in *Celsum* elegantissime lib. VII. pag. 356. διὰ τὸ τοῦ βίου δυσμίμητον, καὶ σφόδρα εὔτονον, καὶ ἐλευθέριον, καὶ πάντῃ πρὸς θάνατον καὶ κινδύνους ἀκατάπληκτον prophetarum fidem habitam esse refert Spiritui Sancto summique Dei oraculis, iique omnes sanctissimi viri, protenus subiicit, πάλγνιον ἀπέφηναν τὴν Ἀντισθένους καὶ Κράτητος καὶ Διογένους εὐτονίαν, elatum animum, et ad quaevis pericula constantem ac invictum. non dissimili ratione *Theophanes Cerameus* πίστεως εὐτονίαν laudat. Haec quidem ὡς ἐν παρόδῳ.

σφαιρομαχίαν] Apud Lacedaemonios agon erat σφαιρομάχια· *Eustathius*. Kuehn.

σφαιρομαχίαν] Nominat hanc *Statius* Epistol. ad *Marcellum*, quam *Sylvarum* libro quarto praefixit: *Exercere autem iocos non licet? sic secreto, inquit, sed et spheromachias spectamus et pilaris lusus admittitur.* in sphaeristerio scilicet istas pilaris ludi pugnas spectare solebant. ad haec quae notavit *Domitius Calderinus* superius tetigi.

καὶ μέντοι καὶ τὸ ὀρτυγοκοπεῖν etc.] C. A. καὶ μὲν καὶ τὸ ὀ. etc.] ὀρτυγοκόποι, *Interpres*, *coturnicum sectores*. malim vocem Graecam retinere. pro στυμφοκόπος *Hesych.* στυμφοκόμπος, deque ipsa coturnice accipit. Kuehn.

στυμφοκόποι] Supra VII, 156. Seb.

στυμφοκόποι] Non dubito doctiss. *Leopardum* II. Emend. 7. ubi supra VII, 156. emendat στυφοκόμπους, ut esse ait apud *Aristoph.* et eius *Scholiastem*, *Hesych. Suid. Favorin.* (adde et *Etymologicon* Magnum) et hic malle legere στυφοκόμποι· quamvis vulgatum hinc cum verbis *Pollucis* proferat, quod et MS. hic habet noster, qui tamen supra VII, 156. diserte στυφοκόμπους. Iung.

στυμφοκόμποι] Et hic in textu restitui στυφοκόμποι, uti nimirum et superius VII, 156. cum MSS. omnibus reddideram pro corruptissima voce τυμφύκους. Στυφοκόμπος scribitur per insititiam literam μ vice στυφοκόπος. simili modo ὀρτυγοκόμπους habet *Scholiastes Aristoph.* ad *Aves*, ubi de στυφοκόμποις. quibus hoc erat ignotum, pristinam

et veram lectionem in στυμφοκόμπους mutarunt. sed ad dictum locum vide quae Commentatores nostri.

108.

καὶ ἀνακλαδάλλειν] *Henr. Stephan. si mendosum non est verbum, significat ramo excitare*: vide VII, 136. Seb.

καὶ ἀνακλαδάλλειν] Haec C. A. et *Salm.* non habet et mox omittit καὶ sequens. *Hesych.* ἀνεκνάδαλλον, ἀνέκλων, ἔκνιζον, ὡς οἱ ὀρτυγοπῶλαι, id est, *vellicabant, retrorsum agebant.* Kuehn.

καὶ ἀνακλαδάλλειν] *Henr. Stephanus* adscripsit: *apud Hesych.* ἀνεκνάδαλλον· noster MS. hic habet, ἀνακλανδάλλειν· supra VII, 136. plane corruptus erat. Iung.

καὶ τηλία μὲν ὁμοία τῇ ἀρτοπ. etc.] Leg. τηλίᾳ μὲν ὁμοίᾳ (C. A. ὁμοίως) τῇ ἀρτοπώλιδος κύκλον (ita cum *Salmasio* MSS.) ἐμπεριγράψαντες ἐνίστασαν (ita et *Salmasius*) τοὺς ὄρτυγας· hic punctum, quod vocant, apponit C. A. subiicitque, ἐπὶ δὲ ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς ἀλλήλους. quae sequuntur deinceps absunt omnia usque ed ὠνόμαζον etiam in V. C. *Salmasii.* locum ita intelligo, quasi in assere simili, quo utitur pistoris uxor ad siccandum panem, circulum duxerint coturnices commissuri, ut intra eundem aves illae pugnarent. *Interpr. Aristoph.* Graecis in *Scholiis* notat, conseptum ex asseribus in foro fieri solitum, ubi et farina venalis exponebatur, et coturnicum erant commissiones. sic locus *Pollucis* exponendus esset ita, quod scilicet coturnicibus intra circumdatos asseres locus pugnae datus sit, aeque ac artopolidi farinam venditurae huius modi solet fieri conseptum; postea circulus ductus sit intra asseres, ex quo si proturbaretur coturnix vellicationibus cedens, abibat eius dominus inferior: sin perduraret, ictusque omnes et iniurias intra circulum concoqueret, vellicans victus erat. *Aeschin.* contra *Timarch.* ait τηλία τίθεται ἐν τῷ κυβείῳ. *Etymolog.* ἡ τηλία πῆγμα τετράγωνον, ἐφ' οὗ ἀλεκτρυόνες συμβάλλονται. Kuehn.

καὶ τηλία μὲν ὁμοία τῇ ἀρτοπ. etc.] MS. καὶ τηλία μὲν ὅμοια τῇ ἀρτοπώλιδι κύκλον ἐμπεριγρ. Sed mihi non potest displicere, ut *Leopardus* II. Emend. VII. adducit haec: καὶ τηλίᾳ μὲν ὁμοίᾳ τῇ ἀρτοπώλιδι κύκλους ἐμπεριγράψ. quomodo certe scribendum videtur, nisi quod κύκλον singulari, ut in MS. est, pro vulgato κύκλους, quoque malim. quomodo et statim κύκλου eodem numero sequitur, et segm. 102. Mentio alias eius τηλίας et apud *Aeschinem* contra *Timar-*

chum, ad quem locum *Pollucis* et alium ex *Schol. Aristoph.* adnotat *Brodaeus* VIII. Miscell. 7. Iung.

καὶ τηλία μὲν etc.] Locus hic in vulgatis ita totus legebatur: *καὶ τηλία μὲν ὁμοία τῇ ἀρτοπώλιδι· κύκλοις ἐμπεριγράψαντες, ἀνίστασαν τοὺς ὄρτυγας* etc. unde, ni mutaveris eo modo, quo a nobis in textu est repositum, sensum non elicias. *Kuehnius* in omnibus viam praeivit. et ita penitus, ut textus iam habet, adducit hunc locum *Meursius* in *ὀρτυγοκοπία*, nisi quod *κύκλους* servet, a *Leopardo* forsitan edoctus. Praetuli tum *ἐνίστασαν* cum *Kuehnio* nostro, atque in textum reposui.

ἀνίστασαν] MS. *ἐνίστασαν*. Seb.

ἀνίστασαν] Emenda ut MS. noster et *Seberi* habet, *ἐνίστασαν*, pro vulgato *ἀνίστασαν*· sic *ἐνιστάντες* in eadem re segm. 102. Iung.

ἡττᾶτο] MS. *ἥττητο*. Iung.

ἐπ' ἀργύρῳ.] MS. *ἀργυρίῳ*· quod licet leviculum, hic tamen pro vulgato *ἀργύρῳ* emendem. Iung.

ἐπ' ἀργύρῳ.] *ἐπ' ἀργυρίῳ* malui cum MS. *Iungermanni*, nec aliter *Kuehnius*. Ita nimirum loqui solet *Pollux*. hoc capite segm. 101. *οἱ δὲ καὶ ἀργυρίῳ πράττειν ἠξίουν*· et sub ipsum capitis initium: *ἀργυρίου τινὰ ἀριθμὸν ἐπιφημίσαντες* et *ἐπιδιακείμενον ἀργύριον*· notavimus ad segm. 89.

109.

ἔκοπτε] De eo et antea *Noster* segm. 102. Iung.

εἶτα] MS. non *εἶτα*, sed *ἢ τὰ* habet: rectissime. legendum enim, *ὁ δὲ ἔκοπτε τῷ λιχανῷ, ἢ τὰ ἐκ τῆς κ.* etc. duplici modo utebantur, vel percutientes digito; vel pennas de capite vellentes. Iung.

εἶτα etc.] Optime *Palatinus* Codex *ἢ τὰ* pro *εἶτα*, quod omnino sic restituendum assentior *Iungermanno*. paulo post: *ὁ κόπτων ἢ ὁ τίλλων*· quod apprime lectionem emendatam confirmat. Mox *ἀπέτιλλε* cum *Kuehnio* reddidi. sic et in *Meursio* scriptum.

ἀπέτειλε] Priores editiones *ἀπέστειλε*, perperam. *Leopardus* II. 7. Seb.

ἀπέτειλε] C. V. *ἀπέτιλλε*· et ita legendum esse res ipsa admonuit, et iam interpretor: *est etiam ubi alter equidem coturnicem in medio constituebat, alter vero eam medio percutiebat digito, etiam capiti pennas evellebat. si iam perduraret coturnix, victoria erat penes eiusdem nutritorem: sin autem cederet, aut ictus subterfugeret, vicerat percussor aut vulsor.* Kuehn.

ἀπέτειλε]. Noster *Seberus* ex *Leopardo* reposuit, sic proferente II. Miscell. pro vulgato *ἀπέστειλε·* edit. *Flor. ἀπέστειλλε·* sed reponendum potius, ut MS. noster habet, *ἀπέτιλλε*, eodem *παρατατικοῦ* tempore, quo praecedens *ἔκοπτε·* et sequentia. Clare ipse *Pollux* nostram ex MS. emendationem priorem et hanc statim firmat, ubi, *ὁ κόπτων, ἢ ὁ τίλλων ἐνίκα* ait. nec ego sat capio *ἀπέτειλε Leopardianum.* IUNGERM.

ἐγίνετο.] MS. *ἐγίγνετο.* IUNG.

ἢ ὁ τίλλων] C. V. *ὁ τιλάων* pro *τίλλων.* KUEHN.

ἢ ὁ τίλλων] MS. *ἢ τίλαων ἐνίκα* sine *ὁ.* Sed vulgata ex praecedentibus patent. IUNG.

οὓς αὐτοὺς ἐξιῶντο] An *ἐξινῶντο?* *Leopard.* nihil mutat, qui mox tamen *ἐργαζόμενοι.* SEB.

οὓς αὐτοὺς ἐξιῶντο] Victas coturnices sanabant clamore per aureis illapso, et ita efficiebant, ut obliviisceretur vocis, quam audiverat ex adversario victore. KUEHN.

οὓς αὐτοὺς ἐξιῶντο] MS. *οὓς αὐτοῖς, ἐξιῶντο, λήθην ἀνεργαζόμενοι τῆς τοῦ* etc. et repone itaque *ἀνεργαζόμενοι*, ubi vulgo male est *ἐρδαζόμενοι·* *Leopardus* dicto loco protulit *ἐργαζόμενοι.* Sed nondum locus clarus tamen, egoque prorsus cum *Sebero* nostro hic haereo. coniectabam quidem pro *ἐξιῶντο* forte *ἐξύοντο* legendum, *scalpebant.* Sed nondum tamen reliqua tibi explanarem hic. IUNG.

ἐρδαζόμενοι] Pro *ἐρδαζόμενοι* C. V. *ἀνεργαζόμενοι.* KUEHN.

ἐρδαζόμενοι] Cum MSS. in textu *ἀνεργαζόμενοι. Kuehnius ἐργαζόμενοι* in margine Codicis sui, quod et *Meursius* habebat. Illud *ἐξιῶντο* mendosum, neque medentur MSS. videant alii. Mox *τρυλλίζειν καὶ ἐντρυλλίζειν* est in *Meursio*; sic et *Interpres*: nos utrumque simplici *λ* cum MSS. edi curavimus. [Scripsi mendosam esse lectionem vulgatam *ἐξιῶντο.* nunc aliter videtur, rectissime quippe *Kuehnius sanabant*, ab *ἐξιᾶσθαι·* sic ferme *Galenus* posuit lib. I. *Ὑγιεινῶν· οἷς ἂν τις ἄριστα τὰς νόσους ἐξιῷτο.* nihil itaque attinet, cum *Iungermanno* aliam lectionem investigare. *Ex Addendis.*]

τρυλλίζειν, ἐντρυλλ. ὠνόμαζον.] C. V. *τρυλίζειν ὠνόμαζον*, omisso *ἐντρυλλίζειν.* vid. *Suid.* in *ἐνετρύλλισε.* KUEHN.

τρυλλίζειν, ἐντρυλλ. ὠνόμαζον.] MS. *τρυλίζειν·* omisso *ἐντρυλλίζειν·* et malim sane uno *λ*, ut supra VII, 136. erat, ubi MS. *ἐτρύλιζον.* IUNG.

110.

ἐρῶ δὲ etc.] C. A. hic iterum pergit legitque, *ὁρῶ δὲ*

etc. *video autem et aliorum lusuum nomina eandem habere formam quoad terminationem*; desinunt enim omnia in *ινδα*· et haec est *κατάληξις*, non *definitio*, ut *Interpr.* Kuehn.

διελκυστίνδα etc.] Ex veteri Codice delet *Salm.* *διελκ. μυΐνδα, χυτρ. φρυγ.* et mox *σκαπ. ἐφεντ. στρεπτ. πλειστοβ.* Kuehn.

μυΐνδα, etc.] Puncta dialyseos clare in MS. alias incertum videbatur *μυίνδα* (quod tamen et ipsum reperitur) an *μυΐνδα Pollux* scripsisset. Seb.

μυΐνδα, etc.] MS. *μυΐνδα, χρυτρίνδα, φρ.* sed vitiose medium. Iung.

**κινητίνδα*] MS. *κυνιτρίνδα*; etiam infra segm. 114. an forte *κυνητρίνδα*? certe *υ* in principio manifestum, cumque mox habeant *ἀπὸ τοῦ κινεῖν,* MS. expresse *κυνεῖν, ὅ ἐστι καταφιλεῖν,* ut si non *κυνητρίνδα,* tamen *κυνητίνδα* potius scribendum videatur. Seb.

**κινητίνδα*] C. V. *κυνιτρίνδα* C. A. omittit sequens *ἀκινητίνδα,* et post *κινητίνδα* legit *σχοινοφιλίνδα, ἀποδιδρασκίνδα,* omissis interiectis. V. C. *Salm.* *κρωτρίνδα* habet pro *ἀκινητίνδα.* Kuehn.

**κινητίνδα*] Pro *κινητίνδα* MS. noster, sicut *Seberi, κυνιτρίνδα.* Sed infra segm. 114. *κυνητίνδα* habet, quomodo et hic *Sebero* nostro videtur scribendum. Sed scribe sis *κυνιτίνδα*· id enim verum, docebo infra segm. 115. Iung.

**κινητίνδα*] *Kuehnius* adscripsit Codicis sui margine *κυνητίνδα,* quod itaque in textum recepi. inferius monebitur accurate.

ἀκινητίνδα etc.] MS. omittit *ἀκινητίνδα,* et *σκαπέρδα*· pro *σχοινοφιλ.* vero MS. noster habet *σχοινοφολίνδα*· sicut et segm. 115. MS. supra tamen in recensione capitum segm. 4. MS. *σχοινοφιλίνδα* auctius habebat, ut hic est. Iung.

ἐφεντίνδα] Desunt in MS. tres voces *ἐφεντ. στρ. πλειστοβ.* Quod autem ad *ἐφεντίνδα* attinet, quod hic omittit MS. id habet tamen infra segm. 117. (*ἐφεντίνδα* licet scribat) etsi ibi vulgo *ἀφεντίνδα.* Iung.

βασιλίνδα] C. A. titulus: *περὶ βασιλίνδας,* quam vocem *Interpretem* retinuisse vellem. *Salm.* post *ἔστιν* addit *τό.* Kuehn.

ὅταν] MS. *τὸ ὅτ' ἂν διακλ.* De *Basilinda* hinc *Iunius Nomenclatore.* et peculiari capite 16. lib. IV. Miscell. *P. Nannius.* Infert hoc *βασιλίνδα* suo Lexico Graecarum vocum, quibus Tarentini ut suis usi fuerint, *Ioan. Iuvenis Tarentinus,* quod libris de Tarentinorum antiquitate praefixit. quo iure

inferoiat, nescio; etsi enim *Venus βασιλὶς* dicta fuerit a Tarentinis, ideo nec is, nec *Lilius Gyraldus* nobis persuaserit tamen id ludi genus ab ea dictum: simpliciter enim ἀπὸ τοῦ βασιλέως, quae persona princeps in eo ludo, denominationem tulit. IUNG.

διακληρωθέντες] Id est, *sorte divisi.* quae divisio dicitur διάληξις vel ἀποκλήρωσις· vid. *Harpocr.* in διάληξις. KUEHN.

προστάττῃ] MS. προστάττει. SEB.

προστάττῃ] C. A. τάττῃ. *Salm.* τάττει. KUEHN.

προστάττῃ] MS. τάττει· et id repone sis pro vulgato προστάττῃ· mox enim sequitur in MS. elegantissime, λαχὼν, πᾶν τὸ ταχθὲν ὑπεκπονῇ· quod statim quoque *Polluci* nostro restituendum est, qui certe nunquam illud ineptum πανταχόθεν ἀπεκπονῇ hic scripsit. IUNG.

προστάττῃ] Textus habet τάττῃ ex C. A. mox scilicet est ὑπεκπονῇ, cum quo hoc conveniat oportet. alterum id editum, etiamsi sensui sufficiat, non itidem aeque facit elegantiae satis.

πανταχόθεν ἀπεκπονῇ.] MS. ὑπεκπ. SEB.

πανταχόθεν ἀπεκπονῇ.] C. A. pro πανταχόθεν ἀπεκπονῇ legit optime πᾶν τὸ ταχθὲν ὑπεκπονῇ· quod ultimum saltem habet et C. V. *omne quod imperatum est, exsequi debet.* ὑπεκπονεῖν est ὑπουργεῖν. *Salmasius* πᾶν τὸ ταχθὲν ὑπεκποιῇ. KUEHN.

πανταχόθεν ἀπεκπονῇ] Egregiam hic a se operam dant MSS, quos sequutus in textu restituerat *Kuehnius*: πᾶν τὸ ταχθὲν ὑπεκπονῇ· quam lectionem quis non utrisque, quod aiunt, ulnis amplectatur? Illustrat haec *Pollucea,* inque vices lucem accipit *Iustini* locus I, 5. ubi de rege *Cyro*; *mox rex inter ludentes sorte delectus,* (διακληρωθέντες erat in *Polluce*) *cum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus a servo regio ingenuos homines servilibus verberibus affectos.* vides itaque pueris regibus ius fuisse verberibus admonere, nisi iussa capesserent, quos subiectos habebant imperio suo. Neque sorte tantum sed et alio ludi genere delectos fuisse muneri regio, bene monstrat *Auctor* noster segm. 107. et *Platonis* in *Theaeteto* locus, quem in *Bulengero* c. 43. legere potes, cui *Meursium* in voce Βασιλίνδα adde. Et alterum quoque ludi genus ab hoc non ita diversum e *Maximo Tyrio* proferre lubet Dissert. 2, ad ipsum finem. colligas ex illo loco, atis legibus constitutoque iudice solere quosdam, qui deli-

querint, ad puerile tribunal sisti, atque, si obiecta sibi crimina diluere non valeant, infames censeri atque haberi in populo puerorum; quin etiam, ut dignam male factis poenam luerent, auctione publica fuisse distractas eorum res ludicras, ut calculos, talos, et quae sunt talia plura. sed disertissimi potius philosophi verba demus in medium: *τί οὖν; οἱ παῖδες νόμους πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, καθίσαντες δικαστήριον ἑαυτῶν ὑπάγοιεν* (*ἀπάγοιεν* praetulero) *κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, κᾆτα, εἰ δόξαι ἀδικεῖν, ψηφίζοιντο αὐτὸν ἄτιμον εἶναι ἐν τῷ τῶν παίδων δήμῳ, δημεύοιεν δὲ αὐτοῦ παιδικὰ χρήματα, τοὺς ἀστραγάλους καὶ τὰ παίγνια·* quae demum argute transfert ad damnatum ab Atheniensibus hominum sapientissimum *Socratem*, tanquam cui curae illud Attici populi iudicium esse non debuit, sicuti parvipenderet quis, si in puerorum coetu causa cecidisset atque damnatus fuisset.

111.

ὀστρακίνδα] Vid. Proverb. *testulae transmutatio.* ubi tamen sensus *Pollucis* non satis clare ab *Erasmo* expressus, ut *Henricus Stephanus* monet, remittens idcirco Lectorem et ad *Eustath.* quem vid. in *Iliad.* fol. (edit. *Basil.*) 1219. Seber.

ὀστρακίνδα] C. A. *περὶ ὀστρακίνδας.* Kuehn.

ὀστρακίνδα] Ostracindam hodiernam apud *Belgas* explicat *Iunius Nomenclatore*, cum *Pollucis* conferens. Iung.

ὀστρακίνδα] Plura de hoc ludi genere congessit eruditissimus *Meursius*, qui tibi omnino est adeundus. in *Arrhiani* loco, quem adduxit, vide, num magis legendum velis *περιστροφὴν* pro *ἀναστροφήν.* de *ὀστράκου περιστροφῇ* mox *Onomasticographus* noster, quod confirmatiorem reddit illam lectionem: elegantius ita hunc testularum ludum alludit. Meminit et *Etymologus* in *Ἐφετίνδα*, ubi *Aristophanem* ita finxisse ait alicubi *ὀστρακίνδα αἰνιττόμενον τὸν ὀστρακισμόν*, prout *Cratinus ἐφετίνδα* commentus fuerit *παρὰ τὰς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γενομένας ἐφέσεις.* nimirum sub ludi nomine alteras illas res involvere voluit uterque. sed in *Etymologico Magno* emenda: *Ἐφετίνδα, ὄνομα παιδιᾶς φενακικῆς*, nam *φεναχικῶς* vulgo, sed hoc tamen et ita restituendum *Sylburgius* praecepit. Mox vero *πρὸς αὐτὴν εἶναι νομίζουσα* scribi, spiritu mutato, sic potius optem: *πρὸς αὑτήν·* et saepissime quidem ita corrupte positum fuisse spiritum illum in *Lectionibus Lucianeis* docuit eruditionis eximiae vir *Ioann. Iensius*, et olim etiam *Theon* in *Aratum* haud procul initio. Tum autem *ὑποτελείαν στιγμὴν* post *τὸ ἔνδον* cum *Kuehnio* posui

qui et in Codicis sui margine hoc porro magis habet, quod post ἀφέντος interserat δέ· sed haud est opus.

ὅταν] MS. ὅτ' ἂν γρ. Iung.

ἑκατέρα μερὶς] *Utriusque partis altera exterius testulae sibi vendicat, altera vero interius.* νομίζουσα tum pro νομίζει more Attico. post τὸ ἔνδον distinguerem στιγμῇ ὑποτελείᾳ. Kuehn.

πρὸς αὐτὴν] MS. αὐτῆς: Seb.

πρὸς αὐτὴν] *Salm.* πρὸς αὐτῇ. Kuehn.

πρὸς αὐτὴν] MS. πρὸς αὐτῆς ε. ν. ut et *Seberi,* pariter recte *a se, pro se, pro sua parte.* Lubet adscribere de hoc lusu *Eustathii* verba ad Ἰλιάδ. σ. Sed ea saltem, (duplicem enim expositionem habet) quae ex *Platone Comico* excerpsit. inde enim et *Noster* sumpsit, ut conferenti tibi patebit. Πλάτων, ait *Eustathius*, δέ φασιν ὁ Κωμικὸς φράζει αὐτὴν οὕτως· εἴξασι τοῖς παιδαρίοις τούτοις, οἱ ἑκάστοτε γραμμὴν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς διαγράψαντες διανειμάμενοι δίχ' ἑαυτοὺς, ἑστᾶσιν αὐτῶν οἱ μὲν ἐκεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' αὖ ἐκεῖθεν· εἷς δ' ἀμφοτέρων ὄστρακον αὐτοῖς ἀνίησιν εἰς μέσον ἑστώς· κἂν μὲν πίπτησι τὰ λευκὰ ἐπάνω, φεύγειν ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ· τοὺς δὲ, διώκειν· ὁ δὲ ἀναῤῥίπτων τὸ ὄστρακον, λέγει, νὺξ ἢ ἡμέρα· τουτέστι τὸ λευκὸν ἐπιφαίνεται τοῦ ὀστράκου, ἢ τὸ πισσηρὸν σκοτεινόν· ὅπερ ἐξ Ὁμήρου παρείλκυσται, νέφος εἰπόντος μελάντερον ἠΰτε πίσσα. Dixerat autem in prioribus θάτερον τὸ μέρος τοῦ ὀστράκου πεπισσωμένον fuisse, τὸ ἐντὸς δηλαδή· τὸ δὲ ἐκτὸς, ἀπίσσωτον. Haec nostri *Pollucis* locum valde illustrant; nam *Erasmiana* obscura nimis sunt, nec ipse adsecutus locum valde *Pollucis* hunc, ut et *Seberus* noster indicavit. Iung.

τὸ ἔνδον, ἀφέντός τινος] Leg. ἀφέντος δέ τινος· et ita *Interpr.* vertit. Kuehn.

τὸ ἔνδον, ἀφέντός τινος] MS. τὸν ἔνδον, ἀφέντος τινὸς κ. Iungerm.

ὑπερφανείεν] *Salmas.* ὑπερφανῇ· *apparuerit superior, quibus illa pars propria est, insequuntur, altera vero pars fugit aversa.* legerem enim οἱ δὲ φεύγουσιν ἀποστραφέντες, *in fugam avertuntur.* MSS. et *Salmas.* legunt φεύγοντες ὑποστραφῶσι· ubi etiam leg. ἀποστραφῶσι, Kuehn.

ὑπερφανείεν] MS. ὑπερφανῇ· quod magis placet quam vulgatum ὑπερφανείεν, quod profecto et falsum ita est, quum potius ὑπερφήνειεν debuisset notari proparoxytonως. sed MS. rectius. Iung.

ὑπερφανείεν] Restitui ὑπερφανῇ cum MSS. *alterutra pars*

superior apparuisset. Mox edebatur vulgo φύγωσιν ὑποστραφέντες· sed potior videbatur MSS. lectio. *Kuehnius* in libri margine ἀποστραφῶσι, quod non est rationis cur prae altero deligere velimus. *Glossae* Ὑποστρέφω, *redeo, revertor.*

φύγωσιν ὑποστραφέντες.] MS. φεύγοντες ὑποστραφῶσιν. Seber.

φύγωσιν ὑποστραφέντες.] MS. δὲ ἄλλοι φεύγοντες ὑποστραφῶσι, ὅπερ etc. nescias fere utrum malis. ut noster MS. ita et *Seberi* habet. Iung.

Πλάτων, ἐν τοῖς etc.] *In Dialogo de Amore qui Phaedrus inscribitur* p. m. 200. Kuehn.

Πλάτων, ἐν τοῖς etc.] *Platonis* locus in *Phaedro* est: φυγὰς δὴ γίγνεται ἐκ τούτων, καὶ ἀπεστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης ὁ πρὶν ἐραστής, ὀστράκου μεταπεσόντος, ἵεται φυγῇ μεταβαλών· ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν, ἀγανακτῶν καὶ ἐπιθειάζων, etc. quem locum et *Erasmus* indicavit adagione, *Testulae permutatio.* Iungerm.

112.

φευγόντων] Abest a C. A. φευγόντων· nec *Salmasius* legit. Kuehn.

ὄνος οὗτος κάθηται.] C. A. ὄνος οὕτω κάθηται. C. V. τοίνυν κ. *Interpr.* leg. οὗτος καλεῖται, quo non utimur: sedebat enim in medio asinus, ludibriis victorum sine dubio expositus. Kuehn.

ὄνος οὗτος κάθηται.] MS. ὄνος τοίνυν κάθ. Iung.

ἐπιλέγει νὺξ etc.] C. A. ἐπιλέγειν ἐξ· male: sed facile inde elicueris vulgatum. *Vales.* ex *Eustathio* pag. 1161. legit νὺξ ἢ ἡμέρα. Kuehn.

τὸ γὰρ ἔνδον] MS. ἔνδοθεν. Seb.

τὸ γὰρ ἔνδον] MSS. cum *Salm.* ἔνδοθεν. Kuehn.

τὸ γὰρ ἔνδον] MS. noster ut *Seberi*, τὸ γὰρ ἔνδοθεν ἀ. Iungerm.

τὸ γὰρ ἔνδον] ἔνδοθεν omnes habent MSS. quorum nos consensum sequi decrevimus ubique, nisi reclamet aperta veritas. Tum protenus καταλήλιπται ad Atticae dialecti normam edidi. πίττῃ καταλείφεσθαι de navibus alibi mihi lectum est, et νῆες ἀλειφόμεναι vel καταλειφόμεναι πίττῃ, *naves oblitae pice.* Tandem καλεῖται δὲ καὶ ὀστρ. περ. etc. καὶ illud a vulgatis aberat male: *sed et appellatur* ὀστράκου περιστροφὴ *id ludicri genus.*

κατήλειπται] MSS. et *Salm.* καταλέληπται leg. καταλήλιπται, *oblita est.* Kuehn.

κατήλειπται] MS. *καταλέλειπται*· scribe *καταλήλειπται*, Atticum id prae vulgato. Sic et supra VIII, 16. ubi vulgo *κατείληπτο*, MS. habebat *καταλήλειπτο*. et supra segm. 121. *ἀληλιμμένῳ*, MS. non invito, repono. Iung.

ὃ τῇ νυκτὶ etc.] C. A. *καὶ τῇ ν. ἐ. et nocti attributa est.* sic et *Salm.* Kuehn.

ἐπιπεφήμισθαι] MS. *πεφήμισθαι*· non *ἐπιπεφ.* Iung.

καλεῖται δὲ ὄστρ. περιστρ.] C. A. *καὶ ὀστράκου π. testulae conversio. Plato* de *Republ.* libr. VII. *τοῦτο δή, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφή, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. ὀστρακίνδαν* diversis modis explicat *Eustath.* in *Iliad.* pag. 1161. *Salmasii* V. C. *καλεῖσθαι δὲ καὶ ὀστράκου περιστροφήν.* Kuehn.

καλεῖται δὲ ὄστρ. περιστρ.] *καλ. δὲ καὶ ὄστρ.* MS. noster. et supple hanc particulam *καὶ* in vulgatis, omnino necessariam hic. non enim saltem ita dictam hanc *παιδιὰν Noster* vult, sed praeter quod *ὀστρακίνδας* adpellationem habuerit, et *περιστροφὴν ὀστράκου* adpellatam fuisse. Iung.

ἡ δὲ διελκυστίνδα] Vide an idem ludus qui *ἑλκυστίνδα*, quem sic *Eustathius* describit: *δοκὸς ἀνδρομήκης ἵστατο τετρημένη κατὰ μέσον, διήρτητο δὲ δι' αὐτῆς σχοινίον τι, οὗ ἑκατέρωθεν ἐξημμένοι δύο νεανίσκοι ἀνθεῖλκον, ἐντρέψαντες ἀλλήλοις τὰ νῶτα· ὁ δὲ βιασάμενος καὶ προαγαγὼν αὐτὸ τῆς δοκοῦ ἐνίκα τὸν ἕτερον. Iliad.* fol. 1149. Seb.

ἡ δὲ διελκυστίνδα] C. A. cum *Salmasio ἑλκυστίνδα.* vulgatum habet etiam *Hesychius* cum aliis. Kuehn.

ἡ δὲ διελκυστίνδα] Sequitur dielcystinda, quam hinc quoque explicat *Iunius Nomencl. Eustathius* videtur *ἑλκυστίνδαν* vocare. non enim dubito eum ad hanc *παιδιὰν* puerilem, plerumque tamen palaestricam, (ubi talia manuum contentione magis serio quam ioco peragebantur, unde et *Hesychius: Διελκυστίνδα, παιδιά τις οὕτω καλεῖται ὑπὸ τῶν παίδων ἐν τῇ παλαίστρᾳ·*) respexisse, ubi ad ista *Homerica* '*Ιλ. ρ.* ubi comparat Graecos et Troianos trahentes ad se quosque cadaver *Patrocli*, tali *ἑλκυσμῷ*,

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ταύροιο βοὸς μεγάλοιο βοείην
λαοῖσιν δώῃ τανύειν μεθύουσαν ἀλοιφῇ,
δεξάμενοι δ' ἄρα τοίγε, διαστάντες τανύουσι
κυκλόσ', ἄφαρ δέ τε ἰκμὰς ἔβη, δύνει δέ τ' ἀλοιφὴ
πολλῶν ἑλκόντων, τάνυται δέ τε πᾶσα διαπρό·

ὡς οἵγ' ἔνθα νέκυν ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ
εἵλκεον ἀμφότεροι. —

Ibi nempe *Eustathius*: *ἐνταῦθα δὲ σπουδαιοτάτῳ ἑλκυσμῷ παρασημαντέον, εἰ δοκεῖ, καί τινα ἑτεροῖον μὲν, ἀρχῆθεν δὲ παραδεδομένον, ὥς ἦν, ἡ* (scribo, *ὅς ἦν ἡ*) *ἑλκυστίνδα λεγομένη παιδιά·* quam tamen non describit, sed eius partem quandam, ut ait, Scaperdam, ut mox ad *Pollucem*, ubi de Scaperda agit, paulo inferius adnotabimus. vide et *Magnum Casaubonum* ad Satyr. V. *Persii*, in illud, *funem reduco*, ubi ad *ἑλκυστίνδαν* refert, quod aiunt *funem contentiosum, et funem contentionis ducere*. Iung.

ἡ δὲ διελκυστίνδα] Helcystindam et dielcystindam genera ludorum diversa putavit *Meursius*, qui et alios secum in illum traxit errorem. non differunt quicquam *ἑλκυστίνδα* et *διελκυστίνδα*, ut bene vidit *Iungermannus* noster, et facile quisque conspiciat, qui *Pollucis* et *Eustathii* descriptionem componere voluerit, nisi quod *Eustathius* rem penitius atque accuratius persequatur, atque ludi modum exponat. sed et idem ludus diversa ratione peragi potuit, sine *δοκῷ*· quam itaque *διελκυστίνδαν* nominavit *Pollux*, et cum *δοκῷ* seu trabe, quae *Onomasticographo* nostro *σκαπέρδα* segm. 116. quamque *τῆς ἑλκυστίνδας* partem statuit *Eustathius*. Porro de hoc exercitii genere *Mercurialis* etiam videndus de *Arte Gymn.* lib. III. c. 5. ubi et elegantem e *Platonis Theaeteto* locum vir doctissimus adfert, quem et hic illustrando *Polluci* posuisse iuvabit: *ἂν μή πῃ ἀμυνόμενοι διαφύγωμεν, δίκην δώσομεν, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς παλαίστραις διὰ γραμμῆς παίζοντες, ὅταν ἐπ' ἀμφοτέρων ληφθέντες ἕλκωνται εἰς τὰ ἐναντία.* Haec autem dielcystinda in palaestris ut plurimum fuit exercita, *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀλλαχόθι*, ubi cum MSS. *ἀλλὰ* nolim omittere, siquidem et ita *Pollux* noster haud procul initio capitis sequuturi loquatur.

ἐπιτοπολὺ] MS. *ἐπὶ τὸ πολύ.* Iung.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀλλὰ χ.] Absunt ista a C. A. usque ad *κρατοῦντες.* C. V. *ἀλλὰ* non habet. sensus est quod pueri in duas factiones divisi se invicem ad se pertrahere nitantur. nec finis est, antequam altera pars alteram singulatim ad se traduxerit. Kuehn.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀλλὰ χ.] MS. *οὐ μὴν καὶ ἀλλ.* sine *ἀλλά.* Iungerm.

ἕτεροι] MS. vitiose *ἑταῖροι.* Iung.

μεταστήσονται παρ' αὐτοῖς etc.] MS. *μεταστήσωνται παρ' αὐτοὺς οἱ κρ.* ut scribendum potius est, quam ut vulgatur, *μεταστήσονται παρ' αὐτοῖς.* Iung.

113.

ἡ δὲ μυῖνδα] C. A. περὶ μυΐνδας. Kuehn.

ἡ δὲ μυΐνδα] Sequitur *Myinda*, quam *H. Iunius* cum χαλκῇ μυΐᾳ confundit. non vero et *Pollux*, ut patet ex iis quae sequuntur segm. 123. Et *Hesychius* etiam ambo separatim explicat. Iung.

ἡ δὲ μυΐνδα etc.] Non est equidem hoc toto capite locus, si mihi credis, qui scrupuli atque salebrarum plus habeat, quam hic ipse de myïnda. et *Meursium* quoque id ipsum videntem difficultas absterruit, ne quid in eo tentaret. posuit itaque tantum paucula verba, quaeque faciliora. et alii quoque manus abstinuere. solus *Bulengerus*, *in Graeco Pollucis*, inquit, *error est*, *quem ita restitue*: αὐτίκα καταμύειν ἀναγκάζει, καὶ μύσαντα κρυφθέντας ἀνευρῆσαι.μέχρι φωράσῃ, καὶ μύσας ἄν τις προσάψηται προδείξῃ μαντευόμενος ἔστ' ἂν τύχῃ· et apponere quoque reliqua placet, quibus ipsam ludi rationem exponit, unde poterit intelligi, quem *Polluceo* loco sensum accommodet: *In Graecis in Myïnda unus aliquis connivens oculis*, *voces sociorum observat*, *et quemcunque suffugientium arripuerit*, *hunc connivere cogit et conniventem casu occultatos invenire*; *si tamen nomen eius quem apprehenderit*, *divinarit*. interpretem agit *Pollucis* vir Doctissimus, sed non sanequam ubique felicem, quod planius constabit, cum, restituto loco, sensum eius exponemus. hic itaque simul omnia complectamur, ne singula seorsim persequi sit opus. Ubi iam legis e MSS. cum *Kuehnio*, Φυλάττου, βοᾷ, ante nos erat, φυλάττεται βοῶν, quod *Bulengero* expositum vidimus, *voces sociorum observat*. sed sola vera est MSS. lectio. In istis αὐτίκα καταμύειν MSS. *Palatinus* et *Salmasii* ἀντικαταμύειν· et hoc quidem egregie: sed tamen αὐτίκα ceteri MSS. servant, quod itaque non expulimus; et appositissime remanet: *protinus in sui locum succedere cogit*: plene atque plane. hactenus illa facilia satis; quae sequuntur, intricatissima. *Kuehnius* ad oram sui libri: ἢ καὶ μύσας κρυφθέντας ἀνερευνῆσαι μέχρι φωράσῃ· nam in *Edit. Basil.* male φοράσῃ· sed multis nominibus praeferri meretur, quam attulit emendationem *Iungermannus* noster, siquidem ad MSS. lectionem accedat propius. textus itaque sic habet. editum fuit ante nos, ἢ μύσαντος κρυφθέντος (κρυφθέντας editiones *Seberiana* priores) * ἀνευρῆσαι μέχρι φωράσῃ. Tum supplevimus e MSS. sensum inserta sequenti periodo vocula οὐ. atque protenus cum MSS. προσδείξῃ maluimus, quam cum vulgatis προδείξῃ· et mox tibi rationem dicam. tandem vero MSS. beneficio post μαν-

τευόμενος addidimus λέγει, quo addito facilior est et perfectior sensus. Sed ne quidem in ipsis MSS. hic mihi locus satis integer atque sanus exhiberi videtur; quod tu deprehendas facile ex illis manu exaratorum Codicum variantiis. itaque, si forsitan alicubi coniectura meliorem facere liceat, totum hic apponam, ut quidem emendandum existimabam: Ἡ δὲ μυΐνδα, ἤτοι καταμύων τις, Φυλάττου, βοᾷ, καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφευγόντων λάβῃ, αὐτίκα ἀντικαταμύειν ἀναγκάζει, ἢ μύσαι καὶ τοὺς κρυφθέντας ἀνερευνῆσαι, (quamvis et in his acute Doctiss. *Iungermannus* emendaverit, ἢ μύσας τοὺς κρυφθέντας ἀνερευνᾷ, idque minime reiecerim) μέχρι φωράσῃ, ἢ καὶ μύσαι, οὗ ἂν τινὸς προσάψηται, (quo simili modo *Suidas* in *Χυτρίνδα* dixit, ἕως ἂν ἐφάψηται τινὸς) ἢ ἐάν τις προσδείξῃ μαντευόμενος λέγει, ἔστ' ἂν τύχῃ, aut forsitan mavelis ἕως ἂν τύχῃ. Scilicet in istis plura myïndae genera delineat *Auctor* noster, quae singula ut melius atque expeditius intelligas, Latina adponere in animum induxi: *Myïndam quod attinet, seu clausis quis oculis clamitat, Cave, et si quem subterfugientium ceperit, confestim suo loco oculos claudere cogit; seu connivere solet aliquis, et quaerere latitantes, donec invenerit; seu etiam oculos occludere, atque aliquem conari prehendere, usque dum tetigerit; aut si quis in eum, qui clausis est oculis, digitum intenderit, divinando quendam de colludentium grege nominat, si forsitan, quis ille fuerit, adsequatur coniectans;* tum ille nempe in eius succedebat locum. ita constitutis *Onomasticographi* verbis, sensus est planus atque facilis. adiutabunt eruditi operam nostram, et si forte emendabunt. Sed de isto προσδεικνύναι monendum restat, quod ego reddidi *digitum intendere*, commode, ni fallor. simile ludendi genus hac etiam tempestate viget. dixit aliquis, nec enim scriptoris succurrit nomen, quendam de vili plebe δακτύλῳ Δημοσθένην προσδεικνύναι, quod *Plinius* eleganter ita expressit: *An si Demosthenes iure laetatus est, quod illum anus Attica ita demonstravit*, οὗτός ἐστι Δημοσθένης etc. Porro ab hoc ludendi genere petito more Romani milites *Christum* percutientes, dicebant, προφήτευσον ἡμῖν Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, ut commemoratur a *Matthaeo* c. XXVI. et *Marco* cap. XIV. unde itaque in extremis *Pollucis* nostri verbis hoc etiam modo legere licet: μαντευόμενος λέγει, ὅς ἐστὶν, ἂν τύχῃ, *divinando dicit, qui sit, si forte coniectet.* [In constituendo *Pollucis* de Myinda loco non invitis Musis me esse versatum opinor. operae tamen pretium feret eruditus Lector, si cognoverit, quae noster *Berglerus*, literarum Graecarum scientissimus, me-

cum communicavit. sic enim ille ad me de his Onomasticographi verbis: *Ego locum illum* IX, 113. *in nova hac editione feliciter restitutum iudico, omniaque in illo plana esse, si recte capiantur, volo ostendere. tantum σαφηνείας gratia ita distinguo:* Ἡ δὲ μυΐνδα ἤτοι καταμύων τις Φυλάττου βοᾷ, καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφευγόντων λάβῃ, αὐτίκα ἀντικαταμύειν ἀναγκάζει, ἢ μύσαντος κρυφθέντας ἀνερευνᾷ, μέχρι φωράσῃ· ἢ καὶ μύσας οὗ ἂν τις προσάψηται, ἢ ἐάν τις προσδείξῃ, μαντευόμενος λέγει, ἔστ' ἂν τύχῃ. *Haec ego ita accipio et interpretor. Myinda (coecitudium) vero (est, in qua) aut oculos quis claudens Cave clamat; quemve fugientium prehenderit, sui loco confestim clausis esse oculis cogit; aut eos, qui sese, dum ipse visum sibi obstruebat, commodum occultaverant, tamdiu investigat, quoad deprehenderit; aut visum sibi quis obstruens, quem tetigerit, sive etiam ariolans digito monstraverit, indicat (nominat) usque dum in eum incidat, (eum coniiciat) nominando scil. illum ipsum, quem tetigerat, vel digito monstraverat. Non inepte tamen legas:* κρυφθέντας ἂν ἐρευνᾷ. *De genitivo absol. sine* αὐτοῦ *vid. segm.* 117. 118. *Ex Addendis.*]

φυλάττεται βοῶν] Pro φυλάττεται βοῶν C. A. βοᾶν. C. V. φυλάττου βοᾷ, *quidam oculis connivens clamat, cave tibi!* quae lectio vera est sine dubio. vulgatae lectioni fieri posset medela legendo φυλάττεσθε, βοᾷ, *cavete! clamat. Salmas.* leg. βοάν. Kuehn.

φυλάττεται βοῶν] MS. καταμυῶν τις φυλάττου βοαί· optime nobis lusus illius morem servavit. legendum enim certo scio: καταμύων τις, φυλάττου, βοᾷ etc. Ille enim qui clausis oculis esse cogitur clamat, *Cave*, in isto lusu, postquam oculos concluserit, ut reliqui sciant sibi cavendum esse, ne quem capiat. *Etymologicon Magnum:* Δραπετίνδα, ὄνομα παιδιᾶς· ἔστι δὲ τῆς μυΐνδα καλουμένης τρόπος· εἴρηται δὲ παρὰ τό· τῶν παίδων ὁ μέν τις μύει τοὺς ὀφθαλμοὺς βοῶν, Τηροῦ, φυλάττου· οἱ δὲ ἄλλοι, φεύγουσι, φυλασσόμενοι τοῦ ἀγρευθῆναι. Iung.

καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφ.] C. V. καὶ ὧν ἂν etc. C. A. καὶ ὃν ἂν ὑπὸ τῶν φευγόντων. vulgatae nondum me poenitet, quamvis *Salm.* etiam ex suo V. C. ὑπὸ τῶν φ. adnotet, et legat inde ἀπὸ τῶν φ. Kuehn.

καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφ.] MS. καὶ ὧν ἂν etc. Iung.

αὐτίκα καταμύειν ἀναγκάζει] C. A. ταμύειν ἀναγκάζει· vitiose. C. V. ἀναγκάζῃ ἢ καὶ μύσας, οὗ ἂν τις προσάψηται etc. *Salm.* ἀντικαταμύειν. Kuehn.

αὐτίκα καταμύειν ἀναγκάζει] Pro αὐτίκα καταμύειν noster MS. longe elegantius ἀντικαταμύειν habet. qua lectione nil

verius. quem ille *καταμύσας* comprehenderit, hunc cogit pro se iam *ἀντικαταμύειν*, vel vicissim *καταμύειν*, ipse iam liber ab hac functione ludicra, et inter *ὑποφεύγοντας*. Iung.

ἀνευρῆσαι] Expunge hoc verbum, ac rescribe vel *ἀνευρεῖν*, quod in prior. edition. vel *ἐρευνῆσαι*· quod in MS. Ex utroque enim istud *ἀνευρῆσαι* nescio quo nostro infortunio ita depravatum modo irrepsit. Seb.

ἀνευρῆσαι] C. A. *ἐρευνῆσαι μέχρι φωράσαι, ἢ ἐάν τις προσδείξῃ, μαντευόμενος λέγει ἔστ' ἂν τύχῃ. Hesychius ἐπιτύχῃ.* locum partim corruptum, partim turbatum esse nemo non viderit. restituerem eum sibi hunc in modum: *ἢ καὶ μύσας, οὗ ἄν τις κρυφθέντων ἢ ἀνερέυνήσει* (*Salm. ἀνερευνῆσαι* et *φωράσαι*, et ista delet, *ἢ καὶ μύσας ἄν τις προσάψηται*·) *μέχρι φωράσῃ, ἢ προσάψηται, ἢ ἐάν τις προδείξῃ, μαντευόμενος λ. ἔστ' ἂν ἐπιτύχῃ· aut si quis clausis oculis ubi quis occultetur, scrutabitur, donec deprehenderit, aut contigerit aliquem, aut si quis praemonstret* (oculis scilicet conniventibus) *divinat tamdiu, donec coniecerit.* ultimum modum ludendi *μυΐνδαν Hesychius* etiam explicat his verbis: *Μυΐνδα, παιδιά τις οὕτω καλουμένη ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος· καταμύων γάρ τις τὸ ἐρωτώμενον ἀποφαίνεται σχεδιάζων, ἕως ἂν ἐπιτύχῃ· ἐὰν δὲ ἁμαρτὼν ἀναβλέψῃ, πάλιν καταμύει. Salm.* leg. *ἢ ἐάν τις προσδείξει μ. λ. ἔστ' ἂν τ. προδείκνυμι* est, manu clausum ostendo alteri, qui clausis oculis divinat, quid vel quale vel quantum sit quod occultatur. Kuehn.

ἀνευρῆσαι] MS. *κρυφθέντας ἀνερευνᾷ μέχρι* etc. Et antea vulgati sane etiam *κρυφθέντας*, sed pro altero *ἀνευρεῖν* habebat. In MS. suo legi *ἐρευνῆσαι* indicat *Seberus* noster. Sed nostra lectio certe reponenda est, indicativa oratione, ut alia hic, non infinita. Turbat tamen adhuc illud *μύσαντος*, et pro eo libens facerem *μύσας τούς*. Sed nolim tamen quid temere, non favente MS. liceatque forte exponere, *ἢ μύσαντος*, id est, *ἐν τῷ αὐτὸν μύσαι, dum ille conniveret*, reliquos interim occultantes sese deinde quaerit. Iung.

μύσας ἄν τις] MS. *μύσας οὗ ἄν τ. πρ.* nec videtur illud *οὗ* in vulgatis bene desiderari. Iung.

προδείξῃ μαντ. ἔστ' ἂν τύχῃ] MS. *προσδείξῃ μαντ. λέγει ἔστ' ἂν τ.* Seb.

προδείξῃ μαντ. ἔστ' ἂν τύχῃ] MS. noster *προσδείξῃ μαντευόμενος λέγει ἔστ'* etc. sed quid est *προσδείξῃ?* Ego me non intelligere fateor lubens, ut nec vulgatum *προδείξῃ*. Et mihi videtur valde verisimile legendum esse *προσθίξῃ*, quod cum praecedenti *προσάψηται* idem fuerit. quum quis tetigerit, divinando dicit, donec eum, qui fecerit, nominaverit ipsum.

Iam totum hunc locum ut legendus videtur adscribere placet: ἡ δὲ μυΐνδα, ἤτοι καταμύων τις, φυλάττου, βοᾷ, καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφευγόντων λάβῃ, ἀντικαταμύειν ἀναγκάζει· ἢ μύσαντος (an μύσας τοὺς, ut dixi?) ἂν κρυφθέντας ἀνερευνᾷ, μέχρι φωράσῃ, ἢ καὶ μύσας (οὗ) ἄν τις προσάψηται· ἢ ἐάν τις προσθίξῃ, μαντευόμενος λέγει, ἔστ' ἂν τύχῃ. Ita habes tres formas myindae. In posterioribus tamen distinguendis nondum sum certus, an forte rectius: φωράσῃ· ἢ καὶ μύσας, οὗ ἄν τις προσάψηται, ἢ ἐάν τις προσθίξῃ, μ. etc. Sed quid in ludicris moramur? Iungerm.

ἡ δὲ χυτρίνδα] C. A. περὶ χυτρίνδας. vid. *Hesych.* h. v. et *Suid.* etc. Kuehn.

ἡ δὲ χυτρίνδα] MS. ἡ δὲ χυντρίδα. male. Et hoc ad Belgicos lusus transfert *Iunius Nomencl. Hesychiana* sunt: Χυτρίνδα, παιδιᾶς εἶδος τοιαύτας· (scribe τοιαύτης) καθέζεταί τις ἐν μέσῳ, εἶτα κύκλῳ περιτρέχοντες οἱ παῖδες περὶ τὸν καθεζόμενον, ποιοῦσιν αὐτὸν περιστρέφεσθαι, ἕως ἅψηταί τινος τύπτοντος αὐτόν· εἶτα καθέζεται ὁ ληφθείς. Iung.

περικνίζουσι] C. A. ἤδὲ περικλώζουσιν, *vel eum explosione et sibilo circumeunt, circumsibilant*, quae lectio non spernenda. C. V. simpliciter κνίζουσι, quod iam praecedenti τίλλειν inest. Kuehn.

περικνίζουσι] MS. κνίζουσιν simpliciter, pro vulgato composito. et placeat ut praecedens τίλλουσιν et sequens παίουσιν. Iung.

περιστρεφομένου] C. A. et *Salmas.* στρεφομένου. *Hesych.* ποιοῦσιν αὐτὸν περιστρέφεσθαι. Kuehn.

ληφθεὶς] E MS. prior. edit. λυφθ. vid. *Hesych.* qui brevior. Seb.

ληφθεὶς] ληφθεὶς etiam noster MS. habet. Iung.

114.

τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ κυκλῶν] MS. τῇ λ. περιθέων ἐν κύκλῳ· οἱ δέ. Seb.

τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ κυκλῶν] Abest a C. A. dein una cum C. V. τῇ λαιᾷ περιθέων ἐν κύκλῳ. videtur post λαιᾷ interpungendum, et dein legi debere, οἱ δὲ περιθέοντες ἐν κύκλῳ. *Salmas.* leg. etiam περιθέων ἐν κ. Kuehn.

τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ κυκλῶν] MS. plenior: λαιᾷ περιθέων ἐν κύκλῳ· οἱ δὲ etc. quo pacto quum et *Seberi* MS. habeat, videtur locus vulgo mutilus, et supplendus ideo. nam ait et mox περιέρχεται. Iung.

τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ κυκλῶν] Supplevimus hic e MSS. quae deerant vulgo. *Kuehnius* autem, dum restituit, *οἱ δὲ περιθέοντες ἐν κύκλῳ* etc. non recte cepisse ludi formam videtur. qui scilicet ad ollam erat, caput eius laeva manu prehensum tenebat, eamque circumcursitabat, donec ludentium aliquem tetigisset: is est eximius Manuscriptae lectionis sensus. Quae sequuntur, alio legi modo in MSS. Commentatores adnotant, sed corrupta pariter, et a *Kuehnio* invita quoque *Minerva* tentata. nos tamen non dubitamus, quin MSS. scripturam ita vere liceat emaculare: *τίς τὴν χύτραν; κᾀκεῖνος ἀποκρίνεται, ἀναζητεῖ· ἤ, τίς περὶ χύτραν; κᾀκεῖνος ἀποκρίνεται, ἐγὼ Μίδας· quis ille, qui ollam?* (scilicet *κατέχει, tenet*) *respondet ille, require sis. aut, quis est circa ollam? tum iterum ille: Ego Midas*, quae, puto, sunt liquida. non tamen in textum retuli, quod non iisdem sic in MSS. literis legatur. Mox *Kuehnius* in textu *οὗ*. bene. In ceteris MSS. lectioni non cedit vulgata.

παίουσιν] *Ille capite sustinet ollam sinistraque, alii vero circumcursitantes verberant illum, simulque interrogant etc.* Kuehn.

κᾀκ. ἀποκρίνεται, ἐγὼ Μίδας.] C. V. *ἀποκρίνεται· ἀναζεῖ· ἤτις περὶ χύτραν, κᾀκεῖνος ἀποκρίνεται, ἐγὼ Μίδας.* quae confusa ita in ordinem redigerem: *ἀναζητοῦντες τίς περὶ χύτραν; κᾀκεῖνος* etc. *Salmas. ἐγὼ Μίνδας.* Kuehn.

κᾀκ. ἀποκρίνεται, ἐγὼ Μίδας.] MS. noster tota linea auctior: *κᾀκεῖνος ἀποκρίνεται, ἀναζεῖ· ἤ, τίς περὶ χύτραν· κᾀκεῖνος ἀποκρίνεται, ἐγὼ Μίδας· οὗ δ' ἂν* etc. nec videntur repetita falso, et errore quodam. Si *Cratetis Παιδιὰν*, ex qua forte haec talia *Noster* bonam partem hausit, ut mox innuere videtur, nobis reliquisset invidiosa vetustas, vel *τὸν τὰ περὶ τῆς Ἑλλήνων παιδιᾶς γράψαντα*, *Eustathio* laudatum, haberemus, de eiusmodi iudicium facere in promptu esset. Nunc quoniam multa eiusmodi generis in solo *Polluce* supersunt, hic in tenebris saepius micare cogimur, ludentes nimirum in capite ludicro. *οὗ* vero pro *ᾧ* vulgato omnino repone sis quoque: *οὗ*, id est, *οὗ τινός*. Iung.

ᾧ δ' ἂν τύχῃ] Legendum *οὗ δ' ἂν τύχῃ* etc. et ita *Salm.* Kuehn.

περὶ τὴν χύτρ. περιέρχ.] C. A. *παρὰ τὴν χύτραν περιέρχεται.* malim *ἔρχεται*, *ille ad ollam venit, vel ollam subit capite.* Kuehn.

περὶ τὴν χύτραν περιέρχεται] Ita recte Codices editi: *Kuehnius* in libri sui margine: *f. ἐπὶ τὴν χύτραν παρέρχεται.*

sed frustra. non scilicet intellexit homo doctissimus ludi rationem, ut a nobis observatum.

ἡ δὲ φρυγίνδα] C. A. περὶ φρυγίνδας. *Hesych.* h. v. παιδιᾶς εἶδος διὰ κυάμων. KUEHN.

ἡ δὲ φρυγίνδα] Sequitur φρυγίνδα. eam *Turnebus* XXVII. Advers. 33. in Codice *Iustinianeo* reponens, ita interpretatur hic, *ludus, quo testulis levibus et politis inter manus sinistrae digitos positis, dextra numerose testulas pulsabant. Hesychius* et fabas in eum lusum venisse indicat: Φρυγίνδα, παιδιᾶς εἶδος διὰ κυάμων. An inde nomen? φρυκτοὶ enim *fabae.* vid. *Suid.* et *Etymol.* in διαφρύκτουν et *Hesychium* in διάφρυκτος. IUNG.

τῶν λείων] ὄστρακα τῶν λείων, *testas leves,* non *contritas,* ut *Interpr.* KUEHN.

τῶν λείων] MS. λειῶν. dixit vero ὄστρακα τῶν λείων, ut segm. 119. ὄστρακον τῶν θαλαττίων. IUNG.

διαθέντες] C. A. διατιθέντες. KUEHN.

* ἐπικρούουσι] Tolle asteriscum ante ἐπικρούουσι. id enim et MS. habet et Edit. *Florentina*: nam quod ἐπιχρούουσι in *Basil.* legebatur, vitio operarum contigit, ut σφαλμάτων recensio ad calcem adiecta docet. IUNG.

κατ' ἀριθμόν.] C. A. una cum V. C. omittit κατ' ἀριθμόν. KUEHN.

κατ' ἀριθμόν.] Desunt in MS. κατ' ἀριθμόν. IUNG.

ἡ δὲ * κινητίνδα] Vid. supra segm. 110. SEB.

ἡ δὲ * κινητίνδα] C. A. κινητρίνδα cum titulo περὶ κινητρίνδρας. at C. V. bis κυνητίνδα, quod convenit cum κυνεῖν, *osculari*: ita enim legendum esse patet ex C. V. ubi est ἀπὸ τοῦ κύνειν. eadem affert e C. V. *Salmas.* in Notis. KUEHN.

ἡ δὲ * κινητίνδα] Sequitur Cynetinda: κινητίνδα, ut vulgatum est, et mox, κινεῖν. Sed *H. Stephanus* in suo Codice, ἴσως κυνητίνδα, adscripsit, et mox: ἴσως κυνεῖν, *ut in Thesauro dixi.* Alterum probo, quum etiam MS. noster κύνειν habeat: non et prius. nam emendandum et hic est: ἡ δὲ κυνιτίνδα ἀπὸ τοῦ κυνεῖν etc. quamvis enim et MS. noster illud κυνητίνδα expresse hic ita habeat, tamen κυνιτίνδα mox legendum probabo ex versu *Comici Cratetis*; et segm. 110. κυνιτίνδα MS. nostrum habuisse indicavi. IUNG.

ἡ δὲ * κυνητίνδα, ἀπὸ τοῦ * κινεῖν] Eiectis quae in *Seberi* erant editione, stellulis in textu a me repositum est κυνητίνδα et κυνεῖν, quod et ita dederat ad Codicis sui oram Eruditiss. *Kuehnius.* Κυνητίνδα nimirum, ut mox ἀκινητίνδα, non κυνιτίνδα, quod maluit *Iungermannus* noster, scriben-

dum est. versiculi *Cratetis*, quorum modulo nitebatur hanc probare scripturam *Iungermannus*, alio possent atque alio modo digeri, ut hac quidem a parte isti lectioni non sit subsidium: quin etiam pependerit forsitan ille scribendi modus a moduli necessitate. Mox *ἧπερ* pro vulgato *ὅπερ* placuit magis. in *Timaeo Platonis*: *ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας καθορᾷ*. quae *Chalcidius* interpretatur: *atque ut mens idearum genera contemplatur*.

ὠνόμασται] Non est in C. A. Kuehn.

ὅπερ ὑποδηλοῦν] Pro *ὅπερ* C. A. *ὅθεν*, quod nolim. Kuehn.

ὅπερ ὑποδηλοῦν] MS. *ἧπερ ὑποδηλοῦν* etc. male antea vulgati *ὑπερυποδηλοῦν*. quod vitiosum adnotaverat et *Schottus* noster, forte *ὅπερ ὑποδηλοῦν* scribendum indicans, ut *Seberus* noster edidit. Sed bene et MS. noster, *ᾗπερ ὑποδ.* *ᾗπερ* pro *sicut*, ut alicubi supra quoque adnotasse memini. Iungerm.

Κράτης ἐν Παιδιαῖς] C. A. *ἐν παιδιᾷ*. *Athenaeo* laudantur *Cratetis Παιδιαὶ* libr. XI. cap. 8. Kuehn.

Κράτης ἐν Παιδιαῖς] *Crates ἐν Παιδιαῖς*, ita enim recte *Dalechampium* pro *παιδείαις* legere ait *Casaubonus* noster XI. *Athen.* 8. apud *Athenaeum* lib. XI. laudatur. Noster tamen MS. hic singulari habet, *Κράτης ἐν παιδιᾷ*, ita ut parvulum *ἰῶτα τῷ* alpha adscribatur. Iung.

115.

εἴρηκεν οὗτος] MS. alio ordine: *οὗτος εἴρηκεν*. Iung.

φησὶ δ' οὖν etc.] Absunt haec verba a C A. et *Salmas.* usque ad *φίλους*. post *φησὶ δ' οὖν παίζειν* interpungerem, versibus ita constitutis:

ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖσι τὴν κυνητίνδα,
ὥσπερ εἰκὸς τοὺς καλοὺς φίλους. —

Ait igitur ludere se

in virilibus choris τὴν κυνητίνδα,
ut decet bonos amicos. — Kuehn.

φησὶ δ' οὖν etc.] *Meursius* etiam *Cratetem* in *Παιδιαῖς* hinc laudat, scribitque *κυνητίνδα* et *κυνεῖν*, ut nos reposuimus in textu. neque aliter emendat in libello de Ludis Graecorum, ubi cum exponat, eum forte lusum esse, quo pueros auribus prehensis, et vicissim aures apprehendere iussos, osculabantur, doctissimum virum aberrare veritate puto; nam id ludi genus non erat, sed osculi quidam modus, quod pueris pangebant. haec autem *κυνητίνδα*, cum in ludis pue-

rilibus recenseatur, inter ipsos exercita pueros ludendi forma fuit. *Comici* versum neo *Meursius*, neo quisquam alius attigit, rei difficultate omnes absterriti. nos illam lectionem textui reddidimus quam *Palatinus* Codex suggessit. de femina, quae petulantem agebat atque lascivam vitam, sermonem esse puto, quaeque adeo cynaetindam inter iuvenes ludere gestiebat, ut desideratis eorum osculis potiretur. neque cuivis etiam oscula pepigisse, sed formosioribus saltem volebat. ista dum ad animum meum attentius revoco, succurrit si forte an *Crates* nobiliorum atque potentiorum civium vitam atque res gestas hac fabula perstrinxerit, et cuique lusum, quem luderent, adsignaverit, qui factis eorum delineandis esset aptissimus. Porro pensitare te velim, num etiam *Κρατῖνος* vitio sit positus in *Etymologo* voce *Ἐφετίνδα* pro *Κράτης*, siquidem et alibi utriusque nomina confusa noverim. Iam notare lubet, ut fuerit ante nos lectum: *κυνητίνδα* nimirum et *τοὺς καλοὺς φίλους*, quod posterius est ineptum. etenim hic etiam in illa restituta nobis lectione commode sic scribas: *τοὺς καλοὺς φιλοῦσάν γε.* quod mihi profecto, siquidem veteri scriptura non abludat, summo opere arrisit. intelliges autem *ἀνδρικοὺς χοροὺς* de virorum consortiis, ut et alibi saepius id nominis usurpatur.

παίζειν ἐν ἀνδρ.] MS. *παίζειν δὲν ἀνδρ. χοροῖς τὴν κυνητίνδαν.* unde iterum ludi nomen restitue vulgatum. Iung.

τοὺς καλοὺς φίλους.] MS. *καλοὺς φιλοῦσα δέ· ἡ δὲ ἀκ.* etc. quae egregie MS. nobis conservavit ad hunc lusum, qui *ἀπὸ τοῦ φιλεῖν* nomen reportavit. Verba vero *Comici* ipsa *Pollucem* attulisse noster MS. nobis iam indicio facile esse potest. quae ita videntur concipienda: *φησὶ δ' οὖν*, ait *Pollux*,

— *παίζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖς*
τὴν κυνιτίνδαν, ὥσπερ εἰκός, τοὺς καλοὺς
φιλοῦσα δέ. —

Elegans locus, quem non dubito ita rescribere. Inde vero ex syllabae modulo patet *κυνιτίνδα* huius ludi nomen vere scribi quoque, ut iam iussi aliquoties, hic vero me dixi probaturum. supra segm. 110. etiam MS. *κυνιτρίνδα*, una litera superfluente. Iung.

ἡ δὲ ἀκινητίνδα] Abest a C. A. usque ad *εἶχεν.* titulus nihilominus est: *Περὶ ἀκινητίνδας καὶ σχοινοφιλίνδας.* Kuehn.

ἡ δ' ἀκινητίνδα] In MS. *ἡ δὲ ἀκινητίνδα*, etc. quo pacto et *H. Stephanus* in suo Codice emendaverat, quum antea male legeretur, *ἀκινιτίνδα*. Iung.

ἄμιλλαν τοῦ ἀκινητεὶ etc.] E MS. ubi tamen *ἀκινητί.* prior. edit. *ἄμιλλα ἄν, τοῦ.* SEB.

ἄμιλλαν τοῦ ἀκινητεὶ etc.] *Salmas.* C. *ἄμιλλαν τοῦ ἀκινητίμενον εἶχε.* KUEHN.

ἄμιλλαν τοῦ ἀκινητεὶ etc.] MS. *ἄμιλλαν τοῦ ἀκινητὶ μ. ε.* et totam lectionem MS. possumus secure, credo, recipere. IUNGERM.

ἀμ. τοῦ ἀκινητεὶ μένειν etc.] *ἀκινητεὶ* dicas seu *ἀκινητὶ* non interest quicquam. sic et *ἀκηρυκτεὶ* dicitur et *ἀκηρυκτί*, quod posterius non est rationis cur praeferas vulgatae lectioni VIII, 139. ut tum ibi notaveram; nam et alterum est in *Thucydide* fine libri primi et initio secundi, et ad utrumque locum *Scholiastes* adeundus. hoc obiter. In hoc itaque ludo qui diutissime stetisset, victor abibat.

ἡ δὲ σχοινοφιλίνδα] Quid si legendum, *σχοινοβολίνδα ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸ σχοινίον·* circulum faciunt considentes, *εἷς δὲ σχοινίον ἔχων* etc. ita C. A. sed C. V. *κάθηται κύκλως* (leg. *κύκλος*) *εἷς δὲ σχοινίον ἔχων* etc. dein legerem pro *παρ' αὐτῷ*, *παρά τῳ τίθησι*, *apud aliquem deponit clanculum, qui si hoc ignoravit, in orbem currit vapulatque, sin senserit (deponit apud se laqueum) deponentem agit in gyrum verberibus.* Ex hac descriptione suspicari subit, scribendum *σχοινοφηλίνδα* a *φηλόω decipio* et *σχοῖνος funis*; fit enim ludus ille funis clam depositi deceptione. KUEHN.

ἡ δὲ σχοινοφιλίνδα] Sequitur *schoinophilinda*, de qua *H. Iunius Nomencl.* quoque hinc agit. noster MS. *σχοινοφολίνδα* habet, quemadmodum habuisse et supra segm. 110. dixi. antea tamen segm. 4. *σχοινοφιλίνδα* habebat quoque. IUNGERM.

σχοῖνον] MS. *σχοινίον.* SEB.

σχοῖνον] MS. *σχοινίον*, sicut et *Seberi*, pro vulgato *σχοῖνον.* IUNG.

σχοῖνον] *Kuehnius* ad oram sui Codicis *σχοινίον*, eumque nos sequuti sumus. post adnotaverat idem quoque pro *παρ' αὐτῷ* forte legendum *παρά τῳ*, quo de deliberet eruditus lector. Paulo post *θέοντα* male fuit vulgo pro *θέντα*, quod cum *Kuehnio* restitui.

τὸν θέοντα] MS. *τὸν θέντα, τ.* SEB.

τὸν θέοντα] *Interpr. currentem.* MSS. melius, *τὸν θέντα*, *eum, qui posuit, circumagit in orbem verberibus:* nec aliter *Salmas.* KUEHN.

τὸν θέοντα] MS. noster, ut *Seberi*, *θέοντα*, non *θέοντα* et illud scilicet reponendum est. praecessit enim *τίθησι*. Iungerm.

116.

ἡ δὲ σκαπέρδα] *Hesych.* *σκάπερδα* vise. Seb.

ἡ δὲ σκαπέρδα] C. A. *περὶ σκαπέρδας*· vid. *Hesych.* in quo defectus apparet h. v. qui tamen ex *Nostro* facile suppleri poterit. Kuehn.

ἡ δὲ σκαπέρδα] Sequitur *scaperda*, de qua *Pollucis* locum exponit etiam *Erasmus* Adagio, *Scaperdam trahere*. Et de hoc ludo vero *Eustathii* verba ad *Ἰλ. ρ.* adscribere placet, ubi eum speciem *Helcystindae* facit: *ἡ ἑλκυστίνδα λεγομένη παιδιά· ἧς μέρος, καὶ τὸ σκαπέρδαν ἕλκειν· ὅπερ τοιοῦτόν φασιν ἦν· δοκὸς ἀνδρομήκης ἵστατο τετρημένη κατὰ μέσον· διήρτητο δὲ δι' αὐτῆς σχοινίον τι, οὗ ἑκατέρωθεν ἐξημμένοι δύο νεανίσκοι ἀνθεῖλκον, ἐντρέψαντες ἀλλήλοις τὰ νῶτα· ὁ δὲ βιασάμενος καὶ προαγαγὼν αὐτὸ τῆς δοκοῦ, ἐνίκα τὸν ἕτερον· ἐκ τούτου δὲ καὶ τὰ δυσχερῆ πάντα σκαπέρδαν ἔλεγον παροιμιακῶς, διὰ τὸ ἐπίπονον τῆς ὁλκῆς καὶ ἀνθολκῆς*. Iung.

δοκὸν] *Hesych.* et *Eustath.* addunt *ἀνδρομήκη*, *virilis staturae modum aequantem*. Kuehn.

διήρηται] C. V. *δίηρται*. C. A. *διήρται*. *Hesych.* habet vulgatum *Nostri*. leg. *διῆρται*, *per foramen insertus est funis vel traiectus*. *Salmas.* *διήρτηται*. Kuehn.

διήρηται] MS. *διῆρται*· et ita potius scribendum puto, *traiectus est funiculus*. Apud *Hesych.* in *σκαπέρδα* est, *ἡ διήρηται διὰ σχοινίον*· sed et hic forte legendum: *ἡ* (*δοκὸς*) *διῆρται διὰ σχοινίου*. Iung.

διήρηται] Atqui rei, quam agit *Pollux*, convenit aptius *διῆρται*. quod itaque de MSS. in *Polluceum* textum restitui. in *Eustathio* est *διήρτηται*, quomodo et in *Hesychio* legit *Meursius*. meminit etiam *σκαπέρδας Mercurialis*, inque Latinum sermonem transfudit haec *Pollucea*, quae itaque describere lubet: *Funambulis non admodum dissimile fuit genus id ludi, quod apud* Hesychium *et* Pollucem *σκαπάρδα* (*σκαπέρδα*) *vocatum invenitur; in eo enim trabs solo depacta erigebatur, in cuius summo foramen erat, per quod funis traiiciebatur ex una parte funiculi, alter aversus circum ligabatur, alter ab altera trahebat, sique trahens socium, usque ad summum traxerat, protinus victor denunciabatur; sin alter resistens minime se trahi sinebat, penes ipsum victoria iudicabatur.* Dein *δίδεται* fuit vulgo; sic et *Eustathius*. praetuli tamen cum *Kuehnio* reponi in textu *ἐνδέδεται*, eidem-

que doctissimo viro placuit ἀπεστραμμένος pro ἀπεστραμμένως suo merito. Paululum inferius ἀνέλκουσι fuit vulgo. optime MSS. ἀνθέλκουσι· cetera recta sunt et in editis.

εἴς δέδεται] C. A. ἐνδέδεται. C. V. ἐκδέδεται, quod cum Salm. praefero. Kuehn.

εἴς δέδεται] MS. εἴς ἐκδέδεται· et sic scribe. aptius enim compositum hic, ut Eustathius dixit ἐξημμένοι. Iung.

ἀλλ' ἀπεστραμμένως.] MS. ἀλλ' ἂν ἀπ. Seb.

ἀλλ' ἀπεστραμμένως.] C. A. ἀνατετραμμένος. malim vulgatum, si legeretur ἀπεστραμμένος· praecedit enim οὐ βλέπων. Salm. V. C. seq. C. Antw. Kuehn.

ἀλλ' ἀπεστραμμένως.] MS. noster, ἀλλ' ἀπεστραμμένος. et hoc malim, eo casu, quo praecedens βλέπων. Iung.

ἑλκύσας] *Qui vero alterum tanto nisu attrahit, ut summae eum trabi admoveat, victor est.* Kuehn.

προσαγαγεῖν] Quae sequuntur non extant in C. A. nec in Salmasiano hinc usque βαλεῖν segm. seq. Kuehn.

ἔσθ' ὅτε μὲν τινες καὶ νῶτα πρ.] C. V. ἐσθ' ὅτε μέντοι καὶ τὰ νῶτα τινες προσθέντες ἀλλήλοις ἀνθέλκουσιν ἐνὶ etc. *est etiam ubi terga sibi obvertentes contra tendunt etc.* Eustathius scaperdam ait speciem esse ἑλκυστίνδης. Hesych. lusum esse in Bacchanalibus usitatum notat. vid. Paroemiographos in proverbio, σκαπέρδαν ἕλκειν. Kuehn.

ἔσθ' ὅτε μὲν τινες καὶ νῶτα πρ.] MS. ἔσθ' ὅτε μέντοι καὶ τὰ νῶτα τινὲς προσθέντες ἀλλήλοις ἀνθέλκουσιν· quae lectio melior vulgata est; hercle illud ἀνθέλκουσιν hic debes reponere. quo verbo et Eustathius supra usus. lusus enim hic ἐκ τῆς ὁλκῆς καὶ ἀνθολκῆς constabat. Iung.

117.

ἡ δὲ ἀφεντίνδα, etc.] C. V. ἐφεντίνδα, nec aliter Hesych. h. v. sed describit, ut σφεννίδα. Kuehn.

ἡ δὲ ἀφεντίνδα, etc.] MS. ἡ δὲ ἐφεντίνδα, ὡς ἂ. ἐ. ὄστρακον ἐφέντα εἰς κύκλον etc. Et sane ἐφεντίνδα etiam supra segm. 110. in vulgatis est. An itaque cum MS. ἐφεντίνδα et ἐφέντα reponimus? Alias ἐφετίνδα apud Hesych. et Eustath. ad Ὀδυσσ. θ. ludus pilae est, idem cum φεννίνδα supra, illaque πεποίηται παρὰ τὸ φενακίζειν, ait Hesych. ut et Eustathius innuit. mira nominis ratione, et tantum non absurda, magis adhuc, quam in φεννίνδα putant viri doctiss. Iung.

ἡ δὲ ἀφεντίνδα] In his ego restituendis morem gerendum duxi MSS. lectioni, ex quibus ergo in textum retuli ἐφεντίνδα et ἐφέντα· ἐφετίνδα nihil ad hunc rhombum, siquidem lusus sit pilaris; ἐφεντίνδα vero non pila, sed testulis

in orbem iactis peragebatur. dissimilis non fuit ὤμιλλα, qua de superius.

ἀφέντα] C. V. ἐφέντα, vulgatam lectionem praetulerim ego quidem. Kuehn.

βληθέντι] E not. *Sylburg*. cuius forsan et quae in Thesauro de hac re admonitio. unde huc transcripta etiam Latina versio. priores editiones κληθέντι. Seb.

βληθέντι] Sic et MS. noster. et *H. Stephano* id antea acceptum referendum est, qui ita in suo Codice, pro vulgato κληθέντι, reposuerat. Iung.

καὶ διὰ τῶν ἀστραγ. ἐπὶ τὸν πλ.] C. V. καὶ ἡ διὰ τ. ἀ. quod melius, ut, ἡ διὰ τῶν κύβων. Kuehn.

καὶ διὰ τῶν ἀστραγ. ἐπὶ τὸν πλ.] MS. καὶ ἡ διὰ τ. ἀστρ. ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀρ. β. Nescio vero cur crucem adposuerit his οὐ μόνον ἡ διὰ etc. *H. Stephanus* in suo Codice; nisi quod post κύβων in anteriori editione punctum erat. Alias aperta haec: πλειστοβολίνδαν enim supra segm. 95. saltem in κυβευτικῇ παιδιᾷ nominaverat. hic ait eam et inter astragalorum lusus fuisse. Sic apud *Hesych.* Πλειστοβάλειν, παίζειν ἀστραγάλοις· ubi forte πλειστοβολεῖν legendum. Videtur vero lectio MS. reponenda pro ἐπὶ τὸν πλ. et ibi forte haesit *H. Stephanus* in ἐπὶ τὸν πλ. Locum *Pollucis* adducit et *Brodaeus Schol.* ad lib. III. *Antholog.* c. 6. ad πλειστοβόλος in carmine *Leonidae*, ubi λαβεῖν, pro βαλεῖν, habet vitio operarum credo. Iung.

ἡ δ' ἀποδιδρασκίνδα] C. A. titulus: περὶ ἀποδιδρασκίνδας. Kuehn.

ἡ δὲ ἀποδιδρασκίνδα] MS. ἡ δ' ἀποδρασκίνδα etc. mendose. supra enim segm. 4. et segm. 110. recte habuit. Iung.

κάθηται] κάθηται abest a C. A. Kuehn.

κάθηται]. In MS. contextu omissum. ad oram alia manu additum est. Iung.

ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τις λαμβ.] C. A. αὐτούς τις ἐπιλαμβάνων. C. V. ὀφθαλμούς τις αὐτοῦ ἐπιλαμβάνει, quod optimum sine dubio. *detinet oculos eius aliquis.* et ita *Salm.* Kuehn.

ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τις λαμβ.] MS. ὀφθ. τὶς αὐτοῦ ἐπιλαμβάνει· οἱ δὲ ἀποδ. bene ἐπιλαμβάνει, et ita emenda. ἐπιλαμβάνειν ὀφθαλμοὺς, *continere*, *obstruere*, quasi manu praetenta. λαμβάνειν vulgatum quid hic sit, non intelligo. illud *Noster* segm. seq. sic quoque ait, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπειλημμένος ὑπ' αὐτοῦ· et segm. 122. ἐπιλαβὼν ταῖν χεροῖν τὼ ὀφθαλμώ· et segm. 129. χερσὶ τὰς ὄψεις ἐπιλάβῃ. Iung.

ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τις λαμβ.] Cum *Kuehnio* nostro hic in textu repositum ἐπιλαμβάνει. Mox fuit editum vulgo ἔργον ἐπῆν· nobis arrisit MSS. lectio ἔργον ἐστὶν, quod itaque in textum reduxi.

διαναστάντος] *Salm.* διαστάντος. Kuehn.

ἔργον ἐπῆν ἑκάστῳ] MS. ἔργον δὲ ἑκάστ. Seb.

ἔργον ἐπῆν ἑκάστῳ] Abest a C. A. et *Salm.* at C. V. ἐστιν ἑκάστῳ εἰς τὸν τόπον τοῦ ἐκείνου φ. C. A. εἰς τὸν τόπον τὸν ἐκείνου· *locum eius occupare.* consentit *Salm.* Kuehn.

ἔργον ἐπῆν ἑκάστῳ] Pro ἐπῆν MS. ἐστιν· et hoc placet, quamvis vulgatum quoque rectum. Iung.

118.

παιδιαὶ αἱ παρεοικυῖαι] MS. παιδίαι αἱ δὲ παρεοικυῖαι etc. scribe: παιδιαὶ αἵδε, παρεοικυῖαι etc. Et alii etiam lusus hi, qui, ut superiores segm. 110. forma inter se consonant. Iung.

παιδιαὶ αἱ παρ.] E Codice *Palatino*, αἵδε, addita particula δὲ, quae aberat vulgo, habes in textu.

λέξεως] *Salm.* λήξεως coniicit. Kuehn.

λέξεως] Quid vero si et hic pro λέξεως legas λήξεως, ut supra segm. 110. aiebat ταυτὸν ἐχουσῶν σχῆμα τῇ καταλήξει τῶν ὀνομάτων. Sed vulgatum, quod et in MS. non facile mutem. nec opus. sic et supra VI, 175. Iung.

ἐποστρακισμὸς] In contextu MS. omissus, alia manu additus est ad oram. male antea hic edebatur ὑποστρακισμὸς, et emendaverat *H. Stephanus* ἐποστρ. quod ita nempe sit in *Eustathio*, et supra segm. seq. Iung.

ἀσκωλιασμός.] *Salm.* ὑπασκωλιασμός. Kuehn.

χαλκισμὸς] C. A. περὶ χαλκισμοῦ συντόνως π. *cum impetu circumagere, et dum circumagitur, admoto digito sistere rectum.* Kuehn.

χαλκισμὸς] Eius et supra mentio facta VII, 105. ubi ex MS. locum restitui, ubi ex *Eustathio* ad Ἰλ. ξ. pluscula attuli. hic et ea addo quae ad Ὀδυσσ. α. ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ χαλκοῦ κυβευτική τις παιδιὰ ἐλέγετο χαλκισμός· ἦν δέ, φασιν, αὕτη ὀρθοῦ νομίσματος περιστροφὴ σύντονος· μεθ' ἣν ἔδει τὸν παίζοντα ἐπέχειν τῷ δακτύλῳ τὸ νόμισμα ὀρθόν· καὶ ἐνίκα ὁ τοῦτο κατορθώσας. Eum lusum *chalcindam* puto *Hesychio* dictum: Χαλκίνδα, ait, τὸ εἰς χαλκὸν κυβεύειν. Ridiculum vero quod scribit *Hostus* libr. I. Rei Numm. cap. 5. in χαλκὸς not. 8. hunc lusum a χαλκίζειν dici χαλκισμὸν apud *Homeri* Interpretem, *unde*, ait, *Pollux repetit lib. IX.* Atqui

Pollux plus mille annis vixit ante *Eustathium*, qui ante quadringentos annos, credo, nondum erat mortuus. Iung.

χαλκισμὸς] *Meursius*, cum hunc describit locum, omittit περιστρέψαντας, tumque περιστρεφόμενον habet. *Kuehnius* ἐπὶ deleverat ad Codicis sui oram in ἐπιστρεφόμενον· neutrum probo, siquidem bene se habeat edita lectio.

παιδιά.] Abest a C. A. *Eustath.* appellat κυβευτικὴν παιδιὰν etc. Kuehn.

Φρύνην τὴν ἑταῖραν.] E MS. priores editiones φρύνιν. Seberus.

Φρύνην τὴν ἑταῖραν.] MS. φασὶν Φρύνην τὴν ἑταίραν, et emenda hoc accentu vulgatum ἑταῖραν, scribeque paroxytone. Iungerm.

ὁ δὲ ἱμαντελιγμὸς, etc.] *Eustath. Iliad.* fol. 968. παιδιᾶς τινος εἶδος, ἤγουν διπλοῦ ἱμάντος σκολιά τις εἴλησις. Seb.

ὁ δὲ ἱμαντελιγμὸς, etc.] C. V. περὶ ἱμαντελιγμοῦ, cuius et *Eustath.* meminit. Kuehn.

ὁ δὲ ἱμαντελιγμὸς, etc.] MS. ὁ δ' ἱμαντ. Verba *Eustathii* de hoc lusu e παρεκβολαῖς ad 'Ιλ. ξ. habes apud *Seberum* nostrum. Iung.

λαβυρινθώδης] *Contortuplicata involutio*, διπλοῦ ἱμάντος σκολιά τις εἴλησις. Kuehn.

περιστροφή] MS. τίς ἐστι ἐπιστροφή· et hoc verum puto in hoc lusu. Iung.

καθέντα] MS. καθιέντα, Seb.

καθέντα] C. V. et *Salm.* καθίεντα. C. A. καθιέντα· recte. Kuehn.

καθέντα] MS. noster, ut *Seberi*, καθιέντα, pro vulgato καθέντα· mox tamen καθεὶς et in MS. Iung.

ἐμπεριειλήπτο δὲ τῷ ἱμάντι] C. V. τῷ ἱμάτων. C. A. ἐμπεριείληπτο τῷ ἱ. δὲ non leg. etiam *Salmas.* Kuehn.

ἐμπεριειλήπτο δὲ τῷ ἱμάντι] MS. ἐμπεριειλ. τῷ ἱμάτιον· sed correctum alia manu τῷ ἱματίῳ. An itaque scribendum, εἰ γὰρ μὴ λυθέντος ἐμπεριείληπτο τῷ ἱματίῳ τὸ παττ. Sed non puto. potius δὲ deleto scribamus, λυθέντος ἐμπεριειλ. τῷ ἱμάντι· ut vulgo est. nisi illa duplici περιειλήσει quasi diffissa et disiecta figeretur paxillus ita, ut transiret τὴν διπλόην, sicque loro comprehenderentur et quasi cingeretur utrinque secus, victum facientem fuisse. Iung.

ἐμπεριειλήπτο δὲ τῷ ἱμάντι] Praeeunte *Kuehnio* deletum est a nobis in textu δέ· neque *Meursius*, ubi hunc adducit locum, de Ludis Graecorum id particulae ponit.. Hic mihi venit in mentem nodi Gordii, qui simili modo forsitan fuit

involutus, similique solvendus. Istius autem *Abderitani Sophi* ἱμαντελικτίας et ἐριδαντέας commemorat etiam *Plutarch.* Symp. I. c. 1. neque aliunde vocis originem ducendam existimem cum eruditissimo *Kuehnio* nostro, quam ab hoc ludo, qui pueris *Abderitanis* forsitan in pretio fuit atque usu frequenti.

ἥττητο] C. V. ἥττετο ὁ βαθεὶς. leg. ἥττητο ὁ καθεὶς. ab hoc ludo denominat *Democritus* homines, qui res valde intricant, ut non facile expediri possint, ἱμαντελικτέας· *Clem.* lib. I. *Stromat.* Kuehn.

ἥττητο] MS. ἡττεῖτο· malim itaque ἡττᾶτο, ut plerumque supra dixit segm. 102. et 108. quamvis ibi etiam MS. vel ἡττῆτο, vel ἥττητο· ut quis etiam possit ἥττητο legere. Jungerm.

119.

ὁ δὲ ἐφεδρισμὸς] C. A. περὶ ἐφεδρισμοῦ. post πόῤῥωθεν interpungendum. Kuehn.

ὁ δὲ ἐφεδρισμὸς, etc.] Alia, non autem penitus dissimilis, εὐμηχανία memoratur a *Maximo Tyrio*, cuius protulisse locum memini ad lib. VII, 189. et quam ibi dedi loci illius emendationem, hinc confirmari puto: αὐτοῦ στοχάζονται σφαίραις ἢ λίθοις. Mox ἕλθῃ pro ἕλθοι de MS.

ἀνατρέψαντα] C. V. ἀναστρέψαντα. vid. *Hesych.* in ἐφεδρίζειν ubi dicit hunc ludum ἐφεδρισμὸν, et cum eo, qui ἐν κοτύλῃ dicebatur, coniungit. Kuehn.

ἕως ἂν] C. A. ὡς ἂν· quod non praefero vulgatae lectioni. Kuehn.

ἔλθοι] MS. ἔλθῃ, pro ἔλθοι. Plura de hoc lusu *Hesychius*, qui tamen eundem putat cum eo, quem *Noster* segm. 122. ἐν κοτύλῃ nominat. *Hesychii* haec sunt: Ἐφέδριζεν, ἰδίσκευεν, ἔπαιζεν. Ἐφεδρίζειν, παίζειν τὴν λεγομένην ἐφεδρισμὸν παιδιὰν, ὅταν περιαγαγὼν τὰς χεῖρας τις κατὰ νώτου, ἐκ τῶν κατόπιν βαστάζῃ τὸν νικήσαντα· ταύτην δὲ τὴν παιδιὰν Ἀττικοὶ ἐν κοτύλῃ λέγουσιν, ἄλλοι δὲ τὴν συναφὴν τῶν χειρῶν παρὰ τὸν κρικίδον. Et Ἐφεδριστῆρας, τοὺς ἐπικαθημένους ἐν τῇ εἰρημένῃ παιδιᾷ· ubi ἐφεδρισμὸν illi dici etiam vides. sed quid est quod ait παρὰ τὸν κρικίδον? an legendum παρὰ τῶν κρικίδων? quod manus vel digiti in modum circi concludendi quasi circulari complexu, ut ille ἐφεδριστὴρ queat insidere, et ingeniculare in illud cavum. et ait idem *Hesychius*, Κρικαδιᾷν, τὸ ἐναλλάξαι τοὺς δακτύλους ὥσπερ κρίβους· ubi *Sylburgius* emendat, ὥσπερ κρίκους. Sed nondum mihi satisfacio: id quod expecto ab aliis. Sane συνα-

φὴν χειρῶν in hoc lusu necessariam fuisse patet ex *Polluce* infra segm. 123. Quid si παρὰ τῶν κοτυλῶν? unde eum ludum dictum infra docebo ad segm. 122. quam coniecturam adprobasse doctiss. *Cameroni* nostro memini. Iung.

δίορος.] δίορος λίθος est *lapis terminalis* ὁ διορίζων τοὺς ὅρους. *Hesych.* Δίορον, διασχάτην, *divisorem.* Kuehn.

ὁ δὲ ἐποστρακισμὸς] Describit hunc ludum *Minuc. Felix* in *Octavio* pag. 8. ubi vid. not. *Io. a Wouweren.* confer autem et *Leopard.* VI, 8. Seb.

ὁ δὲ ἐποστρακισμὸς] Minuc. Felix: *pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare iaculationibus ludere. Is lusus est, testam teretem iactatione fluctuum levigatam legere de litore. eam testam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum atque humilem, quantum potest inrotare, ut illud iaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur, vel summis fluctibus tonsis emicaret, dum assiduo saltu sublevatur. Is se in pueris victorem ferebat, cuius testa et procurreret longius, et frequentius exsiliret.* Seber.

ὁ δὲ ἐποστρακισμὸς] C. A. περὶ ἐποστρακισμοῦ, περὶ κινδαλισμοῦ· coniunctis duobus titulis. *Eustath.* hunc ludum refert ad ὀστρακίνδαν. Kuehn.

ὁ δὲ ἐποστρακισμὸς] Sequitur Epostracismus, de quo *Pollucis* locum etiam profert *Meursius* in *Hypocritico Minutiano*, quem potes videre, praeter alios a *Sebero* nostro laudatos. meminit et *Iunius Nomenclatore.* Iung.

ἐπιπολῆς ἀφιᾶσιν] MS. ἐπὶ πολῆς ἀφιᾶσιν. Iung.

ἐπιδρομῇ.] MSS. ἐπιτροπῇ· vulgatum malim. Kuehn.

ἐπιδρομῇ.] MS. pro ἐπιδρομῇ habet ἐπιτροπῇ. vulgatum tamen malim, ususque eo verbo et *Eustathius* ad Ἰλ. σ. καὶ ὁ ἐποστρακισμός· εἶδος δὲ οὗτος παιδιᾶς, καθ' ἥν, φασιν, ὀστράκια πλατέα ἐκτετριμμένα ὑπὸ θαλάσσης προΐενται κατὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ὑγροῦ, καὶ ἐπιτρέχοντα ἐνίοτε πολλάκις ἕως ἀτονήσαντα δυῶσι κατὰ θαλάσσης, ἡδίστην ποιοῦνται πρόσοψιν· ubi scribe δύωσι, ut etiam apud *Leopardum* VI. Emend. 8. profertur. Iung.

ἐπιδρομῇ] Remanet in textu ἐπιδρομῇ· at hercle non peiorem existimo MSS. lecturam, quae assiduam seu crebram testulae vel lapilli levigati super aqua conversionem designat.

ἁλμάτοιν] C. V. et *Salmas.* αἱμάτων· perperam. Kuehn.

ἁλμάτων] MS. ἁλμάτων. Iung.

120.

ὁ δὲ κινδαλισμὸς] MS. κύνδαλ. etiam mox et segm. 121. *Hesych.* Κυνδάλη, παιδιά τις. Seb.

ὁ δὲ κινδαλισμὸς] C. V. et *Salm.* κυνδαλισμός. Kuehn.

ὁ δὲ κινδαλισμὸς]. MS. ὁ δὲ κυνδάλισμός, ut et *Seberi.* et ita scribendum esse probat *Hesychius,* quem etiam *Seberus* noster adduxit, ipso ordine literarum. Is tamen Cyndalem vocat. Κυνδάλη, ait, παιδιά τις, καὶ οἱ μὲν ὑπομνηματισταὶ κυνδάλας τὰς σκυτάλας ἀπέδοσαν· οἱ δὲ τὰ γεωμετρούμενα σχήματα κακῶς· κυνδάλους γὰρ ἔλεγον τοὺς πασσάλους, καὶ κυνδαλοπαίστην τὸν πασσαλιστήν. Unde corruptissimum locum *Eustathii* emenda, qui ita ad Ἰλ. ε. scribit: ἰστέον δὲ καὶ ὅτι γλῶσσά τις λέγεται κινδάλους λέγειν τοὺς πασσάλους, καὶ κινδαλοπλίτας τοὺς πασσαλίσκους· ὅθεν καὶ παιδιά τις διὰ πασσάλων γινομένη, κινδαλισμὸς ἐλέγετο· ubi corrige sis: λέγ. κυνδάλους λέγειν τ. π. καὶ κυνδαλοπαίστας τοὺς πασσαλίστας· et mox κυνδαλισμός. Vulgatum *Cindalismus* e *Polluce* quoque exposuit *Iunius Nomencl.* et *Erasmus* Adagio *Clavum clavo pellere.* Iung.

ὁ δὲ κινδαλισμὸς] Reponendum MSS. docent κυνδαλισμὸς, quod et ita *Kuehnius* ad oram sui Codicis fecerat. tum κυνδάλους emendaverat idem vir eruditissimus. MSS. ego potius sum sequutus, in quibus κύνδαλα. *Meursius* utramque scripturam adgnoscit, κυνδάλους et κινδάλους, sed male. sic in *Eustathii* itaque loco, unde κινδαλισμὸν adfert, restituendum est, ut habes in textu, cum *Iungermanno* nostro.

πατταλίων] C. A. πατταλίας· vid. *Hesych.* in κυνδάλη. Kuehn.

κινδάλους γὰρ etc.] *Salm.* κυνδάλους τ. π. C. V. κύνδαλα. C. A. κίνδαλα. Kuehn.

κινδάλους γὰρ etc.] MS. κύνδαλα γὰρ τοὺς etc. quasi et neutro plurali dictum fuerit. infra X, 188. in MS. etiam semper κυνδάλους habetur. Iung.

αὐτῷ τινι] MS. αὐτῷ τινι, an forte legendum, ἣν δὲ ἔργον οὐ μόνον αὐτὸ τινὶ κατ. etc. Sane non raro in τῷ et τὸ erratum etiam in MS. adnotavi. Iung.

κατὰ γῆς διύγρου] MS. κατὰ τοῦ διύγρου. Seb.

κατὰ γῆς διύγρου] C. A. et *Salmas.* κατὰ τοῦ διύγρου. C. V. τῆς διύγρου, *in terra uvida defigere.* Kuehn.

κατὰ γῆς διύγρου] MS. noster κατὰ τῆς διύγρου. Iung.

κατὰ γῆς διύγρου] Cum meliores MSS. κατὰ τῆς διύγρου prae se ferant, idque ad Atticismum propinquius accedat, textui restituere non dubitavi, et enim *Pollucem* nostrum flosculis Attici eloquii non raro delectari novimus, quod

etiam praeter hoc firmat emendata nobis in istis sequentibus lectio πλήξαντα κατὰ τὴν κεφαλήν· ubi non bene κατὰ, in editis ante nos afuit, quod tamen omnes adgnoscunt MSS.

τὴν κεφαλὴν] MSS. et *Salm.* κατὰ τὴν κεφαλήν. Kuehn.

τὴν κεφαλὴν] MS. πλήξαντα κατὰ τὴν κεφ. plenius, et ita supplendum videtur. Iung.

ὅθεν καὶ παρ.] MS. ὅθεν καὶ ἡ παρ. Adagium vertit *Erasmus*,

Clavumque clavo, perticamque pertica.

Qui mihi valde insolenter *pertica* videtur usus, ut hunc versum compingeret. Iung.

ἥλῳ τὸν ἧλον, etc.] Proverb. *clavum clavo pellere.* Seb.

ἥλῳ τὸν ἧλον, etc.] Vid. *Vaticanam appendicem proverbiorum Cent. II. Proverbio* 12. et ibi notata *Andreae Schotto.* Kuehn.

Δωριέων] Abest a C. A. C. V. τὸν Δωρ. Kuehn.

κινδαλοπαίκτην] MS. hic et deinceps, item libro decimo, cap. 51. constanter κυνδαλ. similiterque *Hesych.* Seb.

κινδαλοπαίκτην] *Hesych.* κινδυλοπαίστην male. C. V. κυνδαλοπάκτην Dorice. *Salm.* κυνδαλοπαίκτην. Kuehn.

κινδαλοπαίκτην] MS. κυνδαλοπάκτην· sed ι est insertum, et scriptum κυνδαλοπαίκτην, quomodo emenda sis. *Hesychius* κυνδαλοπαίστην vocat, ut etiam apud *Eustathium* reponendum putavi. vulgo antea plane ineptum erat κινδαλοπέκτην, et pro ε etiam ex suo MS. αι γράφεσθαι iubet hic *Schottus.* Iungerm.

κινδαλοπαίκτην] Non aliter et *Meursius*, qui scilicet hanc scripturam rectam putavit. sed MSS. κυνδαλοπάκτην, quod et ita reposuerat in Codicis sui margine *Kuehnius*; bene. *Dorum* id est et *Aeolum* pro κυνδαλοπαίκτης. Sed in *Eustathii* loco, quem attigit emaculare *Iungermannus* noster, *Meursius* etiam κινδαλοπαίστας τοὺς πασσαλιστὰς ponit, a quo cur dissentire velit *Bulengerus* κινδαλοπλήκτας legendo, non est quicquam rationis.

ἐκάλεσαν.] Pro ἐκάλεσαν C. A. φασίν. Kuehn.

121.

ὁ δὲ ἀσκωλιασμὸς] Vide *Bulenger.* libro primo de Theatro cap. 32. Seb.

ὁ δὲ ἀσκωλιασμὸς] MS. ἀσκωλισμὸς mendose. et mox ἀσκωλιάζειν, sed ab alia manu correctum, ut recte *Seberus* edidit. De hoc et *Eustath.* non longe ab initio Ὀδυσσ. κ. et Avus meus Comm. utr. ling. cap. 841. et *Iunius* meminit *Ascoliasmi* hinc in *Nomencl.* Iung.

αἰωρουμένου] MS. *ἑωρουμένου*· quomodo et *Hesych.* SEB.

αἰωρουμένου] *Salm.* *αἰωρημένου*, et tum *καταμόνου idem*. KUEHN.

ἐνήλλαντο] MS. *ἡμίλλοντο*. SEB.

ἐνήλλαντο] C. A. *ἡμίλλοιντο*. C. V. *ἡμιλλῶντο*, *certabant*. *Salmas.* *ἡμίλληντο*. dein C. A. *οὕτω*. KUEHN.

ἐνήλλαντο] MS. *μῆκος ἡμίλλωντο*. Sed correctum alia manu *ἐνήλλωντο*. An itaque *ἡμιλλῶντο* legendum? certe et *Seberus* in *Augustano* index fuisse *ἡμίλλοντο*. Alias si vulgatum verum, malim tamen pro eo rectius *ἐνήλλοντο*, vel *ἐνήλαντο*. IUNG.

ἐνήλλαντο] *Kuehnius* *ἡμιλλῶντο*· et diu est, quod me dubium tenuerit hic locus, utrum textui reddendum esset *ἡμιλλῶντο*, num vero retinendum potius *ἐνήλαντο*, altera duplicatarum extrita; nam certe et in *Aristophanis Scholiasta εἰς ἀσκοὺς ἐνάλλεσθαι*, pariterque in *Cornuto* reperitur, quod itaque et hic locum habere non incommodum videri possit. sed tandem, cum hic nondum agatur de illo saltandi genere per unctos utres, in textum referre decrevi *ἡμιλλῶντο* cum *Kuehnio*. *εἰς μῆκος ἁμιλλᾶσθαι* fuerit igitur, *contendere*, *quis longius saltu spatium superet.* De ascoliasmo vero habet etiam *Mercurialis* de *A. G.* lib. II. c. 11. ubi et hunc *Pollucis* nostri locum tangit. Videas porro, si tibi tanti sit, *Suidam* et *Etymologum* in voce, *Tzetzem* ad *Hesiodi* *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 366. atque *Scholiastem Luciani* ad *Lexiphanem* eius, ubi haud procul initio ista lego: *ὁ γὰρ ἀστραβηλάτης ἐπέσπερχε καίτοι ἀσκωλιάζων αὐτός.*

ἐπ' ἀμφοῖν] Scilicet *ποδοῖν*. IUNG.

ἕως τινὸς τῷ φερομ.] MS. *ἕως τινας τῷ φ. φερόμενον πόδα* vero vocat, quem antea *αἰωρούμενον* dixerat. IUNG.

ἢ καὶ στάντες] *ἢ καὶ πάντες* C. A. pro *στάντες*. et ita *Salm.* legendum statuit. male. hoc enim opponitur *τῷ εἰς μῆκος ἐνάλλεσθαι* vel *ἁμιλλᾶσθαι*. KUEHN.

ἢ καὶ στάντες] MS. *ἢ καὶ πάντες ἐπ.* etc. non *στάντες*, quod sane falsum est. et MS. lectionem reponendum. aut unus ita altero pede saliens reliquos persequebatur, aut omnes ita saltabant, et qui diutius vel plures saltus eo modo facere poterat, vincebat. IUNG.

ἢ καὶ στάντες etc.] Ridicule. ocyus e MSS. repone *πάντες*· omnes simul exsaltabant, inter quos scilicet hunc ludum ludere convenerat, collecto saltuum numero.

ἀριθμοῦντες] C. V. et *Salm.* *τινὸς τὰ πηδήματα*· quod admonet legendum esse, *ἀριθμοῦντός τινος τὰ π.* *quodam numerante saltus*, quod et volunt verba quae sequuntur. KUEHN.

κενῷ, ὑποπλέῳ πν.] C. V. et *Salmas.* *κενῷ καὶ ὑποπλέῳ.* C. A. *ὑπόπλεῳ sufflato.* *πεφυσημένῳ* alii habent. Kuehn.

κενῷ, ὑποπλέῳ πν.] MS. *κενῷ καὶ ὑποπλέῳ.* Iung.

κενῷ, ὑποπλέῳ] *καὶ* illud inter utramque vocem insertum de MSS. est. *Ἠλειμμένῳ* mox fuit in vulgatis: *Ἀττικώτερον* MSS. *ἀληλιμμένῳ*, quod *Kuehnius* in textum reddiderat, quem sumus sequuti, simili modo *Suidas*, cuius, quae hanc maxime rem spectant, excerpere lubet ista: *ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὺς πεφυσημένους καὶ ἀληλιμμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι ὠλίσθαινον, καθάπερ Εὔβουλος ἐν Δαμαλίᾳ,* (pro quo legisse *Meursium* puto: *Δαμάλι α*) *φησὶν οὕτω· καὶ πρός γε τούτοις ἀσκοὺς εἰς μέσον καταθέντες, καὶ καγχάζετε ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν ἀπὸ κελεύσματός·* omissum forsitan librarii vitio *ὡς* post *καταῤῥέουσιν*, *in cachinnum effundimini, tanquam a celeusmate iussi.* *Ἵν' ὥσπερ* reddidi pro *ἵναπερ·* sed quam huius loci emendationem Codicis sui margini allevit *Kuehnius*, ego quidem non laudavero: *ἵνα περιολισθάνοιεν παρὰ τὴν ἀλοιφήν.*

ἠλειμμένῳ] MS. *ἀληλειμμένῳ.* Seb.

ἠλειμμένῳ] C. A. *ἀνηλειμμένῳ.* C. V. *ἀληλειμμένῳ.* *Salm.* V. C. *ἀλληλειμμένῳ·* leg. *ἀληλιμμένῳ.* vid. supra segm. 112. *Virgil. unctos saliere per utres.* Kuehn.

ἠλειμμένῳ] Noster MS. *ἀλληλιμμένῳ.* *Seberi*, *ἀληλειμμένῳ·* scribe *ἀληλιμμένῳ.* Sic locutus in hoc ludo et *Hesychius*: *Ἀσκωλιάζεις, κυρίως μὲν τὸ ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς ἅλλεσθαι, ἐφ' οὓς ἀληλιμμένους ἐπήδων γελοίου ἕνεκεν.* Et *Scholiastes Aristophanis*, quem ad *Plut.* non longe a fine vide, ubi inter alia: *ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὺς πεφυσημένους, καὶ ἀληλιμμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι, ἐνωλίσθαινον, καθάπερ Εὔβουλός φησι·* cuius verba addit. Iung.

ἵναπερ] C A. et *Salm.* *ἵν' ὥσπερ ὀλισθαίνοιεν παρὰ τὴν ἀλοιφήν·* leg. *ἵνα περιολισθαίνοιεν*, *ut delaberentur propter unguentum.* ita legit etiam *Interpr.* Kuehn.

ἵναπερ] Pro *ἵναπερ* MS. *ἵν', ὥσπερ·* nec displicet. Iung.

122.

χαλκῆ μυῖα] MSS. *χαλκῆν μυίαν.* Kuehn.

χαλκῆ μυῖα] MS. *χαλκῆν μυίαν, ἐξεχ' ὦ φιλ' ἥλιε.* Sed bene edidit noster *Seberus.* antea pessime edebatur *ἔξοχ' ὦ φιλήλιε.* *H. Stephanus* saltem adscripserat, *ἴσως· ὦ φίλ' ἥλιε.* Prius quod est, *χαλκῆν μυίαν*, sic et supra habes segm. 5. mox tamen segm. sequ. casu recto. Iung.

φίλ' ἥλιε] *Salm.* *φιλήλιε.* Kuehn.

τρυγοδίφησις] MS. *τρυγοδήφησις, μηλολάνθη*, sed super

α suprascripsit quis ο· nec tamen μηλολάνθη displiceat, ut et *Seberi* MS. habet. Iung.

μηλολόνθη] MS. μηλολάνθη, etiam segm. 124. Seb.

μηλολόνθη] Textus habet e MSS. μηλολάνθη. Quod haud sine ratione repositum disces inferius segm. 124. ubi ipsum ludi genus exponet *Pollux*. Tum quoque mox χελὶ χελώνη separatis vocibus legi malo, quaque de causa, postea monstrabo.

χελιχελώνη] C. A. χελώνη, omisso χελι. Kuehn.

σκανθαρίζειν] C. V. pro σκανθαρίζειν leg. σκαρίζειν. Kuehn.

σκανθαρίζειν] MS. σκανθαρίζειν, ita tamen ut ν in prima syllaba alia manu insertum videatur. Iung.

πεντάλιθα, φιττ. etc.] MS. πετάλιθα, φίττα, μαλιάδες, φίτταροι, καὶ φιτταμέλιαι· fere mendose. et infra etiam variat plerumque, ut sigillatim indicabo. scribe interim pro vulgato φίτταροι, φιττάροιαι, de quo infra ad segm. 127. Iung.

φιτταμαλιάδες] C. V. φιτταμελιάδες. Kuehn.

φιτταμελιάδες] Hic opitulantur egregie MSS. siquidem divisas exhibeant voces, quas librariorum imperitia coniunxerat. Exinde restitutum nobis τηλέφιλον et κρίνα, quod et ita dedimus in Indice capitum pro singulo numero κρίνον· atque tandem λάταγες altera duplicatarum reiecta. de singulis infra seorsim monebitur.

πλαταγώνιον] C. A. παταγώνιον. Kuehn.

τηλέφυλλον] MS. τηλέφιλον, etiam infra segm. 127. ubi *Pollux* edisserit, quod est apud *Theocritum* Idyll. III, 29.

οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα.

Ut quidem indicat *I. Brodaeus* libro II. Miscell. cap. 28. vide ibid. *Scholiast.* cui τηλέφιλον κατὰ κοινωνίαν τοῦ τ πρὸς τὸ δ· οἱονεὶ δηλέφιλόν τι ὄν, τὸ δηλοῦν τὴν φιλίαν. Seb.

τηλέφυλλον] C. V. τηλέφιλον· κρίνα σπέρμα μ. *Salm.* κρῆνα et κρίνα habet. Kuehn.

τηλέφυλλον] MS. τηλέφιλον· at ita repone. habet ita et MS. *Seberi:* et noster supra segm. 5. et infra segm. 127. Iungerm.

κρίνον] Pro κρίνον MS. plurali κρίνα· et supra segm. 5. quamvis corrupte, hac tamen forma, κάρινα erat in MS. Iungerm.

λάτταγες] MS. λάταγες. Seb.

λάτταγες] MS. noster ut *Seberi*, λάταγες· ita etiam reponendum. sic supra segm. 5. et infra segm. 129. Iung.

κολλαβίζειν.] Pro κολλαβίζειν C. V. κολλαπίζειν. Kuehn.

ἡ μὲν ἐν κοτύλῃ] Vide Proverbium: *in cotyla gestaris.* Seber.

ἡ μὲν ἐν κοτύλῃ] C. A. titulum praefigit talem: *Περὶ ἐν κοτύλῃ παιδιᾶς, περὶ χαλκῆς μυίας, περὶ παιδιᾶς, ἥτις βοᾷ ἔξει' ὦ φίλ' ἥλιε· ἡ μὲν οὖν ἐν κοτύλῃ* etc. *Hesych.* *Ἔμβαλλε κύλλῃ, οἱ αἰτοῦντες κατὰ παιδιὰν καὶ τὴν χεῖρα πῶς περιάγοντες, καὶ κύλλην ποιοῦντες παρακαλοῦσιν ἐμβάλλειν·* ita legerem hunc locum, ex quo patet in ludo isto baiulum his vocibus invitasse victorem, ut cavo manus genu imponeret, quod dein ad omnes qui aliquid petunt, translatum. Kuehn.

ἡ μὲν ἐν κοτύλῃ] De hoc lusu *Hesychii* verba in *ἐφεδρίζειν*, ubi *ἐφεδρισμὸν* ait Attice *ἐν κοτύλῃ* dici, attuli. Idem *Hesychius* de eodem lusu antea: *Ἐν κοτύλῃ φέρειν· παιδιᾶς εἶδος· ὁ γὰρ φέρων τινὰ ἐν κοτύλῃ ἐποίει ὀπίσω τὰς χεῖρας, καὶ ὁ αἰρόμενος ἐνετίθει τὰ γόνατα, καὶ οὕτως ἐβαστάζετο.* Unde dicta sit, indicat *Eustathius* ad *Ἰλ. ε.* ubi de *κοτύλῃ· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ κοιλότητος χειρός· ὅθεν καὶ παιδιά τις παίζεται καλουμένη ἐν κοτύλῃ· προάγεται δὲ οὕτως· περιαγαγὼν τὶς ὀπίσω τὼ χεῖρε συμπλέκει τοὺς δακτύλους· ἕτερος δέ τις εἰς τὰ κοιλώματα τῶν χειρῶν, ἅπερ εἰσὶ κοτύλαι, τὰ γόνατα ἐνθεὶς, καὶ οὕτως ἀναβαλὼν ἑαυτὸν, φέρεται ἔποχος, ἐπιλαβὼν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ φέροντος· εἶτα ἐν μέρει ὁ τέως φερόμενοος, κατελθὼν φέρει τὸν ἕτερον·* de quo et ad *Ἰλ. χ.* ex *Pausania* et aliunde, licet eo loco *ἐγκοτύλῃ* scribatur ter, ubi forte ubique *ἐν κοτύλῃ* scribendum quoque est. Est tamen et apud *Athenaeum* lib. XI. quoque ita. Scribit vero ex *Pausania* eo loci *Eustathius* quoque, quod ad etymon attinet: *ἐκλήθη δέ φησιν ἐγκοτύλῃ, ἐπεὶ τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς κοτύλη λέγεται, εἰς ὃ κοῖλον ἐνετίθει τὸ γόνυ ὁ βασταζόμενος.* Iung.

τὼ χεῖρε] MS. vitiose, *τῷ χ.* Iung.

αὐτοῖς φέρεται] MSS. *αὐταῖς· ἐφισταμένοις αὐταῖς* malim coniungi. et ita *Salm.* Kuehn.

αὐτοῖς φέρεται] MS. *αὐταῖς φέρεται·* et sic omnino corrigendum est: *αὐταῖς*, sc. *χερσίν·* non *αὐτοῖς*, ut vulgo. Iung.

αὐτοῖς] *Kuehnius αὐταῖς,* quam emendationem MSS. confirmant.

τὼ ὀφθαλμὼ τοῦ φέροντος.] MS. *τοῦ βλέποντος.* Seb.

τὼ ὀφθαλμὼ τοῦ φέροντος·] C. A. *τοῦ βλέποντος*, quod non praetulerim vulgato, nisi quis utrumque velit, *τοῦ βλέποντος καὶ φέροντος·* vid. *Hesych. ἐν κοτύλῃ φέρειν.* Kuehn.

τὼ ὀφθαλμὼ τοῦ φέροντος.] MS. *τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ φέροντος·* prima vitiose, ut cuivis patet. sed *τοῦ φέροντος,* ut vul-

go etiam, rectum puto. nec placet MS. *Augustani* lectio βλέποντος habentis. Iung.

ἱππάδαν] MS. ἱππάδα λέγουσι τὴν παιδιάν. Seb.

ἱππάδαν] C. V. et V. C. *Salmas.* ἱππάδα a recto ἱππάς scil. παιδιά· porro C. A. non habet, καὶ κυβησίνδαν· nec *Salmas.* Kuehn.

ἱππάδαν] MS. ἱππάδα λέγουσι τὴν παιδ. omissis καὶ κυβησ. pari modo *Seberi* MS. Malim vero ἱππάδα cum MS. reponere, quam retinere vulgatum ἱππάδαν, quod secuti sunt *Erasmus* Adag. *In cotyla gestans*: et *Henr. Stephanus* in Thesauro. Ad hanc ἱππάδα puto respexisse *Hesychium* quum scribit: Ἱππαστὶ καθίζειν, ὅταν οἱ παῖδες ἐπὶ τῶν ὤμων περιβάδην καθίζονται. Quod ad κυβησίνδαν, de ea et *Hesychius*: Κυβησίνδα, ἐπὶ κεφαλὴν, ἢ τὸ φορεῖν ἐπὶ νώτου, ἢ κατὰ νώτου. quae forte mutila, nec possum probare audacem correctionem *Bulengeri* lib. I. de Theatro c. 32. *Apud Hesychium lege*, ait, *Κυβιστίνδα παίζειν, ἐπὶ κεφαλὴν κυβιστᾶν.* nimis profecto hoc est sua somnia reponere. Non id enim ita scripsit, certe ut ille putat, nec de κυβιστᾶν quidquam hic miscuit: sed κυβησίνδαν, ludi genus, in quo nulla praeceps in caput devolutio, exposuit, quod et *Pollux* noster exponit. Et idem tamen addit: *Sic et apud* Pollucem *Cybistinda intelligitur*: quasi ita et *Pollux* corrumpendus esset, quasi necesse esset id a κυβιστᾶν deducere, et itaque κυβιστίνδαν comminisci. Atqui non a κυβιστᾶν est κυβησίνδα nostra, sed ab eodem verbo, vel nomine, unde et κυβιστᾶν aiunt deductum, a κύβη· κύβην γὰρ ἔλεγον τὴν κεφαλὴν, ait *Etymologici Magni* pater. hinc nimirum κυβησίνδα ficta, eodem σχηματισμῷ τῇ καταλήξει τοῦ ὀνόματος, qua alia talia supra habuisti. Locus vero *Hesychii* non temere refingendus est, quum ex eo alias patet, quum addit ἐπὶ νώτου ἢ κατὰ νώτου φέρειν, ad hanc nostram ἐν κοτύλῃ παιδιὰν respexisse, ut eam *Pollux* describit. Iung.

ἱππάδαν] Restitui in textu ἱππάδα, quam lectionem adgnovit etiam *Meursius* de *Ludis Graecorum*, quem, si plura de hoc lusus genere cupis, omnino adi. Postea κυβησίνδαν accentu mutato retulit in textum *Kuehnius*.

123.

ἡ δὲ χαλκῆ μυῖα] Sequitur χαλκῆ μυῖα. Huius lusus mentionem invenio et *Herodem* in hemiambis fecisse: cuius apud *Stobaeum* ἐν τῷ περὶ νηπίων leguntur ista:

ἢ χαλκαίην μοι μυίην, ἢ κύθρην παίζει.
ἢ ταῖσι μηλολόνθης ἄμματ' ἐξάπτων
τοῦ κισκέου μοὶ τὸν γέροντα λωβῆται.

Quae non usquequaque recte habent. In primo versu saltem χαλκέην scribere malo. nec pro illo κύθρην cum *Gesnero* χύτρην malim. patet enim *Herodem* istum τῶν Ἰαζόντων fuisse, itaque eam dialectum usurpat. Sic itaque χαλκέην, cui etiam syllabae modulus faveat, putavi scribendum: et κύθρην, ut κιτὼν, δέκεσθαι, alia eiusmodi, ubi κ pro χ assumunt isti. Imo, quasi nec politiores illud eo modo refugerint, supra VII, 163. κυθροπλάθος vulgo erat: et VII, 197. κυθροπῶλαι MS. Respexit vero sine dubio ad χυτρίνδαν, de qua supra segm. 113. Alter versus initio ita concipiendus videtur, Ἢ τῇσι μηλολόνθησ' ἄμμ. ἐ. de quo ludo mox *Pollux* segm. 124. Quod ad tertium versum attinet, nec is in principio recte habet, cuius emendatio quum mihi videatur difficilior, libet recurrere ad illud meum asylum, scilicet in leviculis restituendis meam operam versari, in aliis me nil polliceri velle, et scilicet *Pollucem* adnotamus, non *Stobaeum*. Recte sane hic Interpres *Stobaei* cepisse non videtur, vertens,

aut scarabaeos funiculis vinciens
e stuppa contortis negotium seni facessit.

Non id dico, quod ad κεσκέου, sive κισκίου potius legendum sit, ut apud *Hesychium*, Κέσκιον, στυπεῖον, τὸ ἀποκτένισμα τοῦ λινοῦ, attinet, sed vocabulum γέροντα male exposuisse aio. non est hic *senex* γέρων, sed istud quod *Pollux* noster supra VII, 73. exponit: τὸ δὲ ἐργαλεῖον, ait, καθ' οὗ ἔκλωθον ἐξαριῶντες τὰ στυππεῖα γέρων ἐκαλεῖτο· ubi et rationem nominis videas sis. Sic elegantem sensum huius loci, credo, iam adsequimur; ait enim, puellum dum μηλολόνθην lino vinciat, ita enim solebant ludentes, ut infra *Noster* segm. seq. e colo depraedari stuppam sibi, vel potius deformare colum et mutilare, dum vincula inde surripiat ligando illi volatili: καὶ ταῦτα ὡς ἐν παρόδῳ. Ad *Pollucem* redeamus nostrum. Iung.

ταινίᾳ τῷ ὀφθ. etc.] MS. ταινίᾳ τῷ ὀφθαλμῷ περ. ἑνὸς ποδὸς, ὀρ. sed mendose haec manifesto sunt. Iung.

χαλκῆν μυῖαν] MS. χαλκείαν. Seb.

χαλκῆν μυῖαν] MSS. χαλκεῖαν μ. pro θηράσω C. A. θηράσαι· *proclamans se muscam aeneam venari. Salmas.* V. C. χαλκυῖαν μυῖαν. Kuehn.

χαλκῆν μυῖαν] MS. noster, ut *Seberi*, χαλκείαν μ. Ceterum apud *Hesychium* legitur et illud: Χαλκῆ μυῖα, εἶδός τι

μυΐας. ubi an forte reponendum, εἶδός τι παιδιᾶς? nescio tamen, et ipsum enim volatile ita dictum. ait idem antea: *Μυῖα χαλκῆ δὲ παιδιά τις, ἣν οἱ παῖδας παίζοντες καταμύουσιν, ἀποτείνοντες τὰς χεῖρας ἄχρις ἄν τινος λάβωνται· καλεῖται δὲ καὶ τὸ πτηνὸν οὕτως.* nec igitur quid mutandum. Latius exsequitur *Eustathius* ad Ἰλ. φ. *οἱ δὲ ὕστερον παιδιὰν αὐτῇ (μυίᾳ) ἐπωνόμασάν τινα, ἣν χαλκῆν μυῖαν ὠνόμασαν, περὶ ἧς φράζουσιν οὕτω· καταδεῖταί τις ῥακίῳ τὰς ὄψεις, καὶ καταστὰς εἰς μέσον τῶν συνειλεγμένων, παριὼν φωνεῖ, χαλκῆν μυῖαν θηράσω· οἱ δὲ κύκλῳ ἑστῶτες, βίβλοις ἢ καὶ ταῖς χερσὶ παίοντες, ἀποκρίνονται, ἀλλ' οὐ λήψῃ· οὗ δὲ ἂν λάβηται, καθίστησιν ἐκεῖνον εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν. λέγεται δὲ χαλκῆ μυῖα, πρὸς διαστολήν· εἰσὶ γάρ τινες καὶ χαλκαῖ μυῖαι, συννεμόμεναί φασι τοῖς κανθάροις, χαλκίζουσαι τῇ χροίᾳ, αἷς οἱ παῖδες κηρία φασὶ προστιθέντες, ἀφιᾶσιν.* Iung.

ἀποκρινάμενοι] ὑποκρινόμενοι *Salmas.* Kuehn.

ἀποκρινάμενοι] MS. *οἱ δὲ ὑποκρινόμενοι, θ.* Iung.

σὺν τισι βιβλίνοις] MS. *βιβλ.* Seb.

σὺν τισι βυβλίνοις] C. A. *ὑπό τισι βυβλίνοις.* C. V. *σκύτεσι, scuticis e papyro, byblo. Victorius* V. L. lib. XV. cap. 16. ita etiam legit exponens, *scuticam e materia levi factam. Salmasius βιβλίνοις.* Kuehn.

σύν τισι βυβλίνοις] Quid est: *σύν τισι βυβλίνοις?* nec iuvat *βιβλίνοις* e *Seberi* MS. nec *Eustathianum βίβλοις* reponendum. quid verbigeramur? MS. noster veram lectionem conservavit, et, ut ille habet, ita repono; scilicet: *λήψει, σκύτεσι βυβλίνοις αὐτὸν παίουσιν, ἕως τινὸς αὐτῶν λάβῃ· σκύτη βύβλινα, scuticae cannabeae,* sive *scirpeae: flagella de byblo,* ut hanc tibi interpretari malis. Iung.

σὺν τισι] Ineptum illud atque reiiculum: *Falckenburgii Codex σκυτίσι,* melius ac in vulgatis est, scilicet *ἀπὸ τῶν σκυτίδων. Kuehnius* ad oram sui Codicis *σκύτεσι* de MSS. reddiderat, et sequimur in textu restituendo illam emendationem. *Philoxenus* : *Σκύτη, Scutica, flagra.*

λήψεται.] C. A. et *Salmas. λήψονται.* C. V. *λάβηται.* Kuehn.

ἡ δὲ ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε π. etc.] *Hesych. Ἐξέχειν, τὸ ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον.* Lege caput quartum libri septimi Emendat. *Leopardi.* Seb.

ἡ δὲ ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε π. etc.] Alius lusus, cuius nomen recte edidisse *Seberum* nostrum supra dixi. MS. noster vere etiam, sed confusis voculis, *ἔξεχω φιλήλιε.* Veram lectionem et olim *ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε* pro vulgato *ἔξοχ'* reponendum ad-

monuit Avus noster, quem vid. Comment. utr. ling. c. 708. ante *Leopardum*. IUNG.

τούτῳ] Abest τούτῳ a C. A. KUEHN.

ὁπόταν] MS. ut solet, ὁπότ' ἄν. IUNG.

Στράττις ἐν Φοινίσσαις] De *Strattidis Phoenissis* vid. *Casaubonum* nostrum VII. *Athen.* 23. IUNG.

124.

εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται etc.] C. A. μήν.

ita ne sol puerulis obtemperat
quando dixerint, orere, o Sol dilecte.

Salmasii Vetus Codex semper φιλήλιε· in altero versiculo ἔξελθε legit C. A. pro ἔξεχ'. KUEHN.

εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται etc.] MS. noster confuse, εἶθηλιος, ut et mox ὅτ' ἂν λ. ἔξεχ' ὦ φιλ' ἥλιε. Versus *Strattidis* ita vertit *Leopardus* VII. Emend. 4.

dein' sol quidem morem gerit pueritiae
cum dixerint, Emerge sol charissime.

Ubi quoque castigat interpretem vulgarem. Et, nisi fallor, emendandus nobis est et in *Macrobio* locus lib. II. *Saturnal.* cap. 17. de variis *Apollinis* sive *Solis* nominibus: Ἀπόλλων, ait inter alia, φιλήσιος: *quod lumen eius exoriens amabile amicissima veneratione consalutamus:* ubi mihi omnino legendum videtur, Ἀπόλλων φιλήλιος. quam enim aliam consalutationem dicit, quam illud ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε? inde nimirum ipsum Deum dictum Φιλήλιον. Inde et inter varia cantilenarum genera *Athenaeo* lib. XV. ἡ δὲ εἰς Ἀπόλλωνα ᾠδὴ φιληλιάς· ut bene ibi notavit XIV. Anim. 5. eximius *Casaubonus*, ab illo intercalari versu. *Dalechampius* id non cepit. IUNG.

ἡ δὲ τρυγοδίφησις] Ita hic recte et MS. quamvis supra segm. 5. τρυγοδιφίλησις, et segm. 122. τρυγοδήφησις haberet. IUNG.

ἡ δὲ τρυγοδίφησις] Nimirum ἀπὸ τῆς τρυγὸς, καὶ τοῦ διφᾷν, quod verbi in *Hesychio* ζητεῖν, ψηλαφᾷν, ἐρευνᾷν explicatur. *Basilius*: ὥσπερ ὑδροῤῥοίαι τινὲς ἐκ τινὸς ὑπερτάτης καὶ θειοτάτης πηγῆς ἕλκουσαί τε καὶ ἐπανελοῦσαι πᾶσιν τοῖς διφῶσιν τὰ ἱερὰ νάματα· est et in *Gregorio*.

περιαγαγόντα ὀπ. etc.] MS. mendose, περιαγαγὼν τὰ ὀπ. τῷ. IUNG.

τῷ στόματι] Abest C. A. στόματι, male. KUEHN.

ἡ δὲ μηλολόνθη] C. A. περὶ μηλολόνθης. C. V. ἡ δὲ μελολάνθη· ita et *Salm.* KUEHN.

ἡ δὲ μηλολόνθη] MS. ἡ δὲ μιλολάνθη (sed super α est ο ab alio positum) ζ. π. ε. ἦν καὶ μηλολόνθην καλ. et supra segm. 122. μηλολόνθη, et segm. 5. μηλάνθη. nec displiceat ita cum MS. hic legere: ἡ δὲ μηλολάνθη, ζ. π. ἐ. ἦν καὶ μηλολόνθην κ. ut etiam MS. *Seberi* habuit. Iung.

ἡ δὲ μηλολόνθη, etc.] Dixere veteres μηλολόνθην et μηλολάνθην. prius tamen sunt qui prae altero probent: at hic in *Polluce* nostro, contra ac editum fuit ante nos, priori loco scribendum est μηλολάνθη, posteriori vero μηλολόνθην. ita MSS. suadent; praeter quos ipsa rei ratio: nam utique ἐκ τῆς ἀνθήσεως τῶν μήλων ἡ σὺν τῇ ἀνθήσει γιγνόμενον poni postulat μηλολάνθη. quin et in *Aristophanis* versiculo e V. C. μηλολάνθην τοῦ ποδὸς *Salmasius* adnotat. *Guietus* μηλολόνθην ἀπὸ τοῦ τῶν μηλῶν ἄνθου derivandam existimabat. nos festini non morabimur. Postmodum elegantius MSS. τὸ δὲ, quod vulgo fuit ὅπερ.

μήλων] Pro μηλεῶν id accipiendum, nisi potius scripsisse μηλεῶν non μήλων *Pollux* existimandus sit. *H. Steph.* Seberus.

μήλων] μήλων etiam MS. nec mihi id videtur absurde dictum pro ipso arboris flore. Iung.

τῇ ἀνθήσει] τῇ abest a C. A. vult Auctor μηλολόνθην nomen habere ab ἄνθος et μήλων, a *pomorum flore*, quod vel ex eo, vel circa id tempus, quo pomus floret, nasci soleat. alii *Chrysocantharum* vocant. *Aristoph.* in *Vespis* χρυσομηλολόνθιον. vid. *Plinium* libr. XI. c. 28. Kuehn.

οὗ ζώου etc.] Haec verba C. A. coniungit cum διελίσσεται, omissis interiectis *Salmas.* τόδε ἑλικοειδῶς, et διελύσσεται, quod ultimum male se habet, innuente etiam *Salmasio.* Kuehn.

οὗ ζώου etc.] MS. οὗ ζ. λίνον ε. ἀφῶσιν· τὸ δὲ ε. ε. τ. κ. τ. λίνον δ. et τὸ δὲ, quod etiam in *Seberi* MS. pro ὅπερ libentius legerem, quum etiam ὅπερ statim sequitur. Pro ἰνδήσαντες vero, quod ita et in MS. et *H. Steph.* hic correxerat, antea vulgabatur ἐνδήσαντες. Iung.

ὅπερ ἑλικοειδῶς] MS. τὸ δὲ ἑλικοειδ. Seb.

125.

Ἀριστοφάνης] Vid. cum *Schol.* fol. 101. Praecedit: Ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα, Λινόδετον etc. h. e. *Frischlino* interprete:

sed cogitationem, uti vinctum compede
quodam Scarabaeum, sursum laxa in aërem. Seb.

λέγων] C. A. *λέγειν*, quod melius est: *Lino vinctam, sicut melolonthen, pede*. Kuehn.

λέγων] MS. *λέγειν*· et ita emenda vulgatum *λέγων*. Locum *Aristophanis* in *Nubibus* esse etiam hic indicavit *H. Stephanus*, et suum Thesaurum videndum. Versus *Comici* ita doctiss. *Q. Sept. Florens Christianus* Notis ad *Σφῆκας* reddit:

curam relaxans mitto per vastum aëra,
pueri ligatum ceu solent bruchum pede. Iung.

λέγων] *Kuehnius*, et nos cum eo de MSS. in textu *λέγειν*. alterum non satis Graecum.

χελιχελώνη] C. A. iterum *χέλι* omittit in textu, et titulus est *περὶ χελώνης*, margo vero habet *γρ. χελιχ.* Kuehn.

χελιχελώνη] *Schottus* noster hic: *γρ. χέλη χελώνη*· et *Eustathius* etiam ad *Ὀδυσσ. φ.* finem *χέλει χελώνη* duabus vocibus habet: *ἔστι δ' ἐν τούτοις τὸ χέλει, προστακτικὸν δῆθεν, παρηχούμενον τῇ χελώνῃ*. Et placet profecto mihi id, videturque tantum non et *Noster* velle, certe sic in mox *χέλει χελώνη* etc. ut *Eustathius* habet. ait enim *Pollux* puellam quae in medio sedebat vocatam *χελώνην*, non *χελιχελώνην*· ut nempe in *χύτρᾳ παρομοίως*, sicut ipse indicat. et ibi enim *ὁ ἐν μέσῳ καθήμενος* adpellabatur *χύτρα*, sicut supra segm. 113. habuisti: ut ita illud *χέλει* mera fuerit ludicra *παρήχησις*, et inane *προστακτικὸν* in versu, sonum saltem ita aucupantium similem sequentis vocis *χελώνη*. Sed *χελιχελώνη* tamen hic ubique MSS. nostri, ut et supra segm. 5. et 122. nec anxii erimus in ludis hisce diu. Iung.

χελιχελώνη] Supra divisi vocem, nec itaque aliter hic fieri decuit; in indice tamen capitum remansit *χελιχελώνη*. scilicet non ibi accurate vocis genium expenderam, neque hercle tanti refert. sed tamen *χελὶ*, cum quoddam sit *προσφωνητικὸν* tantummodo, separate scribendum est potius a *χελώνη*. affatim ea de re Commentatores nostri, neque moremur extra rem.

ἐστὶν ἡ παιδία] C. A. *ἐστὶ παιδιά*. Kuehn.

χελιχελώνη] *Eustath*. *χελειχελώνη*· *Odyss*. fol. 767. Sederus.

χελιχελώνη] *Eustath*. in *Iliad*. pag. 1914. leg. *χέλει χελώνη*· et *τὸ χέλει* inquit, *προστακτικὸν δῆθεν, παρηχούμενον τῇ χελώνῃ*. quod *Bulengerus* de *Ludis* cap. 41. interpretatur *imperativum, quod acclamabatur testudini*: malim, *quo sonus χελώνῃ similis exprimebatur*. Nam *Eustathius τὸ χέλει* accipit tanquam *παρήχησιν*, *soni imitationem* vocis *χελώνη*,

sub forma Imperativi enuntiatam; hanc lusitantes puellae ingeminarunt sine ulla significatione, uti in ludis amat fieri. Eodem, ni fallor, tendunt verba *Hori Apollinis Hieroglyph.* VII. ubi, laudata cornicum concordia et mutua quasi fide, subiicit: τῆς δὲ ὁμονοίας χάριν μέχρι νῦν οἱ Ἕλληνες ἐν τοῖς γάμοις, ἐκκορὶ κορὶ κορώνην λέγουσιν ἀγνοοῦντες. *Ioh. Mercerus* vertit: *proinde Graeci in hunc usque diem ob tantam harum avium concordiam in nuptiis ignorantes verbum illud usurpare solent* ἐκκορὶ *nimirum*, κόρη *cornicem appellantes*: et in *Observationibus* putat, ἐκκορὶ *verbum esse in nuptiis acclamari solitum, quo perpetuam concordiam coniugibus optabant, eius tamen nominis rationem ignorantes. Hadr. Iunius* lib. I. *Observ.* cap. 1. reiectis aliorum sententiis, depravatum textum ita emendat: ἐκκόρει κόρη κορώνην, *everre virgo cornicem, atque elimina. Causinus* in *Horum* emendationi *Iunii* hanc suam praefert: ἐκκόρει κόρη κορώνην, *exsatura puella cornicem*, inquit: *puellae*, pergit, *nubiles, ut ominatas consequerentur nuptias iubebantur opimum prandium dare cornici, quod est Phoenice Colophonio, qui citatur ab Athenaeo* lib. VIII. *colligere licet, ubi Coronistae, hoc est circulatores cornici locutuleiae, quam circumferebant, emendicant stipem etc.* Verum enim vero confundere videtur *Causinus* duo longe diversa. aliud enim est cornici stipem colligere, et hoc titulo ventrem suum cibo pascere precario, quod factitatum in Graecia a mendicabulis, quorum utique est virginibus, quae stipem largiter dabant, pro more suo maturas et splendidas precari nuptias. aliud iterum est in nuptiis boni ominis gratia invocare cornicem. Mihi quidem videtur hic etiam locum habere id, quod de χέλει χελώνη supra dictum est, nempe quod κόρει κόρει κορώνη fuerit solennis formula in nuptiis, qua faustum nubentibus omen a cornicis nomine petebant, praemissis κόρει κόρει tanquam παρηχήσει vocis κορώνη sine ulla nova significationis accessione. *Salmas.* leg. χελυχελώνη aut χελειχελώνη. Kuehn.

ἐν τῷ μέσῳ] C. V. ἐν non habet. Kuehn.

ἔρια μαρύομαι] C. A. καὶ κρόκου M. leg. καὶ κρόκαν Μελεΐαν, Dorice, *lanam traho et filamentum Milesium. lana Milesia* celebratur a Poëtis et aliis. vid. *Servium* in III. *Georg.* ad versum: *quamvis Milesia magno vellera mutentur.* Kuehn.

ἔρια μαρύομαι] ἤγουν κλώθω, ait *Eustathius* dicto loco. Iungerm.

εἶτ' ἐκεῖναι πάλιν] MS. *πάλ. ἐκβοῶσι· Τί ποιῶν ἀπ.* Seberus.

εἶτ' ἐκεῖναι πάλιν] *Salmas. αἶτ' ἐκεῖναι πάλιν ἐκβοῶσι, τί* etc. Kuehn.

εἶτ' ἐκεῖναι πάλιν] MS. *εἶτα ἐ. π.* Iung.

ὁ δ' ἔκγονός σου etc.] Absunt a C. A. qui loco horum habet *ἐκβοῶσαι*, quod subderem praecedentibus *εἶτ' ἐκεῖναι πάλιν ἐκβοῶσι. dein illae iterum exclamant:*

at Filius tuus quomodo periit? Kuehn.

ὁ δὲ ἔκγονός σου etc.] MS. *ὁ δὲ ἔκγονός σοι τί π. ἀ. Eustathius* habet: *ὁ δ' ἔγγονός σου.* Iung.

λευκὰν ἀφ' ἵππ. etc.] E MS. et *Eustath.* priores editiones *λευκᾶν ἀφ' ἵππαν*, et Interpret. *alba super equa in mare desiliit.* Ut autem hic *λευκὴ* (vel Dor. *λευκὰ*) *θάλασσα*· sic apud *Homerum ἅλς λευκὴ* dicitur hymno *εἰς Διοσκούρους* v. 15. eodem scilic. sensu quo et *πολιὰ*, vel Ion. *πολιὴ*, *ἅλς* quidem *Iliad. α*, 350. *θάλασσα* vero *Iliad. δ*, 248. et alibi: sicut *ἀφρὸς* etiam, unde deducta epitheta ista, *λευκὸς* vocatur ab *Hesiodo Theogon.* 191. *πολιὸς* vero ab *Q. Cal.* vel *Cointo Smyrnaeo* lib. IX, 440. Seb.

λευκὰν ἀφ' ἵππων etc.] Malim Dorice *λευκᾶν ἀφ' ἵππων* etc.

albis ab equis in mare desiliit.

Consentit *Salmas.* albi equi erant *τῶν τρυφώντων.* Kuehn.

λευκὰν] Pristinam veterum editionum lectionem revocavimus *λευκᾶν.* Simili vitii commissum in accentu contigit observare in Lacedaemoniorum litteris ad *Apollonium Tyaneum*, quae inter illius extant epistolas numero sexagesimae nonae. lubet hic apponere, quia vere Laconicae, ut emendandas ad dialecti genium existimabam: *Τὰν δεδομέναν τιμᾶν σοι ἀπεστάλκαμεν τόδε ἀντίγραφον, σαμηνόμενοι τᾷ δαμοσίᾳ σφραγίδι, ἵνα ἴδῃς*· vulgo *τὰν δεδομένην τιμάν.* cetera non tango. De equis vero, pulcherrimos fuisse habitos, qui essent albi, vel *Homeri* constare potest testimonio, siquidem Rhesi praestantissimos equos nivem albedine superare dicat: *Λευκότεροι χιόνος, θείειν τ' ἀνέμοισιν ὅμοιοι.*

ἅλατο.] Pro *ἅλατο* C. A. *ἅλατο.* male. Kuehn.

ἅλατο.] MS. *ἀλᾶτο*· sed *ἅλατο* rectum est, quod et *Eustathius* habet, pro *ἥλατο. ἵππων* etiam MS. noster, licet antea editi *ἵππαν.* verum vulgatum antea *λευκᾶν* nollem ab amico mutatum: quamvis ille *λευκὰν* in suo MS. et apud *Eustathium* invenerit, quibus sane et meus accedat. Alterum enim ad sensum mihi aptius videtur. nec tam *album*

mare, quam usitate et crebro forte *ceruleum* invenias, idque hic mihi non tam arridet, quam *albi equi*, in accentu enim MSS. raro fidendum novimus, ut hic utrimque auctoritate parum moveamur. Alias et in tertia simplicium genitivum pluralem Dorice ita permutare ω communi viri docti in suis *Dorismis Pindaricis* dudum observarunt, ut ποντιᾶν ψάφων, καρπαλιμᾶν γενύων, alia. certe aptius equis iungas epitheton, quam mari, in hoc versu. Iung.

126.

τὸ δὲ σκανθαρίζειν] C. A. σκαθαρίζειν, et iterum in titulo: περὶ τοῦ σκαθαρίζειν. Kuehn.

δακτύλῳ] Abest a C. A. et recte quidem et eleganter, uti mox, ὑπὸ τοῦ μείζονος, *medio manus digito a pollice excusso.* Kuehn.

ἀφεθέντι] *Salmas.* ἀφέντι. Kuehn.

ἀφεθέντι] MS. ἀφεθέντα. sed vulgatum bene habet. Germani vocant ein nassen steüber. Scribitur autem in MS. σκανθαρίζειν, prima per α hic in MS. et supra segm. 5. et 122. *Hesychius* tamen in ipso ordine litterarum σκινθαρίζειν habet: Σκινθαρίζειν, ἔνιοι σκαρίζειν· τὸ γὰρ μέσῳ δακτύλῳ τὸν μυκτῆρα παίειν δηλοῖ, ὡς Δίδυμος. Et *Eustath.* ad Ἰλ. λ. haec descripsit: ἔστι γάρ φασι σκινθαρίζειν μὲν τὸ μέσῳ δακτύλῳ παίειν μυκτῆρα τινός. fortasse tamen et alteram adpellationem *Hesychius* indicaverat, scripseratque: Σκινθαρίζειν, ἔνιοι σκανθαρίζειν· τὸ etc. vide et de illo lusu Avum meum *I. Camerarium* Comm. c. 544. Iung.

τὸ δὲ ῥαθαπυγίζειν] Vid. *Hesych.* h. v. *Eustath.* in *Iliad.* pag. 861. et in *Odyss.* pag. 1818. τὸ σιμῷ τῷ ποδί. alii reddunt, πλατεῖ τῷ ποδὶ, *plano pedis.* Kuehn.

τὸν γλουτὸν] C. A. τὴν γλουτὴν, plerique omnes τὸν γλουτὸν, quod rectum est. Kuehn.

τὸν γλουτὸν] MS.-γλοῦθον. Apud *Hesychium* mendose legitur: Ῥαθαπυρίζειν, ὅ τινες κομβρίζειν, τὸ τῷ σκέλους πλάτει παίειν κατὰ τῶν ἰσχίων· τὸ εἰς τὸν γλουτὸν σιμῷ τῷ ποδὶ τύπτειν· et emenda itaque ῥαθαπυγίζειν. *Eustathius* pluribus ad Ἰλ. λ. ἐκεῖνο (ῥαθαπυγίζειν) γὰρ οὐκ ἀπέοικε τοῦ λὰξ ποδὶ κινεῖν, ὅπερ ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται· ἔστι γάρ φασι σκινθαρίζειν etc. (quae modo attuli) ῥαθαπυγίζειν δὲ, τῷ σιμῷ τῷ ποδὶ τὸν γλουτὸν παίειν, οὗ χρῆσις παρὰ τῷ Κωμικῷ ἐν τῷ, τὰς πρεσβείας ἀπελαύνεις ἐκ τῆς πόλεως ῥαθαπυγίζων. Idem ad Ὀδυσσ. ρ. τὸ δὲ λὰξ ἔνθορεν ἰσχίῳ, ἀντὶ τοῦ τῷ λήγοντι τοῦ ποδὸς μέρει τῷ πρὸς τοῖς δακτύλοις, ἔκρουσε τὸ ἰσχίον πρὸς τῷ γλουτῷ. Et statim: τὸ δὲ τοιοῦτον καὶ ῥαθαπυγίζειν λέγεται παρὰ τῷ Κωμι-

κῷ· ἔστι γάρ φασι ῥαθαπυγίζειν, τῷ πλατεῖ ποδὶ εἰς τὰ ἰσχία ῥαπίζειν· ἴσως δὲ καὶ τὸ, ποτὶ πυγὰν ἅλλεσθαι, τοιοῦτόν τι δηλοῖ, κείμενον παρὰ τῷ Κωμικῷ· εἰ καὶ ἄλλως ὡς γυμνάσματος εἶδός τι ἐκεῖνο αὐτοῦ παραλαλεῖ. Aristophanis verba, quae *Eustathius* priore loco adducit, sunt in *ἱππεῦσι·*

— *τὰς πρεσβείας τ' ἀπελαύνεις,*
ἐκ τῆς πόλεως ῥαθαπυγίζων. — Iung.

τὰ δὲ πεντάλιθα] C. A. *περὶ λιθιδίων.* Kuehn.

κατὰ τὸ ὄπισθε θέναρ] MSS. *τὸ ὄπισθεν ἄρη εἰ μή. Salmas.* *κ. τὸ ὄ. ἄρα, εἰ μὴ πάντα ἐπίσταται.* Kuehn.

κατὰ τὸ ὄπισθε θέναρ] MS. *κατὰ τὸ ὄπισθεν ἄρη εἰ* etc. corrupte. unde tamen patet certo pro vulgato *ὄπισθε θέναρ*, reponendum una voce, *ὀπισθέναρ, ἢ* etc. sic supra II, 143. explicavit quid in manu *ὀπισθέναρ* vocatur. In sequentibus *ἢ εἰ μὴ* etc. .Iung.

κατὰ τὸ ὄπισθε θέναρ] Nil verius est MSS. lectione *κατὰ τὸ ὀπισθέναρ*, quam feliciter eruit atque monstravit *Iungermannus* noster. Quae sequuntur, corruptelae suspicionem iniiciunt, et nos male morantur: peritioribus ista discutienda relinquo, siquidem haerere non liceat per temporis articulum, quo premor.

πάντα ἐπίσταται] C. A. *πάντως.* pro *ἐπίσταται* legerem *ἐπέσταται· si non excepti sint omnes exteriore manus vola, tum τῶν ἐπιστάντων* etc. *in quae exceperit incumbentibus, reliquos tollit humo digitis.* supra in *χαλκισμὸς* dixerat, *ἐπιστῆσαι τῷ δακτύλῳ· sistere, excipere digitio: ἐπιστὰς* activum pro passivo *ἐπισταθέντων.* Kuehn.

πάντα ἐπίσταται] MS. a vulgata lectione non abit. mihi *Pollux*, si verus contextus, et non mendis laborat, videtur dixisse *οὐ μάλα ἐπισταμένῳ.* quid si *ἐφίσταται* legamus, et alterum *ἢ* expungamus? sed alii in hoc ludo vincant. ego eius non sum peritus. Iung.

τὸ δὲ ῥῆμα τὸ π.] C. A. *τὸ ῥῆμα πενταλιθίζειν.* Kuehn.

ἐν τοῖς Ἑρμίππου θεοῖς] *Hermippi Deorum* et alii meminere, ut videas apud *Casaubonum* nostrum X. *Athen.* 7. ut et *Arisophan. Scholiast.* ad Aves. Iung.

τὸ δὲ ὄνομα, πεντάλιθα.] C. V. *πεντέλιθρα ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους λημνίαις πέντε λίθοισι θ' ὁμοῦ λεκάνης παραθραύμασι γυναικῶν δὲ* etc. Kuehn.

τὸ δὲ ὄνομα, πεντάλιθα.] Defectum credo quivis vidit. Verbum *πενταλιθίζειν*, ait, extat in *Hermippi* Deis. nomen vero, id scilicet etiam indicarat, male vero librarii omiserunt, non et noster MS. qui insigniter explet: *τ. δ. ὄ. πεν-*

τάλυθρα ἐν ταῖς ἀριστοφάνου Λιμνίαις· πεντελίθδισι θ' ὁμοῦ λεκάνης παραθραύμασι· ubi tamen πεντέλιθα, non πεντέλυθρα; vel ex *Comici* verbis scribendum certe est, et Ἀριστοφάνους Λημνίαις, quod drama *Noster* saepius citavit supra, et infra X, 25. an et παραθραύσμασι. Iung.

τὸ δὲ ὄνομα, πεντάλιθα. etc.] Faventibus hic MSS. egregie *Pollucem* auximus, et eximiò celeberrimi *Comici* versiculo locupletavimus. *Kuehnius* in his praeivit, nisi quod πέντε λίθοισι, me quidem iudice, non bene divellit. dicitur autem utrumque πεντέλιθα et πεντάλιθα· neque dissimili ratione superius hoc capite in *Sophocleo* versu πεντέγραμμα habuimus et πεντάγραμμα. πεντέλιθα vero λεκάνης παραθραύσματα fragmina vocat patinae, quae huic adhibita sint lusui; nam quibusvis λιθιδίοις, ut monuit *Onomasticographus* noster, ludum illum obtinuit exercere.

ἐστὶν ἡ παιδιά.] C. A. omittit ἐστίν. Kuehn.

ἐστὶν ἡ παιδιά.] MS. ἔστιν ἡ π. Iung.

127.

ἡ φιτταμαλιάδες] Sequuntur παιδιᾶς adpellationes, quae valde variant. hic est in MS. etiam ἡ φιτταμαλιάδες et dein sine καὶ οἱ, MS. φιττάροιαι, habet; et φιτταμελιαι sine accentu. supra segm. 5. erat in MS. etiam plane eo modo, nisi quod φιττάροιαι accentum habebat. segm. 122. corrupte MS. φιττα, μυλιάδες, φιτταροι καὶ φιτταμελιαι. *Henricus Stephanus* locum vulgatum in suo Codice signavit cruce, et addidit, φίττα Μαλιάδες, φίττα Μελίαι. separatim apud *Eustath.* pag. 855. et 1963. φίττα Ῥοιαί· quem et in Thesauro vide. et ex praescripta MS. nostri varietate cum eo sane consentio, et scribendum puto haec omnia divisim, ita ὥσπερ καὶ ἡ (sc. παιδία) φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαὶ, φίττα Μελίαι· certe enim φίττα Μαλιάδες supra in MS. sunt segm. 122. et φιττάροιαι ibidem, et supra segm. 5. Istud enim φίττα est παροξυνουσῶν εἰς τάχος, ut *Noster* ait. illa vero Μαλιάδες, Μελίαι, Ῥοιαὶ, νυμφῶν ὡς εὐφήμουν nomina. *Eustathii* verba, quo haec tibi clariora, addenda. ad Ἰλ. λ. referens quasdam μιμητικὰς φωνὰς, ut ἀρῦ καπηλατῶν, ὦ ὄψ, ἀφιέντων τινὰς ἅμα τρέχειν, ὦ ὄπ, ναυτικόν· etc. καὶ τὸ φίττα, ait, δηλωτικὸν φασι τάχους· οἷον φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαί. Νυμφῶν δέ φασι ταῦτα ἐπωνυμίαι· cui subiungit et τὸ σίττε· οἷον σίττ' ἀμνίδες· quod pastorale aliquoties apud *Theocritum* habes. Ibidem et σίττα legis, quod cum illo φίττα prorsus convenit, quod in altero loco ipse ait, qui est ad Ὀδ. ἔτι ἐκ τῆς μηλέας, καὶ Μηλίδες, αἱ κατὰ Δωριεῖς Μαλίδες νύμφαι,

αἱ καὶ τετρασυλλάβως Μαλιάδες, κατὰ τὸ, φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαὶ, φίττα Μελίαι· ἐν οἷς Νυμφῶν μέν εἰσιν ὀνόματα τὰ θηλυκά· τὸ δὲ φίττα, ἐπίῤῥημα τάχους δηλωτικόν· καθὰ καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ σίττα· ubi Μαλιάδες expositas habes. De Μελίαις dixi ad *Longum* meum libr. III. pastoralium. Ῥοιαὶ mihi non magis notae sunt, quam Ἕλειοι apud *Longum* meum. Sic itaque, ut dixi, distincte forte apud *Pollucem* scribenda ista, nisi, ut ex χέλει χελώνη, apud illum tamen χελιχελώνη una voce scribitur, ita et horum παιδιῶν nomina extulit, ubi tamen φιτταροιαὶ profecto, non φίτταροι ut vulgo, scribere debes. sed sinamus has puellas ludere, et reliqua conemur percurrere ut ad seriora perveniamus. IUNG.

ἡ φιτταμαλιάδες] Nimirum ita fuit editum ante nos, quibus et hic et superius segm. 122. atque in indice capitum reponere placuit, φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοίαι, φίττα Μελίαι, quomodo legendum viderat etiam *Meursius* et *Sopingius* ad illa *Hesychii*, Μηλιάδες, νύμφαι. Ῥοίαι quae sint, res est incerta. me tamen si roges, Doricam eam esse vocem putabo, sicut et Μαλιάδες, quae nymphas aquarum fluminumque praesides designet ἀπὸ τοῦ ῥέειν. ῥοία alia notione est apud *Hesychium*, quae tamen illam vocis formam probet, parilique modo ῥοία papaveris quoddam genus, dicti Romanis *erratici*, nominatur. ita quidem scribitur in *Plinio* H.N. XIX. cap. 8. et *Paulo Aegineta*. sed *Galenus* libr. VII. περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, ῥοιάδα nominat, non ῥοίαν seu *rhoeam*. fuit in usu utraque vocis forma, sicut et utramque reperi in veteri quodam Codice MS. de Re Medica. Porro, quamvis MSS. invitis haud facile quid restituere coner, legi tamen praeferam Μηλίαι, ut eaedem sint quae Μαλιάδες, sed dialecto communi prolatae. non tamen abiicio vulgatam lectionem, quam *Eustathii* auctoritate defendere possis. et in *Hesychio*: Μελία, δένδρου εἶδος ἀπὸ Μελίας Ὠκεανοῦ· ἡ ὁδοί· restituunt ᾠδή· forsitan non male. ψίττα vero et σίττα non differunt. nota est illa utriusque literae commutatio ψάγδας, et σάγδας, ψίττακος, σίττακος aliaque plurima. *Hesych.* Σίττα, ἐπιφώνημα αἰξίν. Idemque de altero etiam epiphonemate: Ψίττον, ταχέως, εὐθέως, pro quo cogitavi, num forsitan scribi praestet ψίττα· puto sane, suadeatque id certe literarum sequela; id enim, quod et ad rem nostram est, subiicitur protenus: Ψιττάζων, ψίττα ἐπιφθεγγόμενος, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα.

καὶ οἱ φίτταροι] C. A. non habet καὶ οἱ. C. V. φιττά-

ῥοιαι etc. dein omittit παιδιά. *Salm.* φίττα Μαλιάδες, quod probat, φιττάρια, dein, φίττα Μελίαι. Kuehn.

νύμφας εὔφημ.] *Interpr. sponsas, nymphas* scil. *Meliadas* cognomento, quae gregibus ovium praepositae erant ab *Ethnicis.* μῆλα, *oves* sunt, *ab ovibus nymphae Perimelides* dictae, inquit *Servius* in *Eclogam* X. *Virgilii*, vel ἐπιμηλίδες leg. ἐπιμηλιάδες. *Anton. Liber. Fab.* 31. φίττα *vel* ψίττα ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα, *quando pecus agere volebant celerius*, et hoc loco virgines eodem se mutuo incitant ad currendum. Kuehn.

τὸ δὲ πλαταγώνιον] C. A. περὶ πλαταγωνίου· vid. *Hesych.* in πλαταγώνιον, πλαταγωνήσας. Kuehn.

τὸ δὲ πλαταγώνιον] Sequitur πλαταγώνιον, de quo videri potest et *Rhodiginus* lib. XIX. Antiq. Lect. c. 4. ubi quaedam admiscet de telephilo. Iung.

ἐρῶσαι] MS. mendose αἰρῶσαι. Iung.

καλεῖται μὲν γὰρ οὕτω] C. A. καλεῖται μὲν οὕτω etc. Kuehn.

κρόταλον] *Crepitaculum. Meursius* II. *Critic. Arnob.* 8. et *Cur. Plaut.* ad *Cistell.* c. 5. Iung.

καταβαυκαλεῦσιν] Leg. καταβαυκαλῶσιν, ut in MS. alias autem editum: ὦ κατάβαν καλοῦσιν· de quo emendando monuit et *Leopard.* libro septimo, capite quinto: καταβαυκαλίσεις et καταβαυκαλήσεις nutricularum naeniae. de iis *Casaub.* in *Charact. Theophr.* pag. 200. Seb.

καταβαυκαλεῦσιν] καταβαυκαλοῦσι etc. *crepitaculum et sistrum, quo circumsonant nutrices oblectantque puerulos somnum difficilem habentes.* καταβαυκαλᾶν est vel assa voce et naenia quadam invitare somnum infantibus, vel *crepitaculis* aliisque id genus instrumentis. *Salm.* καταβαυκαλῶσι. Kuehn.

καταβαυκαλεῦσιν] Bene restituit ex MS. suo καταβαυκαλῶσιν *Seberus* noster. quod ita prorsus et in MS. nostro est, quamvis inepta manus id mire voluit refingere in ὃ κάταβαν (sive κόταβαν· quamvis et ττ duplicasse videtur; evanida enim ea scriptura) καλῶσιν· antea vulgati minus corrupte ᾧ κατάβαυ καλοῦσιν. *Meursius* II. *Crit. Arnob.* 8. habet καταβαυκαλοῦσιν· et ita emendandum istum locum se monuisse in *Spicilegio Theocritico* ait. Sed καταβαυκαλῶσιν, quod in MSS. et *Leopardo* visum, rectius reponemus cum *Sebero* nostro. Iung.

καταβαυκαλεῦσιν] Hoc quidem in editione *Seberiana* peius est, quam in prioribus, quae κατάβαυ καλοῦσιν habebant; quod, si modo coniunxeris, probum erat. dicitur enim

et καταβαυκαλᾷν et καταβαυκαλεῖν, unde καταβαυκαλούμενα παιδία, *pueruli lallo sopiti Suidae* dicuntur et *Hesychio*. sed tamen MSS. lectionem expressimus in textu potius. De *lallo*, et καταβαυκαλισμῶν legendus est illustriss. *Scaliger* in *Lection. Auson.* lib. II. c. 11.

τὰ δυσυπν. τῶν παιδίων.] C. A. et *Salmas.* τῶν παίδων. C. V. τὸ omittit δυσυπνοῦντα. Kuehn.

* τηλεφύλλου] Vid. segm. 122. Seb.

* τηλεφύλλου] C. A. τηλεφίλου. C. V. et *Salmas.* habet τηλεφίλου. C. A. hunc titulum praefert: περὶ τηλεφίλου περὶ κρίνου, περὶ σπέρματος μήλων, περὶ λαττίγων. *Hesych.* Τηλίφιλον, φυτόν τι· τινὲς δὲ ἀειζῶον ἄγριον. Kuehn.

* τηλεφύλλου] MS. ἀλλὰ καὶ τοῦ τηλεφίλου κ. (et sic, asterisco sublato, restituere ne dubites, etiam consentiente MS. *Seberi*, et *Nostro* supra segm. 5. et 122. Adnotaverat hoc et olim *Schottus* noster, in cuius excerptis ita hic invenio: τοῦ τηλεφύλλου) *Emendo* τηλεφίλου, *ex auctoritate interpretis Theocriti:* εἴρηται δὲ τηλέφιλον κατὰ κοινωνίαν τοῦ τ πρὸς τὸ δ, οἱονεὶ δηλέφιλον τὶ ὂν τὸ δηλοῦν τὸν φίλον· *sed et penultima huius dictionis corripitur apud Theocr.* οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν. sed et *Hesychius*: Τηλέφιλον φυτόν τι· τινὲς δὲ ἀείζωον ἄγριον. Iung.

* τηλεφύλλου] Stellula deleta textus habet τηλεφίλου. Vide *Meursium* in πλαταγίζειν, qui hac de re pluscula collegit. Mox συμβληθέντας cum *Kuehnio* restitui pro ἐμβληθέντας. De his autem similibusque divinationibus alibi opportunior dicendi locus erit.

ἐμβληθέντας] MS. συμβληθέντας. Seb.

ἐμβληθέντας] C. A. συμβληθείσας. Kuehn.

ἐμβληθέντας] MS. noster, ut *Seberi*, συμβληθέντας· et placet prae vulgato. Iung.

ποιήσειεν] C. A. ποιήσαιεν. Kuehn.

εὔχροτον] E MS. priores editiones εὔχροντον. Seb.

εὔχροτον] Ita et noster MS. Iung.

128.

διπλοῦν ὄν] C. A. διπλὸν ἦν κ. δ. Kuehn.

ἐκφυσήσαντες] Malim ἐμφυσήσαντες, *inflantes, ut spiritu impleatur* etc. Kuehn.

ἐκφυσήσαντες] Praecedit ἔνδοθεν, pro quo ἔκδοθεν in Veteri suo Codice legi notavit *Salmasius*, indeque forte reponendum coniectat ἔξωθεν· nobis vulgata placet.

τὸ σπέρμα] C. V. τῷ σπέρμα. Kuehn.

τὸ σπέρμα] MS. mendose, τῷ σπέρμα etc. Hunc lusum adduxit *Cruquius* ad illud *Horatii* II. *Satyr.* 3.

Quid? cum Picenis excerpens semina pomis
Gaudes si cameram percusti forte: penes te es?

Iungerm.

ἔνδοθεν.] Pro ἔνδοθεν leg. C. A. et V. ἔνθεν· post ἔνδοθεν interpungendum, ut ἄκροις cum sequentibus cohaereat. Kuehn.

ἔνδοθεν.] MS. ἔνθεν pro ἔνδοθεν· sed non libet temere mutare vulgatum. aliter tamen certe distinguendum est. nempe, ἔνδοθεν, ἄκροις τοῖς πρ. Iung.

ἔνδοθεν. ἄκροις] Laborabat a vitio distinctionis hic locus, quod, sicut *Iungermannus* noster, sic et ad marginem sui Codicis emacularat *Kuehnius*; eorumque mentem sum sequutus in restituendo textu.

συμπαίζοντες] E MS. prior. edit. συμπαίζοντες. Seb.

συμπαίζοντες] Bene συμπαίζοντες *Seberus* edidit. confirmat id et MS. noster. Iung.

ὅν, εἰ πρὸς ὕψ. etc.] C. A. τὸν εἰς πρὸς ὕ. ποιήσειεν ε. τ. εὔνοιαν τούτων. Kuehn.

ἰσημ. τούτῳ τὴν εὔνοιαν etc.] MS. alio ordine, ἰσ. τὴν εὔνοιαν τούτῳ τ. Iung.

λαττάγων] Scr. λατάγων, ut supra VII, 110. Seb.

λαττάγων] λατάγων MS. noster. et ita emendandum est, iubente quoque *Sebero* nostro. sic supra MS. segm. 5. etiam vulgo et segm. 122. MS. λατάγες. Iung.

τῶν λαττάγων] τῶν πατάγων perperam in suo V. C. scribi notat *Salmasius*. In *Polluce* reposui λατάγων· λάταξ enim et λαταγὴ ille cottabi sonus. *Callimachus* — αἰκελὰς ἐκ κυλίκων λατάγας. Κοτταβισάντων *Kuehnius* restituerat pro κοτταβησάντων· sed dictum videtur tam κοτταβεῖν quam κοτταβίζειν. in *Hesychio* sane est ἔπαθλον τῷ ἄριστα κοτταβήσαντι.

εἰ τὸ λείψ.] C. A. εἰς τὸ λ. Kuehn.

129.

ἐστίν, ὅταν.] Delet *Salmasius*. Kuehn.

ἐστίν, ὅταν] MS. ἐστινὅτ' ἄν. Iung.

πότερον τετύπηκε.] C. V. πότεραι. C. A. τετύπτηκε. Kuehn.

πότερον τετύπηκε.] MS. πότεραι τετύπτηκε· et hic fere illud adpendulum τ meos oculos fugerat. Ita enim scribendum est, a τυπτέω nimirum. tale supra VIII, 78. τετύπτηται. sed et alterum ποτεραι ita sine accentu scriptum non capio, nec placet vulgatum. Quam ineptum enim qui verberavit,

interrogare, num verberant. Legendum puto *ποτέρᾳ τετύπτηκε*· scilicet *χειρί*· *utra manu verberarit:* quod, credo, si coniectabat ille qui vapularet, alter ferendis plagis substituebatur. Iunge.

πότερον τετύπηκε.] Futilem hanc lectionem dum sequitur *Meursius*, fieri non potuit aliter, quin eruditissimus vir laberetur in ludi expositione. meliora nos MSS. docent, quorum ope restituimus in *Pollaceo* textu: *ποτέρᾳ τετύπτηκε*· ι nimirum in MSS. ad latus adpositum, ut in Codicibus antiquis fieri plerumque solet, quod iam subscribi mos obtinuit. sensus itaque totius loci: *Κολλαβίζειν est cum hic quidem manibus expansis oculos sibi claudit; alter vero inflicta plaga interrogat, alterutra manu percusserit.* In indice vero capitum utrique, dum pro *κολλαβίζειν* recta voce neque mutanda reponimus *κοτταβίζειν*, eruditissimus *Kuehnius* eumque sequutus ego decepti sumus, cum hinc falsos esse nos opinionis aperte pateat. Illud autem *τετύπτηκε* quod attinet, monui de hac verbi forma VIII, 78. sed animo meo obsequi iam lubet, atque alia similia hic congerere. et primum quidem Atticum esse *τυπτήσω* observavit etiam *Etymologus*. sic et apud *Philonem* in *Flaccum τετυπτημένος*· *τῶν ἰδιωτῶν Ἀλεξανδρείων Ἰουδαίων ταῖς ἐλευθεριωτέραις καὶ πολιτικωτέραις μάστιξιν τετυπτημένων.* et in *Lucian. Demonacte τετυπτηκώς*. pariter in *Basilicis* libr. LX. tit. 50. §. 52. *εἰ μέν τοι μὴ προσετυπτήθη ὁ κάπηλος.* Eodemque modo dicitur *γράφειν* et *γραφεῖν*, *ἀναγράφειν* et *ἀναγραφεῖν*, *διαλέγειν* et *διαλεγεῖν*· illaque verborum forma *Smyrnaeis* fuisse frequentissima videtur. sanequam est celebris in *Smyrnaeorum Foedere* inter *Arundeliana Marmora*; quod ut tute videas, haec paucula notabo: *περὶ οὗ Ἀλέξανδρος γεγράφηκεν.* Iterum: *τὸ ψήφισμα τόδε ἀναγραφήτω κατὰ τὸν νόμον, ἀναγραφήτω δὲ καὶ εἰς στήλας, εἰς ἃς καὶ ἡ ὁμολογία ἀναγραφήσεται.* Denique: *περὶ τῶν γεγραμμένων ἐν αὐτῇ διαλεγήσονται.* Talia plura reperiuntur in *Herodoto* et vetustissimo *Chronico Marmoreo.* [Inter illa duplicis coniugationis exempla, quae ex foedere Smyrnaeo protuli, secundum deleri volo, quod minus videatur opportunum. *Ex Addendis.*]

προσθήσομεν κατὰ συνων.] Ita MS. tamen: *προσθήσομεν εἰς συμπλήρωσιν τοῦ βιβλίου κατὰ συνωνυμίαν, ἢ ὁμοιότητα* post quae statim incipit caput novum. Iunge.

ἢ ἀνομοιότητα] Absunt haec verba usque ad *ἑξῆς* a MSS. Kuehn.

κατὰ συμπλήρωσιν τοῦ βιβλίου.] MS. *εἰς συμπλήρωσιν.* Seb.

κατὰ συμπλήρωσιν τοῦ βιβλίου.] *κατὰ συμπλήρωσιν τ. β. ut*

liber compleatur, iustumque habeat modum accedente hac mantissa. *Salm.* εἰς συμπλήρωσιν τ. β. KUEHN.

κατὰ συμπλήρ. τοῦ β.] Aut fallor, aut id voluit Auctor noster, adiecturum se, quae reliqua sequuntur hoc libro, ad complendum volumen. cui efficiendo sensui illud ineptum est: κατὰ συμπλ. pro quo itaque reddidi e MSS. εἰς συμπλ. Dixisse similiter *Theophanem Cerameum* in memoriam revoco, cetera se prolaturum εἰς τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν, ut plenam faceret atque perfectam orationem.

130.

συνών. τῇ ὅμοιος, etc.] C. A. hunc habet titulum: συνώνυμα τῶν περὶ τὸ ὅμοιον. *Salmas.* τῷ ὅμοιος etc. καὶ ἑξῆς. KUEHN.

συνών. τῇ ὅμοιος, etc.] In lemmate capitis MS. συνώνυμα τῷ ὅμοιος, τῷ ἀνόμοιος, τῇ etc. et sic emendarem, quo pacto et supra in recensione capitum fere segm. 5. IUNG.

συνώνυμα τῇ ὅμοιος, etc.] Hic quidem non opportune positum illud τῇ· τῷ, quod in illius locum restitui, est e MSS.

προσόμοιος.] C. A. et *Salm.* pergunt ita: παρόμοιος, παρεοικὼς etc. *Hesychius*, Παρεοικὼς, παρόμοιος. KUEHN.

προσόμοιος.] MS. προσόμοιος, παρόμοιος, προσεοικὼς etc. iis quae παρόμοιος adduntur omissis. IUNG.

προσόμοιος.] Occurrit in *Platone* et *Xenophonte*: παρόμοιος, quod protenus subiicitur, in *Gloss. Veter.* exponitur, *adsimilis.* sic et *Ammonius* tholum dictam esse σκιάδα refert, διὰ τὸ οὕτως ᾠκοδομῆσθαι αὐτὸν στρογγύλον παρόμοιον θολίᾳ, *umbellae adsimilem.* Notandum vero *Onomasticographum* nostrum praecipuam partem hoc totum caput delegisse ex *Platone*, *Thucydide*, *Xenophonte* et *Aristophane*, quibus admiscuit alia quaedam de veteribus *Comicis* collecta, ut minima sit illa vocum pars, quae non in dictis auctoribus reperiri possit. iamque id agere certus eram animi, ut pleraque ex eorum scriptis vocabula *Nostro* nominata deducerem huc, cum admonere me coepit propositi mei ratio, atque ab hoc consilio divulsit. neque etiam operas differre lubet, quod plurium auctorum loca me quaesituro fieri necesse esset. Pergamus itaque, et, si fortean res postulet, quaedam interspergamus. Ab ἐμφερὴς extat in *Dionysio Areopagita* ἐμφέρεια, *similitudo*, exponiturque a *Scholiasta Maximo*, ὁμοιότης.

προσφέρων.]. Notandum eadem significatione qua προσφερὴς, non notata, nisi fallor, apud *Lexicographos*. *Nunnesius* in suis Notis ad *Phrynichum* saepius adnotat, quae accessio posset fieri ex *Phrynicho* ad Thesaurum *H. Stephani*:

longe maior in nostro *Polluci* reposita est, idque nimis notandum saepe esset, si modo hoc ageremus. IUNG.

Ἀριστοφ. δὲ ἐν Πολ. etc.] Haec absunt a C. A. usque ad *προσοικῶς·* ita et *Salm.* de V. C. KUEHN.

Ἀριστοφ. δὲ ἐν Πολ. etc.] Haec desunt in MS. usque ad *ἀλλὰ μὴν καί. Platonicum προσοικῶς* quaerendum. IUNG.

Ἀριστοφ. δὲ ἐν Πολ.] Meminit hinc inter alios huius *Aristophaneae* fabulae *Meursius* in *Attica Biblioth.* et enim superius eundem habuimus etiam in Auctore nostro. sed observare lubet, solitos fuisse creberrime *Comicos* titulis insignire tragoediarum suas fabulas, seu id ludicri causa fuerit factum, seu etiam ut sub hoc velo ipsos illarum fabularum auctores perstringerent, quo de iam non inquiram amplius. in istis fabulis et enumeres licet hunc *Polyidum Aristophanis.* tragicum id est argumentum, quod ille soccis aptaverat. scilicet illam tragoediam in scenam ediderat *Sophocles*, qua in re si quis testimonia desideret auctorum, adeat ille *Meursii Sophoclem*, et summum *Casaubonum* ad *Athen.* VI. Anim. c. 4. Porro isto vocabulo *προσοικῶς* tum alibi tum et in *Critia* utitur *Plato.*

καὶ τύπωμα, καὶ ἐκμαγεῖον] Est in C. A. *ἐκτύπωμα, ἐκμεμαγμένον· τὰ δὲ ῥήματα, ὁμοιῶσθαι παρομοιῶσθαι καὶ προσφέρειν καὶ προσεκφέρειν μ. ε. ἀποσφραγίσθαι* etc. quae interiacent omittuntur omnia. *Salm.* etiam delet e V. C. KUEHN.

καὶ τύπωμα, καὶ ἐκμαγεῖον] Desunt in MS. *καὶ τύπωμα καὶ ἐκμαγεῖον.* IUNG.

καὶ τύπωμα, καὶ ἐκμαγεῖον] In omnibus haec MSS. desunt. et mirum tamen, si ista non a *Polluce* hic commodo maxime loco sint profecta. de cetero certum est in nudis istiusmodi vocum recensionibus, quae sunt in *Polluce* frequentissimae, plurima diligenti lectorum opera ad marginem adlita fuisse, atque tum temporis lapsu irrepsisse textum, quibus tamen inviti careremus. *Τύπωμα*, sed alio sensu, est in *Electra Sophoclis*: *τύπωμα χαλκόπλευρον*, quod et ad *Suidam*, qui indidem ista citavit, *Portus* monuit. Integrum vitae hominem *Basilius* appellat *τύπωμα τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Χριστοῦ προαιρέσεως.* *Ἐκτύπωμα*, et, quod inde derivatum verbum *ἐκτυποῦν* mox habet *Pollux*, utraque sunt in summi *Philosophi Timaeo*: *νοῆσαί τε (χρὴ) ὡς οὐκ ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας, τοῦτ' αὐτὸ, ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ* etc. in quorum verborum sensu diametro ferme distant *Chalcidius* et *Marsilius Ficinus*: nos hic lubentes tacemus, siquidem ipsam rei expositionem

versionis medela secum trahat. Sed de ἐκμαγείῳ paucula notare lubet, quae et *Pollucem* nostrum et ipsam illustrent vocem, cuius duplicem adnotamus significatum. primus est, cum ab exemplari, quod ἀρχέτυπον Graeci appellant, expressam imaginem denotat. *Hesychius* itaque: Ἐκμαγεῖον, ἐκτύπωμα, ὑπόγραμμος, σφραγίς· et Ἐκμαγῆναι, (sic enim cum *Stephano* scribendum) ἐκτυπωθῆναι· illaque notione reperio dictum *Polyaeno* τῶν βαλαναγρῶν ἐκμαγεῖα lib. II. ubi de *Dioeta*: ἔλαθον ἀπομαξάμενοι τὰς βαλανάγρας, καὶ τὰ ἐκμαγεῖα τῷ Διοίτᾳ διέπεμψαν· scilicet ἀπομάττεσθαι atque ἐκμάττεσθαι eadem notione gaudent. *Hesychius*: Ἀπομάττεσθαι, ἀναλαβεῖν, μιμήσασθαι· et utrumque sic occurrit in *Philostrato* de V. S. lib. I. et *Aeliano* de Animalibus X, 29. est et ἀναμάττειν, annuli effigiem antiquam renovare, ac iterum impresso restituere sigillo. eleganter *Iulianus* Ep. 8. ἐγὼ δέ σε καὶ εἶδον ἤδη τοῖς γράμμασι, καὶ τῆς ἱερᾶς σὺ ψυχῆς τὴν εἰκόνα, καθάπερ ὀλίγῃ σφραγῖδι μεγάλου χαρακτῆρος τύπον ἀνεμαξάμην· quorum verborum sensum interpretibus non intellectum explanare iuvat: *te vero*, inquit, *equidem vidi in tuis literis, et sacrae tuae mentis imaginem, tanquam parvulo sigillo magni characteris effigiem mecum renovavi, atque recollegi*; lectis scilicet his tuis literis, quae signatoriae gemmae vice fungebantur; indidem est quod ἀναμάττεσθαι τὴν μνήμην dixerit *Tyrius Dial.* 38. similiterque *Theodoretus* serm. 5. Ἑλλην. θεραπ. pag. 556. Haec autem omnia verba praecipue solent usurpari de figuris impressis molliori materiae, uti cerae, quod vel eorum indicet origo ἀπὸ τοῦ μάττεσθαι. Hinc itaque cuius est expressa figura in cera similive re molliori, ἐκμεμαγμένος dici potest; et eo sensu capiendum existimo *Cratini* locum, ut quis habuerit delineatam alterius effigiem, ipsoque, cuius erat effigies, homine conspecto dixerit: *Ille ipse est sic expressus.* in margine notaverat ad *Comici* locum οὗτος *Salmasius*, quod, credo, restitutum voluit pro οὕτως· sed si sic putavit, frustra fuit eruditissimus vir. Cum autem *Hesychius* ἐκμαγεῖον exponat σφραγῖδα, non id intelligendum est tanquam si annulum aut ipsam gemmam signatoriam ita vellet appellatam, sed quod ἐκμαγεῖον etiam signaculum, τύπον, expressamque ab annulo figuram designat. id esse saepissime σφραγῖδα, nota res est. solent itaque iungi non raro ἐκμαγεῖον et τύπος, sicuti in *Platone* lib. VII. L. L. κείσθω νόμος ἡμῖν, καὶ τύπος, ἐκμαγεῖόν τε τρίτον τοῦτο· pauloque superius simili notione voce hac fuerat usus. quin etiam per τύπος exponitur a *Nicephoro* ad *Synesii Somnia*, ubi nos non habere inquit sensum atque ap-

prehensionem rerum, quae sunt in anima prima, *πρὶν εἰς φαντασίαν ἥκειν αὐτῶν ἐκμαγεῖα· delineamenta* commode dicas cum *Apuleio*, qui eadem in re Romana voce sic usus est, effigies istas rerum existentium in phantasia seu imaginatione depictas. eadem ipsa nominare solet alibi *Synesius* *εἴδωλα· εἴδωλα ἀποῤῥεῖ, τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν ἀποπάλλεται·* ad quem locum *Nicephorus*: *χαρακτῆρες καὶ ἐκμαγεῖα καὶ τύποι.* utrumque nimirum, *εἴδωλον* et *ἐκμαγεῖον*, sic usurpari solitum a *Platone* et *Proclo*, quod pluribus ostendere non est huius loci. Rorro est inde *ἐκμαγειοῦν*, eiusdem notionis τῷ *ἐκμάσσειν*. emendandus *Hesychius*: *Ἐκμαγειωθεὶς, ἐξομοιωθείς. Ἐκμαγειοῖ, ἐκμάσσει·* sic enim posteriora supplenda puto cum eximio *Lindano*. Sed ad alteram significationem tempus nos vocat, quae rarior haec est: non scilicet effigiem saltem seu expressam imaginem *ἐκμαγεῖον* signat, sed et illam ipsammet rem, quae aut effigiem recepit, aut eius recipiendae capax est, eaque mihi significatio a Doribus manasse videtur, siquidem ii sint primi, quos ita *τῷ ἐκμαγείῳ* usos fuisse reperiam. philosophi, qui de *Pythagorae* convivio prodierunt, materiam esse statuebant *ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν τᾶς τρίτας οὐσίας.* verba sunt *Timaei Locri* non procul initio libelli *περὶ ψυχᾶς κόσμω·* et vinne exacte novisse, quid per *ἐκμαγεῖον* intelligat eximius *Locrus*, lege quaeso et attende, quae tibi mox in eo sequentia ponam: *δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμάξαμέναν ἀποτελεῖν πάντα τὰ γεννάματα. ὁμοιώματα* dicit quae *Synesio* vocantur *εἴδωλα*, quaeque prodeunt ac quasi profluunt *ἐκ τῶ νοατῶ παραδείγματος τῶν γεννωμένων*, quod et *ἀγένατον* et *ἀκίνατον* *Timaeus* appellat. nec aliter *Ocellus Lucanus*, cui *σῶμα* seu corpus, quod *ὕλην* dixerat *Timaeus*, *πάνδεχες* dicitur *καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως· Scholastici* dicere amant *subiectum.* ab his itaque doctrinae *Pythagoricae* antistitibus *Plato* vocis *ἐκμαγεῖον* illam notionem est mutuatus. insigne rei documentum ille *Platonis* in *Timaeo* locus, quem haud dubie ex positis modo philosophi *Locri* verbis expressit: *ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων·* in hisce, cum vim vocis *ἐκμαγείου* altera Latina desperaret apte reddi posse, *Chalcidius*, eleganti descriptione et rei et vocabuli ingenium complexus est. delecta ponere lubet: *estque usus eius* (naturae) *similis molli cedentique materiae, in quam imprimuntur varia signacula:* non e *Platone* alia plura congerere animus est. Denique *Sophronisci* filium alii plurimi, praecipue si qui summi Atheniensis lectione delectarentur, sequuti sunt. pro-

ducam elegantem philosophi Chaeronensis locum, in quo manifesta sit ista τοῦ ἐκμαγείου significatio. is est in prologo lib. V. *Sympos.* ubi quosdam ait existimare mentem nihil egregii atque laeti in se fovere atque alere, obsecutam scilicet totam corporis affectionibus, *ὥσπερ ἐκμαγεῖον καὶ κάτοπτρον εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ γενομένων αἰσθήσεων ἀναδεχομένην·* dicitur itaque recipere mens *εἰκόνας τῶν ἐν σαρκὶ γενομένων αἰσθήσεων ὥσπερ ἐκμαγεῖον·* nam *εἴδωλα* respiciunt *κάτοπτρον·* et optime quidem eo loco *Xylander: utpote qui instar materiae formas in se admittentis rerum* etc. *adiectus esset.* contra ea pessime in *Timaeo expressum rerum simulachrum* reddiderant. talia notare plura promptum mihi sit ex *Iamblicho*, *Proclo* aliisque. sed illis, quae dixi, rem satis apertam existimo. Porro, nisi me meus fallit animus, qui primus hanc posteriorem *ἐκμαγείου* significationem prodidit et data opera explicuit, fuisse puto *Petavium* ad *Themistii Orat.* XXI. ibique Graecam vocem Latine *conceptaculum* dici posse opinatur. mallem ego, *receptaculum*, uti τὸ δεχόμενον in *Platone* interpretatus est *Chalcidius.* sed hinc iam lubet discedere, ante tamen posito *Themistii* loco, ad quem hac de re notavisse *Petavium* dixi: *καὶ μοι σκληρίας ὑπόπλεων ξυνεπάγη τὸ ἐκμαγεῖον· ὥστε καὶ πάνυ βουλομένοις αὐτοῖς ἐγγράφειν μὴ δύνασθαι τὰ παιδεύματα.*

131.

οὕτως] Abest a C. V. *Salm.* *οὗτος*. Kuehn.

οὕτως] MS. *οὕτως* in versu *Cratini* omittit. Iung. Vel delendum *οὕτως*, vel scribendum

οὗτος ἐκεῖνος αὐτὸς ἐκμεμαγμένος.

Toupius.

Ἀριστοφάνης etc.] Haec MS. omittit etiam prorsus usque ad *καὶ τὰ ῥήματα.* Sed de *Aristophanis* verbis, ut vulgantur, an vere vulgentur dubitare hercle possumus. *H. Stephanus* ad oram sui Codicis ita adscripsit: *λέων λέων αὔτ᾽ ἔκμαγμα σόν.* *Ita citat Eustath.* 1857. nempe ad *Ὀδυσσ. τ.* meminit et, sed vocabuli saltem, ad *Ἰλ. δ.* τὸ *εἰρημένον*, ait, *ἔκμαγμα λέγει ὁ Κωμικός.* Versus *Comici* vero non solum hic, sed et in ipso Codice *Aristophanis* corruptus est, et quidem hoc vocabulo plane deformato, Vel valde fallor enim, vel ipsum versiculum primus indico, quem hunc aio esse *Thesmophor.*

λέων λέων σοι γέγονεν αὔτ᾽ εἶγμα σόν.

Emenda iam e *Polluce* et *Eustathio*:

λέων, λέων, σοι γέγονεν αὔτ᾽ ἔκμαγμα σόν.

vel potius αὐτ' ἔκμαγμα σόν· αὐτ', ἤγουν αὐτὸ τὸ παιδίον· ut enim integrum locum excerpam de novello puero:

εἶθ' ἡ μιαρὰ γραῦς, ἡ ἔφευγε τὸ παιδίον,
θεῖ μειδιῶσα πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ λέγει,
λέων, λέων σοι γέγονεν αὐτ' ἔκμαγμα σόν.
τά τ' ἄλλ' ἀπαξάπαντα, καὶ τὸ πόσθιον
τῷ σῷ προσόμοιον, στρεβλὸν ὥσπερ κύτταρον.

Restitue itaque versum illum apud *Eustathium* et *Pollucem* nostrum. Iung.

Ἀριστοφ. δὲ ἐν τ. Θεσμ. etc.] Ipsa χρῆσις *Aristophanea* corruptissima fuit ante nos. restitui in textu, ut *Kuehnius* ad oram sui Codicis. *Salmasius* adnotaverat haec: λέων, αὐτ' ἔκμαγμα σόν· *hodie* εἶγμα *perperam legitur apud Aristophanem.* quod verum est; et plures esse pares in eximio *Comico* locos, ubi supposititiae voces genuinarum occupant locum, exemplis alibi docebo.

καὶ τὰ ῥήματα, etc.] MS. τὰ (sine καὶ) δὲ ῥήματα, ὡμοιῶσθαι, προσωμοιῶσθαι, καὶ τὰ ὅμοια· καὶ προσφέρειν· omissis intermediis. Ceterum omnino reponendum est ὡμοιῶσθαι, προσωμοιῶσθαι· ratio certe augmenti non aliter patitur: nisi ὁμοιοῦσθαι etc. cum *Seberi* MS. malimus. Illud tamen ego amplector, praescribens nemini. nec iunctum cum παρὰ expungam, modo etiam παρωμοιῶσθαι scribatur, sic et hoc addatur. Iung.

καὶ τὰ ῥήματα, etc.] Ὡμοιῶσθαι et παρωμ. redditum est a me textui; quae quidem lectio melior fuit visa Codicis *Augustani* scriptura, quod sequatur ἐοικέναι, eodem, ut Grammatici loquuntur, tempore. additum etiam προσωμοιῶσθαι· habuimus enim προσόμοιος et mox προσομοίως. Claudit enumerationem horum verborum *Noster* addito ἐκμεμάχθαι· eo de superius luculenter dictum. adiicere lubet hic *Cyri* Poëtae carmen non inelegans de morte immatura *Musae*; quam cum tres supra triginta annos explesset, fatum rapuisse refert,

θηλυτέρην δ' ἥρπαξε ῥόδων καλύκεσσιν ὁμοίην
πάντ' ἀπομαξαμένην ἔργα τὰ Πηνελόπης.
Sic cecidit foliis nil concessura rosarum
Penelopen omni parte secuta nurus.

Latina *Grotii* sunt. *Callimachus* etiam epigrammate in *Arati Phaenomena* sic est illo verbo usus:

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδὸν
ἔσχατον, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα μελιχρότατον

τῶν ἐπέων, ὁ *Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταὶ*
ῥήσεις Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Torsit eruditos epigramma. *Casaubono* quae sit mens, in eius Lectionibus *Theocriteis* videre potes: mihi nihil in prioribus mutandum videtur. sensus est hic: *Hesiodi* cantus hic est, pangeudique modus. non certe poëtam ultimum, sed cuius etiam ipsum versuum corpus mellitissimum est, Solensis ille expressit. *σῶμα ἐπέων* quid dici possit, non, credo, latebit hominem paululum a Graecis literis instructum: sed in extremo versiculo *ἔκγονοι* malim pro *σύγγονοι*. At vero ne ultra crepidam.

ὁμοιῶσθαι, παρομοιῶσθαι] *ὁμοιοῦσθαι, παρομοιοῦσθαι*. Seberus.

καὶ μεμιμῆσθαι] Deest *καὶ* ante *μεμιμ.* in MS. Iung.

οἰκότως δὲ, καὶ ἐοικότως] C. A. *εἰκότως* leg. pro *οἰκότως*. Kuehn.

οἰκότως δὲ, καὶ ἐοικότως] MS. *εἰκότως δὲ, καὶ ἐοικότως* etc. nec mihi quis persuadeat tanti *τὸ οἰκότως Pollucem* fecisse, ut *εἰκότως*, quod apud *Thucydidem*, *Lucianum*, alios multos invenias, omiserit, egoque potius vulgato eiecto adferam hoc. reliqua *παρεοικότως* etc. usque ad *τὰ δὲ πρ.* desunt in MS. et eorum loco saltem habes *καὶ τὰ ὅμοια.* Iung.

οἰκότως] Ignotum mihi illud *οἰκότως*, neque, puto, meliorum usu probatum. placuit itaque MSS. *εἰκότως*, quod in textum revocavi.

132.

εἰκασία.] MS. *εἰκ. τύπωσις. Τὸ δ'.* Seb.

εἰκασία.] C. A. *καὶ εἰκασία τύπωσις. Τ. δ' ἐ. ἀ. καὶ ἀνεοικός.* Kuehn.

εἰκασία.] MS. noster auctior, ut et *Seberi. εἰκασία, τύπωσις. Τὸ δὲ ἐν.* restitue itaque illud *τύπωσις.* Iung.

εἰκασία] Subditum huic vocabulo in MSS. *τύπωσις*, quod itaque *Polluci* restitui: sed tamen et alia *Pollux* hic omittit, quae a prioribus formari poterant, ut *προσομοίωσις*, et *ἐκτύπωσις*, de qua posteriori monui superius. est et *ὑποτύπωσις*, *dispositio, deformatio*, in *Glossis*, unde itaque et *ὑποτύπωσις εὐδαίμονος βίου* apud *Synesium* in *Dion.* exponiturque a *Maximo Dionysii Areopagitae Scholiasta*, *ὑπόγραμμος*, *ὑπόδειγμα*. Latine dixit *delineationem Boëthius*, quod ipsissimum est *ὑπόγραμμος*. Est et *διατύπωσις*, aliaque talia, in quibus colligendis morari non lubet.

καὶ ὅσα ἄν τις εἴποι, λόγῳ etc.] Abest a C. A. *λόγῳ*, ut et *μόνον* mox, et tum *τὸ* ante *πρᾶγμα*. Kuehn.

καὶ ὅσα ἂν τις εἴποι, λόγῳ etc.] Distinguendum potius videtur, *καὶ ὅσα ἄν τις εἴποι λόγῳ, ἄρνησιν τ. ῥ. κ.* Aliquoties ita loqui solet. Iung.

καὶ ὅσα ἄν τις εἴποι, λόγῳ etc.] *Kuehnius* ad oram libri sui delerat *λόγῳ*, obsecutus A. C. sed tamen ego potius, cum meliores MSS. id agnoscant, et ita, *Iungermanno* observante, loqui soleat aliquoties Auctor noster, distinctione mutata medelam loco tetuli.

ἐπιῤῥήματα δὲ ἐπαμφοῖν] C. A. *ἐπίῤῥημα ἐπ' ἀμφοῖν* etc. Kuehn.

ἐπιῤῥήματα δὲ ἐπαμφοῖν] MS. *δὲ ἀπ' ἀμφοῖν*· quod malim. Iungerm.

ἐπιῤῥήματα δὲ ἐπαμφοῖν] *ἀπ' ἀμφοῖν* in textu reddidi.

ἀπάτη] In C. A. est novus titulus *περὶ συνωνύμων τῇ ἀπάτῃ.*

ὑποστροφή] C. A. *ἐξυποστροφῆς*· (ῆς) C. V. eodem modo leg. *Hesych.* *Ὑπόστροφον, ἀφιγμένον, ὑποστρέφοντα*· ubi post *ἀφιγμένον* videtur interpungendum. id est, *qui abiit et redit mutata mente.* Kuehn.

ὑποστροφὴ] MS. *στροφὴ, ἐξυποστροφὴ, διάδ.* a vulgato *ὑποστροφὴ* mox verbum *ὑποστρέφεσθαι,* quod MS. omittit. Iungerm.

ὑποστροφή] Rectum est id nominis, addendumque fuerit potius MSS. *ἐξυποστροφὴ*, quam ut in id mutetur recepta lectio. A priori vocabulo *στροφὴ* originem duxere Romanorum *strophae.* celebris est illa vox in *Plautinis* fabulis, et plerumque iungi *dolis* solet. hinc et in *Glossis: Strophosus, δόλιος*· neque etiam in hac re differt *versutus,* quod nomen *Cyrillus* exponit: *πολύτροπος, ποικιλόφρων*· *ὁ μὴ ὀρθὸς ἄνος,* pro quo legendum *ἄνθρωπος,* sic enim id vocabuli compendiose scribitur in MSS. indeque *versutia, πονηρία, πανουργία.* eadem est Romani quae Graeci nominis origo. Post *διάδυσιν* sequitur *διάλυσις,* quod nomen hic non opportuno positum est loco. et ex praecedenti vitiose repetitum abunde docent MSS. nostri, siquidem omittunt. porro neque casti scriptoris auctoritate defendi, neque repetita verbi mentione in sequentibus potest, quod de aliis omnibus hic factum. quae me rationes permoverunt, ut *διάλυσιν* hinc eiicerem. Dicitur quis *διαδύεσθαι,* qui dolose alicui obrepit, eaque notione in volumine N. T. id verbi occurrit.

διάδ. διάλυσις] Abest a C. V. in C. A. superscripta est vox illa. Kuehn.

διάδ. διάλυσις] Deest in MS. *διάλυσις*. Iung.

133.

κλοπὴ] MS. *κλ. παρατροπή*. Seb.

κλοπὴ] Post *κλοπὴ* inseritur *παρατροπὴ* in *Antwerpiensi* Codice. Kuehn.

κλοπὴ] MS. tam noster quam *Seberi* iterum vocula *Pollucem* auget: *κλοπὴ, παρατροπὴ, παραφ.* bene. inde *παρατρέπειν* additur mox, habesque et supra *παρατροπὴ* hoc modo IV, 50. Iung.

σκευωρία.] MS. *σκεωρία*· sed vulgatum recte habet, unde mox verbum. nisi *σκαιωρία* putes *Polluci* scriptum, quod *κακὴ βουλὴ* a *Suida* exponitur. Sed *σκευωρία* illi hercle loco non cedat hic, quod et infra habes X, 15. Iung.

σκευωρία.] *Etymologicon Vetus*: *Σκευωρία*, *factio*. *Suidas*: *Σκευωρία*, *κατασκευὴ*, *ἐπιβουλὴ*, *βλάβη*. *Hesych*. *Σκευωρία*, *κατασκευή*· et apud eundem est *Σκευώρημα, πλάσμα, κακουργία, κατασκευὴ, τὸ γινόμενον κατασκεύασμα εἰς βλάβην*. Sed enim si formularum dicendi Atticarum venatores consultum eas de hac voce, non admittendam respondebunt, nisi *σκευῆς* notione. sic *Thomas*: *Σκευωρία καὶ σκευώρημα, ἡ σκευή· λέγεται δὲ σκευὴ καὶ ἡ διακόσμησις, οἷον, ὅπλων σκευὴ ὅπερ ἐστὶ κάλλιστον*· et tamen hoc illis concedamus oportet, non nisi quam rarissime in Atticorum scriptis, qua ponit notione *Pollux*, reperiri. est vero, nisi me fallit animus, in *Xenophonte*. cum vero proprie sit significationis rectae atque probae, usus eam vocem ad peiora detorsit, quod et in *πανοῦργος* factum videmus; id enim vocabuli de homine ingenii efficacis olim fuit usurpatum, sed temporis lapsu atque usu invalescente de versuto et doloso dici obtinuit. audi *Scholiastem Anonymum* in *Hermogenem περὶ ἰδεῶν* pag. 400. *Πανοῦργος κυρίως μὲν ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, ὁ δραστήριος καὶ ἐνεργής· κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβόλου*. *Thomam* si legas, unde sua descripserit hisce collatis adgnosces; et eum forsitan hinc augeas et emendes. addit et ex *Sophoclis Aiace*: *ἀνδρὶ πανούργῳ φρένας*, ad quem locum *Scholia* videnda. lege porro et *Suidam*. saepius *Nostro* id etiam vocis occurrit, ubi lucem ab his affundere possit.

καὶ τὰ ῥήματα, etc.] C. A. *καὶ τὸ ῥῆμα, ἀπατᾶν*· caetera non extant ibidem usque ad *τὸ φιλοῦν* segm. 135. Kuehn.

ἐξαπατᾶν] MS. *ἐξαπατᾶν καὶ τὰ ὅμοια*, reliquis omissis usque ad *ἴσως δὲ καὶ* etc. Habes horum multa et supra IV, 148. etc. Iung.

σκευωρίσθαι.] Pro *σκευωρίσθαι* vulgato puto scribendum

σκευωρεῖσθαι· ita enim saepe apud *Demosthenem* occurrit, non puto et aliter. Iung.

σκευωρίσθαι.] *Kuehnius* in margine σκευωρῆσθαι. malui cum *Iungermanno* σκευωρεῖσθαι, simili nimirum cum ceteris temporis forma. *Etymologus Magnus*: Ἐσκευωρῆσθαι, κατεστοχάσθαι, ἐπιβεβουλεῦσθαι· sed ille nugacissime, quod ipsi non est insolens, ἀπὸ τοῦ κεύθειν, mutatis scilicet mutandis, derivat id verbi. et idem alibi τὸν ἀρχιτέκτονα dici aliquando ait τὸν κατασκευάσαντά τι καὶ σκευωρήσαντα πρᾶγμα.

134.

παράκρουσις] Quod ad παράκρουσις attinet, supra sane IV, 50. sine tali ἐπιπλήξει id ponebat. Iung.

παράκρουσις] Perquam esse frequens hoc verbum cum apud alios, tum apud *Demosthenem* praecipue, testis est *Harpocratio*, qui et notionis originem istis exponit: μετῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τι, ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα, καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν· καὶ ὡς Σοφοκλῆς που· Ὡς μήτε κρούσῃς, μήθ' ὑπὸ χεῖρα βάλῃς. *Ammonium* adde et *Hesychium*. *Demades* ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας· ἵνα μὴ λάθωσιν ὑμᾶς παρακρουσάμενοι. Quod hinc descendit παράκρουσις, quamvis durum esse decernat *Pollux*, non tamen est sine exemplo.

μήπη παραποδισθῶμεν.] Vid. supra II, 194. Seb.

μήπη παραποδισθῶμεν.] *Idem Plato* alibi, συμποδισθεὶς ἀπεστομίσθη· alterum locum *Platonis* quod attinet, C. V. ita eum exhibet: καὶ τὸ τί ποτ' ἂν οὖν λέγοιμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς; vulgata *Platonis* lectio est, λέγωμεν et ἡμεῖς· *quid tandem dicere possimus illud esse, quod nos decepit?* ἵν' ᾖ οἷον ἐξαπατηκὼς Auctoris verba sunt, quibus *Platonem* explicat. Kuehn.

μήπη παραποδισθῶμεν.] MS. μὴ πῄ παρ. Locus est in ipso statim principio lib. II. νόμων· ὅπη δὲ καὶ ὅπως ἀκούωμεν προσέχοντες τὸν νοῦν, μή πῃ παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ. loquitur περὶ τῆς ἐν οἴνῳ συνουσίας· quae itaque sequuntur in *Polluce*, οἷον παρατραπῶμεν, ἢ ἐξαπατηθῶμεν, *Pollux Platonis* verbum exponens addit. ibi MS. particulam ἢ omittit. Iung.

μήπη παραποδισθῶμεν] Aliam τοῦ παραποδίζειν notionem adnotat e *Polybio Suidas*: scilicet ut idem sit, quod ἐμποδὼν γίγνεσθαι in istis *Polybii* verbis: βατώδεις ὄντας τοὺς τόπους, ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάμμασι, καὶ παραποδίζειν τὴν τῶν ὅπλων χρείαν· sed illa tamen huius, quae in *Platone* usu venit, est fons.

εὔφωνον] Teretes nostri *Pollucis* aures! alias facile παραποδισμός, ut παρολογισμὸς existat. Iung.

καὶ τί ποτ' ἂν etc.] MS. ἔστι, καὶ τί πότ' ἂν οὖν λέγοιμεν ὁ πεπλανηκὸς ἡμᾶς· ἵν' ᾖ οἷον ἐξαπατηκώς· egregie noster MS. nisi quod velim λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι· ἵν' etc. adhuc vocula e *Platone* auctius scribere. Locus enim philosophi est hic eodem lib. II. *Νόμων* non longe etiam ita a principio: τί πότ' ἂν οὖν, ait ille Atheniensis, λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι, πότερον οὐ ταυτά ἐστιν ἡμῖν καλὰ πᾶσιν; etc. Videtur tamen et in *Pollucis* expositione ἐξηπατηκὸς legendum. Iung.

καὶ τί πότ' ἂν οὖν λέγ. etc.] Restitutus est nobis hic locus ad MSS. normam: τὸ πεπλανηκὸς et ἐξαπατηκὸς ita dederat etiam *Kuehnius* ad sui Codicis marginem. Πεπλανημένον autem in *Synesii* Somniis est, πεπλανημέναι ἐλπίδες.

μικρὸν προελθὼν] *Interpr. paulo ante*, imo vero, *infra*, *paululum progressus* scilicet, ut patet inspicienti *Platonem* ll. de L. L. statim in prima pagina. Kuehn.

τόδε δὲ μᾶλλον etc.] MS. τὸ δὲ μᾶλλον etc. sed vulgo ut legitur, ita apud *Platonem* est. locus statim sequitur illum quem modo attuli: ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔτε ἀνεκτὸν οὔτε ὅσιον τοπαράπαν φθέγγεσθαι· τόδε δὲ μᾶλλον εἰκὸς πλανᾶν ἡμᾶς. Iung.

135.

τῆς δ' αὐτῆς] MS. τῆς δε α. Iung.

φιλοῦν.] Scr. φηλοῦν. Seb.

φιλοῦν.] Recte legit *Seberus* φηλοῦν. confer *Aristoph.* *Scholia* in *Pacem* et supra segm. 115. in σχοινοφιλίνδα. C. V. φηλοῦν, quod eodem recidit. Kuehn.

φιλοῦν.] MS. noster τὸ σφηλοῦν. *Seberi* vero φηλοῦν· et hoc sequi malim. *Hesych.* Φηλωθείς, ἀπατηθείς. Φηλωθεῖσα, ἀπατηθεῖσα. et apud *Suidam* plura: Φηλοῦν, ἀπατᾶν. etc. Kuehn.

φιλοῦν] φηλοῦν cum *Kuehnio* textus habet, quod verbum grammatici veteres exponunt: ἀπατᾶν, φθείρειν, ἀπολλύειν· male legitur in *Hesychio* φηδῶσαι, quod iam ab eruditis hominibus emendatum. hinc et *Antiphonti* φηλώματα dicta τὰ ἀπατήματα vel ἐξαπάται, sicut ex *Aristophanis Scholiasta* docet *Suidas*: et φηλώσεις in eodem ἀπατήσεις. *Menandro* φηλος dicitur ὁ ἀπατεών. in *Hesychio* itaque: Φῆλον, ἀπατηλὸν, πανοῦργον, κακοῦργον, ἐπίβουλον· sed ipsa *Menandri* verba quam ex eius Ἁλιεῖ: Δύ' οἰκίας φηλῶν γερόντων· sic scilicet illa leguntur in *Aristophanis Scholiasta* ad *Pacem*; sed completius habet ita *Suidas*: Δύ' οἰκίας φηλοῦν γερόντων, ὡς ...ς, Ἀβελτέρων. utra sit praeferenda lectio est in ambiguo. *Suidam* tamen male cepisse existimo, legendumque non φηλοῦν, tanquam si verbum sit, sed φηλῶν, *fallacium*, quis enim

ille loquendi modus, φηλοῦν δύ' οἰκίας γερόντων? [Lectione Suidae vulgatam φηλοῦν iam dubito an mutare sit consultum videtur enim non male posse dici φηλοῦν δύ' οἰκίας γερόντων ἀβε τέρων· si tamen quis φηλῶν praetulerit, interpretabitur potius fallens. integra Lectori iudicandi sit libertas. *Ex Addendis.* Porro *Hesychius* habet Φηλήτῃσι, λῃσταῖς, quod ab illa voce de ducendum videri possit. alibi tamen in eodem, Φιλήτης, κλέπτη λῃστής· et bene quidem. quapropter errasse *Palmerium*, eruditi simum virum, puto, qui restituere tentet, Φηλήτης· nam praete quam quod et in *Hesychio* mox sequatur: Φιλητῶν, γένος κλεπ τῶν, et ita terve quaterve est in *Suida* et *Etymologo*, quos tame utrosque nominis ratio latuit. non enim ita κατ' ἀντίφρασι dicti, sed quod osculis amplexuque benigno deceptos homi nes trucidarent. audi *Senecam* Ep. 51. *Voluptates praecipu exturba, et invisissimas habe, latronum more, quos* Philet *Aegyptii vocant. in hoc nos amplectuntur, ut strangulent.* quem locum videnda quae egregie notavit *Lipsius*, *Hesiod que* ab eo adductus locus, in quo sane *Moschopulus* φηλήτη legit, quod parum abest, quin vulgatae lectioni praeferan sed ea de re alibi forsitan. Denique perplacet mihi exim *Vossii* coniectura, qua Romanorum verbi *fallere* incunabu ab hoc Graeco vocabulo accersit. *Dores* nimirum φαλλεῖν, mutata coniugatione, qua de re superius monui, φάλλειν.

ἀπατεὼν] Coniunctiones, quae sequuntur, non sunt C. A. Kuehn.

ἀπατεὼν, etc.] Notissima vocis notio. sed eo nomine n raro Sophistas appellatos adnotat eruditissimus *Cresolli Theatro Sophist.* I, 16. neque illo tantum, sed et γοήτα unde Rhetorem *Tyrius* dixerit ἐπίβουλον, γόητα ἀτεχνῶς, *Gregorius Nazianzenus* scientiam eorum γοητεύουσαν· qu etiam eos revera quidam existimabant praestigiatores es *Basilius* quoque Sophistas ait τῇ τῆς εὐγλωττίας ὑπερβολῇ τ ἀνθρώπους φενακίζειν, et in eos itaque quadret φέναξ. Sign autem φενακίζειν *hominem decipere, atque ludibrio habere, al quam quae erat, inducta rebus forma*, ἀπὸ τῆς φενάκης, *g lero, appositilia coma*, quae capillos a natura datos mentit et in hanc rem *Michaëlem Apostolium* adduxisse superius m mini. utitur non raro *Demosthenes*, ut *Olynth* II. ὅν τινα πεφενάκικεν. Ubi *Ulpianus*: εἴρηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς φε κης τῆς προσθετικῆς κόμης, ἥτις ἕνεκα ἀπάτης γίνεται· προσπο ται γὰρ περιτιθέναι κόσμον, ὅν περ οὐ κέκτηται.

ἄλλα δηλοῖ.] MS. ἄλλο δ. Seb.

ἄλλα δηλοῖ.] C. A. leg. cum C. V. ἄλλο. Kuehn.

ἄλλα δηλοῖ.] MS. *ἢ ἄλλο δ.* Iung.

μετοχαῖς οὖν χρηστέον] C. A. *χρηστέον ἢ* etc. *ἀπατητικὸν παραλ. οὐδὲ ταῦτα* etc. *δυνατὸν εὑρεῖν·* omittitur dein *ἐπίῤῥημα δὲ* etc. *ἀπατηλῶς, παραλογιστικῶς κ. φ.* etc. post *γοητευτικῶς* statim est titulus *περὶ συνωνύμων τοῦ μέλλειν*, et in ipso textu *μέλλειν* etc. quem locum *Phavorinus* exscribit in *μέλλειν*. Kuehn.

ἀπατηλῶς, etc.] MS. *ἀπατ. παραλογιστικῶς γοητ. καὶ φεναχ.* reliquis omissis. Seb.

ἀπατηλῶς, etc.] MS. auctior, *ἀπατηλῶς, παραλογιστικῶς, φενάκιστ.* et praecessit sane *παραλογιστικὸν* modo. quare vulgatus textus supplendus videtur. Iung.

ἀπατηλῶς] Subdidi hic *παραλογιστικῶς*, praeeuntibus MSS. neque sane decuit aliter, siquidem et superius *παραλογίζεσθαι* habuerimus et *παραλογιστικόν*. in *Glossis* erudite: *Παραλογίζομαι*, *circumscribo*, *obrepo*, *subrepo*: et *παραλογίζεται*, *dissimulat*: unde *Philoxeno*, *παραλογισμοῖς*, *praestigiis*, eademque vox *Hesychio* redditur *ἀπάτη*. Hinc etiam *παραλογιστὴς* in dicto *Lexicographo* atque *Suida*, *ὁ ἀπατεών*.

136.

οὐ μὴν ἀλλὰ] C. V. *οὐ μόνον* etc. Kuehn.

οὐ μὴν ἀλλὰ] MS. *οὐ μόνον ἀλλά.* etc. Iung.

ὡς μὴ πλ. ἀλλ' ὄντ. φιλοσοφίσοντες.] C. V. pro *ὡς* leg. *οἱ μὴ πλαστῶς* etc. *φιλοσοφοῦντες*. Kuehn.

ὡς μὴ πλ. ἀλλ' ὄντ. φιλοσοφίσοντες.] MS. *πλ. εἰκ. οἱ μ. π. ἀ. ὄ. φιλοσοφοῦντες·* et ita emendandum est, nisi quod et *φιλόσοφοι* malim, ut apud *Platonem* est. cui forte quis *ὄντες* addidit glossema, quod deinde ita in unam vocem confusum. Locus *Platonis* enim hic est, ipso initio *Sophistae*: *πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι, διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν, ἐπιστροφῶσι πόληας, οἱ μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὕψοθεν τὸν τῶν κάτω βίον.* etc. Et alias vero ita *Plato* loqui amat, ut lib. I. *Νόμων· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί·* ut libr. VI. *Νόμων· διάδηλος γὰρ ὁ φύσει καὶ μὴ πλαστῶς σέβων τὴν δίκην, μισῶν δὲ ὄντως τὸ ἄδικον* etc. Iung.

ὡς μὴ πλαστῶς, etc.] *Falckenburgii* Codex *φιλοσοφοῦντες* etiam adgnoscit, quod itaque cum *Kuehnio* textui reddidi, et in ipso ferme *Platone* prae lectione vulgata sic scribi maluerim. pro *ὡς* et *Kuehnius οἱ* adnotaverat.

μέλλειν] Quam accessionem ad haec verba morandi posse fieri indicavit *Leopardus* XI. Emend. 2. habes in amici nostri notis, et utiliter videas ad hoc totum fere tmema

istud *Leopardi* caput. ceterum MS. tamen adhuc alio iunoto verbo auctior, ut videbimus, quod *Polluci* restituendum. IUNGERM.

διατρίβειν] MSS. διατρίβειν ἀποδιατρίβειν ὑπερτίθεσθαι, στραγγ. etc. KUEHN.

διατρίβειν] MS. habet, διατρ. ἀποδιατρίβειν, ὑπερτιθ· sed omisso sequenti ἀνατίθεσθαι. IUNG.

διατρίβειν] Auctoribus MSS. ἀποδιατρίβειν subieci. *Suidas*: Ἀποδιατρίψουσι, ἐγχρονίσουσι, χρονοτριβήσουσιν· et πρὸς πόλιν ἀποδιατρίβειν dicuntur, qui fame cibique inopia illam opprimere atque expugnare student. Διατρίβειν habet *Thucydides* VII, 45. οὐκέτι ἐδόκει διατρίβειν· *Scholiastes* ἀργεῖν.

στραγγεύεσθαι δὲ] MS. καὶ στραγγ. δὲ, ἐν τ. etc. Mox *Aristophanis* versum,

ἰτητέον. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι;

attulit iam *Leopardus* XI. Emend. 2. ubi et de explicatione huius loci, quam veteres *Scholiastae* et *Lexicographi* adferunt, non consentientes usque quaque. IUNG.

ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχ.] Absunt a C. A. KUEHN.

ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχ.] Satyricum hoc drama, de quo vid. *Casaubonum* nostrum libr. I. de Satyrica Poësi cap. 5. Non vero tantum λογγάσαι, λογγάζειν, sed λαγγάζειν, etc. apud *Hesych.* est hoc significatu. IUNG.

ἐν τοῖς Κήρυξι etc.] *Salmasii* talia notantis hic sunt verba: *Λόγγος, vox Graeca Latinis longus, unde λογγάζειν pro in loco morari.* fuerit itaque in lingua Graecorum antiqua vox λόγγος, quae dederit originem vocabulo Romano. et profecto plurimas extitisse in veteri sermone Graeco voces, quae perierunt, ex ipsis etiam, quae iam remanent inde, compositis liquide licet augurari. non itaque posthac, credo, sudandum adeo in investiganda Latini nominis origine, qua quidem de re multi multas prodegere nugas. vide, sis, *Vossii Etymologicon*, neque me dissimile quicquam veritati dixisse fateberis. Porro non tantum existimo scriptum λόγγος, sed et λόγχος, unde itaque derivare velim λόγχην, λάγχην· nam et in *Hesychio* Λαγγὶς, δόρυ, quomodo cum eruditis hominibus certissime scribendum, *lanceam*, quod inter hastilia longissimum sit, et λάγγος, a qua voce manavit ad Germanos et Belgas a Massiliensibus, puto, l a n g. Dorum enim atque Aeolum eam vocem fuisse censeo. Iam vero iuvat apponere quae super hac re in *Hesychio* repperi, quem et habere similia indicavit *Iungermannus*: Λογγάσαι, ἐνδιατρίψαι, στρα-

τεύεσθαι· pro quo corrupto verbo recte reponunt eruditi viri στραγγεύεσθαι. Λογγάζει, ὀκνεῖ, διατρίβει· et altera quoque scriptura, Λαγγάζει, ὀκνεῖ, οἱ δὲ λαγγεῖ· et ad hoc idem certe referendum puto, quod λαγγάσαι explicet περιφυγεῖν· Λαγγεύει, φεύγει. Λαγγαρεῖ, ἀποδιδράσκει· quae sane notio a συντάξεως ratione plurimum pendere potest, uti si dicas; λαγγάζει, vel λαγγεύει ἀπὸ τῶν πολεμίων, *longe absistit ab hostibus;* quod quid sit aliud, quam *illis terga dedit?* sed in istis, quae ponam, optimum *Lexicographum* emendandum duco: Λαγγανώμενος, περιϊστάμενος, στρατευόμενος· repone στραγγευόμενος· et etiam malim λαγγαρώμενος, quo pacto λαγγαρεῖν habebamus modo, quod et mutata coniugationis forma λαγγαρᾷν dictum fuerit. Pertinet huc quod in *Philoxeni Glossis* est et *Etymologico Veteri*: Λαγγὼν, *Cessator, tricosus*, sed illius quidem vocabuli variae traduntur significationes, siquidem aliter in *Etymologo*, aliter ab *Hesychio* explicetur, qui tamen utrique a *Glossatoribus* etiam dissident. ille quidem Λαγγὼν, ὁ εὐθέως λανθάνων τοῦ ἀγῶνος καὶ φόβου· quod referendum utique ad λαγγεῖν, *fugere*. hic vero: Λαγγὼν, μετάβολος, ἔμπορος, qui mercaturae causa, suspicor, rebus suis atque domo abest. Denique λογγῶνας appellari observo lapides perforatos, qui in portubus constitui solent, ut ab illis in statione sua religentur naves. et hanc quoque vocem Siculis atque Doribus in usu fuisse praecipue, res est fidei non absona. Syracusis certe binos fuisse portus, qui ab hisce lapidibus haud dubie nomen fuerint sortiti λογγῶνες ex *Etymologo* constat. ponam ipsius verba: Λογγών· ἐν Συρακούσαις λιμένες εἰσὶ διττοὶ λογχῶνες (forsitan λογγῶνες scribendum; sed perinde fere est utro modo legas) λογγῶνες δὲ καλοῦνται οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων τρητοὶ λίθοι, οὓς πρυμνῶσιν, ἵν' ἐξαρτῶσι τὰ σχοινία τῶν νεῶν ἐξ αὐτῶν· τοὺς δὲ τοιούτους λίθους καὶ λογγάσια ἔλεγον. Meminit et obiter *Suidas*, sed corruptus: Λογγῶνος, τοῦ λιθοκλίμενος, ubi non male *Portus* legit: τοῦ λίθου, τοῦ λιμένος· coniectabam, si forte possis iuncta legere voce, τοῦ λιθολίμενος. Sed hanc, inquam, vocem a prioribus etiam deducendam eo magis mihi persuadeo, quod et λογγάσια dicantur, ἀπὸ τοῦ λογγάζειν, cuius et in *Hesychio* mentio: Λογγάσια, (ita scribendum) ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια δέουσι τῶν νεῶν. Iterum: Λογγασίη, νεὼς καὶ ἱστίου ἔρεισμα. At vero quam tandem illius appellationis rationem atque causam comminiscaris? heic mihi super illa re cum eruditissimo quodam amico sollicite disquirenti in mentem incidit, non incommode dici potuisse lapides istos

λογγῶνας ἀπὸ τοῦ λογγᾷν, quia scilicet naves ad illos religatae *λογγῶσι*, *moras agunt*, *et quietae sunt in sua statione*. utrumque, *λογγεῖν*, nam in *Hesychio λαγγεῖν* habebamus, et *λογγᾷν* in usu fuit. neque vero isti iuveni viro politissimo penitus displicuit haec nostra coniectura. *Portus* autem illi duplices, quos Syracusis fuisse memorat *Etymologus*, num celeberrimus ille magni nomine portus, quem, nisi me fallo, duplicem fuisse ex *Thucydide* novimus et *Cicerone*, fuerit, dicere non habeo. Haec latius aliquantum proposita boni, spero, consulet eruditus lector. De Praeconibus *Aeschyli*, quos *Σατυρικοὺς* fuisse *Pollux* nos docet variis in locis, non aliunde ferme, atque ex Auctore nostro habent Eruditi. *Meursii Aeschylum* consule. nos in sequentibus alibi forsitan.

τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι,] *Demosth.* de *Chersoneso* fol. 41. *ἐξ ὧν* (*λόγων*) *ἀναβάλλουσι μὲν ὑμᾶς· ἡσυχίαν δὲ ποιοῦσιν ἐκείνῳ*. *Leopardus* addit: *ῥαθυμεῖν* (et *ἐνθύνειν*) *χρονίζειν*, *νυστάζειν*, *ἡσυχάζειν*, *ἐλιννύειν*, et *στρατεύεσθαι*. Emend. XI, 2. Seberus.

τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι,] C. A. *τοῦ δὲ ἀναβάλλεσθαι* etc. Kuehn.

τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι,] MS. *τοῦ δὲ ἀναβ. καὶ ἡ ἐνέργεια* etc. Et emenda ita, pro vulgato *τὸ δὲ* etc. *verbi ἀναβάλλεσθαι*, ait, *activum est apud Demosthenem*. *Demosthenis* locum ex ea *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ* putat esse *Leopardus* XI. Emend. 2. et ibi esse *ὑμᾶς*, non *ἡμᾶς*, ut *Pollux* et *Budaeus* legant. locumque ipsum Amicus noster profert in Notis, *ἐξ ὧν* (*λόγων*) *ἀναβάλλουσι μὲν ὑμᾶς·* sed quod cum ipsorum venia dictum esto, nec locus est iste, quem respexit *Pollux*, nec *ἡμᾶς* scripsit *Pollux*. diserte enim ita MS. noster: *οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς·* ut itaque emendabis in vulgatis. Locus enim certe est iste, *ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου τρίτῳ·* paulo longius ab initio *εἰ καὶ* etc. *τῶν παρ' ἑαυτοῦ μισθοφορούντων τοὺς λόγους ἀφέλοιτο, οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς, λέγοντες ὡς ἐκεῖνός γε οὐ πολεμεῖ τῇ πόλει·* quamvis *ἡμᾶς* *Budaeus* Comm. gr. ling. ubi quoque verbo *ἀναβάλλω* exempli caussa hunc locum subiicit, habeat, vitio forte typographico. Respexit forte hunc locum et *Harpocratio*, ubi scribit, *Ἀναβάλλει, ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀναβολὰς καθίστησι, καὶ οἱονεὶ ἀναβάλλεται. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς*. Meminit obiter ab *Harpocratione* et *Polluce* dictorum de *ἐνεργητικοῖς* significante hoc vero etiam *Nunnesius* Not. in *Phrynich.* verbo *ἀναθέσθαι*. Iung.

τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι, etc.] Activi usus in Graecis est frequens: *ἀναβάλλειν τινὰ*, *differre aliquem*, *atque in aliud*

tempus reiicere. *Suidas* itaque: Ἀναβάλλει, εἰς ἀναβολὰς καθίστησι· et idem Ἀναβαλλόμενος· ἀντιστατῇ· ὑπερτιθέμενος. Interrogatus *Alexander*, qui tantillo temporis spatio tantam orbis terrarum partem, non permeare, sed imperio suo potuisset subiicere, respondisse fertur: μηδὲν ἀναβαλλόμενος. *Hesiod.* Oper. Οὐδ᾽ ἀναβαλλόμενος. *Plato Symposio*: εἰς αὖθις ἀναβαλοῦ. In ipso *Demosthenis* loco ὑμᾶς cum MSS. reposui.

ἡμᾶς.] C. V. ὑμᾶς. Kuehn.

αὐτὸν τὸ διατρ. νοεῖν.] C. V. οἴονται δέ τινες ταὐτὸν etc. pro τὸ δ. C. A. τῷ διατρίβειν, quod rectum est. ad verbum λογγάζειν notat *Salmas.* λόγγος esse vocem Graecam Latinis *longus*, unde λογγάζειν pro, *per loca morari.* Kuehn.

αὐτὸν τὸ διατρ. νοεῖν.] MS. ταυτὸν τὸ (sed correctum τῷ) διατρίβειν νοεῖν· sed vulgata lectio recta mihi videtur. Jungerm.

αὐτὸν τὸ] Sanequam mihi lenocinatur MSS. lectio, quam etiam comprobavit *Kuehnius.* hoc itaque duce in textum recepi. scilicet inquit Auctor noster, putare quosdam τὸ διαβάλλεσθαι id ipsum, quod et διατρίβειν significare. et in aliquo Scholiastarum prius per alterum explicatum legisse memini.

137.

καὶ τὸ τευτάζειν] Quae de hoc verbo dicuntur non comparent in C. A. *Platonis* locus est in *Philebo.* Kuehn.

καὶ τὸ τευτάζειν etc.] Mirum in modum de verbi notione dissentiunt Grammatici. *Hesychium* audi, qui paucis plurima complexus est: Τευτάζει, σκευωρεῖ, ἡσυχάζει, διατρίβει· οἱ δὲ, φροντίζει. Τευτάζοντες, πλανώμενοι. Τευτασμὸν, στρατηγίαν. In hoc posteriori loco *Sopingius* emendat στραγγίαν, neque male, puto. similia vitia superius, ubi de λογγάζειν, observavimus. Sed et emendandus est *Suidas*, qui in parili mendo cubat: Τευτάζειν, inquit, πραγματεύεσθαι, ἢ σκευωρεῖσθαι, ἢ στρατεύεσθαι· reponendum, inquam, στραγγεύεσθαι, et hic et in *Etymologo*, ubi non est quod *Hesychii* et *Suidae* utriusque corrupti *Sylburgium* absterreat auctoritas, quo minus in *Etymologo* στραγγεύεσθαι audacter restituat; et enim omnibus istis, quae adtulit *Leopardus*, locis στραγγεύσασθαι reponendum censeo pro στρατεύσασθαι. Sed in *Suida* plura sunt quae medicam postulant manum: καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Λυκόφρων οὕτω καὶ Δίδυμος. In *Etymologo* lego: Λυκόφρων· οὕτω καὶ Δίδυμος. Pergit: προσθεὶς ὡς ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν. Ἡρακλέων δὲ καταμεμ-

φάμενος *Λυκόφρονά* φησιν εἶναι, το ἐπιστρεφῶς τε πράττειν. Quis ille *Heracleon* Grammaticus? ego vero cum *Etymologo* potius *Ἡρωδιανός* scribam, notissimum Grammatici nomen. *Phrynichi* tum e Mystis locum adducit, qui scribendus ita: *Μάστιγα δ' ἐν χερσὶν ἔχων τευτάζεται*· vulgo *τευτᾶσθαι*· placeret etiam *τευτᾶται*· nam in *Hesychio*: *Τευτᾷ*, *τεχνᾶται*· sed alterum et versus modulo satis dat et *Suidae* proposito. Sequitur *Πλάτων ξάνταις*· ego restituere audeo *Ξαντρίαις*, et apud eundem in *Πλάτων*, *Ξάντριαι*, ἢ *Κέρκωπες*· nam de Xantis nusquam alibi legere memini. *Platonis* etiam philosophi e *Timaeo* locum habet, in quo dubito num potius scribendum sit apud illum *τετηκότι*, ut vulgo legitur. sed id certum, reponi debere pro *γράφεται καὶ τευτακότι*, *τετευτακότι*. *Σπουδάζειν* vero cum significare dicunt, bene habet; ut enim *σχολάζειν περί τι*, sic et *τευτάζειν περί τι* simili plane loquendi modo. *Noster* autem cum *Platonem* hic nominat, dubites, an philosophum velit, an vero *Comicum*; uterque enim usus est illo verbo. philosophum tamen in mente habuisse puto. [*Platonis Ξαντρίαι*, quas dixi restituendas *Suidae*, apud *Hephaestionem* adducuntur sine addito tamen altero fabulae titulo *Κέρκωπες*. quanquam vero nihil occurrit, quod hanc me relinquere sententiam cogat, cum illo tamen pugnare non constitui, qui *Ξάντας* veram dixerit inscriptionem fabulae *Platonicas*. vide praeterea quae dico ad segm. 153. *Ex Addendis*.]

καὶ ἄλλοις εἰρημένον.] *Origeni*. D. H. Seb.

καὶ ἄλλοις εἰρημένον.] Male MS. *εἰρημένων*. sed locum *Platonis* in *Timaeo* esse indicat simul et castigat *Leopardus* II. Emend. *τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τετευτακότι*, quum vulgo *τετευχότι* legatur. hodie vero in recentioribus ibi legitur *τετηκότι*, ex ignoratione nimirum verbi veteris alio noto adsumpto. locus est non longe a fine *Timaei*. sed quoniam hic locus controversus, quamvis minime dubito ita emendandum ut *Leopardus* vult, *Suida* in *τευτάζειν* id satis confirmante, age alium adferamus e Philosopho isto, ad quem non minus respexisse *Pollux* noster potuit. Is est in *Philebo*, paulo a fine longius: *καὶ μάλα εὖ λέγει οὐ σμικρὰν διαφορὰν τῶν περὶ ἀριθμὸν τευταζόντων, ὥστε λόγο ἔχειν, δύο αὐτὰς εἶναι*. Iung.

μέλλησις, *μελλησμὸς*, etc.] C. V. *μελλισμός*. dein C. A *βραδύτης*, communi dialecto. Kuehn.

μέλλησις, *μελλησμὸς*, etc.] MS. *μέλλησις*, *μελλισμὸ* *βραδύτης*, *ὄκνος*· *Basil.* antea editi, *μέλησις*, *μελισμός*. *Flo*

μελησμός. sed in vulgatis nihil temere mutandum est, et apud *Hesych.* μελλησμοῦ per βραδυτῆτος expositum. et supra I, 43. ubi adgregantur similia, et MS. habet semper μελλεσμός, in alterius accentu vero variat. Iung.

μέλλησις] *Thucydides* habet II, 18. et V, 66. διὰ βραδυτῆτας γὰρ μελλήσεως. *Suidas:* Μέλλησις, ὑπέρθεσις. sequiturque in eodem: Μελησμὸς, ἡ βραδύτης· scribe μελλησμὸς, ut apud *Nostrum.* sic et *Hesychius:* Μελλησμοῦ, ὑπερθέσεως, βραδυτῆτος, et apud utrumque Μελληταὶ, ὑπερθετικοὶ, quae vox et apud *Nostrum* inferius. Ὑπέρθεσιν dixere recentiores non raro, ut *Cinnamus*, *Agathias* aliique, et etiam dicti modo *Lexicographi:* quin et *Basilius* de *Vita Theclae*, ubi delectum verborum venatus est, ὑπέρθεσιν et ἀναβολὴν iungit pag. 10.

ὑποστροφὴ] Abest a C. A. post ἀνάθεσις est, ὑπέρθεσις ὕποπτος· ἡ δὲ κατηγία. C. V. ὕποπτος· ἡ δὲ στραγία στραγγία παμπόνηρος. C. A. παμπόνηρον. Kuehn.

εἰς εὐτέλειαν] Desunt in MS. εἰς εὐτέλειαν. Iung.

στραγγία] Potius στραγγεία, a στραγγεύομαι, quod segm. praec. Seb.

στραγγία] MS. ἡ δὲ στραγία. Iung.

νωθρεία] C. V. νωθεία δέ. C. A. νωθρεία νωθρότης, ὧν ἐστι τὸ ῥῆμα etc. Kuehn.

νωθρεία] MS. νωθεία δὲ etc. sed ab alia manu addito ρ factum νωθρεία. verum utrumque dicitur, et νωθεία etiam supra I, 43. et III, 122. iunctim νωθεία, νωθρότης, ut hic. ideo ut νωθεία hic facile recipiam. quum etiam mox ideo sequi videatur mox καὶ νωθὴς, καὶ νωθρός. a quibus utrumque πρᾶγμα attulit. Iung.

νωθρεία] Praetuli νωθεία. *Hesychium* et *Suidam* inspice, in quo posteriori νωθέστερος exponitur βραδύτερος. *Proclus Diadochus* σχηματισμὸν ἀνατολικὸν efformare dicit νωθροὺς et μελλητάς. Adde *Glossas Veteres*, in quibus etiam νωθὴς, ἀπὸ κραιπάλης *Marcidus*, *marcerus*, *narcidus*, *delentus.*

παρ' Ὑπερίδῃ] MS. Ὑπερείδῃ. Seb.

παρ' Ὑπερίδῃ] MS. παρὰ Ὑπερείδῃ τῷ νωθρ. Iung.

138.

μελλητὴς, μελλητικὸς, καὶ ἴσ. ὀκν. etc.] C. A. ὀκνηρὸς βραδὺς νωθὴς, νωθρός. caetera desunt usque ad finem. Kuehn.

μελλητὴς, μελλητικὸς, καὶ ἴσ. ὀκν. etc.] MS. ἐν δὲ ἐκμελλητὴς, καὶ μελλητικὸς etc. sed μελλητὴς et supra I, 45. ex MS. reposui, et III, 122. fuit. Iung.

ὀκνηρὸς] C. V. ὀκνηλὸς etc. καὶ γὰρ etc. Kuehn.

ὀκνηρὸς] MS. ὀκνηλὸς, sed emendatum ab alio ὀκνηρὸς, recte, ut videtur. supra, ubi eadem tractavit I, 45. id omisit *Noster*, ὀκνώδης tamen III, 122. allato, alibi tamen V, 124. illud etiam habes περὶ δειλοῦ. hic id forte non adeo probat, quum addat ἴσως. Iung.

παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Φ.] De *Platonis* loco quid dicemus? An *Pollux* memoria lapsus? an error eius exscriptoris est? Nec enim in *Phaedro* eius legas ista, sed in *Theaeteto*, et quidem ἀπαντῶσι, pro ἐκβαίνουσι. Locus iste Θεαιτήτῳ, ut dixi, non longe ab initio: οἵ τε αὖ ἐμβριθέστεροι νωθροί πως ἀπαντῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις, καὶ λήθης γέμοντες. Iungerm.

Ἀμειψίου Σαπφοῖ] C. V. τῇ Ἀμειψίους ἄμφοι. Kuehn.

Ἀμειψίου Σαπφοῖ] MS. mendose, Ἀμειψίους ἄμφοι. sed correxit quis ita, ut vulgo legis. Iung.

Ἀμειψίου Σαπφοῖ] Hinc *Meursius* habet *Attica Bibliotheca*. sed de *Amipsia* eiusque scriptis alibi cum cura dicemus.

τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα π. φαῦλα.] Omittit C. A. Kuehn.

τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα π. φαῦλα.] Quid ait, τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα πάντα φαῦλα; scilicet ἀπὸ τῶν ἄλλων, ubi participiis vice nominum uti iubet, et ab illis nimirum omnia adverbia esse φαῦλα· ut a στροφῇ, ἀναβολῇ, διατριβῇ etc. Alias a nominibus adverbia multa recensuit et supra III, 123. etc. ubi tamen ἀναβεβλημένως. Iung.

νουθετῆσαι] Praecedit titulus in C. A. περὶ τῶν συνωνύμων τοῦ νουθετῆσαι. Kuehn.

σωφρονίσαι] MS. σωφρονῆσαι. Iung.

σωφρονίσαι] Dicitur quis alium σωφρονίζειν, si verbis eum aut re ab erroribus retrahat, et ad sanam mentem reducat. in *Glossis* itaque *Philoxeni*: Σωφρονίζει, *castigat* Σωφρονίζω, *compesco*: unde et ibidem Σωφρονισμὸς, ἐπὶ τιμωρίας, *coercitio*, *conpescatio*. et ipsum illud σωφρονίσαι quamvis non eadem plane, qua *Pollux* habet, significatione occurrit apud *Thucydidem* VIII, 1. τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τι εἰς εὐτέλειαν σωφρονίσαι· ad quae *Scholiastes*: τοὺς πολίτας εὐτελέστερον εἶναι βιοῦν· sed ille sensum scilicet exprimere satem in animo habuit, et corruptus ille tamen. scribendum iudico: ἐάσαι pro εἶναι· *sinere seu iubere, ut parcius civ*

viverent: ipsam vero hoc loco verbi elegantiam Latine vix assequaris. Praeter istam notionem adnotant etiam Grammatici aliam hanc, qua σωφρονίζειν sensu sit idem ferme cum ταπεινοῦν. addit et ignotam mihi auctoritatem *Suidas*: τοὺς δὲ ἀπειρηκότας, καὶ ταῖς ἔναγχος ἥτταις σωφρονισθέντας. similique modo *Scholiastes* antiquus exponit in *Thucydide* hunc locum: διὰ δὲ αὐτὰ τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μὲν, ἵνα σωφρονισθῶμεν. *Schol.* ταπεινωθῶμεν. locus est libro sexto, in *Hermogenis* illa praecellenti oratione. sic etiam aureum illud os Deum dixit non nimis indulgentem sceleribus hominum τοὺς πεφυσημένους σωφρονίζειν, *elatos animos deprimere, et ad modestam de se atque temperatam redigere opinionem.* sed illud in *Hesychio* hercle non satis capio: Σωφρονίζεται, σεμνύνεται· et enim de vitio suspectus hic mihi locus. Habemus hinc inferius apud *Nostrum* σωφρονισμὸς, quod tibi dedimus etiam ex *Glossis*, et σωφρονιστής. ea vox posterior apposite νουθετητὴς in *Hesychio* est exposita. iungit itaque non sine ratione *Synesius* in *Dione* σωφρονιστὴν et παιδαγωγόν· καὶ τὸ βάθος τοῦ ἤθους, οἷον σωφρονιστῇ τινι καὶ παιδαγωγῷ πρέπον πόλεως ὅλης ἀνοήτως διακειμένης. Sic igitur σωφρονιστὴν appellatum novimus, qui vitiis atque sceleribus imponeret freenum, quomodo *Phrynichus* apud summum *Historicum* VIII, 48. ait τὸν δὲ δῆμον σφῶν τε καταφυγὴν εἶναι, καὶ ἐκείνων σωφρονιστήν· neque dissimili ratione apud eundem: σωφρονισταὶ τῆς γνώμης καὶ τῶν σωμάτων III, 65. quod fuerit ex Commentatoris antiqui mente ὠφελοῦντες καὶ τὰς γνώμας καὶ τὰ σώματα· τὰς μὲν γνώμας, ἵνα μὴ κακῶς βουλεύωνται, τὰ δὲ σώματα, ἵνα μὴ διαρπάζωσιν ἀλλήλους, μηδ' ἐξελαύνωσι, μηδὲ κακῶς ποιῶσι πολῖται πολίτας· ἵνα λάβωμεν τὸ σωφρονεῖν ἀντὶ τῆς ὠφελείας. sed sane, quam dixi, notio obtineat hic facilius. Fuit etiam, quod adiicere placet, quoddam magistratus Athenis genus, quibus decem numero de singula tribu lectis curae erant iuvenum mores, ut casti essent atque pudici, neque in libidines aliamve vitiorum cohortem effusi. ea de re plura *Etymologus*. Et hinc iam discedere lubet. Sequitur in Auctore nostro ἐπιτιμᾷν, cuius, etiam si protritum sit ea notione qua *Pollux* habet, apponere iuvat exemplum e *Thucydide*, ubi paululum rariori significatu occurrit; e libro IV. cap. 27. καὶ ἐς Νικίαν τὸν Νικηράτου στρατηγὸν ὄντα ἀπεσήμαινεν, ἐχθρὸς ὢν καὶ ἐπιτιμῶν, ῥᾴδιον εἶναι παρασκευῇ etc. ad haec Commentator antiquus: ἐγκαλῶν, ἐπιμεμφόμενος, ὀνειδίζων. ἐπιτιμᾷν proprie *mulctam imponere* significat. Sic ferme dixit *Isocrates Panathen.*

constituisse veteres illos *Theseo* succedaneos principes democratiam in Attica republica, non illam, quae sceleribus atque vitiis laxaret habenas, *ἀλλὰ τὴν τοῖς τοιούτοις ἐπιτιμῶσαν.* et quis melius *Isocratem* explicet, quam *Isocrates* ipse: hoc itaque sic extulit in *Areopagitico: ἀλλὰ καὶ μισοῦσα καὶ κολάζουσα τοὺς τοιούτους, βελτίους μὲν καὶ σωφρονεστέρους ἅπαντας τοὺς πολίτας ἐποίησε.* unde itaque, siquidem cum verbis aliquem castigamus atque reprehendimus, hanc quasi mulctam malefactis illius imponamus, deductae notionis originem fluxisse existimo. porro *ἐπιτιμᾶν τινι, obtrectare alicui, et obiurgando atque increpando maledicere, tanquam res alteri male gestas coarguens:* sic capiendum in *Thucydideo* loco.

ἐπιτιμῆσαι, etc.] A C. A. abest *ἐπιτιμῆσαι*, *Δ. εἰ.* KUEHN.

139.

τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, etc.] Legit C. A. *τὸ ἐπιτιμᾶν φαίη τις ἂν ῥᾴδιον ἴσως δ' ἂν ἔοικε* etc. KUEHN.

φαίη τις] MS. *τίς*. IUNG.

παντὸς εἶναι, καὶ μὴ παθ. etc.] C. V. *παντός ἐστι καὶ Πλάτωνος καὶ μὴ π.* etc. prius enim *Demosthenis*, posterius *Platonis* dictum est. KUEHN.

παντὸς εἶναι, καὶ μὴ παθ. etc.] MS. *παντός ἐστι καὶ Πλάτωνος, καὶ μὴ* etc. insigniter. locus enim mutilus est, male omisso *Platonis* nomine, quasi haec omnia essent *Demosthenis*. Sic itaque omnia restituere possumus: *τ. μ. οὖ. ἐ. φαίη τὶς α.* etc. *καὶ παντὸς εἶναι· καὶ Πλάτωνος, μὴ παθ.* etc. Clarum tibi id faciam ex utroque loco. Primus *Demosthenis* est in prima *Olynthica*, quamvis paulo aliter ita hodie legatur: *τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, ἴσως φῆσαι τὶς ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων, ὅ τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου.* Alter locus *Platonis*, quem mihi gaudeo in promptu esse, ut nostri MS. bonitas eo magis eluceat, est in *Phaedro*, iste: *ἐγὼ οὖν καὶ σὺ μὴ πάθωμεν, ὃ ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν· ἀλλ' ἐπειδή σοι καὶ ἐμοὶ ὁ λόγος πρόκειται* etc. IUNG.

παντὸς εἶναι, καὶ μὴ παθ. etc.] Corruptissime; binorum enim praestantium scriptorum loca sunt in unum confusa; et alterum non agnoscas sane, nisi MSS. ope insigniter et sibi et *Polluci* restitutus esset. facillima nobis videbatur illa emendatio, quam textui reposuimus, in quo paululum a MSS. quiddam etiam a *Iungermanno* mutamus. neque ratio istius rei attentum lectorem fugerit. Paulo post malui cum MSS. *ἔοικε*.

ἔοικε] MS. ἐοίκοι. Seb.

ἔοικε] C. V. ἐοίκοι τούτοις etc. Kuehn.

ἔοικε] MS. noster, ut *Seberi*, ἐοίκοι, quod pro vulgato ἔοικε potest reponi. Iung.

ἐπανορθώσασθαι] Sequitur in C. A. ἀναβιώσασθαι· τὰ δὲ πράγματα νουθεσία, νουθετία ὡς Πλάτων etc. νομοθετισμός, etc. Kuehn.

ἐπανορθώσασθαι] Et qui dirigit aliquem, et qui lapsum erigit atque ad meliora reducit dicitur ἐπανορθώσασθαί τινα. priori significatu, ἐγὼ δὲ φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ, *Isocrates* ait ad *Demonicum*. ἐπανόρθωσις hinc est et ἐπανορθωτὴς in sequentibus altera notione. et scimus e veteribus haud paucos morum ἐπανορθώσεις in lucem edidisse. Sed observa mihi illud κατακοσμῆσαι, quod hic certe non ornandi notione venit, ut apud *Aelianum* κατακοσμῆσαι ποικίλαις ἐσθῆσι, sed in ordinem redigendi. scilicet ut supra nobis observatum, ubi de γυναικοκόσμοις lib. IX. κόσμος non mundum tantum et ornatum, sed et nitidam atque concinnam rerum dispositionem notat, quae prima est atque praecipua vocis illius significatio. *Hesychius* igitur inter alia κατὰ κόσμον explicat ἐν τάξει, κατὰ τὸ δέον, κατὰ τὸ καθῆκον. sic itaque legisse memini de militibus sensim cedentibus, μετὰ κόσμου ἐπανῄεσαν, quod nihil est aliud quam εὐτάκτως, neque turbatis ordinibus. et *Herodotus* de Persis terga vertentibus in Musa secunda: ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ, quod et a *Suida* adfertur, alibique apud eum saepius. est et inde, quod in *Homero* de *Agamemnone* et *Menelao* occurrit frequentissime — δύο κοσμήτορε λαῶν, quae saepius adnotant *Eustathius*, et *Didymus*, uti vulgo vocatur. quid quod ipsos militum ordines κόσμον dixerit *Thucydides?* καὶ εὐθὺς ὑπὸ σπουδῆς καθίσταντο ἐς κόσμον τὸν ἑαυτῶν, ubi non ineruditus *Scholiastes*, εἰς τὴν σύνταξιν, qui idem et alibi in praestantissimo *Historico* id vocis εὐταξίαν exponit. et ipsum vero hoc rerum universum, non tam ab ornatu, quam ab eleganti et perfecto rerum ordine, quem *Stoïci* τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν appellare solent, sic dictum est a *Pythagora;* κόσμος enim apud Dores *Pythagoreos* in primis non alia ferme notione occurrit. et in Ὅροις *Platonicis* Σῶφρον dicitur τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς. Inde etiam fluxit *Democriti* celeberrimum opus, μέγας Διάκοσμος, quo de videndus est Eruditiss. *Menagius* ad *Diogenem* et, quem ille adducit, *Salmasius* ad *Simplicium*. Est igitur κατακοσμῆσαι, *bonis ac utilibus praeceptis aliquem continere*; et apprime quidem convenit illud καθαρμόσαι, cui verbo de MSS.

καὶ praefiximus, probante *Iungermanno*. Sed, quod protinus sequitur, *θεραπεῦσαι καὶ ἰάσασθαι* Ethicis hoc in re ferme proprium est, quibus *ὑγιαίνειν* dicuntur, qui virtutem colunt atque amplexantur, *νοσεῖν*, vero, qui vitia sectantur. quos itaque posteriores si quis in viam salubribus monitis restituat, illis medetur. ita *Demophili* similitudines inscribuntur etiam *Βίου θεράπεια*. sed haec in *Epicteto* et *Platone* frequentissima.

καθαρμόσαι] MS. *καὶ καθαρμόσαι*. et quamquam hoc leve, ita supple, quum et cetera verba quodque eam particulam praefixam habeat. IUNG.

Ἀριστοφ. δ' ἐν Πλ. καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι etc.] C. V. *ἐπικροῦσαι*. *Hesych.* *Ἐπίκρουμα, ἐπίπληγμα*. In *Aristophanis Pluto* hic extat versus:

σὺ μὲν οὐ τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τῶν πτωχῶν δ' ὑπεκρούσω.
meam non equidem vitam dixisti, sed inopum tetigisti. KUEHN.

Ἀριστοφ. δ' ἐν Πλ. καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι etc.] MS. *δὲ ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπικροῦσαι ἐπὶ* etc. sed vulgatum *ἐπικρούσασθαι* videtur retinendum, quamvis hodie non ita legas apud *Aristophanem*: nisi me fortasse locus verus fugit, quem indicabit quis oculatior. ego hunc putavi esse, ubi vitam pauperem reprehendenti *Chremylo* ita respondet *Penia*:

σὺ μὲν οὐ τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τὸν πτωχῶν δ' ὑπεκρούσω.

Ubi itaque, si non fallor, *ἐπεκρούσω* cum *Polluce* legendum erit. Iudicium tamen esto penes doctiores. *Scholiastes* ibi exponit: *ἐφθέγξω, ἀνεκρούσω*. quod nostro non repugnare videtur. IUNG.

νουθετία.] Item *νουθέτησις*. *Cl. Alexandr. Paed.* I. c. 10. *τὸ δὲ ἐπιπλήσσειν καὶ νουθετεῖν καλεῖται· τὸ δὲ ἐτυμολογεῖται ἡ νουθέτησις, νοῦ ἐνθεματισμός*. SEB.

νουθετία.] C. V. *νουθετεία*. KUEHN.

νουθετία.] MS. *νουθετεία* pro *νουθετία*. Id ita apud *Platonem* ubi exstet, nec mihi in promptu indicare: *νουθέτησις* sane saepe apud eum non quaerenti occurrit: ut *Νόμων* tertio extremo: *παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο·* et paulo post: *φεύγειν πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ πρεσβυτέρων δουλείαν καὶ νουθέτησιν·* et ipso initio libri sexti Legum: *διδαχῇ τινι καὶ νουθετήσει μᾶλλον ἢ νόμοις εἰκυῖ' ἂν ἡμῖν φαίνοιτο.* IUNG.

νουθετία.] Restituit in textu *Kuehnius* νουθεσία, et sequutus sum equidem; utraque tamen scribendi forma obtinuit, docuimusque superius ία simplex et ει promiscue poni solita saepissime. in *Glossis* ἀνδρίαν et ἀνδρείαν habes. ita λύχνιον et λυχνεῖον, λυχνία et λυχνεία, quorum alterum *Thomas* scribit, *Ammonius* alterum, σκιάδιον et σκιάδειον. Vid. ad VII, 174. ubi occurrit etiam Σκίρα et σκίρα, et segm. 139. vulgo ναύτρειαι, pro quo MSS. ναύτριαι, et 141. τρυγήτρειαι, quae I, 202. τρυγήτριαι, κεράμια, et κεράμεια. taliaque infinita congerere licet. Νουθετίαν vel νουθεσίαν ubi usurpet *Plato*, non suggerit memoria: νουθέτησιν habes etiam in Ὅροις *Platonici* cuiusdam: Νουθέτησις, inquit, λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης· λόγος ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν. Est autem νουθετεῖσθαι mollioris et suavioris significatus, quasi dicas, *mentem componere, et in ordinem apte redigere.* Νουθεσίαν exponunt *Glossae*, *admonitionem*, *documentationem*, νουθεσίαν vero μετὰ ἐπιπλήξεως, *castigationem.*

140.

ἐπίπληξις] C. A. subdit σωφρονισμὸς ἐπιτίμησις, et in aliis omittit coniunctiones. Kuehn.

καὶ καθαρισμός.] MS. καὶ καθαρμός· τὰ δ' ἀπὸ etc. recte, non καθαρισμός· praecessit enim non καθαρίζειν, sed καθῆραι supra segm. praeced. unde emenda hic καθαρμὸς ex MS. nostro. *Hesych.* Καθαίρει, καταλαμβάνει. Iung.

καὶ καθαρισμός.] MSS. vestigia sequutus, probante *Iungermanno*, reposui καθαρμός. Fuere philosophi, qui libellis ethicis titulum praefigerent καθαρμοὺς, scriptos scilicet eos innuentes ad mentem vitiis purgandam.

μόνον.] Abest a C. A. at C. V. pro μόνον legit μένοντα, quod probo. Kuehn.

μόνον.] MS. pro μόνον, μένοντα habet, idque repone, sis, nec credo aliter scripsisse *Pollucem*: *non manens* ista ab aliis deducta, nempe ἀνάληψις, ἀναφορὰ etc. in ea notione, ut sub nominibus νουθεσίαν significantibus referri queant. μόνον enim vulgatum non hoc dicit, sed contra *Pollucis* mentem, quasi et hoc et aliud adsignificent. Iung.

μόνον] Ineptum illud atque reiiciendum, quod commutavimus itaque lectione MSS. μένοντα.

ἀπ' αὐτῶν] Abest a C. A. ut et coniunctio quae sequitur. Kuehn.

ἀπ' αὐτῶν] MS. δ' ἀπ'. Iung.

πλὴν τοῦ ἐπιτιμητοῦ] Absunt a C. A. usque ad κἀπιτιμηταί. Kuehn.

εἰπὼν ἐν τῇ Προκρίδῃ] Desunt in MS. *εἰπὼν ἐ. τ. Προκρίδῃ, κ. κἀπ.* sed *Προκρίδι* legendum statim auspicatus fui, nec aliter habet *Magnus Casaubonus*, ubi una cum aliis dramatibus *Sophocleis* et hoc refert VII. *Athen.* 4. Iung.

εἰπὼν ἐν τῇ Προκρίδῃ] *Προκρίδι* in textu dedi, quod et ita legit *Meursius* in *Sophocle* suo. Sed ipsa summi Tragici verba in plerisque MSS. etiam sunt mutila. solus *Falckenburgii* Codex *κἀπιτιμηταὶ κακῶν* habet, quod, puto, non quisquam abiecerit. id nimirum resecuêre librarii, quod *Pollucis* instituto non esse putabant. nos lubentes illa vocula textum auximus.

141.

κρατεῖν] A. C. *περὶ συνωνύμων τοῦ Κρατεῖν.* Kuehn.

καθαίρειν.] Pro *καθαίρειν* leg. *καθαιρεῖν* a *καθαιρέω*, quamvis nec *καθαίρειν* damnaverim. Kuehn.

καθαίρειν.] Sic et MS. sed profecto scribendum duco alio accentu, nempe *καθαιρεῖν*, quod cum verbis *τοῦ Κρατεῖν* significationem habentibus recte iungas. Alterum *καθαίρειν* potius priori tmemate suum locum inter verba *νουθετήσεως* habuerit. Prius *καθαιρεῖν* clare hic vincere iubet sequens inde nomen *καθαίρεσις*. Iung.

καθαίρειν.] Bene monuerunt Commentatores nostri accentum esse mutandum. textus habet, ut *Kuehnius* in Codicis sui margine. *Glossae: Καθαιρῶ, καταστρέφω, destruo:* unde *καθαίρεσις οἰκοδομήσεως, destruotio, demolitio.*

ἐστὶ χρείας.] Abest a C. A. item coniunctiones. dein *ὑπαγάγεσθαι.* Kuehn.

καὶ καταδύειν. etc.] C. V. *καὶ κατὰ εἴδη καὶ ναυμαχῆσαι καταπεζομαχεῖν.* C. A. omisso *καταδύειν, καὶ τὰ εἴδη καταναυμ. κ.* et *species pugnae* etc. Kuehn.

καὶ καταδύειν. etc.] Mire corruptum istud *καὶ καταδύειν* vulgo, et sequens *καταναυμαχεῖν* in MS. qui ita habet: *καὶ κατὰ εἴδη, καὶ ναυμαχεῖν, καταπεζομ.* etc. ubi alia manu inter *καὶ* et *ναυμ.* insertum *κατὰ*, ut scilicet legamus *καταναυμ.* sed ipsum istud *καὶ* ante *ναυμ.* corruptum puto, et mutandum in *κατὰ*, locumque ite legendum: *καὶ κατὰ εἴδη, καταναυμαχεῖν, καταπεζομαχεῖν* etc. optimo sensu, quem *Pollucis*, ut et hanc scripturam non dubito. quum enim quae praecedunt, quasi peculiare quoddam *τάγμα* in hac acie verborum *superandi*, generatim et late sumantur, *χειρώσασθαι* etc. haec profecto quae sequuntur, *καταναυμαχεῖν* etc. species continent, ut vincere pugna navali et pedestri et equestri, quum illa nova, ut dixi, quovis certamine usui esse queant:

adeo ut nimis audax fuerit commentum cuiuscunque istud *καταδύειν*. quod tamen si quis retinere pertinax omnino velit, non ideo tamen ista *καὶ κατὰ εἴδη* mihi amovebit, quae, ut dixi, ipsissima *Pollucis* puto, illud verbi ab alio *παρεμβεβλημένον* vero. IUNG.

καὶ καταδύειν.] Non erit, uti duco, quisquam qui id verbi hoc loco genuinum habeat. in rebus enim militaribus non alium certe usum habet, quam si de submersa classe dicatur. *καταδύειν νῆας* apud *Thucydidem*, *Polybium* aliosque, quod nihil ad ista, quae *Pollux* enumerat. egregie MSS. *κατὰ εἴδη*, quam scripturam reduxi.

142.

βιαιοτέρα γὰρ etc.] Absunt ista a C. A. usque ad *δυνατόν*. KUEHN.

ἢ παρόμοιαν ἄν τις εἶναι φαίη etc.] C. V. *παρ᾽ ὁμοίαν* leg. *παρομοίαν*. *similem quodammodo* (vocem *ἐπικράτησιν*) dixeris *τῇ κατακρατήσει* et *τῷ καταγωνισμῷ*, dum ille (*Thucydides*) dixit *καταγωνισμὸν* etc. secundum C. V. ita legendum *παρομοίαν ἄν τις εἶναι φαίη τὴν κατακράτησιν καὶ τὸν καταγωνισμόν, ἐκείνου ἀγωνισμὸν εἰπ.* etc. *posset dicere aliquis similem esse ἐπικράτησιν et καταγωνισμόν*, cum ille *ἀγωνισμὸν* vocet *καταπολέμησιν debellationem*, quod alias *καταγωνισμὸς* et *ἐπικράτησις* non significant apud alios scriptores. KUEHN.

ἢ παρόμοιαν ἄν τις εἶναι φαίη etc.] MS. *ἢ* (sed alia manu *ἢ* emendatum) *παρ᾽ ὁμοίαν ἄν τις φ. τὴν κατακράτησιν, καὶ τὸν καταγωνισμόν· ἐκείνου ἀγωνισμὸν* etc. et bene sane *ἢ* videtur correctum, quum MS. plerumque *ἢ* indifferenter scribat, pro, *ἤ*, *ἥ*, *ἦ* etc. locumque ita legam igitur et distinguam: *ἢ παρομοίαν ἄν τις εἶναι φαίη τὴν κατακράτησιν· καὶ τὸν καταγωνισμόν, ἐκείνου ἀγωνισμὸν εἰπόντος· καὶ τὴν* etc. Ait sic dici posse et *κατακράτησιν* et *κατακρατεῖν*, ut dixerit *Thucydidis ἐπικράτησιν*, ab *ἐπικρατεῖν*. eadem ratione, quum ille a verbo *ἀγωνίζεσθαι*, *ἀγωνισμὸν* (sic enim MS. noster, quum vulgo non recte iunctum videatur repeti) dixerit, nos *καταγωνισμὸν* posse a verbo, quod segm. 141. praecessit, *καταγωνίζεσθαι*. tum pariter *καταπολέμησιν*, a praecedenti, segm. 141. *καταπολεμεῖν*, addit *Pollux*, quis dicat invento nomine *διαπολέμησις*. vulgatum enim *διαπολέμησιν εὑρὼν* non mutandum arbitror, licet in MS. sit *εὗρον*. Ceterum vox *ἐπικράτησις* in Oratione Corinthiorum contra *Corcyraeos* exstat libr. I. *Ξυγγραφῆς· παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν*. IUNG.

ἢ παρόμοιαν etc.] Nisi me meus fallit animus, ita fuit etiam scriptum: ἣν παρόμοιαν ἄν τις εἶναι φαίη τῇ κατακρατήσει καὶ τῷ καταγωνισμῷ. planum ita sensum feceris paucula mutatione. sed enim MSS. obsequamur potius, quorum equidem lectionem in textu restitui. Ἀγωνισμὸν in *Thucydide* reperio VII, 70.

εὑρών.] C. V. εὗρον. planus esset sensus, si καὶ ante καταπολέμησιν praeponeretur voci διαπολέμησιν hoc modo, καὶ τὴν διαπολέμησιν εὗρον. *etiam vocabulum διαπολέμησιν inveni*, scilicet apud *Thucydidem*, qui ait lib. VII. ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν, *sic brevi putabat debellatum iri*. Kuehn.

εὑρών.] *Kuehnius* ad oram sui Codicis εὗρον, et id etiam praefero vulgatae lectioni, quanquam *Iungermannus* dissentiat. memini id vitii eluisse quoque segm. 89. Διαπολεμεῖν vero, quod *decertare* Romani, plus una vice in *Thucydide* peni recordor.

ὑπαγωγὴ γὰρ etc.] Desunt ista, ὑπ. γ. κ. πρ. ἀν. in MS. Iungerm.

δουλώσεως] Supra III, 75. ubi καταδούλωσιν non ponit, quod improbabat scilicet. Alterum vero *Thucydideum* est, ex cuius lib. III. adferunt, τὴν δὲ τῶν συμμάχων δούλωσιν ἐπαγομένους. et supra ex libr. III. locum etiam protuli Historici. Aiunt vero et alterum in eo exstare, quod nostro βίαιον videtur. Iung.

οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἐν χρ. δυνατόν.] C. V. πλείστων οὐδέ ἐστι· ταὐτὸν οὖν ἐν χρήσει δύναιτο, *a plurimis ne sunt quidem, idem igitur valere possint*: id est, nihil valebunt. Kuehn.

οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἐν χρ. δυνατόν.] Non dubito haec mendosa esse, et amplector MS. lectionem, quae est: ἀπὸ γὰρ τῶν πλείστων οὐδέ ἐστιν· ταὐτὸν οὖν ἐν χρήσει δύναιτο, ὄχλος; etc. *A plurimis ne quidem sunt adverbia*, ait. Tum digreditur ad verba multitudinis: *Idem vero in usu valeant*, ait, ὄχλος etc. quod exemplis mox confirmat: *quasi*, ait, *si* quis dicat ἀνδρῶν ὄχλος etc. Eo modo infra novum incipit tmema segm. 150. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φαίη τις ἂν πρᾶγμα, χρῆμα, etc. Iungerm.

οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἐν χρ. δυνατόν. Ὄχλ.] Cubat hic locus in gravi menda, a qua certe sine MSS. adminiculo purgare locum et redintegrare non facile fuisset. distinximus et emaculavimus textum, ut MSS. auctoritas iussit.

ὄχλος] C. A. περὶ συνωνύμων τῷ πλήθει. locum hunc exscribit *Phavorin.* in ὄχλος. Kuehn.

ἄθροισμα, συναγ.] MS. *ἄθρ. ἀγερμὸς, συναγ.* SEB.

ἄθροισμα, συναγ.] C. A. *ἀγερμὸς σύστασις τάχα συναγωγὴ* etc. omissis semper coniunctionibus. C. V. *ἄθροισμα, ἀγερμὸς, συναγερμός.* KUEHN.

ἄθροισμα. συναγ.] Ex MS. nostro et *Seberi* voculam adde: *ἄθροισμα, ἀγερμὸς, συναγ.* nec dubitare nos sinit locus qui supra III, 129. *ἀγερμὸς, συναγερμὸς,* pariter iuncta. et quod sequitur mox *ἐμπόρων ἀγερμός·* supra I, 176. *ἀγειρμὸς* vulgo est, quod tamen MS. omittit ibi. IUNG.

ἄθροισμα, συναγ.] Optime de nobis hic et *Polluce* nostro merentur MSS. ex iis est, quod inseruimus *ἀγερμός.* habeat illam vocem *Lexicographi. Hesychius*: *Ἀγερμὸς, ἄθροισις· συναγωγὴ θυσίας·* ubi *Sopingius* ex *Aristotelis Arte Poëtica* locum adfert, cui *Dionysium Halicarnassensem* adde, qui lib. II. *θεοφορήσεις, κορυβαντιασμοὺς καὶ ἀγερμοὺς* appellat metragyrtarum publica sacra, cum ubique homines colligant atque circulos faciant. Verbum autem *ἀγείρειν* vel de circulatoribus intelligitur, vel de rhetoribus, cum *ἐπιδείξεις* facturi homines advocabant, qua de re posteriori videndus Eruditiss. *Cresollius Theatro Rhet.* III, 14. et *Petavius* ad *Themistii* Oration. XXI. qui utramque tangit rem, et adductum etiam a nobis *Dionysii* locum. Addo *Synesium* Ep. 136. ubi vastas Athenas describit: *ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ συνωρὶς τῶν σοφῶν Πλουταρχείων, οἵτινες οὐ τῇ φήμῃ τῶν λόγων ἀγείρουσι ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς νέους, ἀλλὰ τοῖς ἐξ Ὑμήττου σταμνίοις.* Mox elegantius *τάχα δὲ καὶ,* ut Auctor noster solet ubique loqui, dedimus in textu e MSS. pauloque inferius post *βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθροισμὸς* interpunxi cum *Iungermanno.*

143.

τάχα καὶ συναγωγὴ, etc.] MS. *τάχα δὲ καὶ συναγ.* et sic reponendo facies pleniorem orationem. IUNG.

συλλογὴ] Huius non redditur exemplum in sequentibus; sed pro eo *κυβερνητῶν συνδρομὴ* habes, adeo ut quis suspicari possit et hic *καὶ συνδρομὴ* fuisse a *Polluce* additum. IUNG.

ὡς εἰ λέγοι τις] Non habet C. A. haec verba, ut nec sequentes coniunctiones. KUEHN.

βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθροισμός. etc.] C. A. *βιαιότερον γ. ὁ ἀ. ἐμπόρων ἀγερμὸς* etc. sine *καί.* KUEHN.

βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθροισμός. etc.] *ἀθροισμὸν βιαιότερον* hic dicit: supra III, 129. ponit sine tali *προεπεπλήξει·* quamvis ibi in MS. omissum sit istud vocabulum. vid. et I, 176. distingue autem hic ita: *ἀθροισμὸς, καὶ ἐμπ.* Illa enim *βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθρ.* interiiciuntur quasi *παρενθετικῶς.* IUNG.

παιδευόντων θίασος] *Interpr.* leg. *παιζόντων· docentium thiasus, discipulorum chorus.* de thiasis docentium *Athenaeus* habet multa. Kuehn.

παιδευόντων θίασος] De conventiculis sacris vox illa proprie fuit olim usurpata, docente *Maximo* ad *Areopagitae Hierarch. Coel*, cap. 3. ubi et *θιασώτας* exponit *τοὺς περὶ τὰ θεῖα ἀναστρεφομένους*, et *Harpocratione*. *Demosthenis* autem, quem adducit, eum esse locum puto, ubi *Γλαυκοθέαν* memorat *τὴν τοὺς θιάσους συνάγουσαν*. observat inde *Ionem* in *Omphale κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος* posuisse vocem, et ita saepissime apud alios. scilicet in Graeca lingua admodum sunt multa, quae a rebus sacris ad profanas atque vulgares emanarunt. ea de re alibi. Sed *σύστασιν*, quam dixit Auctor, in *Thucydide* quoque reperi II, 21. *κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι*, quod fuerit, exponente *Scholiasta*, *κατὰ συστήματα καὶ πλήθη·* non dissimili modo *Iacobus* in *Liturgia* sua *σύστασιν* et *σύστημα* dixit *ἀγγέλων·* porro apud *Thucydidem* sequenti capite *ξύλλογον* etiam lego: *ἐκκλησίας τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν, οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα.*

ἐπὶ δὲ τῶν αὐτῶν]. Abest *ἐπὶ τῶν αὐτῶν* a C. A. Kuehn.

πανδημεὶ, etc.] MS. *παγγενεὶ, πασσυδί.* Seb.

πανδημεὶ, etc.] C. A. *πανδημῇ π. πανσυδί.* C. V. *παγγενεῖ, πασσυδί.* Kuehn.

πανδημεὶ, etc.] MS. *πανδημεῖ, παγγενεῖ, πασσυδί·* priora duo alia manus ita correxit, *πανδημεί, παγγενῆ·* ut nempe vulgata sunt. supra VI, 162. *πανδημὶ* et *πανσυδὶ* MS. habebat. *Seberus* noster in suo MS. hic fuisse ait *παγγενεὶ, πασσυδί·*. quomodo retinere hic nil forte prohibeat. Tamen et MS. noster supra VI, 165. *παγγενῆ* habebat. Iung.

πανδημεὶ] Vide quae dicta ad segm. 10. Sed, autumo, tanti non est, utrum scribas *πανδημὶ* an *πανδημεὶ·* sic enim *ἀκηρυκτὶ* et *ἀκηρυκτεὶ* aliaque plurima. *Thucydides* I, 9. *τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει. Schol. μηδενὸς ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπολειπομένου·* et V, 54. *Ἐξεστράτευσαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πανδημεὶ ἐς Λεῦκτρα* etc. quo *Noster* respexit I, 160. Mox *παγγενεὶ* de MSS. restitui. *Πασσυδεὶ* tum recte legitur, et ex *Thucydide* citat *Suidas*, qui simul notat scribere quosdam *πασσυδὶ*, sed aberrantes vera voculae pictura. Malui denique *πασσυρεὶ*, MSS. sequutus duces, reponere, quam vulgatum temere retinere. Aeolicum enim illud *πασσυρεὶ*, nam *πανσυρὶ* non puto, quisquam usurpabit. male fecerit itaque, qui ab Aeolibus id mutuatum uti voluerit in Attico sermone. [Etsi *Suidas* illam scribendi

formam πασσυδὶ improbaverit, constat tamen saepius apud optimos inveniri scriptores. *Xenophon. Cyrop. A.* ὁ δὲ Κῦρος ὁρῶν ἐκβοηθοῦντας τοὺς ἄλλους πασσυδί· nec video quibus argumentis haec legitima profecto scribendi forma debilitari possit, cum similiter in aliis quamplurimis extet. Poëtae dicunt πασσυδίῃ, quod apud *Callimachum* in Del. v. 158. *Ex Addendis.*]

ὑπομ. γὰρ τὸ πανσυρί.] Abest a C. A. usque ad πανσυρί· pro quo C. V. leg. πασσυρεί. Kuehn.

ὑπομ. γὰρ τὸ πανσυρί.] MS. τὸ πασσυρεῖ· et scribendum puto πασσυρεὶ, vel πασσυρὶ, ut πασσυδί. Illi affinia apud *Hesychium* leguntur: Πασσύριον, ἀντὶ τοῦ Πασσυδίην Αἰολεῖς, τὸ πασσύριον ἡμῶν ἁπάντων γένος· et πασσυρωσὶ, ἄρδην, πανοικί· quamvis non nesciam et πανσυρὶ rectum esse, utroque modo ut πανσυδί· malim tamen plerumque nostri optimi MS. Codicis fidem. Iung.

144.

κατὰ ἔθνη] MS. καὶ κατὰ ἔθνη, etc. Iung.

ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν] Etiam abest a C. A. at C. V. ita: ἵν' ἀπομήρου ἰλαδὸν ὡς ποιητικὸν παραιτώμεθα· κατ' ἴλας dicendum, inquit, *ut τὸ ἰλαδὸν, quod Homero* Il. β, v. 93. *debetur, vitemus tanquam Poëticum.* Kuehn.

ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν] MS. ἵν' ἀπομήρου ἰλαδὸν, ὡς ποιητ. παραιτώμεθα· καὶ etc. mendose quidem, unde tamen editiones vulgatas mutilas tibi deprehendere datur, quod iam ipse, credo, vidisti. scribamus itaque ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν, ὡς ποιητικὸν παραιτώμεθα. Est autem id Ἰλ. β. v. 93.

ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο, καὶ κλισιάων,
ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο
ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν. —

Sed ut ἴλαδον in MS. fuit, ita et antea ἴλας fuisse puto, quamvis in utroque a quodam accentus correctus est. Iung.

ἵνα τὸ Ὁμήρ. ἰλαδὸν, etc.] Sanequam perfacile quis attentus sensui deesse quiddam animadvertisset. quod itaque nos supplevimus e MSS. praeeunte *Kuehnio.* Id ipsum παραιτώμεθα habuit etiam Codex *Falckenburgii. Hesychius:* Ἰλαδὸν, ἀθρόως· κατ' ἀξίαν, κατὰ σύστημα ἐπορεύοντο· quibus certe adductum a *Iungermanno* locum *Homeri* adludit, ubi etiam *Scholia Didymi*: κατὰ ἴλας καὶ συστροφάς· saepius in *Homero*, ut et *Colutho* occurrit, atque aliis. Illud autem κατ' ἀγέλας, quod modo *Noster* habuit, de animalibus dici solet proprie, cum gregatim eunt. de thynnis *Aelianus* Hist. Anim. XII. dixit eos κατ' ἀγέλας πορεύεσθαι· alias id ἀγεληδόν. *Harpocr.*

De hominum autem collegiis cum usurpatur, a dialecto tractum iudico; Cretenses enim puerorum catervas, qui literis atque bonis artibus operam dabant publice, solebant appellare *ἀγέλας*, et *ἀγελάζειν*, cum in unum cogerentur; ea de re forsan alibi. hinc et apud Graecos *συναγελάζειν*, *gregatim coire*. saepius vero sub magistro discendi causa. sic sane *Noster* IV, 45. ubi aliis ita verbis iunctum est, ut eam notionem deprehendas facile. hinc manat, quod in *Hesychio* reddatur *Συναγελάζονται, συνδιαιτῶνται, ἰσχνοπρεπεῖς·* quod ultimum certe vitii non est immune. coniectabam, *ἰσχοπρεπές*, ut usum illius verbi abiectiorem atque viliorem significare voluerit *Hesychius*: non tamen me rem acu tetigisse dicere ausim. felicius alii forsitan. et ita *συναγελαστικὸς* apud *Hieroclem* de *Nuptiis*, *qui sociae familiaritatis cupidine tenetur*.

πάντα γένη, καὶ ὅσαι ἡλικ.] MSS. *πάντα γένη. ὅσα γένη καὶ ὅσαι ἡλικίαι* etc. C. A. hic iterum omittit *καὶ* ubique. Kuehn.

πάντα γένη, καὶ ὅσαι ἡλικ.] Hic iterum auget optimus MS. *Palatinus Pollucem* nostrum: unde ita scribe: *πάντα γένη, καὶ ὅσα γένη, καὶ ὅσαι ἡλ.* etc. Iung.

πάντα γένη] Subiecimus e MSS. *καὶ ὅσα γένη*, quod ante nos afuit male.

καὶ ὅτι παῖς etc.] An *καὶ ὅτι παῖς καὶ γυνή*, per hypodiastolen scribendum? pro *πᾶν ὅ τι παῖς καὶ γυνή·* MS. sane id non observat. Iung.

εἰπεῖν] Abest a C. A. ut et, *οὐδεὶς ἦν ὃς ἀπῆν*. Kuehn.

εἰπεῖν] Desunt in MS. *εἰπεῖν* et ista, *οὐδεὶς ἦν ὃς ἀπῆν*. Iungerm.

οὐδεὶς ἀπεῖναι ὑπέμεινεν.] MS. *οὐδεὶς ἀπῆναι ὑπέμενεν·* et malim *ὑπέμενεν* hic tempore imperfecto ut alia hic, pro vulgato *ὑπέμεινεν*. Iung.

αὐτὸν] MS. *αὐτὸν* pro *αὐτόν*. Iung.

αὐτὸν οἶκοι κατεῖχεν] In *Thucydide* I, 90. *πάντας πανδημεὶ Commentator* antiquus exponit: *τὸ πάντας, αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας· τὸ δὲ πανδημεὶ, μηδενὸς ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπολειπομένου*, quae huc non incommode quadrant.

145.

ἐκ τῶν οἰκίων ἐξεχ.] Absunt a C. A. *οἰκιῶν* etc. Kuehn.

ἐκ τῶν οἰκίων ἐξεχ.] MS. *ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξεχ.* et ita emenda vulgatum *οἰκίων* accentu depravatum: id iam ita in meo Codice correxeram quoque. Iung.

συνηλέγοντο] C. A. *συνελέγοντο, συνεγείροντο* etc. Kuehn.

συνηλέγοντο] MS. *συνελέγοντο·* quo pacto quoque vulgatum *συνηλέγ.* emendandum est. Iung.

συνηλέγοντο] In MS. *Palatino* *συνελέγοντο*, pro eaque lectione stat *Iungermannus* noster: sed ego tamen vulgatam ut *Ἀττικωτέραν* prius amplectar. si quis tirocinia Grammatica vel levi oculo perlustrarit, sciet, quid apud Atticos in augmento temporum, uti dicitur, receptum sit: et Atticismi rationem habuimus etiam mox, ubi pro vulgato *συνωθοῦντο* alterum, quod in textu legis, restitui. [Forte praestiterit *συνελέγοντο* reponi; rarius enim, ut puto, hanc Atticismi formam in hoc verbo reperias: sed res tanti non est, ut diutius commoremur. *Ex Addendis.*]

συνωθοῦντο] C. V. *συνεωθοῦντο*. Kuehn.

συνωθοῦντο] MS. *συνεωθοῦντο*· quod ut *Ἀττικώτερον* pro vulgato *συνωθοῦντο* nobis facile arrideat. Iung.

εἰς ταυτὸν ᾔεσαν] MS. *εἰς ἓν ἔσπευδον, πάν.* Seb.

εἰς ταυτὸν ᾔεσαν] MSS. *ἐς ταυτὸν ἦσαν, εἰς ἓν ἔσπευδον, ἐν ταυτῷ ᾔεσαν.* Kuehn.

εἰς ταυτὸν ᾔεσαν] MS. *εἰς ταυτὸν ἦσαν*· postea duabus locutionibus auctior, quarum primam et *Seberi Aug.* habet. sic itaque *Noster*: *εἰς ἓν ἔσπευδον, ἐν ταυτῷ ᾔεσαν, π. ἐπεπ.* Iungerm.

εἰς ταυτὸν ᾔεσαν] Mutilus erat utrisque sequentibus loquendi formulis editus *Pollux*: et hic etiam vulgatum *ᾔεσαν* improbum: sed omnia MSS. sequuti duces redintegravimus. Paulo inferius *ἐστενοχωρεῖτο* lectum fuit ante nos: iam sic ut reponi convenit cum praecedentibus. Ad ista poëtica, quae dicit *Auctor* noster, quaeque in *Homero* creberrima, adde licet illud Comicorum notissimum *ψαμμακοσιογάργαρα*, et consule non paucos illius paroemiae explanatores, *Scholiastem Aristophanis*, *Suidam*, *Macrobium*, *Hesychium*, plures. reperies ibi, quae phrases has illustrent: illae porro similesque loquendi modi in Rhetorum scriptis aevi recentioris, *Libanium* dico, *Dionem*, *Aristidem*, aliosque, qui non ita firmum atque compactum dicendi genus, ac veteres illi, secuti sunt, sed mollius et dissolutius, quodque per varias orationis figuras defluat, sunt celeberrimi: neque id esset grave pluribus exemplis ire confirmatum, sed heic non e re nostra.

ἐξεπέπληστο] C. A. *ἐξεπέπλητο* (C. V. *ἐξέπληστο*) *πάντα ἐστενοχ. πάντα ἐθλίβετο*· caeteris quae sequuntur usque ad *τοιαῦτα*, omissis. Kuehn.

ἐξεπέπληστο] MS. *πάντα ἐπληστο*· sed emendatum, *ἐπέπληστο*· quod placet. Iung.

ἐστενοχωρεῖτο] MS. pro *ἐστενοχωρεῖτο* habet *ἐστενοχώρητο*,

praeterito perfecto nimirum, ut praecedens ἐπεπλήρωτο, ἐπέπληστο. Iung.

ἐθλίβετο.] MS. ἐθλ. τῷ αὐχεῖν τῷ κωμῳδεῖν, τῷ πράγματα εἰδέναι· τῷ ταχὺ, τῷ ὡς τὸ πολὺ, τῷ ἀνελεῖν, τῷ ἀμφιβάλλειν, τῷ ἀρκεῖ. Αὐχ. Seb.

ὑπὲρ τὴν ψάμμον] ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. *Genes.* XXII, 17. et alibi. vide *Ioach. Zehneri* similitudinem sacram quintam. Seb.

κύματα] MS. mendose κοίματα· sed correctum fuit. Iung.

καὶ τὰ τοιαῦτα.] Talia quaedam et, si cupis, apud *Iunium* Adagio, *Avenam superat*. Iung.

αὐχεῖν] C. A. περὶ συνωνύμων τῷ αὐχεῖν. C. V. omisso περὶ συνωνύμων titulos omnes in unum coniungit hoc modo: τῷ αὐχεῖν, τῷ κωμῳδεῖν, τῷ πράγματα εἰδέναι, τῷ ταχεῖ, τῷ ὡς τὸ πολὺ, τῷ ἀνελεῖν, τῷ ἀμφιβάλλειν, τῷ ἀρκεῖ. Αὐχεῖν etc. locum hunc iterum describit *Phavorinus*. Kuehn.

αὐχεῖν] Hic in MS. novum caput, hoc titulo: τῷ αὐχεῖν, τῷ κωμῳδεῖν, τῷ πράγματα εἰδέναι, τῷ ταχὺ, τῷ ὡς τὸ πολὺ, τῷ ἀνελεῖν, τῷ ἀμφιβάλλειν, τῷ ἀρκεῖ· qui fere eodem modo in *Seberi* MS. ut ipse adnotat. debes autem subaudire, ut in superiore lemmate segm. 150. συνώνυμα τῷ αὐχεῖν, etc. et emendare etiam in hoc MS. titulo, τῷ πρᾶγμα, τῷ εἰδέναι, et mox τῷ ἀμφιβάλλειν· ut supra segm. 5. fuit, et ex sequentibus patet. Iung.

κομπάζεσθαι] *Phavor.* leg. κομπάζειν, σεμνύνεσθαι. C. A. σεμνύειν. Kuehn.

κομπάζεσθαι] Pro κομπάζεσθαι MS. active κομπάζειν· er cur non ita reponamus? *Hesychius*: Κομπάζει, καυχᾶται· exempla habes in *Lexicis* Graeco-Latinis. Iung.

κομπάζεσθαι] Praetuli reponi in textu lectionem manuscriptam, κομπάζειν. Omiserit itaque hic *Noster* verbum κομπεῖν, quod in *Hesychio* aliisque invenitur, unde et ἐπικομπεῖν in *Thucydide*, an id ipsum vitio potius librariorum exciderit? certe in sequentibus habemus, κόμπος, et κομπώδης, quae positum id verbi hoc loco suadere videantur. Tum in editis sequebatur σεμνήνεσθαι, pro quo cum *Kuehnio* σεμνύνεσθαι textus habet.

σεμνήνεσθαι] MS. σεμνύνεσθαι· ut quoque etiam quivis restituendum esse videat. erat idem verbum in loco *Aeschinis* supra IX, 42. quoque corruptum. Iung.

μεγαλοῤῥημονεῖν] MS. μεγαλορημονεῖν, unico ρ. Iung.

τερατεύεσθαι] Post τερατεύεσθαι inserendum verbum πε-

φυσιοῦσθαι in MS. ad oram adpositum est, quamvis ab alia manu. Iung.

146.

ἐν δὲ Εὐπόλιδος Δ.] Absunt a C. A. usque ad καυχήσασθαι· nec habet *Phavorinus*. Kuehn.

ἐν δὲ Εὐπόλιδος Δ.] MS. ἐν δ' Εὐπ. et tum mendose Δῆμός ἐστι. Sed id ab alio correctum est. Iung.

καυχήσασθαι.] Pro τὸ καυχήσασθαι MS. τὸ καυχήσεται habet. Iung.

μεγαλοῤῥημοσύνη, etc.] MS. inverso ordine, μεγαληγορία, μεγαλορημοσύνη, uno ρ ut verbum antecedens. Iung.

ἡ δὲ ὑπερηφάνεια etc.] C. A. ὑπερηφανία· τὸ δὲ ῥῆμα ὑπερηφανεῖν etc. *Phavor*. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινῶν. Kuehn.

ἡ δὲ ὑπερηφάνεια etc.] MS. ἡ δὲ ὑπερηφανία τὸ μὲν πρᾶγμα ἐστίν. Iung.

ἀπὸ μὲν τοῦ αὐχ.] In MS. deest μέν. Iung.

ῥητέον αὐχῶν.] MS. rectius: ῥητέον ὁ αὐχῶν· quod ita supple sis. Iung.

ῥητέον αὐχῶν.] Interseruimus ὁ de MSS. Αὐχήτης ut αἰχμήτης, aliaque infinita huius formae.

ὁ γὰρ αὐχήτης] C. A. τὸ γὰρ αὐχ. β. Kuehn.

ὁ γὰρ αὐχήτης] Vero MS. ὁ γὰρ αὐχήσας, sed ab alio dispunctum, et emendatum suprascripto τῆς, in αὐχητής. Iung.

ἀπὸ δὲ τ. ἄ. κομπαστὴς] MS. ἀ. δ. τ. ἄλλων, ἀλαζὼν· κ. Seber.

ἀπὸ δὲ τ. ἄ. κομπαστὴς] C. A. ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀλαζὼν, κομπαστὴς etc. Kuehn.

ἀπὸ δὲ τ. ἄ. κομπαστὴς] MS. noster, ut et *Seberi*, *Polluci* vocem reddit, quam profecto vulgo male deesse adfirmare possum: ἀπὸ δὲ τ. ἄ. ἀλαζὼν, κομ. cur enim ἀλαζὼν omitteret, a quo et ἀλαζονεύεσθαι, et ἀλαζονεία allatum, et mox adverbium ἀλαζονικῶς adferetur. habuisti id et supra VI, 29. Iung.

ἀπὸ τῶν ἄλλων, κομπ.] Textus hic auctior est a nobis voce ἀλάζων, quae praeteriri non debuit. qualem hominem ἀλάζονα censeat *Xenophonteus Aglaïtidas* ita habeto: ὁ μὲν γὰρ ἀλάζων ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προςποιουμένοις καὶ πλουσιωτέροις εἶναι, ἢ εἰσὶ, καὶ ἀνδρειοτέροις, καὶ ποιήσειν, ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν, ὑπισχνουμένοις, καὶ ταῦτα φανεροῖς γιγνομένοις ὅτι τοῦ λαβεῖν τι ἕνεκα καὶ κερδᾶναι ποιοῦσιν· locus est libr. II. *Cyropaediae*; ibidemque et ἀλαζονεύεσθαι extat. *Scholiastes Aristophanis* ad *Equit*. Act. I. Sc. 1. ea de voce sic scribit: Ἀλάζων, ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν· videndus et *Theophrastus* περὶ ἀλαζονείας, et *Magnus*

eius *Commentator.* id cum fieri nequeat sine pluribus figmentis, ἀλαζονεύεσθαι usurpari obtinuit, pro *mendacia proferre*: ita notant in *Comici Ranis* Act. I. Sc. 6. Ἠλαζονεύεθ', ἵνα φοβηθείην ἐγὼ, *Scholia*, ἐψεύδετο, addita hac *Menandri* χρήσει· Ἀλλ' ἀλάζων, καὶ θεοῖσιν ἐχθρὸς, ubi pro mendace sumi volunt; neque repugno.

μεγαλήγορος] MS, μεγαληγόρος, paroxytone, nec aliter scribendum puto, ut et supra II, 126. ut ψευδηγόρος, σεμνηγόρος, alia quaedam, quamvis II, 126, MS. etiam μεγαλήγορος, itaque apud *Xenophontem* vulgetur. sed Avus ibi et in *Xenophontis* loco id etiam paroxytone scribit, ut supra dixi, Iungerm.

μεγαλοῤῥήμων] MS. μεγαλορήμων καὶ μεγαλ. iterum sine ρ altero, ut praecedentia hoc segm. et priori. Iung.

147.

καὶ αἰρόμενος. etc.] τὰ καὶ absunt iterum a C. A. Kuehn.

καὶ μετεωρ.] Deest καὶ in MS. ante μετεωριζ. Iung.

πεφυσημένος] MS. πεφυσσημ. Seb.

πεφυσημένος] Mox πεφυσ. uno in medio σ MS. noster habet cum vulgatis, ut et paulo post. Iung.

καὶ αὗται ἂν etc.] C. A. καὶ αὐταὶ ἀντὶ τῶν ὀνομάτων μετοχαὶ ὑψηλόφρων etc. *et haec loco nominum participia. Phavor.* καὶ μετοχαί. Kuehn.

καὶ αὗται ἂν etc.] Non ita scripsit *Pollux*, sed ut in MS. est: καὶ αἱ αὐταὶ ἀντὶ ὀνομάτων μετ. *Ea participia pro nominibus usitata.* Iung.

καὶ αὗται ἂν τῶν ὀνομ. etc.] Locus prorsus corruptus. commode MSS. medentur αἱ αὐταὶ ἀντὶ ὀνομάτων, quomodo demum sensus sibi constat.

ὁ γὰρ ὑπερορατικὸς, etc.] Absunt a C. A. usque ad μετέωρον καί. Kuehn.

βιαιότερον. βέλτιον etc.] MS. βιαιώτερον· βελτίων δὲ etc. et forte βελτίων vulgato non cedat. et in sequentibus aliquoties tali modo, ut segm. 151. ὁ γὰρ εἰδήμων, ὑπομόχθηρος in MS. et segm. 158. τραγικὸς δὲ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ διωκτός. Iung.

καὶ ἀπὸ τῆς τερατείας, etc.] C. A, ἀπὸ δὲ τῆς τ. τερατευόμενος τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα, ἀλαζονικῶς etc. πεφυσημένως etc. Kuehn.

τερατολόγος] Sic VII, 189. τερατολόγῳ ἀνδρί· et ex MS. etiam τερατολόγῳ φύσει habuisti. quod alterum forte e *Platone* depromptum putabam. at prius quoque inde sumptum esse possit, ad quod hic respiciat. Iung.

ἀλαζωνικῶς] MS. ἀλαζονικῶς· et ita emenda; ἀλαζονικὸς enim, non ἀλαζωνικὸς dicitur, Iung.

ἀλαζονικῶς] Vix est, ut de vitio lectorem admoneri opus sit. ω positum fuit pro ο. paululum inferius πεφυσημένως reposui cum *Kuehnio* pro πεφυσημένος. Πεφυσημένοι, vel etiam πεφυσιωμένοι, id enim et in *Hesychio*, *inflati superbia homines*, et πεφυσῆσθαι, qui superbia contactus alios prae se contemnit. tractum id a notatione superbi hominis, qui, tanquam si ventum parturiret, incedit. dicti et illi φυσᾷν, sed alio modo; scilicet istos animi superbi homines spiritum proflare videas, atque erumpere. *Aristaenetus* lib. I, Epist. 27. ὅτι φυσᾷν αὐτός· et *Demosthenes* in *Neaeram* saepe.

μεγαλοῤῥημόνως] MS. iterum uno ρ, μεγαλορημόνως. Iung.

πεφυσημένος.] Male hactenus ita fuit, quum hoc nomen iam prolatum fuerit paulo superius. hic vero adverbia recenseri nemo non videat. scribe itaque ocius, ut et in nostro MS. habetur, πεφυσημένως. Iung.

τραχύτερα.] C. A. interiectis omissis, ὡς Θουκυδίδης κομπῶδες. Kuehn.

τραχύτερα.] MS. τραχύτεραι. Iung.

148.

καὶ τὸ etc.] Deest τὸ in MS. et mox ipsi particulae ad verbiali praefigitur. Iung.

κομπῶδες.] MS. π. Θ. τὸ κομπῶδες. Adnotant autem ex eodem *Thucydide* et τὸ συγκριτικὸν, ut lib. II. *Periclis* concione ad Athenienses κομπωδεστέραν προσποίησιν· sed locus quem *Noster* respexit, sine dubio est ille libr. V. Ξυγγρ. τὸ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων πλῆθος, διὰ τῆς πολιτείας ἠγνοεῖτο· τῶν δ' αὖ (Argivorum) διὰ τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες ἐς τὰ οἰκεῖα πλήθη, ἠπιστεῖτο. Iung.

κομπῶδες] Plenius est, quod in MSS. legitur, τὸ κομπῶδες· sic itaque textui restitui. Ad illum ipsum *Thucydidis* locum, quem attulit e libr. V. *Iungermannus* noster, respexit etiam *Hesychius:* Κομπῶδες, ἀλαζονικόν· quod sensum vocis in isto praecipue loco explanat commodissime. vide sis antiqua *Scholia*.

κωμῳδεῖν] C. A. περὶ συνωνύμων τῷ κωμῳδεῖν, διακωμῳδεῖν, κωμῳδεῖν. Kuehn.

διασκώπτειν] MS. σκώπτειν, pro vulgato composito διασκ. et nec simplex certe σκώπτειν *Pollucem* omisisse, mihi vero simile. potius illud credam. a simplici sane mox σκῶμμα et σκωπτικὴ subiiciuntur et σκωπτικός. Iung.

διασκώπτειν] Praeposui σκώπτειν, *Iungermanni* rationibus obsequutus. Τωθάζει in *Hesychio*, χλευάζει, μετὰ κενοδοξίας σκώπτει, ἐρεθίζει, κατακαυχᾶται, λοιδορεῖ, θωπεύει, κακολο-

γεῖ. *Suidam* adde. verbum in *Aristophane* frequens. in *Vespis*, — τὰς δὲ τὰς Λαβοῦσ' ἵν' αὐτὸν τωθάσω νεανικῶς, *ut illum insigniter delusum habeam:* tum praecipue usurpatur, cum alicui nec opino ac in somnum quasi deposito fraude obrepis.

γέλωτα τίθεσθαι.] C. A. θέλημα τίθεσθαι· σκ. τὸ γ. κ. εὐ. τ. γ. ποιητικώτερον τ. σ. σιλλοῦν etc. KUEHN.

γέλωτα τίθεσθαι.] Ionibus ille loquendi modus fuit perquam familiaris. unde apud *Herodotum* non uno in loco invenias. Musa, nisi me fallo, prima: γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε. Sic et in *Nazianzeno*, γέλωτα τίθεσθαι τὸν θάνατον, *mortem contemptui habere, atque vilipendere.*

γελωτοποιεῖν.] Supra VII, 190. non huic verbo ita προσπεπλήττει· locum *Xenophontis* e symposio ibi adnotavi, ubi id ita legitur. IUNG.

γελωτοποιεῖν.] Duriusculum igitur habeamus τὸ γελωτοποιεῖν, quod tamen usurpari non raro solet a castissimis etiam scriptoribus? sed, quaeso, animum attendas Auctoris menti. reiiculum est γελωτοποιεῖν, si dicere velis γελωτοποιεῖν τινὰ, *risui hominum aliquem exponere atque tradere.* sed sane recte se habet, si scurram dicas γελωτοποιεῖν, *iocis risum excitare.* sic apud *Aelianum* H. V. VI, 12. ubi ex *Theopompo* refert de *Dionysio*, *persedisse eum*, ἀποκαθῆσθαι ἐν τοῖς κουρείοις, καὶ γελωτοποιεῖν· hinc apud *Nostrum* γελωτοποιὸς mox, qui dum dicteriis hos atque figuris perstringit, aliis risum facit. *Herodianus* etiam I, 13. γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ εἶχον αὐτὸν ὑποχείριον, Commodum scilicet, quod saepe nimis usu venire solet regibus atque principibus, ut patulas aures habeant scurrarum potius oblique dictis, quam prudentium virorum salubribus monitis, et adfuisse tamen positis summo loco viris ridiculos hosce atque scurras plurimo tempore compertum nobis. *Plutarch.* Sympos. VIII, cap. 6. *Battum* nominat παρὰ Καίσαρι γελωτοποιὸν, pluraque talia, si id ageremus, adferre liceret. Βωμολόχους eos appellat *Tyrius* Διαλ. ιθ. τῶν θαμβῶν καὶ γελώτων ἐκθηρωμένους γενέσεις καὶ ἀγωγάς· quod tibi componendum cum istis quae *Grammatici* dicunt de βωμολόχοις· et utrique vero βωμολόχοι atque γελωτοποιοὶ in *Glossis Scurrae.* Monendum autem dixisse *Xenophontem* divisis etiam vocibus γέλωτα ποιεῖν *Cyrop.* lib. II. cap. 13. τί δ' ἄλλο γε, ἔφη, εἰ μὴ γέλωτα ποιεῖν ἐθέλοντες etc. eodemque capite, γέλωτα μηχανᾶσθαι, γέλωτα παρέχειν, de hominibus, qui iocose dictis risum movere studebant. Γελωτοποιΐα, quam nominat

inferius noster, est apud *Etymologum* in *Βωμολοχίαις*, quam ille vocem exponit *κολακείαις*, *γελωτοποιΐαις*. *Iungermannus* autem noster ad VII, 191. hunc *Pollucis* locum non bene cepit, dum id *γελωτοποιεῖν*, quod hic occurrit, idem esse putat cum eo, quod extat ibi. utriusque diversitas a me iam est exposita. et ad eum etiam locum me vide paucula notantem.

γελοιάζειν] E MS. priores editiones *γελιάζ.* et mox *γλιάζειν*. SEB.

γελοιάζειν] MS. *γελοιάζειν*, *καὶ φορτικότερον τὸ γλοιάζειν*· ut bene et ex suo haec verba edi curavit noster *Seberus*. IUNGERM.

γελοιάζειν] Hoc, quanquam vile decernat *Pollux*, usurpatum tamen non raro. Inter alios offendo apud *Scholiastem Aristophanis*, quem cum ceteris plerisque plurima veteribus *Grammaticis*, qui caste scribere amabant, debere negari non potest. locus est non procul initio *Vesparum*, ubi quid sit *Megaricus risus* proverbio celebratus, expedire tentat ad ista: — *γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον*) *ἢ ὡς ποιητῶν τινῶν ὄντων ἀπὸ Μεγαρίδος ἀμούσων καὶ ἀφυῶς σκωπτομένων*· *ἢ ὡς τῶν Μεγαρέων γελώντων*· *καὶ ἄλλως φορτικῶς γελοιαζόντων*. *Εὔπολις Προσπαντίνοις*· *τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν σφόδρα*· hunc autem praecipue, si verum fateri velim, ideo in medium protuli, ut maculis, quibus oppressus est, liberarem. scribe itaque, *Μεγ. γελώντων*, *καὶ ἄλλους φορτικῶς γελοιαζόντων*. *Εὔπολις Προσπαλτίοις*· de *Eupolidis* illa fabula erudite, ut solet, ad *Athenaeum* summus Commentator. cetera sunt plana. Inde manat etiam *γελοιαστὴς* in *Hesychio*. apponam locum: *Γελοῖος*, *ἱλαρός*· *γελοιαστὴς καὶ ὁ καταγέλαστος ἄνος καὶ λοίδορος*· ibi reponunt eruditi viri *ἄνους* pro *ἄνος* imperite. totum locum ita constituo: *Γελοῖος*, *ἱλαρός*. *Γελοιαστὴς*, *καὶ ὁ καταγέλαστος ἄνθρωπος*, *καὶ λοίδορος*· nimirum et superius monuisse me memini, ubi *Glossas* a simili vitio emendabam, in MSS. *ἄνος* reperiri per scripturae compendium exaratum pro *ἄνθρωπος*. ceterum etiam male in unum erant compactae cum suis quaeque expositionibus utraeque voces, *γελοῖος* et *γελοιαστὴς*, quo vitio saepius in *Hesychio* peccatum. Tum vero nescio quam bene se habeat, quod *γλοιάζειν* repudiet *Auctor* noster: *γλοιὸς* quis siet, unde descendit *γλοιάζειν*, discere potes ex *Aristophanis Scholiaste* et, qui hunc descripsit, *Suida*, qui posterior *Γλοιάζειν* explicat, *τὸ τοῖς ὄμμασιν ἐπιμύοντα μυκτηρίζειν*· cui consentit *Etymologus*, qui tamen locupletius aliquanto sic habet:

Γλοίης, *ὁ νωθρός· καὶ γλοίητα τὸν λιπαρὸν καὶ μοχθηρὸν τῷ ἤθει· καὶ γλοιάζειν, τὸ τοῖς ὄμμασιν ἐπιμύοντα μυκτηρίζειν, καὶ κακοηθεύεσθαι· οἱ δὲ διαγελᾷν*. Addere iuvat *Hesychii* verba, si forsitan ea opera nostra meliora reddi possint: *Γλοιάζειν, τὸ καταφερόμενον εἰς ὕπνον, καὶ ἐπιμύειν τοῖς ὄμμασι καὶ κατειλλωπεῖν· οἱ δὲ διεγγελᾷν*. Sic emendari placet: *Γλοιάζειν, ὡς καταφερόμενον εἰς ὕπνον ἐπιμύειν τοῖς ὄμμασι, καὶ κατιλλωπεῖν· οἱ δὲ διαγελᾷν*. prioribus exponit formam significationis illius verbi: *oculos sensim occludere, ut illi faciunt, qui in somnum delabuntur*. tum vero *Sopingius* pro *κατειλλωπεῖν* non debebat restituere *κατιλλωπτεῖν*· nam et ipsum illud apud *Hesychium* *Ἰλλωπτεῖν*, unde hanc suam emendationem hausisse credo, vitio scriptum est pro *ἰλλωπεῖν*, ut docemur ab *Aristophanis Commentatore antiquo* ad *Equites*, ubi *ἰλλωπίζειν* habet et *ἰλλωπεῖν*· et igitur etiam emacula *Suidam* in *Ἰλλώπτειν*, nisi quis et hanc verbi formam rectam sibi persuadeat, de quo tamen ego certus non sum. denique pro *διεγγελᾷν* ex *Etymologo* revocari praefero *διαγελᾷν*. Fuit itaque *γλοιάζειν* quaedam deridendi forma, qua conniventibus oculis sannam alicui faciebant. et mox etiam videbimus plura fuisse subsannationum genera. Sed ego tamen aliquando putavi *γλοιάζειν*, cum deridere significat, hic a *Polluce* damnatum pronunciationem esse et scripturam popularem pro *γελοιάζειν*· alias enim quis merito damnaret *γλοιάζειν*, quod usu pro certo sannae genere invaluit? an non sic eodem iure reiicere possis quaevis alia verba singularem subsannationis formam designantia? nescio, an me illius suspicionis poenitere debeat. sed iudicet aequus lector et eruditus.

διασιλλοῦν.] MS. *καὶ διασιλλοῦν*· et particula ista hic certe supplenda est. Iung.

διασιλλοῦν.] Ego, quod ita iubeant MSS. *καὶ* particulam praeposui, quamvis id leviculum videri possit. Et in his etiam verbis, quod modo de *γλοιάζειν* notavimus, a certa subsannandi ratione ad generaliorem notionem usu perventum est. nam quae naribus attractis atque curvatis sanna fit, dici solet *σιλλὸς* proprie, me quidem iudice; quamvis esse Grammaticos haud ignorem, qui factam motis oculis sannam ita vocari existiment. sed illi quidem, dum frigidulam vocis originem adferunt *ἀπὸ τοῦ σείειν τοὺς ἴλλους*, vel *ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι τοῖς ἴλλοις*, fieri non potuit aliter, quin veritate aberrarent, praeterquam quod *ἐνιλλωπεῖν* vel *γλοιάζειν* dicatur, qui oculis alicui distortis irridet: *Etymol.* in

voce. Quam potero brevissime, quid mihi mentis sit hac in re, dicam. scilicet a veteribus exponitur *Σιλλὸς*, *στρεβλὸς*, cui convenit *Ἰλλὸς*, *στρεβλὸς*, *στραβὸς*, *διεστραμμένος* in *Hesychio*, *Suida* et *Eustathio*. *Aristophanes Thesmophoriazusis*: *Ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν*· solet enim ex dialecti consuetudine litera σ in plurium vocabulorum initio aut addi aut omitti. id autem vocabuli usos esse Graecos existimo de homine, qui superiorem nasi partem depressam haberet, inferiorem vero sursum repandam, non alia ratione quam qua *σιμὸς* primo loco quodvis acclive atque curvum, tum vero hominem simo naso signat. persuadet eam rem praeter ea vox Romana *Silus* et *Silo*, quae non aliam habet atque hanc Graecam originem. labuntur enim indubie, qui derivare tentant a *σιμός*. *Festus: Silus appellatur naso sursum versum repando*. ubi Coloniensis scripti libri auctoritatem sequutus *Ianus Guilhelmus*, quo sanequam aut felicius aut acutius et ingeniosius coniectat nemo, legi malit: *nasus sursum versum repandus*. et adverte mihi hic memoriae vitium in *πολυμαθεστάτῳ Vossio*, qui in *Nonio* sic emendasse *Guilhelmum* adfirmat; at ne quidem illa verba leguntur in *Nonio*. vide eruditissimi viri *Etymologicum*. sed tamen ego vulgatam *Festi* lectionem non temere reiiciam, quam et a MSS. defendi testis sum oculatus; etenim Sergiorum familiae cognomen adhaesit *Silus*, quod novimus e nummis, et *Silo*. sic *Plinius* H. N. lib. II. cap. 37. *Et hinc cognomina Simorum, Silonum*. ubi legere magis velit *Sigonius Simonum, Silorum*. at ego quidem editam scripturam loco non moveam; nam *Sili* et *Silones* utrumque verum. porro *silum naribus*, ut *simum naribus* recte dixeris, qui silis vel simis est naribus; et hominem *silis* vel *simis naribus*, ut itaque tam de naso, quam de homine, qui tali naso praeditus est, simus dicatur. iidem et *silones* in *Glossis Isidori*. notandus autem, dum in his sum, *Marcelli* error, qui silones dictos putaverit superciliis prominentibus ex illo *Varronis* loco: *Non ne non unum scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?* *) hic enim, nisi fallor, distinguit *Varro* satis atque super inter *silonem* et qui gran-

*) De *Sileno* intelligit Hemsterhusius, ego de *Cyclope Polyphemo*, et lego: *Nonne unoculum scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?* *τετράγωνον*. Theocrit. XI, 51. *γινώσκω — χείλει*. Vide Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. vol. I. p. 417. ubi illa Varronis de *Socrate* intelligit. Toup.

dibus sit superciliis. sed res rem trudit. de Sileno dixisse *Varronem* eo loco suspicor, eiusque, prout literis erat tradita, formam descripsisse. sed verbis insedit menda. quid enim illa sibi velint, *Non ne non unum* etc. refingo, et, puto, verissime: *non ne enim senem* etc. post ista *Varronis*, quae posui, verba, sequitur in vulgatis, *quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur*, tanquam si pertinerent ad *Varronem*; res tamen se secus habet. sunt enim *Nonii*, quibus rationem continet notationis *silonum*, ac si nomen id ortum esset a *Sileno*. idque ipsi, credo, eo magis arrisit, quod eo loco *Varronem* videret Sileni figuram delineantem, quam tu, ut hic a togatorum doctissimo effictam existimo, compone, sis, cum *Luciani* descriptione in *Baccho*. Non itaque bene etiam *Onomasticon* vetus *Silo*, *ἐξόφρυς*· nam re vera nec id *Silo* significat, nec significare potest, nisi forsitan dicere velis, illum, qui isthac nasi forma praeditus est, supercilia plerumque proiecta habere, quod tamen ad ipsam nativam vocis notionem ducere non licet. Porro sīmus et silus non differunt equidem, si cum cura loqui velis. qui sint *sili* et *silones* iam vidimus. tu vero quos Graeci *σιμοὺς* appellant disce ex istis *Scholiastae Theocriti* verbis ad haecce Siculi Poëtae Eid. 11. *πλάτεια ῥὶς ἐπὶ χείλει· τουτέστιν*, inquit, *εἰμὶ σιμός· σιμὸς δὲ ἐστὶν ὁ συγκαθημένην ἔχων τὴν ῥῖνα, καὶ ἀνεστηκότας τοὺς ῥώθωνας, γρυπὸς δὲ ὁ ἐπικαμπῆ ταύτην ἔχων δίκην ἱέρακος·* id ipsum luculenter patet ex *Auctore* nostro II, 73. ubi inter alia *Ἐπὶ δὲ τοῦ σιμοῦ φαίης ἄν, ὡς ἔστιν ἡ ῥὶς ἐκ μέσων κοίλη·* et quo alio modo possis intelligere *Lucretium* in istis: *simula, silena, aut Satyra est.* nam Silenorum certe et Satyrorum nares inferiori parte repandae sunt in istis imaginibus et gemmis, quas vetustas ad nos transmisit. nec alio modo depictum meminimus *Socratem*, quem formam faciei atque vultum Satyris et Silenis comparat *Alcibiades* in *Platonis Symposio;* adde quod in antiquis *Glossis Silo*, *σιμὸς* exponatur. sed tamen Romani non solum illos, qui repandis inferiori parte sunt naribus, sed et qui patulis saltem atque latioribus sunt; unde *simae capellae,* non quae pressis sint naribus, ut minus bene *Servius*, sed patulis. *resimus* in *Varrone* et *Columella* dudum est, quod eruditi viri notarint. Haec vero paululum uberius prosequi libuit, quod eruditissimos etiam viros in his haesitasse, et de quibusdam recte minus censuisse certus sim. Ex istis autem, quae dixi, rem si non expeditissimam, saltim veri simillimam esse *σιλλοὺς* ab antiquis Graecis appellatos, quos vul-

garior usus σιμοὺς dixit, et σιλλὸν tali forma nasum, liquet. utrumque ita Romani, quos a Graecis accepisse res est, quae dubitandi aleam experiri non debet. Scimus etiam, si cui irridere vellent, id factum praecipue naribus adductis, formataque sili figura. nasum irrisionis itaque sedem esse decrevere veteres. videndus allato superius loco *Plinius*. et, quod ad hanc rem propius accedit, deridiculi causa ῥὶς σιμὴ in personis quibusdam *Comicis* erat, notante nostro *Polluce*. *Socratis* hac eadem de causa vultum ad irridendos homines fundendaque convitia tanquam a natura compositum esse dicebant. et eleganter in *Epigrammatibus* — καὶ σιμὰ σεσηρώς Μοχθίζεις· vide *Suidam*. sic igitur ab illo fonte σιλλὸς pro acerba irrisione usurpari amavit, parili modo, quo μυκτὴρ, Romanisque *nasus*. *Hesychius*. Σιλλὸς, ἀναφάλαντος, μῶμος, κακολογία καὶ χλευασμός. neque aliter *Suidas* et *Etymologus*: Σιλλοὶ, ἐπισκώμματα· dictosque vult hic quasi τιλλοὺς, ἀπὸ τοῦ τίλλειν, quo fuerit *Anacreon* usus pro σκώπτειν, *conviciari*. sed hunc res sibi suas habere iubemus. inde protenus de Satyrico carmine divulgata fuit vocis significatio, qua re plurimum excelluit *Timon* ὁ σιλλογράφος, citatus inter alios ad initium *Timaei* a *Proclo*, et saepissime a *Diogene Laërtio*, qui vitam eius memoriae mandavit. sed hac tota de re adeundus est de Satyrica poësi summus *Casaubonus*. Iam, puto, neminem latebit, unde σιλλοῦν, *naso suspendere adunco*, manarit. a σιλλὸς equidem non alia ratione, quam qua Σιμοῦσιν in *Hesychio* per μέμφονται expositum derivatur a σιμὸς illaque adducta narium figura. dictus *Lexicographus*: Σιλλοῖ, μωκᾶται, ψέγει, κακολογεῖ· et in eodem Διασιλλοῦν, διασύρειν reperio quoque. quod verbi *Salmasius* etiam restituere nititur in horum locum: Διασιμοῦσι, διακωμῳδῶνται· legit enim Διασιλλοῦσι, διαμωκῶνται· sed id quidem non bonis avibus, neque impetrito, siquidem edita scriptura suo loco non pellenda sit; ostendimus enim modo σιμοῦν ex *Hesychio* pro μέμφεσθαι, addita notionis origine, quae cum σιλλοῦν eadem est; unde itaque διασιμοῦν descendit, *naso alicui distorto irridere*. scribe itaque διακωμῳδοῦνται· quod et in *Polluce* nostro verbum habuimus. Σιλλαίνειν praeterea occurrit etiam in *Diogenis Timone*, ubi de *Sillis* eius, ἐν οἷς, ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικούς. *Hesychius*: Σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει. et iterum: Σιλλαίνειν, σιλλοῦν, τὸ διασύρειν, μωκᾶσθαι, ἀπὸ τοῦ τοῖς ἰλλοῖς τουτέστι τοῖς ὀφθαλμοῖς σίνεσθαι· et ab hac voce Silenorum

originem ducendam existimat *Aelianus*, cuius tibi verba ponam, quod et de σιλλῷ agant V. H. III, 40. *Σιληνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν· τὸν δὲ σιλλὸν ψόγον λέγουσι μετὰ παιδιᾶς δυσαρέστου.* *Suidas*: *Σιλλαίνει, μυλλαίνει, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει, καὶ μυλλίζει.* quod posterius in istis *Hesychii* reponendum est: *Σιλήνει, μυλλίζει, σκώπτει, σιωπᾷ.* obiter observa mihi *σιληνεῖν, σιωπᾷν*, ut in veteri lingua extitisse veri sit simile *σιλεῖν*, unde *silere.* Sed haec hactenus, quae latius de origine *silli* proposita aequi consulet atque boni eruditus lector; eius enim stabuntque cadentque iudicio. certe me quod attinet, multis nominibus id malim, quam illud ineptum *Grammaticorum* *ἀπὸ τοῦ σείειν τοὺς ἰλλούς*, quod non alia nititur ratione, quam futili quadam allusione. neque probant etiam cuiusquam veteris auctoris testimonio τὸ *σιλλαίνειν* de motu oculorum usurpatum unquam, in quo tamen rei cardo vertitur. id tamen ita fuit pervulgatum, ut in illas se partes *Pollux* dederit quoque II, 54.

σκωπτικὴ] C. A. *σκωπτικός.* Kuehn.

γελωτοποιῶν· καὶ τὰ ὀνόμ. etc.] C. A. *γελωτοποιῶν κωμῳδὸς κ. χλευαστὴς χ. τωθαστὴς τωθ. γελωτ. τὰ δ᾽ ἐπιῤῥήματα* etc. *τωθαστικῶς.* caetera absunt usque ad *βιαιότερον.* Kuehn.

149.

κωμῳδικώτερος,] C. V. *κωμῳδικώτερον.* Kuehn.

ἐπὶ τούτου δ᾽ εἴρηται etc.] MS. *ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ εἴρηται καὶ ὁ φλύαξ·* et mox *φλυαρεῖν*, non ut vulgo *φλοίαξ*, et *φλοιαρεῖν.* erroris origo mihi in promptu; *υ* in *οι* mutatum a librariis, ut saepius iam adnotavi, et in priscis MSS. non raro occurrit. hic tamen *Noster* per *υ* recte, ut reponere debes: *Hesychius*: *Φλύαξ, μέθυσος, μεθυαστὴς* (malim *μεθυστὴς*) *γελοιαστής.* Iung.

φλοίαξ.] C. V. *φλύαξ* et mox *φλυαρεῖν.* Kuehn.

φλοίαξ.] Textus habet *φλύαξ*, et mox *φλυαρεῖν*, pro quo simili scriptura vulgo fuit *φλοιαρεῖν.* suadentibus ita MSS. a nobis est repositum, et *Kuehnio* duce. sic et in *Hesychio*: *Φλύαξ, μέθυσος, μεθυαστὴς, γελοιαστής.* scribitur et alias etiam *φλοίαξ*, uti notavit ex *Eustathio Sopingius* ad *Hesychii* locum. sed in *Athenaeo* tamen, unde sua sublegerat *Magnus Homeri Commentator*, *φλύαξ* exaratum reperio lib. XIV. cap. 4. ubi dictos Laconibus dicelistas vario modo a diversis, ab Italis vero *φλύακας* appellatos refert. et illam ego scripturam profecto veram autumem. ridiculos enim et mimos vox illa designat *ἀπὸ τοῦ φλυάζειν, φλυαρεῖν, ληρεῖν.*

De altera vocis significatione, qua carminis quoddam genus hilarotragoediam denotat, adeundus est summus *Casaubonus* ad *Athenaeum* III, 9. et *Suidas* in voce.

ἄμεινον.] MS. *πάντα δ. ἀ. τ. μ. ἀμείνω.* et hoc melius: *ἄμεινον* vero vulgatum non *ἄμεινον.* Iung.

ἄμεινον.] Quam reddidi scripturam e MSS. melior fuit visa.

τὰ δ' ἐπιῤῥ.] MS. *τὰ δὲ ἐπ.* Iung.

γελωτοπικῶς] *γελωτοποιῶς.* Seb.

γελωτοπικῶς] C. V. *γελωτοποιϊκῶς.* Kuehn.

γελωτοπικῶς] MS. *καὶ γελωτοποιϊκῶς β.* MS. *Seberi γελωτοποιῶς.* sed nostri MS. lectio rectior videtur, indeque scribamus: *καὶ τὸ γελωτόποιϊκῶς, β.* non enim particulam *τὸ* hic lubens omittam. *γελωτοποιϊκῶς,* a *γελωτοποιϊκὸς,* quod a *γελωτοποιΐα* supra segm. praec. talia multa supra libro VII. ut *χορδοποιϊκῶς* 154. et 159. *κλινοποιϊκὸς,* alia. Iung.

γελωτοπικῶς] Restituit in Codicis sui margine Doctiss. *Kuehnius γελωτοποιϊκῶς.* et inde nos in textu.

150.

ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φαίη τὶς etc.] Absunt a C. A. nam titulum hunc *περὶ συνωνύμων τῷ πραγματευόμενος* statim sequitur *πρᾶγμα χ.* etc. Kuehn.

μεταχείρησις.] MS. *μεταχείρισις:* et ita emenda a *μεταχειρίζω·* ipse *Noster* docet supra II, 153. varia a *χεὶρ* enumerans, ubi et MS. *καὶ μεταχειρίσας πράγματα* habet. Inde certe hic mox *μεταχειριζόμενος* sequitur. Iung.

ἐγχειρῶν] Abest a C. A. Kuehn.

τεχναζόμενος] MSS. *ἢ τεχνώμενος.* Kuehn.

τεχναζόμενος] MS. *τεχνάζων γὰρ ἢ τεχνώμενος, ἔτ.* et ita malim: nam id ita in usu, pro *arte aliquid fabricari*, vel *parare:* nec vulgatum tamen ego damnem. Iung.

τεχναζόμενος] MSS. sane consensui non potui non hoc loco morem gerere, qui pro *τεχναζόμενος* agnoscunt *τεχνώμενος·* *τεχνᾶσθαι* rariori usu exquisitius est. alterum in *Glossis* et *Lexicographis* antiquis invenitur. qui scilicet agunt vafre et artibus utuntur, dici solent *τεχνάζεσθαι,* quod apud *Herodotum* extat, et *τεχνᾶσθαι.* quae itaque significatio differt a vocibus recensitis. Mox tum *τέχνην μετιὼν,* cum quo convenit id *Athenaei* lib. XIV. cap. 4. *ἐκαλοῦντο δὲ οἱ μετιόντες τὴν τοιαύτην παιδιὰν* etc.

τὸ τέχνην μετιὼν] C. V. *τ. μετιόν.* Kuehn.

τὸ τέχνην μετιὼν] MS. *τὸ τέχνη μετιὸν, καὶ ταῦτα παραπλ.* Sed alia manu correctum *μετιὼν καὶ τὰ παρ.* ut vulgo

est. et vulgata lectio emendatione opus habere non videtur. Iungerm.

καὶ τὰ παραπλήσια.] C. A. omittit *καὶ τὰ παραπλήσια.* Kuehn.

εἰδέναι] C. A. *περὶ συνωνύμων τοῦ εἰδέναι.* Kuehn.

γιγνώσκειν] MS. *γινώσκειν.* Iung.

ἐφικνεῖσθαι. ἕτερα γάρ ἐστι etc.] C. A. *ἐφικνεῖσθαι, ὡς δικάζειν* (leg. *εἰκάζειν*) *τεκμ. ἀ. ὑ. στοχάζεσθαι ὑποτεκμαίρεσθαι.* Kuehn.

ἐφικνεῖσθαι. ἕτερα γάρ ἐστι etc.] Male MS. *ἐφικνῆσθαι.* Iungerm.

151.

ἀμφιγνοεῖν, ὑποπτ.] Duo verba habet auctior MS. ita: *τεκμ. ἀμφιγνοεῖν, ὑποτεκμαίρεσθαι, στοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν, ἀμφιγνοεῖν, ὑποπτεύειν, τοπάζειν, εἰκ.* etc. potes itaque ista *ὑποτεκμαίρεσθαι* et *στοχάζεσθαι* supplere. certe ab altero habes segm. 152. *στοχαζόμενος καὶ στοχαστικός.* ut vel hinc coniecturam possis facere, negligenter omissa fuisse. ad *ἀμφιγνοεῖν* vero quod attinet, MS. id repetit forte scribentis errore. ego aliud hic quid nolim comminisci. Iung.

ἀμφιγνοεῖν] Textus hic a nobis auctus e MSS. unde pristinae sedi donavimus haec utraque verba *ὑποτεκμαίρεσθαι, στοχάζεσθαι*, quae vulgatis Codicibus exciderant. *Τοπάζει, ἱδρύει, ὑποπτεύει, στοχάζεται, ἢ τοθάζει*, pro quo posteriori *Hesychio* restituendum iudico *τευθάζει*, *moratur:* et iterum: *Τοπάσαι, ὑπονοῆσαι, ὑπολαβεῖν·* ab eaque origine *Ὑποτοπάσαι, ὑπολαβεῖν, ὑπονοεῖν·* sic enim legendum, *Ὑποτοπήσομεν, ὑπονοήσομεν. Εἰκάζειν* occurrit in illo veteri et eleganti dicto: *Μάντις ἐστὶν ἄριστος, ὅστις εἰκάζῃ καλῶς*, quod interprete *Tullio* ita Latine sonat: *Vatem perhibebo optimum, qui optime coniecerit.*

μετοχὰς] Abest a C. A. Kuehn.

ἔχει. ἢ κατὰ τὴν κτ.] Distingue: *ἔχει, ἢ κατὰ* etc. Iungerm.

ὑπομόχθηρον.] C. V. *ὑπομόχθηρος, reiiculus, improbior* est. Kuehn.

ὑπομόχθηρον.] MS. *ὑπομόχθηρος.* et id placet sic segm. 147. MS. *βελτίων δὲ ὁ ὑπερορῶν.* Iung.

ὑπομόχθηρον] Malui cum MSS. et Eruditiss. *Iungermanno*, *ὑπομόχθηρος.* In *Glossis* autem *Εἰδήμων, gnarus, scitus, sciens:* et *Suida*: *Εἰδήμονος, ἐπιστήμονος*, unde, *Εἰδημόνως, ἐπιστημόνως. Hesychius.* neque temere damnaverim ego quidem hanc vocem.

γιγνώσκων] C. A. *γινώσκων* etc. Kuehn.

γνωστὴρ] *γνωστῆρας* extat apud *Xenoph.* de C. P. lib. VI. et videtur notare *pararium.* Kuehn.

γνωστὴρ] MS. *γὰρ παρὰ Ξ.* etc. sine *καί.* Locus *Xenophontis* est libr. VI. *Κύρου Παιδ. εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολὴν, γνωστῆρας* (*Leuncl. illos, quibus est notus*) *ἐμοὶ προσαγαγὼν καὶ ἐγγυητὰς, ἦ μὴν πορεύεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν.* in *Cyri* Oratione. Jungerm.

γνωστὴρ] Equidem in hac *Xenophontea* voce *Leunclavius* impegit, et alii etiam cum eo. sunt quibus *γνωστῆρες* Graecis fuisse videantur quos Romani appellarunt *cognitores*, qui *γνωσταὶ* in *Glossis* exponuntur. sed ego quidem illos ita dictos existimo, qui res, de quibus agebatur, cognoscebant, ut de veritate, si quis falleret, testimonium dicere possent; iunguntur itaque *ἐγγυηταῖς*, ut utrique adeo rei confirmandae sint adhibiti. Non ergo cum iis etiam sentio, qui eosdem fuisse volunt cum Romanorum *notoribus*, siquidem illi ignotae rei notitiam dabant: *Seneca* Ep. 39. *Qui notorem dat, ignotus est.* et *Apocolocynth. et si quis a me notorem petisset*: hominem intellige, qui dicere possit quis sim, cuius conditionis et fortunae, unde veniam, et quae perfecerim. ad utrumque hunc locum Eruditissimi viri *Lipsius* et *Faber Senator* cum hoc notore *Xenophonteum γνωστῆρα* componunt, a quibus non dissentit *Franc. Hotomannus* in *Ciceronis Verrinam* de Praetura Urbana ad haec verba: *Qui cognitores homines honestos daret*, quae ille explanat egregie contra *Pedianum*, qui *cognitorem iuris* hic intelligebat. non tamen huic pertinax obnitar, si quis cum doctissimis his viris iungere se destinarit. meam tamen expositionem haud minus aptam *Xenophonteo* loco non est sine ratione quod affirmem. adeundus etiam vir Eruditiss. *Ioh. Frid. Gronovius* de Pecun. Vet.

ἐπιστήμων δὲ, etc.] C. A. *ἐπιστάμενος ἐπιστημονικὸς ὁρῶν καθορῶν κ. κ. μανθάνων μ. κ. ἐφικνούμενος εἰκάζων εἰκ. τ. στοχαζόμενος στοχαστικὸς ὑπομονητικὸς* etc. sine coniunctionibus. Kuehn.

καὶ ὁρῶν] Hinc aliquis suspicetur et *ὁρᾷν* supra segm. praeced. attulisse nostrum, vel adferre debuisse, ubi tamen saltem *καθορᾷν* habemus. Jung.

καθορατικὸς] MS. *καθοραστικὸς* pro *καθορατικός*· sed supra segm. 147. ita et *ὑπερορατικὸς* habebas, quamvis id *βιαιότερον* dicebat. Jung.

καὶ κατανοητικὸς, etc.] MS. alio ordine: *καὶ κατανοῶν, καὶ κατανοητικός*· et rectiore: ut scilicet praecessit, *καὶ καθορᾷν, καὶ καθορατικός*. Iung.

καὶ κατανοητ. καὶ κατανοῶν] Etiamsi minimi momenti id sit, voces has tamen alteram in alterius locum migrare iussi.

καὶ μαθητικός. καταμ. etc.] Longe aliter MS. post *μαθητικός*· *καὶ μαθηματικὸς, καὶ καταμανθάνων*· *δυσχερέστερα γὰρ τῷ μήκει ὁ μαθητικὸς καὶ ὁ καταμαθητικός*· *ἐφίκν.* etc. ubi nec vulgatum, nec manu scriptum omnino sequi possum: *μαθητικὸς* enim in MS. male bis ponitur: *δυσχερέστερα* autem fere magis arridet quam *δυσηχέστερα*. Ut tamen leviter coniiciam locum scribendum addo, aliis accuratius omnia excutienda et ociose, quod mihi non licet, relinquens. ita nempe forte scribere possumus: *μαθητικὸς, καὶ καταμανθάνων*· (ut haec duo scilicet non improbavit) *δυσχερέστερα* (sive *δυσηχέστερα* mavis) *γὰρ τῷ μήκει ὁ μαθηματικὸς καὶ ὁ καταμαθητικός*· quibus pergit subiicere alia a praedictis verbis, ut *ἐφικνούμενος* ab *ἐφικνεῖσθαι*, quod segm. 150. est. Iung.

καὶ μαθητικός. etc.] Turbas hic MSS. dant, qui scilicet longe aliter habent; non tamen a vulgata lectione discedere potui, quae mihi sic satis sana et apta fuit visa; nam illud profecto *δυσηχὲς*, seu *δυσχερὲς* malis, *τῷ μήκει*, locum prius habet in *καταμανθάνων* et *καταμαθητικὸς*, quam in *μαθητικὸς* et *καταμαθητικός*· sed cuique liberum in ea re linquo arbitrium, ut censere atque eligere possit, quod velit. *Καταμανθάνειν* et *κατάμάθησις* est in *Glossis*. *Εἰκαστικὸς* appellatur vir tam acris atque perspicacis ingenii, ut futura coniicere valeat. tales efficiunt homines tropica signa *εὐφυεῖς τε καὶ ὀξεῖς, καὶ ζητητικοὺς καὶ εὑρετικοὺς καὶ εἰκαστικοὺς* etc. notante *Proclo Diadocho*.

152.

δυσηχέστερα τῷ μήκει.] C. V. *δυσηχέστερα γὰρ τῷ μ.* Kuehn.

εἰκαστικὸς] MS. male *εἰκαστικῶς*, sed emendatum est *εἰκαστικός*. Iung.

καὶ ψυχὴν που φησὶ στοχ.] Locus, ni fallor, est iste in *Gorgia*: *δοκεῖ τοίνυν μοὶ, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα, τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρείας, καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις*· de rhetorica. Iung.

ὑπονοῶν δὲ, καὶ etc.] Desunt in MS. *ὑπονοῶν δὲ, καί*. Iung.

ἐκ τοῦ αὐτοῦ ταυτὸν] Abest *ταυτὸν* a C. A. et tum *οἷδε σχηματισμοί*· cum titulo: *περὶ συνωνύμων τῷ τάχει*. Kuehn.

οἷδε οἱ σχημ.] MS. *οἷδε σχημ.* sine altero *οἱ*, et possit id abesse, ut mox, ubi MS. itidem iterum loqui indicabo. Iung.

οὐδὲ οἱ σχ. etc.] Equidem repetitum, si ego non abiiciam, et minus ea de causa profecto, quod de MSS. restitutum id sequatur mox: *καὶ οὐδὲ ὁμοίως·* illis enim eleganter haec priora respondent. et quis in lingua Graeca tam hospes, qui id saepius fieri nesciat?

διαταχέων] C. A. *διαταχέως, ὅτι μάλιστα ὡς εἶχε τ. ἐν τάχει.* Kuehn.

ὀτιτάχιστα] MS. *ὅτι τάχιστα.* Iung.

ὀτιτάχιστα] Ego vero, quamvis non nesciam similis ingenii plurimas voces coniungere Graecos, quarum exempla *Pollucis* hic locus suppeditat bene multa, separatim cum *Kuehnio* illud *ὅτι τάχιστα* scribi malim. non aliter unquam reperisse memini, et, vere dicam, illa vocabulorum iugamenta tam in Graeca quam in Romana lingua librariis potius, quam accurate scribentibus deberi videntur. utriusque certe linguae non infimae vetustatis Codices a me visi divisim exhibebant quas componimus vulgo voculas. non tamen ille scribendi pronunciandique modus heri nudiusve tertius est natus. Addi possent haud pauca particulis his celeritatem notantibus, eaque notissima, uti *διὰ τάχους* *Pallad.* de *Brachm.* p. 21. et *ὅσον τάχος, quam celerrime* apud *Euripidem Hec.* v. 1284. sed inde non ita magnus ad lectorem redundaret fructus. desistimus ergo.

ὡς τάχιστα] Desunt *ὡς τάχιστα* in MS. Iung.

ἀπτέρῳ τάχει] C. A. non habet *ἀπτέρῳ τ.* Kuehn.

ἀπτέρῳ τάχει] Ista vero *ἀπτέρῳ τάχει* in MS. quoque desunt, sed in margine adscripta tamen, ut inserantur. Post *ἐν τάχει* itaque ita MS. noster, *καὶ οὐδὲ ὁμοίως, ὡς τὸ πολὺ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ*, etc. Ita vulgatus contextus igitur supplendus videtur: *ἀπτ. τάχει, καὶ οὐδὲ* (scil. *σχηματισμοὶ*, ut modo dixerat) *ὁμοίως ὡς τὸ πολὺ, ὡς ἐπιτοπολὺ*, etc. sive potius tamen quod ad illas *λέξεις, ὡς τὸ πολὺ, ὡς ἐπιπολὺ*, vulgatam lectionem retineamus. sequitur enim mox *ἐπιτοπολύ·* et MS. ut ubique notatum a me est, fere omnibus locis, non tamen omnibus, haec divisim scribit, non in unam voculam confusa, ut tamen etiam in usu creberrimo sunt: *ἀπτέρῳ* vero *τάχει*, id est, *celeri. Hesych.* *Ἄπτερα, ἰσόπτερα, ταχέα, ἡδέα. Ἄπτερος, αἰφνίδιος παρὰ Ὁμήρῳ, ὁ προσηνὴς ἢ ταχύς. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι αἰφνίδιον.* Locus est tragici:

ἀλλ' ἦ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις;

Ubi *Scholiastes*: *Ἄπτερος, ἰσόπτερος, κούφη.* Aliquoties nempe apud *Homerum*,

— *τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος.* Iung.

ἀπτέρῳ τάχει] Inelegans erat edita lectio, quae cum sequentibus haec miscebat. distinximus e MSS. hunc locum inserto, *καὶ οἶδε ὁμοίως*. Illud autem *ἀπτέρῳ τάχει* non aeque feram in oratione prorsa atque vorsa. *ἄπτερος* enim in Poëtis frequens, non itidem in aliis scriptoribus. *ἀπτερέως* ex *Hesiodo* notavit *Etymologus*, cuius adpono verba: *Ἀπτερέως, παρ' Ἡσιόδῳ, ὥσπερ τὸ ἀψοφέως, σημαίνει τὸ αἰφνιδίως· ἐστὶν ἀπωτέρῳ, ἀπτέρῳ· οὕτως Ἡρωδιανός. ἐστὶ ταχέως, ἑτοίμως, ἀφροντίστως, οἱ δὲ ἀπροθύμως, ἐλαφρῶς, ἡδέως· ἔνιοι δὲ, ἠμελημένως.*

ὡς τὸ πολὺ] C. A. *περὶ συνωνύμων τῷ πολὺ, ὡς τὸ πολὺ, ὡς τὸ ἐπὶ πολὺ, ὡς τ. ἐ. ὡς ἐπιπλεῖστον, ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον, ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὡς ἐπὶ τὰ πολλά.* Kuehn.

ὡς ἐπιτοπλεῖστον, etc.] *ὡς τὸ πλ. ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον, ἐπὶ τὸ πλῆθος, ἐπιτοπολύ.* Vise de varietate dicendi Graece *fere*, vel *plerunque* caput 19. lib. IV. Emend. *Leopardi.* Seb.

ὡς ἐπιτοπλεῖστον, etc.] MS. auctior, et ita habet, *ὡς ἐπιπλεῖστον, ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, ἐπὶ τὸ πλῆθος, ἐπὶ τὸ πολὺ, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὡς ἐπὶ τὰ πολλά.* etc. potes itaque vulgatum contextum augere. habet enim eadem et *Seberi* MS. Iung.

ὡς ἐπιτοπλεῖστον] MSS. auxilio pleniorem habemus *Pollucem*; utraeque, quae sequuntur, formulae vulgo afuere. *Kuehnius* in proximis emendarat, *ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὡς ἐπὶ τὰ πολλά*, quod amplector; nam in his certe vitio particulae istae coaluerunt, adde quod et mox *ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος* divisim.

153.

τοῦτό μὲν γὰρ Ἀλ. etc.] Absunt a C. A. usque ad *διδύμοις*, pro quo C. V. *διδύμαις*. Kuehn.

ἐν ποιητρίᾳ εἴρ.] Ea fabula num eadem quae *Athen.* *Ποιητῆς* et *Ποιηταὶ* quaerendum est; *Casaubonus* Anim. III. c. 2. Seb.

ἐν ποιητρίᾳ εἴρ.] MS. *ἐν ποιητρίᾳ ε. ὠ. ἐπὶ τὰ πολλὰ, οὕτως ποιῶ.* Iung.

ἐν ποιητρίᾳ] Hac equidem de fabula quid statuam incertus sum, *Ποιητὰς* enim in *Athenaeo* reperi, apud quem memini me velle aliquando restituere *Ποιήτριαν* · sed ne quid inconsulto fiat cavendum. fueritne forsan unica fabula, titulo inscripta *Ποιηταὶ ἢ Ποιήτρια*, vel *Ποιήτριαι*, quod re non penitus abludere videtur. (quo simili modo fortean dederit etiam *Plato Ξάντας ἢ Ξαντρίας*, de quibus supra dixi, sed aliter opinatus. et in *Suida* tum voce *Πλάτων* emendandum: *Ξάνται, καὶ Κέρκωπες*, quos et *Hermippus* docuit solos, non *Ξάντας ἢ Κέρκωπας*, aut etiam *ἢ* plane omittendum) id enim suadere putem alteram *Comici* nostri fabulam *Φαῖδων ἢ Φαιδρία*, ubi pariter mas-

culum et feminam in titulo coniunctos vides. Sed ego potius abeam hinc, ne mihi lectorem ex incerto incertiorem faciam.

ὁ αὐτὸς ἐν Διδύμοις.] MS. πλῆθος, Ἄλεξις ἐν Διδύμαις, sed οι superposuit quidam, ut Διδύμοις esset, quemadmodum vulgati habent. supra segm. 71, etiam in MS. de alius *Comici* dramate, ἐν ταῖς Ἀριστοφῶντος Διδύμαις. Iung.

ὁ αὐτὸς ἐν Διδύμοις.] Διδύμους docuisse fabulam *Alexidem* ex *Athenaeo* notum, cuius auctoritas vulgatam lectionem *Polluci* confirmat. *Menandrum* quoque eodem titulo, neque dissimili forte scriptam argumento fabulam edidisse veterum *Grammaticorum* testimonio constat. neque vero cum Διδύμοις aut argumenti genere, aut dispositionis ratione componendae quae titulum Διδύμας praeferunt fabulae. sed haec accuratius alibi, cum istius modi rebus, θεοῦ γε θέλοντος, data opera nimirum attendemus.

τὰ δ' ἄλλα οἱ κεκριμένοι,] Verba haec τὰ δὲ ἄλλα οἱ κεκρ. refero ad ea quae praecedunt, quasi illa extent apud probatos Auctores, qui κεκριμένοι vocantur. Kuehn.

τὰ δ' ἄλλα οἱ κεκριμένοι,] MS. τὰ δὲ ἄλλα etc. post κεκριμένοι potius expunge comma. ait, *Alia vero haec, cetera vero ista*, de caedendo vel occidendo protulerunt Auctores selecti et classici. id enim κεκριμένοι, quod Interpres ignoravit; sic supra restitui segm. 15. ubi ita *Thucydides*, quem hic quoque inter κεκριμένους ponit. sed eius χρῆσις cum nomine in vulgatis non adparet, quam mox indicabo. Iung.

τὰ δ' ἄλλα οἱ κεκριμένοι,] Etsi MSS. taceant, locum a mala distinctione male se habere suspicor. attende, sis, post recensitas illas particulas, quae *plerumque* designant, de binis *Alexidis* adfert loca, quibus ista usurpet. his positis annectendum arbitror, Διδύμαις· τὰ δ' ἄλλα οἱ κεκριμένοι. Ἐπὶ τοῦ ἀνελεῖν etc. *Cetera vero*, scilicet earum particularum, *probatae auctoritatis scriptores habent*. etc. Tum plana sunt haec atque facilia: post itaque se confert ad rem longe diversam: *De occidendo dicere licet* κτεῖναι. de singulis arbitretur eruditus lector.

ἐπὶ τοῦ ἀναιρεῖν etc.] De *occidendo* vel de ἀναιρεῖν (dixeris synonyma) κτεῖναι etc. Kuehn.

ἐπὶ δὲ τούτου etc.] Absunt ista a C. A. usque ad εἴποις ἂν segm. seq. Kuehn.

κατεχρήσατο λέοντα.] C. V. κατειργάσατο τὸν λέοντα. Kuehn.

κατεχρήσατο λέοντα.] MS. ἔφη, κατειργάσατο τὸν λέοντα· et eximius hic Codex, qui et hic lectionem veram nobis reservavit. Ita enim reponere debes ocius. Locus enim ip-

sissimus *Xenophontis* iste *Κύρου Παιδ.* lib. IV. prope finem, ubi *Gobryas* narrat casum luctuosum filii sui in venatione interfecti ab aemulo: *ὡς δὲ πάλιν λέοντος παρατυχόντος ὁ μὲν αὖ ἥμαρτεν, ὁ δ' αὖ ἐμὸς παῖς αὖθις τυχὼν κατειργάσατο τὸν λέοντα.* Altero *καταχρήσασθαι* pro *interficere* utitur potius *Herodotus* et quidem saepius. Iung.

κατεχρήσατο λέοντα] Subcingi vero iam nos decet et expeditos esse; nam profecto bona mendorum seges hinc est eiicienda, quae pauculas oppido lineas invaserat atque opplerat. periculum in his verbis primum erit. *Falckenburgiani* Codicis Excerpta ceterorum MSS. lectioni accedunt, quorum itaque scripturam religio fuerit in textum non recepisse. quanquam, neque diffiteri velim, id mihi mirum accidat, *Pollucem* nostrum posito verbo *διαχρήσασθαι* additoque, *ἐπὶ δὲ τούτου Ξενοφῶν μὲν ἔφη*, *pro eo vero Xenophon quidem dixit*, posse subiicere *κατεργάσασθαι*, cum prolaturus omnino videretur mutatam ab alia praepositione verbi *διαχρήσασθαι* formam, praecipue, cum inde post adductum *Xenophontis* locum ex *Aristophane* promat *ἀποχρήσασθαι*, *Ἀριστοφάνης δὲ*, *Aristophanes autem*. sed quicquid illius rei sit, MSS. auctoritati non obloquar, quibus citata *Iungermanno* nostro Atheniensis eloquentissimi verba tam belle conveniunt. et non alio respexisse quis putet *Hesychium*, cum ista scriberet, *Κατειργάσατο, ἐκώλυσε, κατηγωνίσατο·* quo posteriori *κατηγωνίσατο* videri possit explicuisse *Xenophonteum* illud. Illa vero verba *διαχρήσασθαι*, *καταχρήσασθαι* et *ἀποχρήσασθαι*, cum *interficere* denotant, *εὐφήμως* ponuntur, atque leniori significatione rem violentam et nefariam delineant. sunt enim quasi dicas, *alicuius abuti vita*: cui primariae notioni diversitatem syntactici regiminis nequicquam opponas; est enim illud adscitum a ceteris interficiendi verbis, quae quarto casu gaudent. idque fieri non raro solere scient quibus ignoti non sunt Graecae linguae mores. usus itaque verborum illorum celeberrimus in monumentis auctorum veterum. *τῷ διαχρήσασθαι* non semel utitur *Herodotus*. *Musa* I. in *Arionis* Historia: *ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαι* etc. et *διαχρᾶσθαι μιν*, *sibimet ipsi manus inferre*. *Thucydides* I. c. 126. et *Diogenes Laërtius* IX, 65. *Pyrrhonem* Athenienses civitatis iure donasse refert, *ἐπὶ τῷ Κότυν τὸν Θρᾷκα διαχρήσασθαι*. *Plutarcharc hus Ἐρωτικαῖς Διηγήσεσι* non procul initio: *Καλλισθένης μὲν οὖν παραχρῆμα ἀφανὴς ἐγένετο, εἴτε καταχρησάμενος ἑαυτὸν* etc. *Synes.* Ep. 44. *σὺ διεχρήσω τὸν μακαρίτην Αἰμύλιον·* sic et in *Polyaeno* VIII. cap. 9. *Aeliano* V. H. III. cap. 45. *Pin-*

dari Scholiasta ad *Nemeonicas Eid.* ζ. et *Pisandro* apud *Euripidis* Commentatorem antiquum ad *Phoenias.* v. 1748. *Hesychius*: *Διαχρώμενοι, ἀναιροῦντες*· et alterum illud *καταχρήσασθαι* etiamsi non ita crebrum occurrat, *Herodoto* tamen valde familiare est, ut etiam in ipsa *Clione* saepius extet. Tertium *ἀποχρήσασθαι* quod attinet, *Aristophanis* aperte locum prae oculis habuit *Hesychius*: *Ἀπεχρήσαντο, ἀπέκτειναν*. sed equidem observandum hic, non penitus inutilem atque reiiciendum scriptorem *Malalam* amare et hoc et similia verba iungere genuino, quem regunt, casui. sic enim effert ille, *ἀποχρήσασθαι τινὶ, παραχρήσασθαι τινί*· p. 269. de *Annibale*, *καὶ ἑαυτῷ παραχρησάμενος πιπίσας ἀπέθανε*, ubi in notis Doctiss. *Chilmeadus* alium hunc ex eo locum adducit: *ἑαυτῇ ἀπεχρήσατο ἀγχονῇ*. Porro *κατεργάζεσθαι*, quod e MSS. in *Xenophonteo* loco reddidimus, habet et *Herodotus* in ipsamet illa, quam dixi, *Arionis* Historia: *ἀείσας δὲ, ὑπεδέκετο ἑωϋτὸν κατεργάσασθαι*· neque hoc tantum, sed et altero composito Graeculi gaudent *διεργάζεσθαι*. *Euripides* in *Hec.* v. 569. *Ἄγ' οὖν μ' Ὀδυσσεῦ καὶ διέργασαι μ' ἄγων*· cognitis his, facile deprehendes, quos imitati Romani dixerint *interficere* et *conficere*. Poëta eruditissimus *Valerius Flaccus* quam eleganter expressit illas Graecorum loquendi formulas libr. I. v. 146. — *ardenti peragit Clanis Actora quercu*, id est, *διεργάζεται, διαπράττει, ἐκπράττει*, quo de posteriori mox. simili modo *ἐξεργάζεσθαι* occurrit in *Herodoto*, quod ego verbum restituendum etiam iudico *Ctesiae* in istis: *αὐτὸς ὅμως ἀποκαρτερήσας δι' ἡμερῶν δέκα, ἑαυτὸν ἐξήγαγεν*· scribe, *ἐξειργάσατο*, *confecit*. [In isto *Ctesiae* loco necdum illud *ἐξήγαγεν*, etsi reponas meam emendationem, satis persanatum videtur. an forte dixerit *ἐξάγειν ἑαυτὸν*, ut subintelligas *τοῦ βίου*, *seipsum vita privare?* durius quidem illud apparet, neque succurrit etiam, quod propius ad literas accedat, quam id quod protuli. *Ex Addendis.*]

Ἀριστοφάνης δὲ, etc.] C. V. post *Comici* verba subiicit: *Θουκυδίδης δὲ ἀνεχρήσατο· καὶ τὸ πέπρακται δὲ ἐπὶ αὐτοῦ τάττουσι.* Kuehn.

Ἀριστοφάνης δὲ, etc.] Locum *Aristophanis* e *Lemniis* eius etiam *Suidas* profert: *καὶ ἀπεχρήσαντο*, ait, *διεχρήσαντο καὶ ἀπέκτειναν. Λημνίαις Ἀριστοφάνης*·

τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο τοὺς παιδοσπόρους.

Sed non contentus fuit noster *Pollux* χρήσεσιν hisce duabus, *Xenophontea* et *Aristophanea*, sed et *Thucydideam* attulit. supple itaque post *Aristophanis* verba ex MS. qui ita addit:

Θουκυδίδης δὲ ἀνεχρήσατο· καὶ τὸ etc. Ni fallor in Thesauro hoc verbum *ἀναχρήσασθαι* plane omissum est, quod miror. Non omisit *Hesychius*: *Ἀναχρήσῃ, ἀνατεμῇ.* et *Ἀνεχρήσαντο, διέφθειραν·* quem sine dubio puto ad locum *Thucydidis* respexisse. malim itaque legere: *Θουκυδίδης δὲ ἀνεχρήσαντο.* locus historici nobilissimi mihi quidem non in promptu. eum tamen eodem modo *Suidas* protulit: *Ἀνεχρήσαντο,* scribit, *διέφθειραν· οὕτω Θουκυδίδης· σημαίνει δὲ καὶ τὸ εἰς χρείαν τινὲς παρειλήφασιν.* Iung.

Ἀριστοφάνης δὲ] Adiecimus e MSS. auctarium non spernendum post *Comici* verba; *χρῆσιν* nimirum *Thucydideam.* sed equidem in eo me verbum illud offendisse etsi non perfunctorie aliquando lecto memoria non suggerit. tamen quid suspicer promere lubet. glossas et expositiones marginales in ipsum textum creberrime genuinis eiectis irrepsisse, non dubia res est. superiori itaque nota locum *Thucydidis* indicavi, ubi *τοῦ διαχρήσασθαι* fuerit usus; eum hic apponam integrum: *καθεζομένους δὲ τινὰς καὶ ἐπὶ τῶν Σεμνῶν Θεῶν ἐν τοῖς βωμοῖς ἐν τῇ παρόδῳ διεχρήσαντο.* *Iungermanni* nostri indicio utrique, *Hesychius* et *Suidas*, *ἀνεχρήσαντο* habent, posterior quidem e *Thucydide.* putem igitur nativum esse *Thucydideum* hoc loco *ἀνεχρήσαντο*, in cuius vices subierit *διεχρήσαντο*, notius scilicet atque usitatius, cum et ipsi temporis ratio ceteraque alia per omnem modum faveant. stabit autem, ni fallor, haec mea coniectura, donec alius e scriptore praestantissimo depromptus sit locus, ubi legatur *ἀνεχρήσατο* vel *ἀνεχρήσαντο.* tanti vero non existimavi, ut *ἀνεχρήσαντο* reponerem in *Polluce* numero multitudinis *Suidae* et huius loci causa. nam hac etiam lectione manente, sensui nihil decedit.

καὶ τὸ καταστορῆσαι etc.] MS. iterum longe aliud verbum nobis exhibet: *καὶ τὸ πέπρακται δὲ ἐπὶ αὐτοῦ τάττουσιν·* non *καταστορῆσαι*, quod viri docti quaeso considerent, si forte quis male calidus id eiecit, quum non legisset, et *καταστορῆσαι* putasset aptius locum habere, propter sequentem *χρῆσιν Herodoti.* At *Noster* nec praecedentibus exemplis verba *κατεργάζεσθαι, ἀποχρήσασθαι* et *ἀναχρήσασθαι* praeposuit, sed et statim reddidit in exemplis. et *πέπρακται* de re confecta, vel caede peracta non absurde dicatur. Omnia tamen virorum doctorum iudicio permitto. Iung.

καὶ τὸ καταστορῆσαι] Ceteris hic MSS. consentit *Falckenburgii* Codex, nisi quod ille melius *πεπρᾶχθαι·* neque vero sustinui praeeuntibus tam bene MS. non sequi. habes

itaque πεπράχται in textu, quamvis et *Pollucem* scripsisse πέπρακται credere licet, ut scilicet tempus illud ipsum, quo quicunque tandem auctor usurparat, exprimere habuerit in animo. ceterum eodem sensu in *Euripidis Hecuba* v. 515. compositum, uti dicunt, verbum ἐκπράττειν offendo: Πῶς καὶ νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι; etc. *Scholiastes* exponit per φονεύειν. *Hesychius*: Ἐξεπράξατο, ἐφόνευσεν. adde *Suidam*. Simili ratione dixit *Artemidorus* ἱερεῖον διαπεπραγμένον, *hostia mactata*, Onirocr. II. c. 12.

κατεστόρηντο] C. V. κατέστρωντο. Kuehn.

κατεστόρηντο] MS. pro κατεστόρηντο habet κατέστρων τὸ ἐπὶ etc. egregie iterum liber scriptus nos ad veram lectionem quasi manu ducit. emendandum enim, κατέστρωντο· ἐπὶ τοῦ ἀνήρ. Locum enim *Herodoti* nostri illum esse *Calliope* seu extrema *Musa* c. 75. puto, quamvis verbis ceteris discrepet: ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι, ἐνθαῦτά σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος. Usum sic eo verbo et *Xenophontem* viris doctis e lib. V. *Hellen*. dudum observatum. Sic et extremo lib. IV. Παιδείας invenio: οἱ δ' αὖ Πέρσαι, κατὰ τὰς εἰσόδους ἑπόμενοι, ὠθουμένων αὖ αὐτῶν, πολλοὺς κατεστρώννυσαν· quod cum *Leunclavio* verum puto, ut ἀπέκτειναν glossam esse, quam quidam illius loco substituerint non recte. Iung.

κατεστόρηντο] Non aliter est in Excerptis *Valckenburgianis*, atque in ceteris Codicibus, eam itaque lectionem in textum revocavi; nititur enim ipsius *Herodoti* auctoritate. et alibi sic quoque loquutus deprehenditur. paulo ante locum illum, quem *Iungermannus* adduxit: ἐσπεσόντες κατεστόρεσαν αὐτέων ἑξακοσίους· *impetu facto straverunt eorum sexcentos*.

154.

παρ' Ἀριστοφάνῃ] MS. παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν ἱππεῦσιν. Iungerm.

ἀμφιβάλλειν] C. A. τὸ δὲ ἀμφιβάλλειν etc. Kuehn.

ἀμφιγνοεῖν] ἀμφιγν. inde MS. τῷ πλήττειν, τῷ ὑπαρθῆσθαι, τῷ καίειν, τῷ ἐκράχθη. Τῷ ἐξήλασε, τῷ εἰσῆλθε, τῷ ἀράμενος, καὶ ὅσα ἀπὸ τῆς ευ διφθόγγου ἄρχεται. Ἐφ' οὗ ῥ. Seberus.

ἀμφιγνοεῖν] Deest ἀμφιγνοεῖν in MS. Iung.

ἐπὶ τούτῳ δὲ ἴσως] Absunt a C. A. usque ad πλάττοντες. Kuehn.

ἐπὶ τούτῳ δὲ ἴσως] MS. τούτου ἴσως καὶ etc. et ita emenda. melius enim cohaerent. respondent ista sibi: ἐφ' οὗ εἴποις

ἂν etc. ἐπὶ τούτου ἴσως καὶ etc. Sic et mox semel iterumque loqui voluit. εἰκοβολεῖν vero et ante habuisti segm. 151. ubi et ἀμφιγνοεῖν. Iung.

ἐπὶ τούτῳ] Textus habet ἐπὶ τούτου, quod melius. Vide *Suidam* in εἰκοβολεῖν.

ἐφ᾽ οὗ ῥητέον] C. A. περὶ τοῦ ἀρκεῖν. Kuehn.

ἐφ᾽ οὗ ῥητέον] Cum ἐφ᾽ οὗ ῥητ. novum in MS. caput, praefixo hoc lemmate: τῷ ἐκπλήττειν, (scilicet συνώνυμα, ut supra dixi ad segm. 154.) τῷ ὑπεκθέσθαι, τῷ καλεῖν, τῷ ἐπράχθειν (scribe ἐπράχθην) τῷ ἐξήλασεν, τῷ εἰσῆλθεν, τὸ (scr. τῷ). ἀράμενος· καὶ ὅσα ἀπὸ τῆς ευ διφθόγγου ἄρχεται· sed intempestive hoc loco, quum deberet id ante ista, ταυτὸν δ᾽ ἂν εἴη, ἐκπλήττειν etc. facere, non hic ubi particula de ἀρκεῖ tractans adhuc reliqua est a praecedenti capite, quod quidem MS. separabat. Alias istam lemmatum congeriem et in suo invenit *Seberus* noster. Iung.

ἀποχρῶν] Pro ἀποχρῶν in MS. ἀποχραὶ, quamvis accentus erasus sit. quod nescio quis correxit ad vulgatam, ni fallor, lectionem. Sed non opus est ut pareamus huic correctori; potius retineamus veterem lectionem, quae sine dubio fuit ἀποχρᾷ· id enim etiam in usu, non solum alterum ἀπόχρη. Iung.

ἀποχρῶν] Vehementer placet *Palatini* Codicis scriptura ἀποχρᾷ, quam eruit *Iungermannus*. ἀποχρᾷν saepius eo sensu in *Herodoto*. id itaque vocis commodissimum visum fuit augendo textui; neque alterum ἀποχρῶν placuit deleri, quia non inopportuno positum est hic loco.

ἐπὶ τούτου ἐκποιεῖν εἰρ. etc.] ἐπὶ τούτου etc. usque ad *Λυσίᾳ* abest a C. A. Kuehn.

ἐπὶ τούτου ἐκποιεῖν εἰρ. etc.] MS. ἐπὶ τούτου τὸ ἐκποιεῖ εἴρηκεν ἐν τῷ ὑπὲρ Ἀχιλλίδου φόνου Λυσίας· quae vera lectio videtur et *Polluci* restituenda. alteram quis ita refinxit ut saltem sensus aliquis constaret. Ἐκποιεῖ itaque *Lysias* dixerit pro ἐξαρκεῖ· de quo verbo in ista significatione et *Budaeus* Comm. Gr. ling. Lubet saltem adscribere ad nostri MS. lectionem illustrandam *Laërtii* locum e *Theophrasti* Vita lib. V. verba nimirum *Theophrasti* ad discipulos, quibus animam exhalavit: ἀλλ᾽ ἐμοὶ μὲν οὐκέτ᾽ ἐκποιεῖ βουλεύεσθαι τί πρακτέον· ὑμεῖς δ᾽ ἐπισκέψασθαι τί ποιητέον. Ceterum Oratio *Lysiae* ὑπὲρ Ἀχιλλίδου φόνου, supra, ubi tamen in MS. deerat hic titulus segm. 50. etiam ut hic vulgo Ἀχιλλείδου scribebatur, quod itaque, si plus amas, retinere etiam hic potes. Iung.

ἐπὶ τούτου ἐκποιεῖν εἴρηται etc.] *Palatini* Codicis optimi lectiones tanquam *Helicem* quandam aut *Cynosuram* in oculis habere decrevi, et ubique sequutus sum. hic integram illam lectionem, quae in isto MS. extat, textui redonavi. Ἐκποιεῖ rarum est et eximium in illa significatione, qua notat hic *Pollux*. illud etiam observant *Glossae optimae*: Ἐκποιῶ, *sufficio*. sic et in *Glossario* MS. reperi: *Sufficio*, ἐκποιῶ. *Sufficit*, ἐκποιεῖ, ἀποχρῷ, αὐτάρκως ἔχει. Occurrit et in acutissima illa atque elegantissima *Cebetis tabula* pag. 19. *Edit. Gron.* περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις ἐκποιήσει διαλέγεσθαι· ita scilicet praestantissimam lectionem restituit vir Eruditissimus *Iac. Gronovius*, quem vide, eis, eo loco talia plura ex *Diogene* et *Polybio* notantem. sic et in *Platone* legisse memini.

ἐν τῷ ὑπὲρ Ἀχιλλείδου φόνου] Citatur oratio ista et supra segm. 50. SEB.

155.

ταυτὸν δ᾽ ἂν εἴη] C. A. περὶ συνωνύμων τῷ πλήττειν. KUEHN.

ἀπειλεῖν, etc.] C. A. ἀπειλεῖν ἐπαπειλεῖν δεδίττεσθαι etc. ἀνατείνεσθαι (quod et C. V. habet) *intentare*, *incutere metum*: ἀπαρτᾷν ἐκφ. καὶ τὰ ἐοικότα, *et similia hisce*, malim enim haec referre ad praecedentia. KUEHN.

ἀπειλεῖν] Subieci de MSS. ἐπαπειλεῖν. *Glossae* Ἐπαπειλῶ, *comminor*.

ἀπαγγέλλειν, etc.] MS. omittit ἀπαγγέλλειν, ἀπαγγέλλεσθαι· et eorum exempla rara sane. nec adnotarunt aliunde viri docti, quam hinc in ea significatione haec verba. Latinum tamen *denunciare* ita adnotant pro *minari*, proferentes locum ex libr. II. Epist. ad Attic. 22. *volitat*, *furit*, *nil habet certi*, *multis denuntiat*, etc. Adnotavit eam significationem et *Gifanius* in suis *Comm. ling. Lat.* et *Cic.* lib. IV. *Attic.* laudat, loco non addito. sed hoc ex Orat. *ut aliquid reticere dicat*, *ut denunciet*, *ut liberius quid audeat*. sic enim leg. putat, ubi vulgo: *ut denunciet*, *qui caveant ut liberius* etc. idem MS. tamen verbo auget, ἀπειλεῖν, ἐπαπειλεῖν habet. quod *Polluci* reddes. IUNG.

ἀνατίνεσθαι] ἀνατείνεσθαι. MS. SEB.

ἀνατίνεσθαι] Repone, ut MS. noster, ut *Seberi* habet, utque *H. Stephanus* in suo Codice emendaverat, ἀνατείνεσθαι. *Hesychius*: Ἀνατείνασθαι, ἀπειλῆσαι· et *Suidam* vide. ita et ex *Demosthene* observant. IUNG.

ἀνατίνεσθαι] Emendavi in textu *ἀνακλίνεσθαι*, quod et ad oram sui Codicis *Kuehnius*.

ὑπεκθέσθαι] C. A. *περὶ συνωνύμων τῷ ὑπεκθέσθαι* vid. supra lib. VI. c. 47. *clam emittere, committere exportandum.* Kuehn.

ὑπερθέσθαι] Deest *ὑπερθέσθαι* in MS. et quid si forte *ὑπερεκθέσθαι* legendum sit? nescio tamen, nec magis fere satisfacit id mihi hoc quidem loco quam vulgatum. Ista enim fere clanculam aliquam subductionem et exportationum denotant. Iung.

ἐκκομίσαι] Deest in MS. *ἐκκομίσαι*. Iung.

Δημοσθένης] Absunt haec *Demosthenis* a C. A. usque ad *δίκην*. Kuehn.

ὥσπερ οὖν etc.] *οὖν* abest a C. A. ut et *καταφλέγειν*, et mox similiter *καταπ. ἐμπρῆσαι*. Kuehn.

καταφλέγειν] Deest in MS. *καταφλέγειν*, et statim desunt, *καταπρῆσαι, ἐμπρῆσαι*. Iung.

ὑφεῖναι πῦρ, ὑφάψαι] MSS. *πῦρ ὑφάψαι, ἐκτρίψαι φλόγα, ἀνεῖναι φλόγα, ἐκριπίσαι*. Kuehn.

ὑφεῖναι πῦρ, ὑφάψαι] MS. *ὑφεῖναι πῦρ, πῦρ ὑφάψαι ἐκτρ.* Iung.

ὑφεῖναι πῦρ] Plenius e MSS. sequentem loquendi formulam exhibui: *πῦρ ὑφάψαι. Πῦρ ἀνῆψαι τοῦ μὴ ἁλῶναι,* inquit *Libanius* de vita sua p. 50.

ἐκτρῖψαι φλόγα] MS. *φλ. ἀνεῖναι φλόγα, ἐκρ.* Seb.

ἐκτρίψαι φλόγα] MS. tam noster, quam *Seberi* auctior, *φλόγα ἀνεῖναι, φλόγα ἐκρ.* id est, *emittere flammam. Hesych. Ἀνεῖναι, ἀφιέναι, ἀνιέναι, στρέφειν, ἀνασείειν. Suidas: Ἀνεῖναι, ἀφεῖναι, καὶ ἀνεῖναι κύβον, ἀντὶ τοῦ ἀναῤῥίψαι κύβον.* Iung.

ἐκτρίψαι φλόγα] MSS. adminiculo textum auxi illa phrasi *ἀνεῖναι φλόγα. Ἐκτρίβειν φλόγα* proprie dicitur qui concussis lapidibus ignem elicere tentat. eleganter *Xenophon Cyrop.* libr. II. *ἐπεὶ ἔκ γε σοῦ πῦρ, οἶμαι, ῥᾷον ἄν τις ἐκτρίψειεν, ἢ γέλωτα ἐξαγάγοι.*

156.

φλέγμα κακὸν] *Iliad. φ,* 337. vide et *Plutarch.* in Vit. *Homeri.* Seb.

καὶ καῦμα δ' ἂν εἴποι τις] C. A. *ὁμοίως καὶ καῦμα δ' ἂν εἴπ.* Kuehn.

καὶ καῦμα δ' ἂν εἴποι τις] Iterum ex MS. nostro plenius scribe, qui habet: *καὶ καῦμα δ' ἂν ὁμοίως εἴποι τ. β.* Iungerm.

καὶ καῦμα δ' ἄν] Aberat in editis *ὁμοίως*, quod e MSS. reduxi.

πυρκαϊά.] Post *πυρκαϊὰ* in C. A. est *ὁ δὲ ἐμπρήσας* etc. Kuehn.

τῷ] Male MS. *τὸ* pro *τῷ*. Iung.

Ὑπερίδου ὑπὲρ Λυκόφρ. etc.] MS. *Ὑπερείδου ὑπὲρ Λ. εὑρηκα γεγρ. ἢ νεωρίων πρ. ἢ ἀρχ. ἐμπυρισμὸν*, etc. et *νεωρίων* reponam lubens, ut supra segm. 20. et *Harpocratio, νεώρια.* Alterum vero *ἐμπυρισμὸς* quoque credo scribendum, et id ipsum esse, quod *Noster* ait *οὕτω γεγράφθαι ἐν πλείοσι βιβλίοις* nec enim *ἐμπρησμοῦ* exemplum videtur adferre; sed *χρήσεως* in qua aliud huc pertinens vocabulum, nempe *ἐμπυρισμός.* quod cum in pluribus, non tamen omnibus, libris ita legi ait, forte et in quibusdam. *ἐμπρησμὸν* pro eo scriptum suspicari non absurde, credo, possumus. Et certe confirmat nostram suspicionem et MS. lectionem satis *Phrynichus* illud *Hyperideum* reprehendens II. Eclog. Attic. *Ἐμπυρισμός* ait, *οὕτως Ὑπερίδης ἡμελημένως· δέον ἐμπρησμὸς λέγειν.* Doctiss. *Nunnesius* hunc insignem *Pollucis* locum non legerat, quum ad *Phrynich.* adnotet: *idem Phavorinus in hoc loco repetit: nihil ceteri:* qui tamen alias studiose *Pollucem* excussit. Iung.

Ὑπερίδου ὑπὲρ Λυκόφρονος] Aliquoties a nostro illam orationem nominatam observat in *Attica Bibliotheca Meursius*: nos alibi diximus. In ipsis *Oratoris* verbis *νεωρίων* reposui. sed tamen de affinitate scripturae ι et ει nuper adnotasse memini: alibi vero de ipsis *νεωρίοις*, quam ego vocem a plerisque quidem per ι solum exaratam reperi.

ἐμπρησμὸν] *ἐμπυρισμὸν* C. V. Kuehn.

ἐμπρησμὸν] Sanequam praeferendum est longe, quod e MSS. restitui, *ἐμπυρισμόν*. ego me recordor non semel in scriptis patrum mentionem factam legisse *τοῦ τῶν ὅλων ἐμπυρισμοῦ*, illius incendii, quo post ultimum illud atque tremendum Dei T. O. M. iudicium, cognitamque singulorum hominum causam, mundum conflagraturum Christiani credimus.

καὶ οὕτω γέγραπται] C. V. *ἐγέγραπτο.* Kuehn.

καὶ οὕτω γέγραπται] MS. *καὶ οὕτως ἐγέγραπτο ἐν πλ. β.* Iungerm.

τάχ' ἂν πυρκαεὺς] MS. *τάχα ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο·* illi vero *πυρκαεὺς* alia manu suprapositum ι, ut esset *πυρκαϊεύς*. quasi id a *πυρκαϊᾷ* ita rectius oriretur. certe *ὀνομάζοιτο*, non *ὀνομ.* emendare debes apud *Pollucem*. Iung.

τὸν μὲν, τὸν Προμ.] C. A. *τὸν μὲν Προμηθέα.* Kuehn.

τὸν μὲν, τὸν Προμ.] MS. *τὸν μὲν, Προμ.* sine altero *τόν.* quae sequuntur tamen ut vulgo habet. Quod itaque ad *Aeschyli Promethium* sive *Πυρκαῆ*, sive *Πυρκαέα* attinet, cum alias *Πυρφόρον* nominari ait *G. Canterus* VII. Nov. Lect. 21. ubi *Aeschylum* in scenam ter produxisse *Prometheum* docet, semel *πυρφόρον*, iterum *δεσμώτην*, tertio *λυόμενον*. vide et *Magnum Casaubonum* lib. I. de *Satyr. Poësi* cap. 5. ubi docet hunc *Prometheum* fuisse drama *Satyricum*, cuius noster *Pollux* hic meminit. Antea III. *Athen.* 9. ubi docebat et *Epicharmum* apud *Athenaeum* laudari *ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ*, videbatur sentire quasi haec *πυρκαεὺς Προμηθεὺς Aeschyli* alia ab aliis eiusdem *Tragici Prometheis* foret. Eiusdem dramatis titulum et infra X, 64. ex MS. restituemus. De altero vero dramate *Nauplio πυρκαεῖ Sophoclis* vid. eundem VII. *Athen.* 4. et *G. Canterus* dicto lib. VII. Nov. cap. 21. quoque meminit, rationem inscriptionis exponens. Iungerm.

τὸν μὲν, τὸν Προμηθέα, etc.] De his utriusque summi Tragici fabulis adire potes *Meursii Sophoclem* et *Aeschylum*, ubi hoc praecipue *Pollucis* nostri loco utitur. et ille vero vir doctissimus, nisi me fallo, diversas existimat utrasque tragoedias *Aeschyli Προμηθέα Πυρκαέα*, et *Πυρφόρον*, secus ac *Canterus*, qui sibi colligere videtur ex his *Onomasticographi* verbis eundem esse *Προμηθέα Πυρφόρον* et *Πυρκαέα*, quod tamen, me iudice, non liquide constat ex *Auctore* nostro. et equidem ipse lubens eorum partibus accedam, qui diversas sentiunt tragoedias esse. *Προμηθεὺς* enim *πυρφόρος*, qui ignem aetheria domo subductum fraude mala gentibus intulit, ut cum Lyricorum principe loquar: *Πυρκαεὺς* autem, *ὁ ἐμπρήσας*, qui excitat incendium, ut *Sophoclis Ναύπλιος Πυρκαεὺς*, aut ignem facit. sic igitur hac fabula docuisse sentio de illati mortalibus ignis usu, quaeque utilitas exinde, monstrante *Promethea*, redundarit ad homines; ut itaque totam *Promethei* historiam, seu fabulam dicere mavelis, exhibuerit in scena atque docuerit *Aeschylus*, *Προμηθέα Πυρφόρον*, *Πυρκαέα*, *Δεσμώτην*, *Λυόμενον*. Arbitretur eruditus lector.

ἔστι δὲ εἰπεῖν] Titulus est in C. A. *περὶ συνωνύμων τῷ ἐπράχθη.* Kuehn.

ἐτελεσιουργήθη] C. A. *συνετελεσιουργήθη.* Kuehn.

ἐτελεσιουργήθη] Pro *ἐτελεσιουργ.* MS. *συνετελεσιουργήθη.* putem utrumque scripsit *Pollux*; sequitur enim ab utroque *πρᾶγμα*, et *τελεσιουργία* et *συντελεσιουργία* mox. Iung.

ἐτελεσιουργήθη] MSS. adminiculo ditior est sequenti verbo *συνετελεσιουργήθη* *Pollux*. *Τελεσιουργεῖσθαι* in *Hesychio*, *τελεοῦσθαι ἐν ἔργῳ*, et *Τελεσιουργία*, *τὸ τέλειον πᾶν ἔργον*. frequens est id verbi in sanctis patribus, *Dionysio Areopagita* prae ceteris. *Glossae*: *Τελεσιουργία, perfectio.* Sed equidem miror, qui non meminerit in hac recensione notissimi verbi *ἀποτελεῖν* *Auctor* noster, unde descendit *ἀποτέλεσμα*, *ex opere facto corpus aliquod perfectum*, uti de Verb. signif. §. 5. *Labeo* exponit. in memoriam tamen revocandum est prudentissimum illud, non omnia nos omnes posse. Quod autem e vestigio *Pollux* adnotat alterius esse usus *ἐδράσθη* et *ἐτολμήθη*, verum est. prius autem *ἐδράσθη* de rebus fortiter atque animose peractis usurpari solet; unde quoque *δραστήριον* appellant qui rebus perite et fortiter gerendis idoneus est; sic itaque *πανοῦργον*, cum bono sensu sumitur, exponunt Grammatici. et apposite *Cinnamus* lib. III. Histor. de *Regerio*: *δραστήριος δὲ ἄλλως, καὶ ῥέκτης* (hanc tibi vocem rariorem observa, quam ego cum altera simili confusam video in *Hesychio*: *Ῥεκτὸς, ἀνδρεῖος, ἢ χιτών.* etenim *ῥέκτης* dicitur *ἀνδρεῖος*, *ῥεκτὸς* vero *tunica recta*) *δεινός τε πράγματα ῥάψαι, καὶ τὰ καθεστηκότα κινῆσαι δεξιός.* creber est illius vocis usus in recentioris aevi scriptoribus. sic enim et *Proclus Diadochus* saepius.

157.

τὸ δὲ πρᾶγμα] MS. *τὰ δὲ πράγματα.* Seb.

τὸ δὲ πρᾶγμα] C. A. *τὰ δὲ πράγματα, πρᾶξις.* Kuehn.

τὸ δὲ πρᾶγμα] MS. noster, ut *Seberi*, *τὰ δὲ πράγματα, πρᾶξις* etc. Iung.

τελεσιουργία] Abest *τελεσιουργία* a C. A. Kuehn.

συντελεσιουργία] *συντελεσιουργία* in MS. contextus non habet, sed id, ut inseratur, ad oram adscriptum est. Iung.

ἐκβὰν] MS. *ἐκβᾶν.* Iung.

τὸ ἀποβεβηκὸς, τὸ διακ.] MS. *τὸ ἀποβ. τὸ διῳκημένον.* et incepit hoc ultimum refingere, non tamen refinxit, nescio quae manus, addiditque in margine, *τὸ διακείμενον*, ut isti postponeretur tamen. Et certe *τὸ διῳκημένον* non omittendum erat, tuque id *Polluci* repone, ut a quo fuit iam *διῳκήθη* et mox *διοικητής*, *διοικητικός*. Altero facilius careamus, quod nullum alias hic cognitorem habet. nec illud tamen ego moveo loco, quamvis id alteri fecit. Iung.

τὸ ἀποβεβηκὸς, τὸ διακείμενον.] Ineptum esse hoc loco *διακείμενον* vel lippus agnoverit. itaque *Iungermanno* obsecutus *διῳκημένον* restitui de Codice *Palatino*.

πράττων.] C. A. ἀνὴρ, πράττων καταπράττων. Kuehn.

πράττων.] MS. auctior vocula habet, πράττων, καταπράττων· ἔστι δὲ etc. quam Polluci redonabimus. eiusdem verbum κατεπράχθη segm. praeced. praecessit. Iung.

πράττων.] MSS. opera locupletior evasit hic Pollux, addito nimirum vocabulo καταπράττων, cui convenit ὁ δραστήριος.

ἀπεργαζόμενος] Deest in MS. ἀπεργαζόμενος. Iung.

τελεσιουργῶν] C. A. συντελεσιουργῶν τ. τελεσιουργὸς, διοικητὴς δ. Kuehn.

καὶ μὴν καὶ τάδε] C. A. titulus περὶ συνωνύμων τῷ ἐξήγαγεν, omissis verbis, καὶ μὴν καὶ τάδε ἂν εἴποις, pro quibus habet, ἔστι δὲ εἰπεῖν ἐδίωξεν ἤλασεν ἐφυγάδευσε μ. ἐ. περιώρισε. etc. Kuehn.

ἐξήλασεν] Deest in MS. ἐξήλασεν. Iung.

ὑπερώρισε.] MS. περιώρισε. Seb.

ὑπερώρισε.] MS. noster ut Seberi, περιώρισε, pro vulgato ὑπερώρισε. utrumque rectum. certe de vulgato sequitur mox πρᾶγμα. Iung.

ὑπερώρισε.] Est apud Plutarchum de vitis X. Rhetorum. Illud autem Demosthenicum ἐξορίζειν usurpat et Ctesias: ἐξορίζεται Ἀρτοξάρης· indeque apud eundem ἐξορία de exilio dicitur. Ἐξελαύνειν, exilio multare, in exilium eiicere, creberrimi usus. Aeschines Ep. 5. ἐξ ἧς πόλεως ὁ Θεμιστοκλῆς, ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας, ἐξηλάθη.

ἀφώρισεν.] MS. ἀφώρησεν. Iung.

ἐξεδίωξεν] Verba Thucydidis sunt lib. I. statim post prooemium: τὰ δὲ τελευταῖα πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου, δῆμος αὐτῶν ἐξεδίωξε τοὺς δυνατούς· loquitur de Epidamniis. Iung.

158.

τὸ δὲ πρᾶγμα] C. A. πρᾶγμα δὲ etc. Kuehn.

ὑπερωρισμὸς] MS. ὑπερορισμός. Seb.

ὑπερωρισμὸς] MS. tam noster quam Seberi ὑπερορισμός et sic certe vulgata vox emendanda est, ut iam quoque in meo Codice feceram. Sic et mox ἐξόριστος scribe, ut idem noster MS. et Seberus etiam iubet. Iung.

ὑπερωρισμὸς] Per ω vulgo et hoc et paulo sequens ἐξώριστος scriptum erat; utrumque, sic uti decuit, mutavi. Hesychius: Ἐξορίζομεν, ἐξόριστος, τῶν ὅρων ἐκτός.

καὶ ὁ ἀνὴρ φυγὰς] C. A. ὁ ἀνὴρ φυγάς. Kuehn.

ἐξώριστος] Leg. ἐξόριστος. Seb.

πλανήτης] C. V. πλάνης. Kuehn.

πλανήτης.] MS πλάνης· a nova manu autem correctum

iuxta vulgatum πλανήτης· sed et πλάνης invenitur. *Suidas*: Πλάνης πλάνητος, ὥσπερ πλάνης ἄνθρωπος, κατὰ βίου πρόφασιν πορευόμενος· ἀντὶ τοῦ πλανήτης·]et ex *Plutarchi* vita *Alcib.* πλάνητος καὶ φυγάδος iunctum adnotant: et ex *Sophoclis Oedip. Tyran.* ποιμὴν γὰρ ἦσθα, κἀπὶ θητείᾳ πλάνης. non tamen vulgatum mihi displicere potest, retineamque potius. IUNGERM.

πλανήτης.] Non equidem erit quisquam, qui vocem illam πλανήτης iure merito reprehendat, aut vitii suspectam habeat, quippe quae meliorum auctorum usu sit trita, et *Pollucis* instituto congruat egregie. ut tamen addubitemus, Codicum MSS. facit auctoritas, in quibus est πλάνης et illam vocem sibi minus notam in faciliorem aliam, atque notiorem librariorum ignorantia mutavit: quidni vero hoc ipsis accidisse putemus, cum et optimus *Schefferus* e capite 29. lib. III. V. H. *Aeliani* vocabulum hoc alio supposito eliminarit: εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος etc. sed id quo iure ab ipso sit factum eruditissimi *Kuehnii* te docebit *Index*, ubi vocem illam πλάνης adductis auctorum locis comprobat. Itaque non potui non rarius id vocabulum in textum recipere, suoque, unde delapsum erat, loco restituere. porro iungit *Pollux* noster πλάνητα τῷ φυγάδι, *exuli*, commode sane, siquidem exules, non nisi vagabundi homines habeantur; vidimus itaque in *Aeliani* loco copulata πλάνης et πατρίδος ἐστερημένος. *Themistocles* Ep. 14. *Εἰ δ' ἐγὼ μὲν φυγὰς ὅποι ποτὲ γῆς ἀλώμενος*· sic enim cum *Cariophyllo* legendum censeo: et illa quidem vox φυγὰς in eius epistolis occurrit creberrime.

τραγικὸν δὲ etc.] MS. τραγικὸς γάρ. SEB.

τραγικὸν δὲ etc.] C. A. τραγικὸς δὲ ὅπ. etc. ἐλεληλασμένος δὲ καὶ πεφυγαδευμένος κ. ὑ. ἐκβεβλ. ἀπ. μεθεστικῶς π. KUEHN.

τραγικὸν δὲ etc.] MS. τραγικὸς δὲ ὁ π. Σοφ. διώκτης ut et MS. *Seberi* habet: et ita emendandum videtur, amat enim et sic loqui. sic supra in MS. segm. 147. βελτίων δὲ ὁ ὑπέρφων· et segm. 151. ὁ γὰρ εἰδήμων, ὑπομόχθηρος. IUNG.

τραγικὸν δὲ etc.] In textu restitui τραγικὸς, ad genium scriptionis *Polluceae*. Paulo post, de quo monere operae ferme pretium non sit, ante πεπλανημένος interserui καί.

ἐληλαμένος] MS. ἐληλασμένος καὶ πεφυγαδ. etc. omissis δὲ καὶ ἐξελ. καὶ ἀπελ. Vulgata mutari non est opus. *Hesych.* ἐληλαμένον· ἐλήλατο, ἐλήλασεν etc. ἐλήλαται, συνέχεται etc. quod ultimum ita et *Suidas*. vid. et *Etymologicon* in ἐλήλατο et ἐληλάμενος· ita enim προπαροξυνθῆναι vult post ἀποβολὴν

τοῦ σ, quum antea ἐληλασμένος recte scriberetur, quod ita ex *Herodiano* tradit et in ἀκαχήμενος· cuius regula si vera, et hic ἐληλάμενος, et ἐξεληλάμενος et ἀπεληλάμενος, semper proparoxytone scribendum fuerit. Iung.

ἀπεῤῥιμμένος] MS. ἀπεριμμένος. Iung.

καὶ ἐξεῤῥιμμένος] MS. omittit καὶ ἐξεῤῥ. Iung.

καὶ μεθεστηκὼς] MS. habet καὶ μεθεστηκὸς (sed correctum reposito ὡς) καὶ πεπλανημ. et supple, quamvis hoc exiguum, καὶ ante πεπλ. in vulgatis, ne hoc solum careat ista particula ductrice. Iung.

προσόμοια καὶ ταῦτα] Absunt C. A. titulum, περὶ συνωνύμων τῷ εἰσῆλθεν statim excipit, ἔστι δὲ εἰπεῖν εἰσῆλθεν εἰσέδραμεν ἐπ. εἰσκεκώμακεν ἐπεισεῤῥήκεν (leg. ἐπεισέῤῥυκεν) εἰσπεπήδηκεν εἰσεκυκλήθη ἐπ. κ. τ. π. κατέσχηκε εἰσέπεσεν. C. V. sic etiam. Kuehn.

ἐπῆλθεν] Deest in MS. ἐπῆλθεν et forte recte. Iung.

ἐπεισέδραμεν] Post ἐπεισέδραμεν MS. ad oram habet sequens εἰσεκώμασεν, ut insereretur nota addita: in contextu ipso habet, εἰσκεκώμακεν, quod addendum quoque videtur, ea forma qua sequens εἰσπεπήδηκεν. Sed nec ἐπεισκεκώμακεν mihi verisimile a *Polluce* omissum, quum haec incipiant ab εἰς et ἐπεισ. praesertim quum apud *Platonem* libr. VI. de Rep. sit ἐπεισκεκωμακότας· locum qui est paulo longius a fine illius libr. VI. habes apud *Budaeum* Comm. gr. ling. ubi et alia exempla huius verbi. Iung.

εἰσεφθάρη, εἰσεῤῥ.] MS. omittit εἰσεφθάρη, εἰσεῤῥήκεν· interposuit autem forte *Pollux* post εἰσεφθάρη etiam ἐπεισεφθάρη, ut in aliis hinc solet. statim habet MS. ἐπεισήῤῥηκεν. multa hic corrupta. emenda locum hunc: εἰσεφθάρη (ἐπεισεφθάρη) εἰσήῤῥηκεν, ἐπεισήῤῥηκεν· nam quamvis apud *Hesychium* legatur, Εἴρησεν, εἰσεφθάρη·, ex serie tamen literarum apud eximium istum *Glossarium* scribendum patet, Εἰσήῤῥησεν, εἰσεφθάρη· nec aliter sinit etiam *Suidas*, qui ait: Εἰσήῤῥησεν, εἰσεφθάρη. Ἀριστοφάνης· ἀφ᾽ οὗ γὰρ εἰσήῤῥησεν εἰς τὴν οἰκίαν. εἰσεπήδησεν· et cetera pluscula quae ipse videas. *Agathias* lib. V. de peste, ἐξ οὗ etc. ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς εἰσηῤῥήσει οἰκουμένῃ· quod paulo ante dixerat ἐνέπεσε. Et ut formam penitius cognoscas, adscribo et ex *Etymologico Magno*: Εἰσήῤῥησεν, εἰσεφθάρη, εἰσεπήδησεν, εἰσῆλθεν· εἰσρῶ τὸ εἰσέρχομαι· ὁ μέλλων, εἰσρήσω· ὁ ἀόριστος, εἰσέῤῥησα, τροπῇ τοῦ ε εἰς η, εἰσήῤῥησα· καὶ τὰ λοιπὰ δῆλα· ἢ ἐκ τοῦ εἰσέῤῥω. Iung.

εἰσεπεπήδηκεν] Iterum hic corruptum vocabulum. male

vulgo εἰσεπεπήδηκεν est; quod a praecedenti εἰσπεπήδηκεν distat saltem una litera plus corrupta. Tu scribe ut in nostro MS. est: εἰσπεπήδηκεν, ἐπεισπεπήδηκεν· idque et in Codice meo olim ita correxeram, reliquis ita τῷ σχήματι τῆς λέξεως parili admonentibus. IUNG.

εἰσεπεπήδηκεν]. Inepte. reponendum enim ἐπεισπεπήδηκεν, quod in *Polybio* legi. *Kuehnius* ad oram sui Codicis nescio qua de ratione dederit εἰσερρύηκεν et ἐπεισερρύηκεν, siquidem haud dubie restitui debeat, ut eleganter ostendit *Iungermannus* noster, εἰσῄρρηκεν et ἐπεισῄρρ.

εἰσεκυκλήθη] MS. εἰσεκυλήθη· sed male, quum sequatur etiam in MS. ἐπεισεκυκλήθη. Inde εἰσκύκλημα habuisti supra IV, 128. fuere enim haec verba apta scenis plerumque. Sic *Heliodorus* lib. II. Aethiop. inde metaphora sumpta: ἐπεισόδιον δὴ τοῦτο, οὐδέν φασι πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας. *Lucianus* lib. πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν· ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ, τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν. IUNG.

159.

κατέσχεν] MS. κατέσχηκεν pro vulgato κατέσχεν· nec postponam vulgato. IUNG.

ἐπεισέπεσεν] MS. εἰσέπεσεν εἰς etc. pro vulgato ἐπεισέπεσεν etc. quod tamen non mutem, nisi putes utrumque *Pollucem* attulisse. IUNG.

ἐπαφείθη] MS. ἐπαφήθη· ut saepe hoc verbum scribit, ut supra VIII, 19. ἀφῆναι, alibi. IUNG.

νόσημα.] Sic περὶ λοιμώδους νόσου *Agathias*, ut modo dixi, εἰσῄρρησεν. IUNG.

καὶ καθ' ἕτερον σχ.] MS. καὶ κατὰ ἕτ. σχ. omisso mox ταυτόν. IUNG.

ταυτὸν] Abest a C. A. dein τῇ π. π. πρὸς ἐπ. etc. KUEHN.

προσέβαλλε] MS. προσέβαλε. SEB.

προσέβαλλε] MS. τῇ π. προσέβαλε· quod et in *Seberi* MS. et emenda ita sis, eodem tempore quo alia sequuntur. IUNG.

προσέβαλλε] προσέβαλε textus habet. vocibus a *Polluce* enumeratis addere possis ex *Hippocratis* Epist. 1. προσεπέλασε· νοῦσος προσεπέλασε τοῖς ἡμῶν στρατεύμασι. Pertinet ad superiora: ἔς τε τὸ στράτευμα αὐτέης πολλοὶ κεραυνοὶ ἐνέπεσον, in πρεσβευτικῷ *Thessali.*

ἀράμενος] Titulus hic est in C. A. περὶ συνωνύμων τῷ ἀράμενος. KUEHN.

ἐνεγκὼν] MS. ἐνεγκῶν, omisso ἀνενεγκών. illud primum ἀράμενος potius Ἀράμενος prima littera maiore fac, ut planius intelligas hic quasi novum segmentum, ut etiam in re-

censione capitum supra segm. 5. et in lemmate MS. paullo ante peculiariter *συνώνυμα τῷ ἀράμενος* habes. Levissimum hoc, sed admonuisse quid noceat? IUNG.

ἀνενέγκων] Abest a C. A. *ἀνενέγκων*. KUEHN.

ἐπαιρόμενος] MS. *ἐπαιράμενος* pro *ἐπαιρόμενος*· unde quis forte potius corrigat *ἐπαράμενος*. IUNG.

καὶ φέρετρον] Absunt a C. A. *καὶ* ut et *ὥσπερ* mox. KUEHN.

καὶ φέρετρον] Supra VII, 133. *φόρετρον*, et in MS. *φέρετρον*, ut et *Hesychius* habet. IUNG.

καὶ φέρετρον] Vereor, ut scribendum sit, *φόρετρον*· *φέρετρον* enim alia res est, *capulus* in *Glossis*: et libr. VII. *φόρετρον* non *φέρετρον* legebamus. *Philoxenus*: *φόρετρον*, *vectura*. utitur Romana voce *Plautus Mostell.* Act. III. Scen. 2. interrogat *Theuropides: quanti hoc emeras?* respondet autem *Simo*: *Tris minas pro istis duobus praeter vecturam dedi;* et plus una vice eadem illa vox occurrit in Iure Romano.

κόμιστρον] MS. *κόμιστρον*. IUNG.

φορά.] Exempla in hac significatione supra protulit VII, 133. etc. IUNG.

εὐτελέστερα.] C. V. *εὐτελέστερα ἢ σιληρότερα*. leg. *σκληρότερα*. KUEHN.

εὐτελέστερα.] MS. noster auctior: *εὐτελέστερα ἢ σκληρότερα*· quae supplere potes. sic durum esset si a *βαστάζω*, *βάστακτρον* vellemus deducere. IUNG.

εὐτελέστερα] Locupletavi *Pollucem* e MSS. additis istis *ἢ σκληρότερα*, quae eadem adgnoscit *Falckenburgii* Codex.

160.

ταῦτα τῇ διανοίᾳ] Haec absunt a C. A. usque ad *σχήματι*· titulus est *περὶ συνωνύμων τῇ εὐδιαφορίᾳ*· *ἔστι δὲ εἰπεῖν εὐαρμοστία* etc. *εὐταξία*, *εὐτυχία* etc. KUEHN.

ταῦτα τῇ διαν. etc.] In *Falckenburgii* Codice tali modo praefixum istis titulum reperio: *Τὰ ἀπὸ τῆς εὖ διφθόγγου ἀρχόμενα ὀνόματα ἐν ποικίλοις σχηματισμοῖς*. sed titulos a librariis esse constat.

εὐτραπελία, etc.] In MS. desunt, *εὐτραπελία*, *εὐπραγ.* *εὐπρεπ.* *εὐταξία*· et cur in una linea bis ponatur *εὐταξία*? altero itaque loco id dele sis. supra quidem et *εὐπραξία* addita fuit III, 102. *εὐπρέπεια* etiam in MS. mox sequitur. IUNGERM.

εὐτραπελία] Quae vocem hanc praecedebat vulgo, *εὐταξίαν* delevi; mox enim commodiori magis loco subiicitur. in *Glossis εὐτραπελία*, *scurrilitas*, *iocus*, *festivitas*. scilicet

εὐτράπελος ille dictus, qui hominum familiaritatibus lepide atque festive uti novit.

εὐθυνία] MS. *εὐθένεια* pro *εὐθυνία*. vulgatum tamen ibi reposuit quis. sed non recte tamen. probum enim *εὐθένεια*, sive *εὐθενία* mavis, a verbo *εὐθενεῖν*, quod idem quod *εὐθηνεῖν*. notant apud *Aristotelem* esse. locus libr. VIII. περὶ ζῴ. ἱστορ. cap. 19. *τόποι δὲ ἑκάστοις συμφέρουσι πρὸς εὐθενίαν*, etc. Et mox: *τὰ γὰρ μικρὰ μᾶλλον εὐθενεῖ ἐν τοῖς ὀρείοις*. si quis tamen malit *Pollucem εὐθηνία* scripsisse, nec hic valde refragabor. sic et supra enim I, 51. et 240. alibi; quod sane, ut et verbum *εὐθηνεῖν*, non raro corruptum est in *εὐθυνίαν* et *εὐθυνεῖν*, ut exempla in *Polluce* supra etiam habuimus, et hoc in praesenti, de quo iam agimus, esse queat. Iung.

εὐθυνία] Textus habet *εὐθένεια*. MSS. enim morem gerendum esse existimavi. solet autem ut plurimum *εὐθηνία* scribi. sed utraque scriptura in *Glossis* extat, et quam textui reddimus, adgnoscit etiam *Suidas*. *Alciphron* in *Ammonis* ad *Philomoschum* Epistola *εὐθηνίαν* habet. sed non ibi ab ipso auctore profectum esse censeo. addam locum: *καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον καὶ λῷον, ἐὰν τὶς εὐθηνία γένηται*. alterutrum, seu prius seu posterius, de margine videtur irrepsisse; fueritque, credo, *ἐὰν τὶς εὐθηνία γένηται* illorum expositio: *καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης*. neque dubitabit amplius ea de re, qui singula rite pensitaverit. ibidem et *εὐετηρίαν* invenio: *ἐστὶ δέ σοι, ὡς ἀκούω, τῆς πέρυσι εὐετηρίας λείψανα*· et apud *Aelianum* H. V. II, 17. *εὐετηρία ἡ ἐξ ὡρῶν*, ad quem locum Eruditiss. *Perisonium* lege. in eodem *Aeliano*, *ἄμπελοι εὐθενοῦντο βοτρύων*. Videndus *Kuehnianus Index*. Praecessit *εὐποτμία*, quod idem ac *εὐτυχία*. *Hesychius*: *Εὐπότμως*, *εὐτυχῶς*. apud *Lucianum* in *Somnio* virtus ardua puero Samosatensi dicit, omnium eum hominum oculos in se conversurum, si sua institutione imbutus loqui coram populo alibive destinasset. et illi tum eloquium tuum admirabuntur *εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων, καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐποτμίας*, *felicitatis*, qui te nimirum talem filium eduxerit. hic vero cum *Interpres* eruditus reddiderit, *ob prolis foelicitatem*, *εὐτεκνίας* legisse videtur, quod tamen vulgatae lectioni posthabeam. eadem autem illa vox id mortis tranquillum genus, quam *εὐθανασίαν* appellare solebat *Octavius*, designat. ita *Marinus Neapolitanus* de Vita *Procli τὴν πρὸς τῶν πολλῶν ὑμνουμένην εὐποτμίαν* commemorat.

εὐετηρία] C. A. εὐηττερία, mallim tamen vulgatum, quia praecedit εὐθηνία. *Thomas* in *Eclogis*: εὐθενεῖν κάλλιον ἢ εὐθηνεῖν· εὐθενία δὲ οὐ λέγουσι, οὐδὲ εὐθηνία, ἀλλ' εὐετηρία, quod in *Glossis* redditur, *ubertas*, annonae scil. vid. *Gloss.* in εὐθηνία. KUEHN.

εὐετηρία] Post εὐετηρία (quod supra quoque ita cum εὐθηνία iungitur I, 51.) habet MS. εὐπρέπεια, εὐαισθ. quod omiserat modo. IUNG.

εὐαισθησία] *Interpr. sentiendi facultas*, cum non ipsa simpliciter facultas, sed eius bonitas et acumen indigitentur. Post hanc vocem habet C. A. εὐπρέπεια, *decorum in gestibus*. KUEHN.

εὐστομία] In *Glossis Veterum*, *dicacitas*, *eloquentia*, εὔστομος, *dicax*, *scurra*. εὐστομεῖν saepe idem est quod εὐφημεῖν, *verbis uti bene ominatis*. Εὐνομία *legum bonitas*. KUEHN.

εὐδοκία] εὐδικία, MSSti, *bona iuris iustitiaeque administratio*. KUEHN.

εὐδοκία] MS. εὐδικία· optime: et ita repone sis. apte iunctum etiam praecedenti εὐνομία. supra VIII, 11. pro εὐθυδικία MS. vitiose ut hic vulgati εὐδοκία, ubi quoque εὐδικία legendum docui. IUNG.

εὐδοκία], εὐδικίαν iubentibus ita MSS. restitui. alias sane et εὐδοκία locum in his nominibus habeat. utramque vocem in *Suidae* Lexico reperies expositam. alibi notabo ubi εὐδοκία pluribus in locis positum sit pro εὐδικία, et hoc iterum pro priori. Εὐγλωττίαν in *Glossis* habes. et apud *Aelian*. V. H. X, 21. de Rhetorum εὐγλωττίᾳ et εὐστομίᾳ *Cresollium* eruditissimum adi.

εὐγλωττία] MS. εὐγλωττία, εὐστομία, εὐφ. et non inepte hic locum habeat εὐστομία, sed quia iam antea id habuimus, vel hic vel ibi superfluere merito iudicabimus. IUNG.

εὐμένεια] εὐμένεια, *favor*, non *robur*, ut *Interpres*. KUEHN.

* εὐεργεσία] Pr. edit. εὐεργησία. MS. εὐερμία, quae *Hesych.* εὐτυχία. SEB.

* εὐεργεσία] MSSti, εὐερμία, *felicitas in vendendo emendoque*, vel per synecdochen, *quaevis felicitas*. KUEHN.

* εὐεργεσία] Pro εὐεργεσία MS. noster, ut *Seberi*, εὐερμία, quod non video quid vetet *Polluci* nos pro vulgato reddere, quamvis et alterum non libens loco moveam, quod etiam supra V, 141. habes. Sed et εὐερμεῖν supra V, 155. est. IUNG.

* εὐεργεσία] De MSS. reposui εὐερμία. quam vocem rarior usus prae lectione vulgata commendat. adnotat eam *Hesychius*: Εὐερμία, ἡ εὐτυχία· ἔμπαλιν δὲ δυσερμία, ἡ δυστυχία· et ex *Aeliano Suidas*, qui dixerit, ἀσπαζόμενος εὐερμίαν καιροῦ. puto de prospera mercatura dici proprie, cui praeest *Mercurius*, a cuius Graeco nomine vocem derivatam existimant *Grammatici*. sensit hoc quoque *Kuehnius* noster.

161.

καὶ παρὰ Ξενοφ. etc.] εὐωδία, εὐποδία ὡς Ξεν. Kuehn.

καὶ παρὰ Ξενοφ. etc.] MS. καὶ ἡ παρὰ Ξ. εὐποδία. καὶ ἡ παρὰ Εὐρ. εὐπ. καὶ ἡ παρὰ Κρ. etc. plenius. ita scribendum: sequitur enim et vulgo, καὶ ἡ παρ' etc. *Xenophonteum* statim habes περὶ ἱππικῆς initio de pedibus equinis: οἱ γὰρ παχεῖς πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν εἰς εὐποδίαν. posuit hoc vocabulum *Noster* et supra II, 194. Iung.

καὶ παρὰ etc.] Abfuit a vulgatis illud ἡ ter a nobis hic restitutum e MSS.

εὐποδία] *Bonitas naturalis pedum.* Kuehn.

εὐξυνεσία] MS. εὐσυνεσία. Seb.

εὐξυνεσία] MS. noster, ut *Seberi*, εὐσυνεσίαν et mox παρά. Iung.

Ἀριστοφάνῃ εὐοδία.] Ita MS. et ipse *Aristophan. Ran.* versu 4. a fine. pr. εὐωδία, quae vox iam ante. Seb.

Ἀριστοφάνῃ εὐοδία.] C. V. εὐωδία. in C. A. sequitur omissis interiectis εὐφροσύνη, εὐθημοσύνη, εὐαίσθητα εὐκτ. εὐκ. εὔτακτα etc. pro εὐδιάτακτα leg. εὐδίδακτα paulo post. Kuehn.

Ἀριστοφάνῃ εὐοδία.] MS. Ἀριστοφάνει εὐωδία. sed bene *Seberus* ex suo MS. et *Aristophanis* Βατράχοις extremis: πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ, reposuit εὐοδία. altero iam modo allato, et supra I, 74. Iung.

εὐσχημοσύνη] Deest in MS. εὐσχημοσύνη. Iung.

εὐσχημοσύνη] Libellum edidit *Hippocrates* περὶ εὐσχημοσύνης, quod *Interpretes* apte reddiderunt: *De decenti ornatu.* huic voci contraria est ἀσχημοσύνη, *vestitus indecens*, significatione hac usurpata *Basilio*, qui et ἀσχημονεῖν dixit *Hom.* in *Divites*: ὁ τοὺς ἵππους κοσμῶν, τὸν ἀδελφὸν ἀσχημονοῦντα περιορᾷς; Alias in *Glossis*: Εὐσχημοσύνη, *modestia.* qua ratione clerici esse debere dicuntur ἀρετῆς καὶ εὐσχημοσύνης ὑπόδειγμα, οὐ μὴν βλακείας καὶ ἀσχήμονος διαγωγῆς. *Balsamonem* vide ad Can. 27. Synod. 6. in *Trullo*.

τῷ ποιητῇ] Non dubito eum *Hesiodum* intelligere, et locum ex eius ἔργων II.

— εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη
θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθημοσύνη δὲ κακίστη.

Ubi *Tzetzes* exponit, τὸ καλῶς διατίθεσθαι καὶ οἰκονομεῖν τινα τὰ ἑαυτοῦ. Adnotant idem vocabulum et apud *Xenophontem*. IUNG.

ποιητῇ εὐθημοσύνη] Eummet ipsum *Hesiodi* Poëtae locum suggessit acutissimus *Iungermannus:* sed ad illum adi, quaeso, Musarum delicias *Georg. Graevium Lection. Hesiod.* cap. 12. et quem vir summus adducit *Leopardum* Emend. V, 2. adde *Suidam*, qui ex *Xenophontis* Paedia vocem illam adnotat. οἶκον εὖ θέσθαι, quod huc pertinet, in eodem occurrit *Hesiodo*, *Suidas* exponit εὖ διοικῆσαι. *Lucian. Necyom.* τὸ παρὸν εὖ θέμενος. *Glossae*: Εὐθήμων, *concinnus.*

εὐανάκλητα, etc.] εὐανάκλητα, *revocabilia:* εὐκόμιστα, *portabilia:* εὐκατέργαστα, *facile consumenda:* εὐκαταγώνιστα, *facile superanda:* εὔζωνα, *expedita:* εὔδιαιτος, *facilem habens victum.* KUEHN.

εὔτακτα] MS. ad oram habet auctius voculam, εὐσύνθετα, nempe inserendam post εὔτακτα. IUNG.

εὔτακτα] Non fuit indignum, quod subiiceretur e MSS. vocabulum εὐσύνθετα. Εὔτακτος in *Glossis*, *dispositus*, *ornatus*. Mox equidem in vulgatis εὐδιάτακτα male fuisse posita MSS. ope deprehendimus, ex quibus itaque εὐδίδακτα reduxi. Adde sis a *Polluce* vocibus enumeratis elegantem hanc εὐδιόσθετος, quae mihi in aliud inquirenti occurrit in *Hippocratis* Ep. 17. ibidem et εὐκοσμίη.

εὐδιοίκητα] MS. εὐδιόκητα. et pro εὐδιάτακτα MS. εὐδίδακτα· quod certe *Polluci* restituendum puto. IUNG.

162.

* εὔσιμον] MS. εὔσεπον, aut (tametsi π clarius) εὔσιτον. *Interpr.* reddit *insigne*, quod Gr. εὔσημον. SEB.

* εὔσιμον] C. V. non habet. legi posset, εὔσημον, *notabile*, *insignitum*, nec aliter *Interpres*. KUEHN.

* εὔσιμον] Istud εὔσιμον in MS. nostro non fuit, sed alia manu inter lineas adiectum est. Si tanti quid mihi videatur, sique haec vocula a *Polluce* fuerit adiecta, malim fere etiam εὔσημον, quod *Hesychius* εὔδηλον, φανερὸν exponit, legere, ut et *Interpres* videtur agnovisse. IUNG.

* εὔσιμον] Pro voce corrupta reddidit in textum ad oram sui Codicis Cl. *Kuehnius* εὔσημον, quod ego reposui potius pro vulgata lectione, ut id habeamus saltim, usque

dum meliora quis proferre possit. movit etiam nos *Iungermanni* consensus. Sed tamen ego mihi persuadeo adsimilis significationis, qua reliqua sunt de victu scilicet, nomen addidisse *Pollucem*, unde veniebat in mentem εὔχιλον· vel εὔχυμον, quod fuerit idem ac εὔχυλον. quae certe propius ad rem accedant quam εὔσημον. viderint peritiores.

* εὔπηρον] MS. εὔπυρον· nescio an εὔπηνον substitui queat. Seb.

* εὔπηρον] Pro εὔπηρον MSSti εὔπυρον. Kuehn.

* εὔπηρον] Pro εὔπηρον MS. εὔπυρον, et quidem hoc ordine, εὔσιτον, εὔπυρον, εὔοινον etc. nec dubitabis id restituere, optime iunctum cum voculis aliis hic. habuit istud εὔπυρον et MS. *Seberi* recte: a πυρῷ nimirum, ut πεδίον εὔπυρον dicere queamus, *ferax*, *quod laeta segete abundat*. certe et ὀλιγόπυρον, ut πολύπυρον. εὔπηρον sane quid sit, ego nullus intelligo. Iung.

εὔπηρον] εὔπυρον optimam lectionem de MSS. restitui, quod equidem verbis sequentibus apposite convenit. εὔπυροι λειμῶνες apud *Achillem Tatium*, quae πεδία πυροφόρα dixit *Longus* Pastor. I. apud quem et εὔοινος, quod obiter moneo, restituere tentat, sed infelici conatu; *Mollius* libri secundi initio: θλίψαι τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων δυναμένου. sic enim edita lectio recte se habet.

εὔσιτον] Abest a MSStis εὔσιτον. C. A. leg. εὐδίαιτον, εὔσιτον, εὔπυρον, εὔοινον, εὔλογαν, εὔδουλον etc. Kuehn.

εὔδουλον] εὔδουλος, *bonos servos habens*. Kuehn.

εὔδουλον] In MS. εὔδουλον quis mutavit in εὔβουλον, et ad oram adiecit εὔδηλον· et neutrum improbare possum. sane habuisti εὐβουλία supra segm. 160. a quo hoc εὔβουλον possit esse, ut ibidem alia, a quibus iam οὐδέτερα congerit. nec tamen mutandi antiquam scripturam εὔδουλόν ego auctor velim fieri, quod etiam alibi exstat. Iung.

εὔδουλον] Inserui post hanc vocem e MSS. εὔβουλον. εὐβουλίαν exponit *Suidas* ἐπιστήμην τοῦ σκοπεῖσθαι ποῖα καὶ πῶς πράττοντες πράξομεν συμφερόντως.

εὔκομον] E MS. idemque *Interpres* expressit: cum prior. ed. εὔκωμον. Seb.

εὔκομον] Etiam ita noster MS. habet, et supra II, 24 exstat. Iung.

εὔμηρον] Hoc quoque in MS. et ab interprete expressum: prior. edit. εὔμοιρον. Seb.

καὶ που καὶ εὔπ.] Ultimum καὶ abest a C. A. εὐπαλές·

eluctabile, vel, *quod lucta facile superat* vel *superatur.* Kuehn.

καὶ που καὶ εὐπ.] MS. πού εὐπ. sine interiecto καί. Iungerm.

* εὐεμελὲς] εὐμελὲς, an εὐεμές? Illud placuit interpreti. hoc ad vicinum εὐπινὲς magis quadrat, pro quo tamen fuit qui εὐπλυνὲς agnosceret, *mundatum* quippe vertens; quod margini Latinae versionis ascriptum erat. Seb.

* εὐεμελὲς] C. V. εὐμελὲς, εὐπινὲς, *quod satis habet antiquitatis et illuviei.* C. A. non habet haec tria, εὐεπὲς, εὐμελὲς, εὐπινές. *Salmas.* pro εὐεμελὲς legit εὐεμές. Kuehn.

* εὐεμελὲς] Pro εὐεμελὲς MS. εὐμελὲς, quod non dubitabis restituere. vidit id, quod mirum, et *Interpres*, apteque iungas εὐεπὲς et εὐμελές· si ulla convenientia in hac congerie spectanda, ut interdum tamen *Polluci* similem propter similem voculam in mentem et inde in calamum excidisse adparet. sic εὐμελῆ φωνὴν II, 117. adpellat. Iung.

* εὐεμελὲς] Quid sibi voluerit *Salmasius*, cum hic εὐεμὲς *legendum* adscriberet, ego quidem ignoro. id certus sum, longe meliorem esse, quam e MSS. reposui lectionem εὐμελές. *Glossae*: Εὐμελής, *canorus.*

εὐπρεπῶς] Pro εὐπρεπῶς MS. εὐπετῶς habet, quod hic malim. Iung.

εὐπρεπῶς] Addidi εὐπετῶς in textu.

καὶ τὸ παρ' Ἀρ. etc.] MS. καὶ τῷ παρὰ Ἀριστοφάνει εὐκόπως· falso saltem τῷ. illi εὐπετῶς alterum εὐκόπως significatione non dissimile est. Liber autem hic in MS. ita clauditur: τέλος τοῦ θ. βιβλίου Πολυδεύκους Ὀνομαστικῶν θ. Iungerm.

ἔστι δὲ καὶ etc.] καὶ abest a C. A. ut et mox εἰς. quod tamen vix poterit abesse, nisi ἀλλήλως legamus. tum οἱ ἀλλήλως σχηματισμοὶ erunt formationes, quae mutuas sibi invicem operas tradunt, ut εὔπορον et εὐπόρως. Kuehn.

X. 1.

Ἰουλίου Πολυδεύκους ὀνομ.] Inscriptio in MS. *Πολυδεύκους Ὀνομαστικῶν ἱ.* Prius vero proponitur aliqua series capitum, cui subiicitur praefatio. Nos persequemur, ut alias, ordinem vulgatum. Iung.

Ἰούλιος Πολυδ. etc.] MS. *Κομμόδῳ Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν.* Seb.

Ἰούλιος Πολυδ. etc.] *ἐπιστολῇ Κομμόδῳ Κ. Πολυδεύκης χαίρειν. Salmas.* Kuehn.

Ἰούλιος Πολυδ. etc.] Titulus praefationis est in Nostro MS. sic ut in *Seberi Augustano*: *Κομμόδῳ Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν.* Iung.

τῷ Ξενοφῶντος Ἱππ.] C. V. *τῶν Ξ. Ἱππικῶν.* malim vulgatum, *incidi quondam in Librum Xenophontis, qui titulum praeferebat de re equestri.* Kuehn.

τῷ Ξενοφῶντος Ἱππ.] MS. *τῶν Ξενοφ.* non *τῷ* et fere magis placet *τῶν*. Iung.

τῷ Ξενοφῶντος etc.] Codex *Falckenburgii* recte praefert *τῷ τῶν Ξενοφ. Ἱππ.* quod ita sic in textu iam exhibui, et illud *Xenophontis* opus etiamnum in eruditorum manibus versatur, usuique nobis futurum in hoc ultimo *Pollucis* libro res ipsa docebit. Fuere vero de veteribus *Grammatici* non pauci, qui in istiusmodi scripta Commentarios ediderunt, ipsamve rem opera data illustrarunt; sed illi dudum temporis iniuria, quod utilitatis esse non ita magnae cesserentur, interierunt cum pluribus aliis, nec quicquam habemus reliquum, nisi titulos *περὶ σκευῶν.* horum quosdam saltim vel solum *Eratosthenis σκευογραφικὸν* si nobis superstites esse sivisset invidiosa vetustas, non ita, puto, in multis hoc libro fluctuaremus.

τοῦτο Ἐρατοσθένην etc.] C. A. *τοῦτο Ἐ. λέγειν ἐν τῷ σκευογραφικῷ, in libro de supellectili.* Eiusdem *Ἀρχιτεκτονικὸν* laudat *Scholiast. Apollon.* in lib. I. *Argon.* Kuehn.

τοῦτο Ἐρατοσθένην etc.] Loci sensus hic est: *cum vero relatum legissem de quodam nomine iudicium, idque Erato-*

sthenem in Σκευογραφικῷ dixisse adderetur. constitui mecum librum Eratosthenis quaerere etc. *Eratosthenem* autem illum eruditissimum intelligo, qui in omni doctrinae genere plurimum excelluisse perhibetur. inter alia scripsit γραμματικὰ συχνὰ, teste *Suida*, ut itaque non opus sit cum quibusdam fingere *Grammaticum Eratosthenem*, qui ab illo priori diversus sit, cuique contribuamus quae de decenti scripturae forma similiaque plura *Lexicographi* veteres ex *Eratosthene* docent. Doctissimus vero *Galaeus* prologo ad *Mythographos* veteres, ubi contexuit indicem elegantem scriptorum *Eratosthenis*, non meminit eo loco Σκευογραφικοῦ, quod igitur adiicere poteris.

τὸ τοῦ Ἐρατ. βιβλ.] C. A. τὸ Ἐ. β. *incessit animum cupido quaerendi illum librum Eratosthenis.* Kuehn.

ὡς δὲ εὗρον etc.] C. A. ita: ὡς δὲ εὗρον μόλις, οὐδὲν εἶχον ὧν ἤλπιζον, *cum librum vix invenissem, nihil eorum quae sperabam, habui.* Kuehn.

ὡς δὲ εὗρον etc.] MS. noster ita distinguit, ὡς δὲ εὗρον μόλις, οὐδὲν etc. et videtur rectius: *ut tandem inveni librum, nihil tamen ibi quae sperabam.* Iung.

ὡς δὲ εὗρον μόλις. etc.] Ut erat edita distinctio improba est, et a MSS. discrepans, quorum ego ductum sequutus μόλις iungendum censui cum εὗρον· *ut vero vix tandem inveni, nihil continuit eorum, quae speraveram.* nec itaque necesse fuerit cum *Kuehnio* legisse εἶχον, quod ille ad sui Codicis marginem adscripserat.

καὶ οἶμαί σοι πειρ. etc.] MS. noster: καὶ οἶμαί σε πειρωμένῳ φανεῖσθαι τοῦτο τὸ βιβλίον ὑπὲρ etc. et MS. *Seberi* quoque habet τοῦτο τὸ βιβλ. quibus itaque defectum vulgatum explere possumus, et asteriscum tollere. Iung.

τουτὶ, * ὑπὲρ πάντα τῇ χρ.] MS. φαν. τοῦτο τὸ βιβλίον ὑπὲρ π. Seb.

τουτὶ, * ὑπὲρ πάντα τῇ χρ.] C. V. et *Salm.* τοῦτο τὸ βιβλίον. Kuehn.

τουτὶ, * ὑπὲρ etc.] Resarcivimus illam in vulgatis rimam e MSS.

2.

οὐδὲν] MS. μηδὲν. Seb.

οὐδὲν] C. A. et *Salm.* C. μηδέν· qui totum locum ita legit: κ. γ. εἰ μὴ τ. ἀ. μὴ μηδὲν etc. *hunc ultimum librum omnium utilissimum dixit, quia exhibet ea quibus subinde utimur.* Kuehn.

οὐδὲν] Pro *οὐδὲν* tam noster quam *Seberi* MS. *μηδὲν* habet. Iung.

οὐδὲν] Motus auctoritate et consensu MSS. *μηδὲν* reposui, et quamvis id parvi sit momenti, non negligendum tamen, ubi quid accedere potest orationis elegantiae. Modo fuit in vulgatis *μὴ δέ*· *Kuehnius* bene voculas copulavit.

γοῦν] MS. *γ' οὖν*. Iung.

καὶ διὰ τοῦτο etc.] *καὶ* omittit C. A. Kuehn.

καὶ διὰ τοῦτο etc.] MS. *χρήζομεν· διὰ τοῦτο καὶ* etc. altero *καὶ* ante *διὰ* omisso, quod sane commode omittatur etiam. Iungerm.

κἀντούτῳ] *καὶ τοῦτο* *Salmas. Codex perperam.* Kuehn.

κἀντούτῳ] MS. *κἂν τούτῳ γ.* Iung.

ἐκ τῶν παλ.] V. C. *Salmasii*: *ἔκτε τῶν παλαιῶν*. Kuehn.

κἀκτῶν ἰδεῶν ἴδει.] MSSti *ἰδίων ἔδει*. C. V. addit, *Εὐτύχει Κύριε, Vale Domine. Codex Salmasii κἀκτῶν ἰδίων.* Kuehn.

κἀκτῶν ἰδεῶν ἴδει.] Hic adhuc menda crassa in *ἰδεῶν* haeret. tu emenda, et supple etiam si libet, ex nostro MS. qui ita: *ἀλλὰ κἀκτῶν ἰδίων ἔδει. Εὐτύχει Κύριε.* Certe non aliter legendum est. *παλαιοῖς* opponit *ἴδια· non ex antiquis modo auctoribus colligere necesse fuit*, ait, *sed ex propriis scriptis.* Iungerm.

κἀκτῶν ἰδεῶν ἴδει.] Illam in textum retuli scripturam, quam *Kuehnius* ad oram sui libri notaverat. *Interpres* improbam lectionem sequutus, nescio de quibus formis nugatur, quae procul sunt *Pollucis* mente.

3.

ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ, etc.] Deinceps MS. ad hunc modum: *Καὶ ἀγγεῖα ἐν οἷς φέρεται. Καὶ τόποι ἐν οἷς πιπράσκονται. Καὶ περὶ οἰκίας δεσπότου, καὶ ὅσα περὶ θύραν σκεύη, καὶ ἡ παρασκευὴ τῶν θυρωροῦ σκευῶν. Καὶ τὰ πρὸ κοιτῶνος, καὶ τὰ ἐν κοιτῶνι ἄχρι κλινῶν τε καὶ στρωμνῶν. Καὶ οἷς τις χρήσεται τὸ πρόσωπον καθαιρόμενος. Καὶ ὀχημάτων εἴδη, καὶ τὰ πρόσφορα τῇ ἐπὶ ζυγῶν ἢ ἵππων ἐωρήσει σκεύη. Καὶ τὰ λόγων ἀσκήσει πρόσφορα. Καὶ ὅσα δικάζοντι οἰκεῖα, καὶ τὰ ἐπὶ γυμνασίῳ καὶ λουτρῷ. Καὶ τὰ πρὸς ἄριστον, καὶ ἐν ἀρίστῳ, καὶ ἐπ' ἀρίστῳ· ἐν οἷς καὶ συμποτικά, καὶ μαγειρικά, καὶ ἀρτοποιϊκὰ σκεύη. Καὶ τὰ περὶ μύρα, ἢ λύχνους, καὶ τὰ πρὸς κοίτην ἐπιτήδεια, καὶ τὰ γυναικωνίτιδος σκεύη. Καὶ τὰ ἐν ἀγρῷ, καὶ ναυτικὰ σκεύη. Τὰ περὶ ἐσθήτων θεραπείαν, καὶ ὅπου ἀποτίθενται κουρέως σκεύη, σκυτοτόμου, κυνηγέτου, στρατιώτου, τέκτονος, χαλκέως, οἰκοδόμου, νεωλκοῦ, μεταλλέως, ἰατροῦ, κυβευτοῦ, σοροποιοῦ. Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις μικτὰ παντοδαπά, οἷς τοῖς πλείστοις πρόσκειται τὰ μαρτύρια.* Seb.

ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ, etc.] C. A. ita: τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ τοῦ Πολυδεύκους βίβλῳ δεκάτῃ τῶν Ὀνομαστικῶν, σκευῶν ὀνόματα, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν· περὶ οἰκίας δεσπότου καὶ ὅσα ἐπὶ θύραν σκεύη ἢ καὶ ἡ παρασκευὴ τοῦ θυρωροῦ σκευῶν καὶ ἕτερα. Kuehn.

ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ, etc.] Seriem capitum totam lubet describere, ut et *Seberus* fecit, ex nostro MS. paucis locis ab illius discrepante. Pro tota itaque vulgata serie ita MS. noster, librum hunc ut dixi incipiendo: Ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ σκευῶν τὰ ἐστιν ὀνόματα, καὶ ὅσα περὶ αὐτὰ ἢ ἀπ' αὐτὰ (scr. αὐτῶν) πεποίηται· καὶ ἀγγεῖα ἐν οἷς φέρεται· καὶ τόποι ἐν οἷς πιπράσκεται· καὶ περὶ οἰκίας δεσπότου· καὶ ὅσα περὶ θύρας σκεύη· καὶ ἡ παρασκευὴ τῶν θυρωροῦ σκευῶν· καὶ τὰ πρὸ κοιτῶνος, καὶ τὰ ἐν κοιτῶνι, ἄχρι κλινῶν τε καὶ στρωμνῶν· καὶ οἷς τὶς χρήσεται τὸ πρόσωπον καθαιρόμενος· καὶ ὀχημάτων εἴδη· καὶ τὰ πρόσφορα τῇ ἐπὶ ζευγῶν ἢ ἵππων ἑωρήσει σκεύη· καὶ τὰ λόγων ἀσκήσει πρόσφορα· καὶ ὅσα δικάζοντι οἰκεῖα· καὶ τὰ ἐπὶ γυμνασίῳ καὶ λουτρῷ· καὶ τὰ πρὸ ἀρίστου, καὶ ἐν ἀρίστῳ, καὶ εὐ (an εὖ?) ἐπ' ἀ . . τῳ· ἐν οἷς καὶ συνοπτικὰ, (scr. ut in *Seberi* συμποτικὰ) καὶ μαγειρικὰ, καὶ ἀρτοποιϊκὰ σκεύη· καὶ τὰ περὶ μύρα, ἢ λύχνους· καὶ τὰ πρὸς κοιτὸν ἐπιτήδεια· καὶ τὰ γυναικωνίτιδος σκεύη· καὶ τὰ ἐν ἀγρῷ σκεύη· καὶ τὰ ναυτικὰ σκεύη· τὰ περὶ ἐσθήτων θεραπείαν· καὶ ὅπου ἀποτίθενται· κουρέως σκεύη, σκυτοτόμου, κυνηγέτου, στρατιώτου, τέκτονος, χαλκέως, οἰκοδόμου, νεωλκοῦ, μεταλλέως, ἰατροῦ, κυβευτοῦ, σοροποιοῦ· καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις μικτὰ παντοδαπά· ὧν τοῖς πλείστοις πρόσκειται τὰ μαρτύρια. In vulgatis nihil notandum videtur, nisi segm. 6. scribendum duabus vocibus ἐπὶ κοίτης, ut infra segm. 124. Iung.

ἐν τούτῳ τῷ βιβλ.] Non esse a *Polluce* capitum indices certo constat; eorum itaque rationem non habebimus. nihil in iis mutatum, nisi segm. 4. Περὶ τῶν ἐν τῷ etc. quod ita in capitis ipsius titulo reperitur. et 6. ἐπὶ κοίτης, uti decebat, repositum.

10.

ὀνομάτων, etc.] Abest a C. A. dein κ. ὅσα ἀπὸ τῶν σκευῶν πεποίηνται. *Salmasius* addit ὀνόματα. Kuehn.

ὀνομάτων, etc.] Librum adgredimur varietate inter reliquos et χρήσεων copia inprimis insignem. in quo MS. nostri bonitas nobis eximie succurret saepe, non tamen ubique, sed prodet non raro, ubi viri docti a se operam dabunt, ut aliquando *Pollux* prodeat quam minimis mendis oneratus. In lemmate itaque primi capitis ita MS. ὀνόματα, καὶ ὅσα ἀπὸ τῶν σκευῶν πεποίηται ὀνόματα. Iung.

ὀνομάτων] Ingredimur itaque librum prae ceteris omni-

bus rerum varietate vocabulorumque copia insignem, in quo tanto plus laboris atque operae nobis insumendum erit, quanto fuit in hoc corrumpendo maior atque calidior librariorum vel audacia vel imperitia. neque sane meliorem existimo fortunam nostram, quam *Herculis*, qui fertur inquinatissimum Augeae stabulum expurgasse, cui si similem dixero hunc ultimum *Onomasticographi* nostri librum, nihil quicquam a vero alienum dixisse me putem. in eo nos poliendo atque pristino nitori restituendo egregie iuvit *Falckenburgii* praestantissimus Codex, qui non tantum agnitam a ceteris MSS. lectionem veram calculo suo confirmat, sed etiam nec pauca neque vulgaria continet, quorum nullum est in aliis MSS. vestigium. et, opinor, ea quae in nostris sunt manibus Excerpta tantum fuerint. utinam vero Codicem ipsum manuscriptum nancisci liceret, qui si forsitan in loculis eruditi cuiuscunque viri delitescat, eum omni modo rogatum velim, ne thesaurum illum reipublicae literariae commodis invideat. Iamque vero rem agedum aggrediamur. In ipso capitis huius titulo reposui ὀνόματα cum MSS. quamvis enim bene noverim non a *Polluce* hos esse titulos, tamen non est nulla eorum habenda ratio. Quod autem priora capitis istius verba, quae prooemii vice sunt, in MSS. desint, res est haud insolens; sic enim in superiori libro septimi capitis initium, quo mentem suam complexus erat Auctor, quidque dicturus esset exposuerat, MSS. plerique non habuerunt.

σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν etc.] Haec absunt a C. A. et *Salm.* C. usque ad λαβών. KUEHN.

αὐτὸ μὲν γὰρ τοὔνομα] Incipit hic liber hunc in modum in C. A. et *Salmasii*: τὸ μὲν ὄνομα τ. σ. etc. γὰρ omisso. KUEHN.

αὐτὸ μὲν γὰρ τοὔνομα] Ipsum caput in MS. ita incipit cum τὸ μὲν ὄνομα τῆς σκευοθ. praecedenti praefatiuncula omissa. IUNGERM.

αὐτὸ μὲν γὰρ τοὔν. etc.] De fabula *Tragici* Ψυχαγωγοῖς adeundus in *Aeschylo* suo *Meursius*, ubi et hunc *Pollucis* nostri locum non omisit. Sed equidem ipsa χρῆσις *Aeschyli* in vulgatis editionibus non apparet, nec etiam in bona MSS. parte; quam tamen additam a *Polluce* fuisse cum credit *Iungermannus* noster, animi non est falsus. ipsum nos *Aeschyli* locum beneficio Codicis *Falckenburgiani* textui redonavimus: Καὶ σκευοθηκῶν, ναυτικῶν τ' ἐρειπίων· integer est hic senarius, et numeris suis absolutus. ἐρείπια quae sint, ex *Etymologo* discere potes et *Suida*. sed in re non obscura quid moremur amplius? In *Glossis*: Σκευοθήκη, *vasarium*.

καὶ παρ' Αἰσχίνῃ etc.] MS. *καὶ παρά*. Ceterum quod *Aeschyli* drama hic *Ψυχαγωγοὶ* dicitur, in *καταλόγῳ τῶν Αἰσχύλου δραμάτων*, puto *Ψυχαγωγίαν* adpellari. Ibi enim recensentur: *Ψυχαγωγία, Ψυχοστασία*· nulla vero *Ψυχαγωγοί*. Eo modo tamen laudatur et ab *Aristophanis Scholiaste* ad *Ranas*, ubi ista, *Ἑρμᾶν μὲν πρόγονον* ait esse *ἐκ τῶν Αἰσχύλου Ψυχαγωγῶν*· et tum desunt in MS. *Aeschinis* verba *σκευ. ᾠκοδ.* pari flagitio credo in aliis Codicibus fuisse omissa *Aeschyli* verba. Et de iis quidem non laborabimus, quum praeter nomen fabulae nihil ad nos pervenerit. *Aeschinis* vero contra *Ctesiph.* locus est: *ἦρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν καὶ νεωρίων ἀρχὴν, καὶ σκευοθήκην ᾠκοδόμουν· ἦσαν δὲ καὶ ὁδοποιοὶ, καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως*. Iung.

σκευοθήκην ᾠκοδ.] Absunt a C. A. Kuehn.

Θουκυδίδης δὲ ἀποθ. etc.] MS. *Θουκ. δὲ ὑποθήκην*. Seb.

Θουκυδίδης δὲ ἀποθ. etc.] C. A. *Θ. δὲ ὑποθήκην· Ἡρόδοτος δὲ* etc. Locus *Thucyd.* est libr. VI. pag. 478. ubi etiam *ἀποθήκη* extat. locus *Herod.* est in *Clio*, ubi ait: *ἐς τὰ ἐσθεμένους τὰ πάντα, ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ἐπίπλοα*· habet tamen et commune *ἔπιπλα*. Kuehn.

Θουκυδίδης δὲ ἀποθ. etc.] *Thucydidis* verba, quae desunt in MS. ita videntur emendanda: *φήσας τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς χρήμασιν ἀποθήκη*. Locus enim est lib. VI. *Συγγρ.* ubi ait Athenienses constituisse castellum ad *Labdalum*, ὅπως *εἴη αὐτοῖς, ὁπότε προσίοιεν ἢ μαχούμενοι ἢ τειχιοῦντες, τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς χρήμασιν ἀποθήκη*. Iung.

[Post *Κόλαξι* adde in textu *προειπών*. *Ex Addendis.*]

εἴρηκεν. ἃ καὶ πλέον ἄν τις etc.] C. A. *οἷον ἂν καὶ πλέον* (*Salm. πλέων*) *τις ἐ.* legerem: *οἷον ἃ καὶ πλέων ἄν τις ἐπικομίζοιτο*, *quale quis etiam navigans secum asportet*: vid. *Suid.* in *Ἔπιπλα*. *Eustath.* in *Odyss.* p. 1469. ex *Pausania*: *ἔπιπλα τὰ μὴ ἔγγαια κτήματα, ἀλλ' ἡ κατ' οἶκον κτῆσις, ἡ δυναμένη πλεῦσαι*· *ruta caesa* dicunt quidam cum *Scaevola* in de *Verb. signific.* *Hesych.* *Ἔπιπλα, ἱμάτια γυναικεῖα ἢ χρήματα, ἢ σκεύη τὰ μὴ ἔγγεια, ἀλλ' ἐπιπόλαια*. *Xenoph.* in *Oeconomicis* inter *ἔπιπλα* recenset *κόσμον γυναικὸς* et *σκεύη, οἷς καθ' ἡμέραν χρῶνται οἱ οἰκέται*· item in *Πόροις, ἔπιπλα ἱκανὰ κτήσασθαι τῇ οἰκίᾳ*. Kuehn.

εἴρηκεν. ἃ καὶ πλέον ἂν τις etc.] MS. ita: *Ἡροδ. δ. α. ἐπίπλοα κέκληκεν· οἷον ἃ καὶ πλέων ἄν τις ἐπικομίζοιτο· ὡς* etc. rectissime: odoratus veram lectionem et *Schottus* noster fuit, qui ait in suo MS. quidem fuisse, *ἐπίπλοα εἴρηκεν οἷον ἃ καὶ πλέον ἄν τις κομίζοιτο*· *forte*, addit, *πλέων*. Ita itaque resti-

tuo; vulgatum *πλίον* nihili est. Non omisit hanc etymologiam et *Etymologici Magni* pater, *Ἔπιπλα*, scribens, *τὰ ἐξ ἐπιπολῆς σκεύη· οἷον ἐπιπόλαιος κτῆσις, καὶ ὅση δύναται πλωΐζεσθαι, ἀλλ᾽ οὐκ ἔγγειος·* etc. ubi et alia *προσφλυαρεῖ*. vid. et *Suidam*. *Herodoti* locus vero est in *Clione*, unde tibi patebit origo etymi, quod *Pollux* comminiscitur; cap. 94. ita historicus ubi de parte Lydorum, qui sibi alias sedes requirere coacti fuere; eos ait *μηχανήσασθαι πλοῖα, ἐς τὰ θεμένους τὰ πάντα ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ἐπίπλοα, ἀποπλέειν κατὰ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν*. In *Glossulis* quas una editio nostra dedit: *Ἔπιπλα· ἡ μὴ βέβαια κτῆσις, ἀλλ᾽ ἐπιπόλαιος· ἔπιπλα καὶ τὰ ἐπάνω τῶν στρωμάτων*. Iunc.

εἴρηκεν. ἃ καὶ πλέον etc.] De MSS. meliorem edita lectionem in textum dedimus *πλέων*, et ita reposuerat in margine Codicis sui Doctiss. *Kuehnius*. id ipsum et animadvertit *Cl. Salmasius* de *Mod. Usur.* pag. 84. eamque lectionem pari mente et consensu *Grammatici* confirmant. *ἔπιπλα* itidem, non saltim *ἐπίπλοα*, saepissime dixit *Herodotus*. aes atque ferrum eodem *ἐπίπλων* nomine vocat *Thucydides* III, 68. *ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος*. illa nimirum erant mobilia, non *βέβαια*. Pro *ἐπίπλοα Falckenburgii* Codex *ἐπίπλεα* non bene legit. sed idem etiam illud *οἷον*, quod sensum eleganter perficit, habet. At enim si quis sedulo mentem attendat, ille non dubito quin deprehensurus sit in hoc *Pollucis* nostri loco lacunam insignem. ante aliquot abhinc annos illius mihi rei suboluit. sed talia damna quis sine MSS. resarcire valeat? inquit *Auctor*: *Ἡρόδοτος δὲ αὐτὰ ἐπίπλοα εἴρηκεν* etc. viden' itaque sensum a praecedentibus, quibus respondere possit, pendere? sed in iis, quaeso, ubinam reperies, quae dixerit *Herodotus ἐπίπλοα*, siquidem in vulgatis de *σκευοθήκη* saltim et *ἀποθήκη* loquutus sit? eximie succurrunt egregia *Falckenburgiani* Codicis Excerpta, quae commaculata quamvis atque vitiosa hic adscribere animus est; ut reconcinnentur autem, quam possum a me operam dabo. sic itaque se habent post *χρῆσιν Thucydideam*: *αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ᾽ ἂν ἐπιπλάγιον ἡ κούφη κτῆσις, τὰ ἐπιπολῆς ὄντα τῶν κτημάτων ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι προειπών, ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ᾽ οἰκίαν, ἐπήγαγε παραπλήσιον. τεσσυγέγραπται τοῖς τὰ ἔπιπλα.* priora sunt ita legenda: *αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ᾽ ἂν ἔπιπλα, ἤγουν ἡ κούφη κτ.* etc. sed quae nos male morantur, posteriora sunt *Eupolidis* verba, quae non pari felicitate atque facilitate expedire licet. *Phrynichus* quidem respicit ipsummet hunc *Comici* locum in *Eclogis Dictionum*

Atticar. p. 60. *Ἐνδυμένια, ἀμαθῶς· δέον δεκτῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι· σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα·* sed inde tamen nihil ad huius emendationem peti potest; quapropter coniecturis indulgendum fuit, si forsitan ea ratione verum assequi poterimus. placuit prae ceteris, quae mihi locum hunc versanti in mentem inciderunt, isthaec emendatio: *τέως οὖν γέγραπταί σοὶ τὰ ἔπιπλα, hactenus quidem descripta,* vel, *commemorata tibi sunt utensilia;* sic enim supellectilem domesticam non incommode dicere licet, ut *utensilia militiis* usurpavit *Livius.* putes itaque quendam alteri dixisse *ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν·* illum vero recensitis his atque enumeratis respondisse: *iam tu quidem enumerasti supellectilem:* et augurari nullo negotio licet, qui qualesque fuerint illi socii hic colloquentes. nimirum hac fabula *Κόλαξι* delineaverat *Eupolis* mores atque perditum parasitorum ingenium, uti patet ex *Phrynicho* pag. 24. primas itaque atque praecipuas partes in illa Comoedia parasiti egerunt, quos adornaverat ille, credo, deliberantes de divite quodam viro morumque facilium aggrediendo, opibusque eius exhauriendis. eorum itaque unus tali in medium prolato, primo loco quam lauta atque opulenta supellectile domus eius sit instructa, enarrat. ex illa tali relatione quin verba sint adlata, quae hic offendimus ex *Eupolide*, non dubitabit, qui fabularum ingenium atque concinnitatem pernoverit. Eximium autem hoc Codicis *Falckenburgiani* supplementum quin textui sit perficiendo, nemo traxerit in dubium. non igitur aegre feret eruditus lector reposuisse me in ipso textu integram illam mantissam eo modo, quo emaculandam existimavi, hoc tamen animo atque consilio, ut, si quis aptiora dederit in lucem, mea loco suo atque iure sint cessura. Porro ubi simili modo *σκεύη* et *ἔπιπλα* significatu non diverso ponantur, ac in *Eupolidis χρήσει*, *Xenophontis* est locus in *Oeconomico.* cum enim dixisset *περὶ μὲν δὴ τάξεως σκευῶν καὶ χρήσεως τοιαῦτα αὐτῇ διαλεχθεὶς δοκῶ μεμνῆσθαι·* iterumque: *τὰ πλείστου ἄξια καὶ στρώματα καὶ σκεύη·* protenus ita paucis interiectis loquitur: *ἐπεὶ δὲ ταῦτα διήλθομεν (ἔφη) οὕτω δὴ ἤδη κατὰ φυλὰς διεκρίνομεν τὰ ἔπιπλα·* ibique tum enumerat pleramque domesticam supellectilem, quae usui esse possit in re familiari. adiiciam denique *Thomae Magistri* locum, qui rebus hisce lucem adfundat: *Ἔπιπλα τάττεται μὲν καὶ ἐπὶ ἱματίων· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ ἐπὶ παντοίων σκευῶν. Θουκυδίδης· ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος· καὶ Λιβάνιος ἐν τῇ τῆς λάλου μελέτῃ· καὶ κατάλογος ἐνταῦθα τῶν ἐπίπλων μέχρι τῆς ληκύθου*

καὶ τῆς ἐγχηρύσεως. de vestitu dixit etiam *Hesychius*: Ἐπίπλα, ἱμάτια γυναικεῖα, ἢ σκεύη τὰ μὴ ἔγγεια ἀλλ' ἐπιπόλαια, et *Corinthus* de *Dialecto Ionica*. *Thucydidis* autem eummet ipsum, quem *Thomas* adduxit, superius ostendi locum. Originem vero vocis quod attinet, cuius incunabula, si stricte loqui velimus, ab Ionibus esse petenda duco, cum *Polluce* illa in re congruo, qua de alibi curatius. [Doctissimus etiam *Canterus* πλέων restituit pro πλέον. In *Eupolidis* versiculo si οὖν extruseris, senarii erit initium legitimis constans pedibus: sed rem totam arbitrio Lectoris concredo. *Ex Addendis*.]

11.

ἐπίπλοον] C. A. ἔπιπλον. Kuehn.

ἐπίπλοον] Pro ἐπίπλοον MS. noster ἔπιπλον habet, et quidem emendare debes: clare tibi id dicet et *Harpocratio*, qui *Isaei* Orationem quoque nominat, ubi id exstabat: Ἔπιπλον, Ἰσαῖος, ait, ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα. τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη ἔπιπλα λέγουσι, τὴν οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν, καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀκάμαντι. ubi forte Ἀθάμαντι in *Sophocleae* fabulae titulo legendum, ut visum *Schotto* nostro et Magno *Casaubono* VII. *Athen*. 4. Iung.

ἐπίπλοον] *Kuehnius* in libri sui margine bene restituit ἔπιπλον, quod itaque sic textus habet. Titulus autem Orationis *Isaei*, ubi numero singulo dixerit ἔπιπλον, excidit e vulgatis editionibus, quem nos beneficio Codicis *Falckenburgiani* revocavimus in pristinam sedem: ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα, περὶ χωρίου, quod apte cum *Harpocratione* congruit, qui ibidem adducit illam vocem, nisi quod ille saltim ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα. hic autem eruditissimi viri opinionis sunt falsi, cum putarent intelligendam illam iniuriarum actionem adversus *Dioclem*, quae ὕβρεως inscripta est. scias enim oportet, olim extitisse binas *Isaei* Orationes adversus *Dioclem*, alteram ὕβρεως, alteram περὶ χωρίου. quas utrasque plurimum diversas male sit si pro iisdem habere velis. priorem commemorat *Pollux* noster VII, 151. et inde subripuisse quaedam *Demosthenem* in *Midiana Theon* indicat *Progymn*. cap. I. posterior hactenus ignota lucem debet atque vitam *Excerptis Falckenburgianis*: non enim alibi profecto mentionem eius iniectam legisse memini; nec etiam *Meursius* retulit hanc in suam *Bibliothecam Atticam*; qua de causa si alicubi auctorum occurrat, digna fuerit, quae observetur.

ἀπόθετα σκεύη] ἀπόθετα σκεύη sunt *vasa recondita*, quae non adhibentur quotidianis usibus. Kuehn.

καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] MS. οἰκ. κατασκευή. Seb.

καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] MSS. *ἡ κατ' οἶκον κατασκευή.* Kuehn.

καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] Ante *σκεύη* legebatur. *H. Stephanus* in suo Codice emendabat ad oram, ut *Seberus* edidit, *σκευή*· quemadmodum et in Lyricorum fragmentis inter *Alcaei* hunc locum scriptum praefert. Sed MS. tam noster quam *Seberi* habet, *καὶ ἡ κατ' οἶκον κατασκευή.* Et ita restituendum puto; sic enim in *Thucydidis* loco omnino accipitur, quem in Thesauro suo ex libr. VI. *Ξυγγραφῆς H. Stephanus* adfert: *φιάλας τε καὶ οἰνοχόας καὶ θυμιατήρια, καὶ ἄλλην κατασκευὴν οὐκ ὀλίγην*· et alibi apud eundem, et apud *Xenophontem* esse ait ibidem: vid. et *Budaei* Comm. ling. Gr. Immo ipse *Noster* segm. 12. repetit, *τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν* dicens, et demum segm. 14. refert vocem *σκευήν*· *καὶ μέντοι ἡ σκευὴ*, inquiens, etc. adeo ut hic *σκευὴ* locum habere nequeat. Iung.

καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] Quam dederat in Codicis sui margine *Kuehnius* noster, lectionem repraesentavimus in textu. usum sic illa voce *κατασκευὴ* reperio *Xenophontem* in *Oeconomicis*: *ὡς μὲν δὴ ἀγαθὸν τετάχθαι σκευῶν κατασκευήν.* et *Demosthenem* in *Euergum*, *ἀλλὰ πολλῷ πλείω τὴν παροῦσάν μοι τότε κατασκευὴν τῆς οἰκίας καταλήψεσθαι*· et ipse *Noster* mox: *τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν ἐνδομένειαν οἱ πολλοὶ καλοῦσι.*

νεώτερον γὰρ etc.] C. A. *ἡ ἀποσκευὴ* omissis interiectis. Kuehn.

νεώτερον γὰρ etc.] MS. *νεώτερον δὲ μᾶλ.* Iung.

σκεύη.] *σκεύη* abest a C. V. et *Salm.* et mox etiam a C. A. dein post *χρηστήρια* est, *καί τοι με οὐ λέληθεν, ὅσα πρὸς* etc. Kuehn.

καὶ χρηστήρια σκ.] MS. *σκεύη, καὶ χρηστήρια*· cetera quae sequuntur: *σκεύη· τὸ μὲν Ἀλκαίου* etc. haec desunt in MS. omnia, usque ad ista *καί τοι με* etc. Iung.

ναὶ μὰ Δι' etc.] Reponendumne, an apponendum *οἰκητήρια*, cum huius testimonium *Pollux* videatur polliceri? *σκευάρια* autem nominantur segm. 15. Seb.

ναὶ μὰ Δι' etc.] Versum hunc *Alcaei* ita legerim:

καὶ ναὶ μὰ Δί' ἄλλα σκεύη οἰκητήρια.

Vult enim Auctor probare ex Poëta *οἰκητήρια σκεύη*, cuius rei in vulgata lectione nec vola nec vestigium apparet. Kuehn.

ναὶ μὰ Δι' etc.] Corrige sis in vulgatis et scribe, *μὰ Δί* pro *μὰ Δι*, et *ὀνομάσας* pro *ὠνομ.* ut etiam recte edidit inter fragmenta *Alcaei H. Stephanus*, et *Δί'* etiam in edit. *Flor*

est. ubi vero illud *οἰκητήρια* in *Alcaei* vulgatis verbis? cuius gratia tamen hanc *χρῆσιν* non obscure attulit, ut et *Seberus* noster vidit: Bene itaque in Excerptis *Schotti* nostri reperio: *σκευάρια οἰκητήρια· τὸ δέ.* Itaque omnia ita rescribenda: *καὶ ναὶ μὰ Δί', ἄλλα σκευάρια οἰκητήρια· τὸ δὲ, ἀ. τ. χρ. ὀνομάσας.* Iung.

καὶ μὰ Δι'] Legendum equidem *Δί'*, ut recte *Iungermannus* iusserat. *Alcaei Pasiphaë Comici* fuit argumenti, titulo tamen a tragoediis petito, quod fieri solitum non raro supra diximus. meminit eius Argumentum *Plutonis Aristophanei*, ubi traditur *Alcaeum Πασιφάῃ Ἀριστοφάνει Πλοῦτον διδάξαντι ἀνταγωνίζεσθαι·* hanc autem *Pasiphaen* adiicere licet collectis a *Meursio Alcaei* fabulis. In ipsis vero *Comici* verbis obsequuti scripto libro *Schotti οἰκητήρια* supplevimus, et eadem illa vox emendanda est in *Hesychio: Οἰκητόρια, σκευτὰ κατ' οἶκον.* integrius apud *Phavorinum* invenio: *Οἰκητόρια, σκεύη τὰ κατὰ οἶκον·* sed *οἰκητήρια* legendum utroque loco. [*Salmanticensibus* Excerptis debemus *οἰκητήρια*, quod omnino oportet in textum reponi, ut etiam a me factum est. sed praetereundum non videtur Eruditiss. *Canterum* eodem pacto ad libri sui marginem ex ingenio supplevisse. *Ex Addendis.*]

ὅτι τὰ πρὸς θ. etc.] MS. *ὅτι πρὸς θ.* sine *τά.* Huc ea pertinent, quod supra ad I, 29. ex MS. adferebam: *ὥσπερ καὶ χρηστήρια, σκεύη τὰ τῶν θεωρῶν·* ubi tamen *ἀπὸ τῶν χρησμῶν* videtur deducere, aliter ac hic facit: praecedit enim ibi in MS. nam vulgo ea desunt omnia: *ἔστι δὲ καὶ χρηστήρια ἱερὰ τὰ ἐπὶ χρησμῶν, ὥσπερ καὶ χρηστήρια,* etc. quae iam adscripsi. Iung.

θυσίαν] C. V. *θυσίας.* Kuehn.

θυσίαν] MS. *θυσίας σκ.* Iung.

θυσίαν] *θυσίας,* cum id habeant MSS. in textu reponi malui. *Xenophon* in *Oeconomico* inter supellectilem domesticam nominat primo loco *τὰ ἔπιπλα, οἷς ἀμφὶ θυσίας χρώμεθα,* quam itaque propria voce *χρηστήρια* Graeci appellaverunt. sed equidem et saepissime fuisse usos *ἐπὶ τῶν κατ' οἰκίαν χρησίμων* recte *Pollux* existimat, illaque de significatione si velis erudiri, adeundus erit optimus *Graevius Lect. Hesiod.* c. 10. ubi et *Pollucis* hunc locum tangit, videturque in *Alcaeo* legisse *σκευάρια χρηστήρια·* qua tamen in re summo viro non accedam.

ἀλλὰ ἐγὼ etc.] *ἀλλὰ ἐγὼ* etc. absunt a C. A. usque ad *χαγκληρία* segm. seq. Kuehn.

καὶ τῷ, ἐπὶ τῶν κατοικίαν] C. V. *καὶ τὸ κατ' οἰκίαν* leg. *αὐτὸν*, *illum* (Platonem) *nomine*, *illo* (*χρηστήρια*) *abusum esse ad utensilia domestica*. vid. supra libr. I. cap. 1. Sect. 26. Kuehn.

καὶ τῷ, ἐπὶ τῶν κατοικίαν] MS. *καὶ τὸ ἐπὶ* etc. quod quidem rectius videtur vulgato *τῷ*, quod sine dubio mendosum, ut saepius adnotavi in Codice nostro etiam accidisse: nisi ea particula plane sit delenda. Iung.

μαλακὰ, ὥσπερ εὐμεταχ.] *ὡς εὐμεταχείριστα*, *ut tractatu facilia*, quae sine negotio possunt e loco in locum transferri. *Salm. mobilia. Hesych.* *εὐμετακόμιστα*. Dein C. V. *ὡς ὅτε Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ ὅ ἐστιν μάλα καὶ συλλαβὼν ἐκπηδᾷ φίλος καὶ δίφιλος ἐν ἀπολιπούσῃ· εἶτα* etc. ex quibus hanc struerem lectionem:

ὡς ἔστη μαλακὰ συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως
τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ θᾶττον ψιλός. —

Urbe quando cedit et sua colligit vasa,
omnino exilit celerius nudus. —

Postea turbatos *Diphili* versus ita in ordinem redigerem:

εἶτα μαλακὸν ὧδ' ἔχεις σκευαρίων·
ἔκπωμ' ἀργυρίδιον ἐκδράμει λαβὼν
τόδε δώσεις ἐμοὶ παρακαταθήκην.

Dein utensile hic habes supellectilis:
sume operculum, cape argenti theculam:
hocce dabis mihi depositi loco.

Salm. post *ἀργυρίδιον* addit *μαλακόν*. Kuehn.

μαλακὰ, ὥσπερ εὐμεταχ.] Ita MS. *οἷον εὐμεταχείριστα· ὡς ὅτε Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ, ὅ ἐστιν μάλα καὶ συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ φίλος· καὶ Δίφιλος ἐν ἀπολιπούσῃ· τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν* etc. Et *Menandri* verba priora videntur scribenda: *ὅ ἐστι μαλακὸν συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ ψιλός.* De ceteris nescio quid dicam, ne de praedictis quidem satis; magis tamen in ceteris, licet ibi pro *δείστιν'* lego *δύστην'*· ut ita forte prima concipienda — *μαλακὸν ὦ δύστην' ἔχεις Σκευάριον*· sed non pergo in ceteris, quod aliis relinquo. Alias mutila haec esse, MS. nobis indicat, in quo *Δίφιλος ἐν Ἀπολιπούσῃ* laudatur, de quo in vulgatis ne mu quidem. *Menandri Perinthiae* qui alii meminerint vid. apud *Casaub.* nostrum VII. *Athen.* 14. Iungerm.

μαλακὰ] Reiicitur ergo inter recentioris Comoediae nove et eleganter excogitata vocabula *τὸ μαλακὸν*, cum *uten-*

silia designat, quod sane non contempsisse scio Atticarum elegantiarum censores, siquidem eorum omnium effugerit notam. plurima vero de dialecto tracta esse ab auctoribus Comoediae novae liquide mihi constat. inter ea vero hoc suo iure reponas licet; Coörum enim propium id nomen fuit. *Hesychius: Μαλακὸν ἱμάτιον, τετριμμένον. Κῷοι δὲ εὐμεταχόμιστον, ἢ πολυτελές, ἢ ἁπαλόν.* Illa vero, quae sequuntur *Menandri Diphilique* loca penitus afflicta sunt atque deformia, quae tamen, quod possumus, restituere nitemur. *Menandri* verba ita legimus e MSS. et coniectura nostra: *ὅ ἐστι μαλακὸν συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ θᾶττον· quod superest utensilium arripiens ex urbe penitus aufugit celeriter*: et haberi sermonem duco de homine divite et potente, qui testularum suffragio Athenis fuerit eiectus. quod autem in MSS. omissa vocula *θᾶττον* legatur *φίλος* ex similitudine sequuturae vocis *Δίφιλος*, quam textui redonabimus, ortum puto, nisi si quis cum *Kuehnio* *ψιλὸς* reformare velit, quod tamen nolim. poteris etiam adsumpta vulgatae lectionis particula, *ὥς ἐστι* legere sensu non incommodo. Quod subditur in editis: *εἶτα, μαλακὸν* etc. esse *Menandri* censeas. sed illa nos praeeunte *Kuehnio* cum MSS. *Diphilo* adseruimus. in ipso loco tanto minus experiri vires nostras feliciter licet, quanto nos magis in istis his angustiis destituunt ope sua MSS. interim ita coniectabam:

— *εἶτα μαλακὸν δ'*
δύστην' ἔχεις σκευάριον, ἐκπωμάτιον. vel potius
ἔκπωμα τὸ
ἀργυρίδιον, ἐκ δόμου λαβὼν τόδε
δώσεις ἐμοὶ παρακαταθήκην. —

Quorum sensus est facillimus atque planus. et illa potius in textu reponere decrevi, atque retinere vulgatam lectionem intricatissimam, quam nemo capiat. de versuum autem lege neque hic neque alibi certi quid constituam, quippe quae quam maxime sit dubia. *Menandri Perinthiam* adducit *Anonymus* in *Hermogenem* pag. 391. *Μένανδρος ἐν τῇ περιηθίᾳ, οὐδ' αὐτὸς εἰμὶ σὺν θεοῖς ὑπόξυλος·* emenda sis, *Περινθίᾳ*, quod in ora sui Codicis adscripserat etiam illustriss. *Scaliger*. cuius fuerit argumenti discere licet ex *Andria Terentii*, qua *Perinthiam* et *Andriam Menandri* expressisse se in prologo commonstrat. [In *Diphili* verbis *Canterus* olim restituit, uti nos, *δύστην'* pro *δείσειν'*. in secundo

versu ita legendum iudico, ἐκπώματά τε καὶ Τ' ἀργυρίδιον· quod forte convenientius ad Iamborum legem. *Ex Addendis.*]

12.

ἐνδομένειαν] Quae mox παγκτησία. *Hesych.* ἐνδομενία, κτῆσις. SEB.

ἐνδομένειαν] C.[*] V. εὐδομενίαν. leg. ἐνδομενίαν. *Sosipater:* ἡ ἐνδομενεία, supellex. *Cyrilli Gl.* ἐνδομενίας, haec supellex. *Philox. Gl.* ἐνδομένεια, supellex. *Hesych.* ἐνδομενίαι. *Phrynichus* in *Eclogis*: Ἐνδυμενία ἀμαθῶς, δέον διττῶς λέγειν ὡς Εὔπολις Κόλαξι σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα. *Suid.* Ἐνδυομενία· τὴν μὲν ἐνδυομενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξήρπασαν ἔπιπλα. *Aemilius Probus: totam quidem Endyomeniam vastarunt et supellectilem ex aedibus eripuerunt.* aliam sine dubio dedisset versionem, si annotasset locum a *Suida* laudatum exstare apud *Polybium* lib. IV. cap. 72. ubi agitur de expugnatione *Psophidis* urbis Arcadicae et ἐνδυμενίαν extat. in *Suida* vero in unum coaluisse videntur duae lectiones, ἐνδομενία et ἐνδυμενία, ita ut cum ille scripsisset ἐνδυμενία, alius nescio quis ο superscripserit, quod deinde, ut fieri amat, in textum venit, peperitque nobis ἐνδυομενία. Deinde in *Suida* interpungendum post ἐξήρπασαν, ut ἔπιπλα sit *Suidae* interpretamentum vocabuli ἐνδυμενία. omissa interpunctio non soli *Porto* fraudi fuit, verum etiam effecit, ut apud *Phavorinum* quoque καὶ ante ἔπιπλα insereretur. vid. *Fragmenta Polybiana a celeberrimo Gronovio* collecta. recurrit ἐνδυμενία in *Polyb.* lib. V. c. 81. ubi vestitus pro diversis nationibus diversus dicitur ποικίλη ἐνδυμενία. innuit *Pollux* τῷ πολλοὶ esse vocabulum vulgi Macedonibus imprimis usurpatum, non tantum de re Vestiaria, sed etiam in genere de quovis domestico instrumento. vid. *Thomam* in *Eclogis* voce ἔπιπλα, *Balsamonem* et alios. KUEHN.

ἐνδομένειαν] MS. ἐνδομενίαν· ut et mox. sic sane et *Hesych.* Ἐνδομενία, κτίσις ἢ ἀποσκευή· ubi certe legendum κτῆσις. alterum ἀποσκευὴ minus antiquum in hac significatione dicebat *Pollux* segm. 11. Pariter reprehendit *Phrynichus* hoc vocabulum: Ἐνδομενία, ait, ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα· ita enim profecto legendum, non ἐνδυμενία, ut edidit doctiss. *Nunnesius*, quem locum nec recte in interpretatione cepisse videtur, nec legisse *Pollucis* nostri ista, quae clara sunt, dum in notis suis de ἐνδυομενία e *Suid.* e *Phavor.* et ἐνδυ-

μενίᾳ e *Polybio* nescio quid nos doceat. nam et apud *Suidam* *ἐνδομενία* legendum puto, vel ipsum *Suidam* castigandum, qui scribit: *Ἐνδομενία· τὴν μὲν ἐνδυομενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξήρπασαν· τὰ ἔπιπλα.* *Pollucis*, *Hesychii*, et *Phrynichi* iam auctoritas apud me potior *ἐνδομενίαν* scribentium. IUNGERM.

ἐνδομένειαν] Mutaverat accentum saltim in suo Codice Doctiss. *Kuehnius*. nos, quibus animus est MSS. eorumque auctoritati, si qua valere potest, obsequi, *ἐνδομενίαν* in textu reposuimus. illa nimirum crebrior est atque receptior scriptura, quamvis reapse non intersit utram potius habere exoptes; nam quidem de affinitate *ι* et *ει* ad superiorem librum rem multis exemplis perdocui. In *Benedicti Glossis* titulus est *περὶ ἐνδομενίας*, *de supellectile*. sic et in *Philoxeno*, qui aliter etiam explicuit: *Ἐνδομενίαι*, *haec laucia*. Cum vero sic usam Olympiadem esse hoc vocabulo significet *Pollux*, originem eius esse Macedonicam affirmare non vereor, unde tandem ad alios etiam dimanavit. observarunt e *Polybio* eruditi viri, quem e pluribus dialectis sublectas voces in sua transtulisse scripta constat. cum vero diutissime sorduisset id nomen aevi recentioris scriptores illud arripuere, prout quaevis apud antiquos insolita sine consilio saepius atque ratione usurparunt. reperies inter alios in *Typico Irenes Augustae* cap. 28. ubi tamen extat exaratum vitiose *ἐνδυμενία*. Omne vero domesticum instrumentum, sic quidem Iurisconsulti supellectilem definiunt, *ἐνδομενίαν* appellatam arbitreris, quae scilicet est *ἐν δόμῳ*, quem Macedones *δόμενον* dixisse coniecto, ut itaque frigidum sit atque futile *Guieti* illud *ἀπὸ τοῦ ἔνδον μένειν·* et vide, si quid momenti atque ponderis adferant haec *Hesychiana*, quae simul emendare conabimur: *Ἐνδομαρία*, *ἡ κτίσις*, *ἡ παροιμία*. *Ἐνδομενία* primo loco scribo, et illam literarum mutationem accidere potuisse facillime, sit equidem in promptu docere, si sic res postularet. sed illius quidem operae vacivum hoc temporis habeamus. altero loco *κτῆσις* emendandum, quod et eruditis observatum. denique vero *παροικία* legi debere pro *παροιμία* Illustriss. *Scaligero* consentio, ubi habes igitur similitudinem *παροικίας* et *ἐνδομενίας*, ut *δόμενος* in *ἐνδομενία* fuerit idem, quod *οἶκος* in *παροικίᾳ*. sed hinc discedere iuvat, atque rem omnem docti lectoris arbitrio permittere.

ἐπαινῶ τοὔνομα.] MS. *ἐπαινῶ μὲν τοὔνομα· μηνύω δὲ, ὅστις εἰπὼν αὐτῷ ἀπολογεῖσθαι βούλοιτο, ὡς ἐστιν ἔν τινι* etc.

quae certe sensum optimum habent, et in locum vulgatorum, quod forte nemo clare capit, restituenda indico. ait: *Ego vero ut non laudo id nomen, ita indico tamen, si quis dicens id defendere velit, esse illud in quodam libro.* IUNG.

ὅτι προφυγὼν] C. A. ὅστις εἰπὼν αὐτῷ ἀπολογ. β. leg. ὅστις εἰπὼν αὐτὸ, *indico vero, si quis id dixerit, seque defendere voluerit,* ὡς ἔστιν ἔν τινι βιβλίῳ, *quod extet in libro aliquo:* ὅτι ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ τῇ κατ' ὄνομα, ita in specimine lectum nobis est consentiente C. V. *quod in Olympiadis designatione nominatenus facta de iis, qui se donis dixerunt defraudatos, ita scriptum sit.* potest locus accipi de libello quodam, in quo citentur nomina eorum, qui donis ab *Alexandro* decretis in Macedonia per *Antipatrum* caruerunt, eumque editum esse Olympiadis opera, ut aegre faceret adversario suo *Antipatro*, vel de alia ludi alicuius Olympici descriptione, qua continentur nomina eorum, qui se iniquitate iudicum victoriae praemiis excidisse conquesti sunt. KUEHN.

ὅτι προφυγὼν αὐτὸν ἀπ. etc.] Mireris, qui potuerint in talia scriptionis vitia incidere librarii, ut vulgatam dederint ineptissimam, pro elegantiori altera atque vera, quam *Kuehnio* favente, textui redonavimus. non aliae rei quam mendis atque maculis progignundis hominum id genus natum existimes. fuit ante nos: μηνύω δὲ ὅτι προφυγὼν αὐτὸν ἀπ. β. ἔσται ἐν τ. β. etc. τὴν κατ' ὄν. Istius autem libelli auctorem fuisse matrem *Alexandri Olympiadem*, in dubium non voco. eius enim antiqui *Grammatici* praeter epistolas et alia laudarunt scripta. qua tamen de re egerit, non mihi ex titulo satis liquidum est, ut audeam certi quid affirmare.

ἀπογραφῇ, τὴν κατ' ὄνομα] MS. ἀπογραφῇ τῇ κατὰ ὄνομα etc. et τῇ pro vulgato τὴν emendandum videtur. IUNGERM.

ἀφῃρεῖσθαι] MS. ἀφῃρῆσθαι. IUNG.

κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομένειαν, etc.] C. V. ταύτην τὴν ἐπαγκτησίαν καὶ παμπησίαν ὀνομάσαι ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις (αις) Ἀριστοφάνης· τραγικώτερον etc. KUEHN.

κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομένειαν, etc.] Vulgatus Codex mutilus est. MS. noster enim ita: κάλλιον δὲ ταύτην τὴν ἐνδομενίαν, παγκτησίαν, καὶ παμπησίαν ὀνομάσαι, ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις Ἀριστοφάνης· Τραγικώτερον· etc. quae ita (nisi quod mendosius ἐνδομενίαν et οἰνόμασιν et Ἐκκληζούσαις) et in suo MS. invenit *Schottus* noster. non itaque dubitabis

Pollucis locum ita restituere. Et παγκτησίας nomen apertum est: παμπησίαν vero κτημάτων et ex *Aeschylo* Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. adnotant. Nec omisit *Hesychius*, quamvis apud eum scribatur duplici σσ, Παμπησσία, πᾶσα ἡ ὕπαρξις· sed locum *Aristophanis* cupis ex *Ecclesiazus.* Reddam tibi cum *Suidae* verbis, qui quoque adducit, licet *Comico* non nominato: Παμπησίαν· πᾶσαν τὴν κτῆσιν· σὺ δ' ὦ Σίκων καὶ Ξενόφαντες αἱρεῖσθε τὴν παμπησίαν· sed mendose. ita enim apud *Comicum* hodieque est:

— σὺ δ' ὦ Σίκων
καὶ Παρμένων αἱρεῖσθε τὴν παμπησίαν.

Locus est paulo longius a fine Comoediae. Mox ait *Pollux* noster παγκληρίαν esse τραγικώτερον. Sed et παμπησίαν tragici usurparunt. *Aeschyl.* Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. paulo a fine longius, — κτημάτων παμπησίαν dicens. Id nempe ex *Euripide* adnotant, apud quem ipso principio Ἱκετίδων legitur:

— Οἰδίπου παγκληρίας
μέρος κατασχεῖν φυγάδι Πολυνείκει θέλων. (*Adrastus.*)

Iungerm.

καλλίον δὲ τὴν ἐνδομ.] Est vero quod gaudeamus adfuisse nobis ope sua Codices MSS. in insigni lacuna tam egregie atque liberaliter explenda. defuerunt enim ante nos: ἢ παμπησίαν ὀνομάσαι, ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις Ἀριστοφάνης· quae talia confirmant *Excerpta Falckenburgiana.* ad *Aristophanis* locum Commentator antiquus παμπησίαν exponit τὴν πᾶσαν κτῆσιν· sic ut et *Phavorinus:* Παμπησίαν, τὴν πᾶσαν κτῆσιν λέγει Ἀριστοφάνης. vox autem illa fuit antiqua, πῆσις ἀπὸ τοῦ πᾶν, unde Romanorum obsoletum *pao, pavi:* ut κτῆσις ἀπὸ τοῦ κτᾶν· eaque de re tota pluribus forsitan in proximis. *Κλῆρον* appellari opes alicuius atque divitias, seu agris illae constiterint, seu nummis aliave quacunque re, paucis, puto, latet, et observasse memini ad librum VII. quae videantur. hinc itaque παγκληρία, quam legi in veteri quodam fragmento Poëtae cuiusdam apud *Stobensem* et *Aeschylo*, ad quem videndus *Scholiastes*, ut et idem ad eundem de παμπησίᾳ.

13.

σκευάρια] Saepissime apud *Aristophanem*, ut statim in iisdem *Ecclesiazusis* non longe ante allatos inde versus:

οὗτος, τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;

de variis vasis, non ὑποκοριστικῶς. Iung.

καλεῖν] Hic apponenda τελεία στιγμή. Kuehn.

ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα] C. A. et *Salmas*. *ἄπυρα, τριηρικὰ, ναυτικὰ, ξύλινα καὶ κρεμαστὰ ὡς Ξενοφῶν.* pro *σκευαστὰ* etiam C. V. leg. *κρεμαστά*. locus *Xenophontis* est in *Oeconomico*, ubi agit de *navis Phoeniciae* armamentis, quae in *Piraeeum* forte appulerat. KUEHN.

ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα] Ex *Platone* haec promit, apud quem libr. III. de Leg. non longe ab initio, de primorum hominum vita: *καὶ μὴν ἀμπεχόνης γε, καὶ στρωμνῆς, καὶ οἰκήσεων, καὶ σκευῶν ἐμπύρων τε καὶ ἀπύρων εὐπόρουν*, IUNG.

ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα] Meminit *Hesychius*: *Ἄπυρα σκεύη, τὰ παρέχοντα χρῆσιν ἐν πυρί·* sed repone sis: *Ἄπυρα σκεύη, τὰ μὴ παρέχ.* nam quibus ad ignem utebantur *ἔμπυρα* dici solitum fuit. neque raro peccatum adverti hac similive particula omissa. *Σκεύη τριηρικὰ* in *Demosthene* legisse teneo, sed locus ad manum non est. alium hunc habe, ubi *σκεύη τριηραρχικὰ* dixerit, in *Euergum* scilicet, paulo longius a principio: *εἰσέπραξα τοῦτον ὀφείλοντα τῇ πόλει σκεύη τριηραρχικά·* instrumenta nautica, quae a publica re triremium praefecti habere solebant.

σκευαστά.] Ita scribe, ut MS. habet, *ἐφ' ὧν ὁ μὲν Ξενοφῶν σκεύη ξύλινα καὶ κρεμαστά· ὁ δὲ Δημοσθένης ἀποτρ.* Pessime vulgo *σκευαστά*. supra haec incorrupta manserunt lib. I, 94. ubi locum *Xenophontis* ex *Oeconomico* indicavi; ut et *Demosthenis* ex Orat. *περὶ ἐπιτριηραρχήματος*, IUNG.

σκευαστά.] Egregie MSS. et *Kuehnius* ex iis in textu, *κρεμαστά*. ita nimirum scripsisse *Xenophontem* loco in lucem protracto commonstraverunt *Commentatores* nostri. *Demosthenis* autem verba, quae respicit *Auctor* noster, apponere lubet: *περὶ δὲ ἀποτριβῆς τῶν σκευῶν ἤθελον αὐτῷ γράμματα γράφειν.*

ὁ δὲ Δημοσθένης etc.] C. A. *ὁ Δ. ἀποτριβὴ τῶν σκευῶν· καὶ* omittit et C. V. locus *Demosthenis* est Oratione *περὶ ἐπιτριηραρχήματος* pag. 115. *detrimentum armamenti nautici*, Die abnutzung. KUEHN.

κατασκευάσασθαι] C. A. *κατασκευάσθαι·* leg. *κατεσκευάσθαι* τ. *οἰ*. etc. *Salmas*. notat similem locutionem ex *Antiphane* infra segm. 46. KUEHN

κατασκευάσασθαι] Illa loquendi formula celebris est in *Demosthene*: *Ψευδομαρτυριῶν* adversus *Euergum*: *ἄφθονα ὀθόνια, καὶ στύππεια, καὶ σχοινία, οἷς κατασκευάζεται ἡ τριήρης*; ac paululum inferius *παρασκευάζεσθαι* simili significatu: *ἀλλ' αὐτὸς ἰδίᾳ παρεσκεύασμαι, ὁπότε δέοι·* sic et in illa *περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος* concinne et plene: *ἔτι δὲ σκεύεσιν ἰδίοις*

τὴν ναῦν ἅπασαν κατεσκεύασα· et inde *τριήρης εὖ κατασκευασμένη* in eadem Oratione: *triremis omni re necessaria affatim instructa.*

ὁτιδήποτε.] MS. *ὅτι δήποτε.* Iung.

14.

εἴτε ὁπλιτικὴ] C. A. *ἤτε ὁ. ἡ τῶν ὑ. ἤτε τῶν ὑ.* C. V. *ἡ σκευὴ ἡ εἴτε ἡ ὁπλ.* Kuehn.

εἴτε ὁπλιτικὴ] MS. *εἴτε ἡ ὁπλιτικὴ* etc. et supple sis ita, quum et in reliquis membris articulus hic ita adiiciatur. Iungerm.

εἴτε ὁπλιτικὴ] Textus habet *ἡ ὁπλιτική. Τῶν ὅπλων σκευὴ* est apud *Thucydidem*, cui contraria est *σκευὴ ψιλή, levis armatura.* saepissime in *Herodoti Polymnia*, ubi omnium illarum gentium, quae *Xerxi* expeditionem in Graeciam suscipienti adfuere, diversissimam armaturam posteris descriptam reliquit: *Πέρσαι μὲν ὧδε ἐσκευασμένοι. Ἀράβιοι δὲ σκευὴν μὲν εἶχον·* aliaque similia. *Demosthenes Midiana: διαβάντες ἐν τάξει καὶ σκευὴν ἔχοντες·* sed quid in re clara exemplis utimur?

εἴρηται τὸ ἀπεσκευασμένα]. Hic ponenda distinctio; quod enim sequitur, dictum est Auctoris alicuius, in quo videtur legendum, *ἐπεσκευασμένα*, quod idem cum *ἐστρωματισμένα*, et ita C. V. legit, ut vidi postea; habet enim *ἐπεσκ. ἦν τὰ ὑ.* C. A. addit *ἦν δέ.* *Xenoph.* lib. VI. de H. G. *ἵππους ἐπεσκευασμένους, equos instructos ad vehendum sessorem.* Kuehn.

εἴρηται τὸ ἀπεσκευασμένα] MS. *τὸ ἐπεσκευασμένα ἦν τὰ ὑποζύγια·* quae saniora videntur vulgatis. immo sunt, forteque ex eodem *Xenophonte* sint. Certe ex eo hac significatione, *ἵππους ἐπεσκευασμένους* e VI. *Ἑλληνικ.* ἀντὶ *ἐπεστρωμένους. Budaeus* adfert Comment. ling. Graec. vel ut nostri *Pollucis* verbo utamur *ἀντὶ ἐστρωματισμένους. ἀπεσκευασμένα* vulgatum vero non convenit. Iung.

εἴρηται τὸ ἀπεσκ. etc.] Duce *Kuehnio* locum redintegravimus, ut MSS. iusserunt. fuit ante nos *ἀπεσκευασμένα τὰ ὑποζύγια. χρῆσιν* alicuius scriptoris, cuius non venit in memoriam, quanquam legisse sciam, posuit hic *Pollux. Suidas: Ἐπισκευάσασθαι, ἐπιφορτίσασθαι. Agathias* hoc sensu usurpat.

καὶ αἱ σκευαγωγοὶ δὲ ἅμ.] *σκευαγωγοὶ ἅ. vehicula impedimentis onusta. αἱ* et *δὲ* absunt a C. V. Kuehn.

καὶ αἱ σκευαγωγοὶ δὲ ἅμ.] MS. *καὶ σκευαγ.* sine *αἱ·* quem articulum hic possumus omittere. Iung.

καὶ σκευοφόρα.] *τὰ σκευοφόρα Xenophonti* sunt iumenta, quae vocantur *sagmaria* a recentioribus. C. A. leg. *σκευοφόρα.* KUEHN.

τὰ σκευοφόρα.] Prae oculis habuisse *Pollucem* existimo *Xenophontis* ista *Ἑλλην.* libr. IV. *πρὸς δὲ τούτοις σκεύη πολλὰ, καὶ σκευοφόρα ὑποζύγια·* quae talia *Polyaenus* habet saepius. *Phavorinus* quae de *σκευοφόροις* habet, hausit e *Nicaeta Choniate* libr. VI. *ἐπὶ τούτοις εἵποντο τὰ σκευοφόρα, καὶ τὸ οἰκετικὸν τοῦ στρατεύματος·* ubi in alio Codice legi scribit *Wolfius: τὰ σαγμάρια, καὶ κατοῦναι, καὶ οἱ ὑποχείριοι. σαγμάρια* nimirum posterior aetas nominavit *τὰ τῶν ὑποζυγίων ἐπισεσαγμένα, sarcinis onerata iumenta:* vide *Meursii*, et praecipue laboriosissimum *Cangii Glossarium. Philoxenus: Σκευοφόρα, impedimenta.* in iisdem *Glossis: Σκευοφόρος, vasifer, sarcinator. Σκευοφόροι, calones, lixae. Σκευοφορεῖν*, quod inde venit, usurpat *Max. Tyrius: τί δὲ εἰ στρατηγὸς ἦν ὁ θεὸς, κἆτα ὁ μὲν σκευοφορεῖν ἄξιος, ᾔτει τὸν στρατηγὸν ὁπλίτου χώραν·* et aliud concinnius verbum in *Xenophonte Cyropaed.* lib. VIII. *συσκευοφορεῖν.*

σκευοφόρος,] C. A. *ὡς ἐν βατράχοις Ἀριστοφάνης σκευοφόρος,* quod in *Glossis* redditur *calo. Xenoph.* lib. VII. C. P. *αἱ κάμηλοι ἐν τοῖς σκευοφόροις διάγουσι.* KUEHN.

σκευοφόρος,] Distingue potius *σκευοφόρος· καὶ τὸ ῥῆμα τὸ σκευαγ.* sic in MS. est. *Aristophanis* locus in quo *σκευοφόρος, Ranis* hic est:

ἐγὼ δ' ἔσομαί σοι σκευοφόρος ἐν τῷ μέρει,

Bacchi verba ad *Xanthiam.* IUNG.

καὶ τὸ ῥῆμα] Abest a C. A. *καὶ τό.* KUEHN.

ἐνεσκευάσθαί τινα σκ.] C. V. *σκευῶ καὶ τὸ ἐνσκευάσαι τι τι.* C. A. *εἰσκευάσθῃ·* prius *ἐνεσκευάσθαι τ. σ. Herodoti* est, signatque habitum armorum cultumque corporis certum. KUEHN.

ἐνεσκευάσθαί τινα σκ.] MS. *ἐνεσκευάσθαι τινά·* et mox MS. *τι.* IUNG.

Θουκυδ. ὅμοροι etc.] MS. et priores editiones *ὅμηροι.* Sed *Thucyd.* libr. II. fol. 165. *εἰσὶ δ' οἱ Γέται, καὶ οἱ ταύτῃ ὅμοροί τε τοῖς Σκύθαις καὶ ὁμόσκευοι.* Idem lib. III. fol. 258. (*Ὀζόλαι*) *ὄντες ὅμοροι τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ ὁμόσκευοι.* SEB.

Θουκυδ. ὅμοροι etc.] Lib. II. pag. 167. et lib. III. pag. 258. *similiter armati.* C. A. non habet *καὶ* ante *ὁμόσκευοι·* nec mox. *Interpr.* hic de *Homeris* nescio quibus cogitavit, cum *Thucydides* nil aliud voluerit, quam quod Thra-

ces finitimi sint Scythis, et iisdem cum illis armis utantur. C. A. leg. ὅμηρος τοῖς, male, ut ex *Thucyd.* patet. Kuehn.

Θουκυδ. ὅμοροι etc.] MS. ὅμοροι τοῖς etc. sine τε. Sed locum bene edidit e lib. II. *Thucyd.* *Seberus* noster, qui et verba *Historici* adfert. et prorsus ita in suo Codice emendaverat hic *H. Stephanus*, quum vulgo pessime esset, ὅμηροι τοῖς Σκύθαις ὁμόσκ. Ἐς particulam sane τε *Pollux* omittere suo lubitu potuit. Alias et alius geminus locus apud *Thucydidem* lib. III. Ξυγγρ. ὄντες γὰρ ὅμοροι τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ ὁμόσκευοι· de *Locris Ozolis.* Iung.

αὐτόσκευος] *Interpr. operarius. Gl. Αὐτόσκευον, simplex, rude*, puta et *arte carens*, quando de re sermo est; de persona vero, notat αὐτοδιάκονον, qui sibi ipsi est σκευοφόρος, et id ipsum vult Auctor, cum dixit, ὁ αὐτουργός. Kuehn.

αὐτόσκευος] *Onomasticon Vetus: Αὐτόσκευον, simplex. Αὐτοσκεύαστος* habet *Hesychius* in *Αὐτόστολον*, sic enim omnino cum *Guieto* rescribendum existimo.

15.

ἄσκευος] *Qui non instructus est iustis armis, miles levis armaturae, veles*, γυμνήτης. ἀκατάσκευος idem quod ἀκατασκεύαστος, *incompositus, inconditus* et propterea *vilis*. Kuehn.

ἄσκευος] Feliciter hanc vocem *Pausaniae* restituerant eruditi viri lib. VIII. cap. 50. γενομένης δὲ πρὸς Μαντινείᾳ μάχης, Λακεδαιμονίων μὲν οἱ ψιλοὶ τοὺς ἀσκαίους τῶν Ἀχαιῶν νικῶσι. *Sylburgius* ἀσκεύους legendum censet, et de ψιλοῖς seu levis armaturae militibus exponit, quae singula *Pollucis* hoc allato loco confirmat Eruditiss. *Kuehnius*, ibique dicere te posse ipsis *Pausaniae* verbis inquit, ἄσκευον esse, τὸν μὴ ἔχοντα τῶν ὅπλων τὴν σκευήν. *Hesychius*: Ἀσκεύοις, ψιλοῖς, ἀπαρασκεύοις. *Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι*. unde forte an id vocis hauserat *Auctor* noster. parili modo *Suidas*: Ἄσκευον, ἀπαράσκευον, ἄνευ ὅπλων· sed quem ex *Nazianzeno* locum adducit, non ad illum significatum congruit; nam ἄσκευος et ἀπέριττος βίος, *vita est libera, facilis, neque molis impedita instrumentis.*

ὁ ψιλός.] MS. mendose ψηλός. Iung.

σκευοποιΐα] *Fictio personarum theatralium:* quique eas conficiebant σκευοποιοὶ mox; supra enim segm. praeced. dictum σκευὴν etiam esse ὑποκριτῶν, *histrionum.* Kuehn.

σκευωρία] σκευωρία in *Glossis factio:* posset et reddi *coitio fraudulenta, technae, insidiosa machinatio.* ἐσκευω-

ποιημένον π. est negotium ex compacto adornatum, uti quandoque fieri solet in re testamentaria, unde *Vetus Onomast.* Σκευωρὸς, *Testamentarius*, nisi ibi velis in bonam partem accipere τὸ σκευωρὸς pro custode testamenti. Kuehn.

σκευωρία] MS. καὶ ἡ σκευωρία, καὶ ἡ σκευοποιΐα, καὶ τὸ ἐσκευοποιημ. πρ. et reddamus voculae σκευωρία et ἐσκευοπ. quoque suos articulos, quibus vulgo carent. Iung.

καὶ σκευωρία] Aptius equidem ἡ σκευωρία et τὸ ἐσκ. reposuimus e MSS. et quamvis haec talia parvi forsitan habeantur, haud parnm tamen ad elegantiam contextus conferunt. De σκευωρία vide quae dixi ad superiorem librum segm. 135. ubi acutum id erat quod coniectabat *Iungermannus* ex MS. qui scriptura σκεωρία legendum σκαιωρία, siquidem et in ipso *Polluce* profecto pro αι saepius sit vitio positum ε, quo pacto inferius occurret nobis κελεύεις corruptum ex καὶ λέβης. alias autem σκαιωρία veteris est elegantiae, quod transposuerunt in sua scripta recentiores. *Nicetas* σκαιωρεῖν habet lib. III. de Vita *Manuel. Comn.* σκαιωρεῖ κατὰ τοῦ ἀνδρὸς τὰ οἰκτρότατα· verum enim vero ibi tum vulgatum calculo nostro comprobabamus. Hic autem si vocibus transpositis *Pollucem* scripsisse credamus, καὶ ἡ σκευωρία, καὶ ἡ σκευοποιΐα, non hoc sua ratione carebit. Titulum porro orationis *Isaeanae* de MSS. emendavimus. ante nos fuit Ἀρχιπόλιδος, quod et ita *Meursius* in sua Bibliotheca retinuit. sensus vero loci hic est: *testamentis autem quatuor ab ipsis false constructis, suppositis.*

Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀρχ.] Abest a C. A. περὶ τοῦ Ἀρχ. κλ. Oratio est laudata et aliis. Kuehn.

Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀρχ.] MS. ὡς Ἰσαῖος περὶ τοῦ Ἀρχεπόλιδος κλήρου · sine ἐν τῷ · et emendandum videtur Ἀρχεπόλιδος. Ἀρχέπολις, ut Ἀρχέδικος, Ἀρχέμορος, Ἀρχέστρατος. Et occurrit nomen alicubi in historia Graeca, ubi, mihi iam non memoria sistit. Iung.

Δια θ. δὲ τεττ.] C. A. Δ. δ. τῶν τεττάρων, *illis autem quatuor confictis testamentis.* vid. *Harpocr.* in Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα. Kuehn.

ὁ δὲ αὐτὸς etc.] Absunt a C. A. usque ad δημαίαν καὶ. Kuehn.

ὁ δὲ αὐτὸς etc.] MS. ὁ δ' αὐτὸς etc. Ceterum Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον laudatur etiam ab *Harpocratione* in ἐπίδικος. Iungerm.

τοιαῦτα μὲν etc.] C. V. ita laudat *Isaei* ῥῆσιν· τοιαῦτα μέντοι οὗτοι. *Talia equidem hi in mortuum machinati.* σκευο-

ποιήματα sunt, *artes, technae, doli.* Oratio contra *Lysibium* fuit περὶ ἐπικλήρου. Kuehn.

τοιαῦτα μὲν etc.] MS. τοιαῦτα μέν τοι οὕτω ἐπὶ etc. quae hercle vulgatis rectiora, et ita restituenda sunt. De hoc verbo vero tantum *Hyperidem* adducit *Harpocratio*: Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα, ait, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου· ἀντὶ τοῦ σκευωρούμενον, καὶ κατασκευάζοντα, καὶ πλαττόμενον. Iung.

τοιαῦτα μὲν τοιούτοις etc.] *Kuehnius* in ora sui Codicis: Τοιαῦτα μέν τοι οὗτοι· sed in MS. *Palatino* reperit *Iungermannus* οὕτω· et sane alterutrum sequi satius sit, non animi sum certus. textui tamen reposui MS. *Palatini* lectionem, quod ille Codex in pluribus aliis egregiam *Polluci* praestiterit operam, et meliorem ceteris ut plurimum scripturam adservaverit.

Ὑπερίδ. ἐν τῷ πρ. Δημαίαν.] C. V. Δημέαν, in Oratione adversus *Demeam*: *Harpocr.* tamen laudat *Hyperidem* ἐν τῷ κατὰ Δημαίου, voce ὀσχοφόροι, et *Suidas* habet, Δαμαίων, κύριον. Kuehn.

Ὑπερίδ. ἐν τῷ πρ. Δημαίαν.] MS. Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Δημέαν· et Δημέαν scribendum sane est, non ut vulgo Δημαίαν. sic apud *Harpocrationem* in Κυρία Ἐκκλησία· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημέου ξενίας, εἰ γνήσιος· ubi etiam vides eum dubitare an vere sit *Hyperidae*: quo pacto et laudat in ὀσχοφόροι, quo loco tamen Δημαίου legitur. et adhuc corruptius in χαλκεῖα, ubi eadem Oratio citatur, et Δημίου est. Apud eundem quoque in Δουσιεὺς est: Ὑπερίδης ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημαίου γραφήν· quae an alia, et quoque tamen Δημέου legendum est? ut apud *Terentium Demeas.* Iung.

Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημαίαν.] Nomen illud ita corrupte in vulgatis fuit editum. reddidimus e MSS. Δημέαν, quam veram esse scripturam vidit olim *Meursius Attic. Lect.* lib. I. cap. 5. et restituit etiam variis in locis apud *Harpocrationem.*

καὶ σκευάσαι, etc.] C. A. σκευάσαι. C. V. καὶ σκευάσαι, καὶ συσκευασάμενοι· pro πλείστου leg. C. A. πλοῖα, quod non praetulerim vulgatae lectioni, quam minime assecutus est *Interpr. convasantes pretiosissima quaeque.* Kuehn.

καὶ σκευάσαι, etc.] MS. σκευάσαι· καὶ συσκευασάμενοι τὰ πλείστου ἄξια, καὶ ἀσυσκεύαστον, ὡς Ξενοφῶν· καὶ σκευοποιοί· καὶ διασκ. et ita omnia scribe et distingue. vix enim dubito quin et illa συσκευασάμενοι τὰ πλ. ἄ. ex *Xenophonte* sint, qui libenter isto verbo ita uti solet. *Xenoph. Oeconomico*: καὶ οὕτω κατακείμενα ἕκαστα κατενόησα, ὡς οὔτε ἄλληλα ἐμποδίζειν,

οὔτε μαστευτοῦ δεῖται, οὔτε ἀσυσκεύαστα ἐστὶν, οὔτε δυσλύτως ἔχει etc. Iung.

καὶ σκευάσαι, σκευασ.] *Kuehnius* in textu recte: καὶ συσκευασάμενοι. Priori illo σκευάσαι non inelegantèr est usus *Thessalus* Oratione, quam habuit ad populum Atheniensem: ἐς πολιορκίην σκευάσαντες τὸ ἄλλο στράτευμα. Alterum est in re militari vulgare. milites enim dato itineris faciundi signo συσκευάσασθαι dicuntur, *colligere sarcinas*, atque *alligare*: aptissime *Xenophon Agesilai Vita*: ἐκ δὲ τούτου εὐθὺς τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλε συσκευάζεσθαι ὡς εἰς στρατείαν. Ἑλλην. libr. IV. νυκτὸς συσκευασάμενοι ᾤχοντο ἀπιόντες· pauloque inferius: καὶ οἱ μὲν δὴ συνεσκευάζοντο ὡς ἀκολουθήσοντες. *Suidas* ea de causa συσκευάζεσθαι exponit εἰς τὴν ὁδὸν εὐτρεπίζεσθαι, et alium e *Xenophonte* locum adfert. *Lysias* in re paululum diversa de homine, qui alio commigraturus est, κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας· συσκευασάμενος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἐνθάδε εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐξῴκησε. nec aliter *Demosthenes* in *Neaeram*. *Scholia* vide *Chersonitanae* Orationis. *Thucydides* id dixit ἀνασκευάζεσθαι in procemio de Atheniensi populo, cum Graeciam gravi bello peteret *Xerxes*, in naves se et opes suas conferente: καὶ ἀνασκευασάμενοι, εἰς τὰς ναῦς ἐμβάντες, ναυτικοὶ ἐγένοντο. *Scholiastes* exponit, τὰ σκεύη ἀναλαβόντες· sed ego utrumque eleganter memini legisse translatum ad homines, qui morti sunt proximi. *Chrysostomus*: ἐὰν δέ σε συσκευάζεσθαι ὁ μέγιστος καλεύῃ, *si vero te conuasare iusserit Deus* O. M. nec dissimili modo loquutum fuisse *Epictetum* in memoria habeo. tale quid etiam *Suidas* profert ex auctore nescio quo: ὄναρ ἐφίσταται θεία τις ὄψις, καὶ λέγει δεῖν συσκευάζεσθαι· καλεῖ γὰρ τὸ χρεὼν αὐτόν· quamquam et hoc loco aliter posse capi non negem. Poteram equidem loquendi formulas in Romanis usitatas componere cum Graecis, similitudinemque ostendere: sed cavendum est ne praeter rem simus longiores.

16.

ἀσυσκεύαστον] *Imperatum*. Kuehn.

ὡς ὁ Ξενοφῶν, etc.] MS. ὡς Ξεν. Seb.

ὡς ὁ Ξενοφῶν, etc.] C. A. οὐσίαν ὡς Ξενοφῶν φ. Δ. ubi male inculcatum nomen *Xenophontis*. *Demosth.* enim inquit *Oratione* in *Aphobum de falsis testimoniis*, non procul ab initio, ἀλλὰ διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν, *sed distrahens, dissipans substantiam* etc. addit enim statim, sequ(e)ns ipsum explicat, ἐκ δὲ τῆς οἰκίας αὐτὸς τὰ σκεύη λαβὼν, καὶ τὰ ἀνδράποδα ἐξαγαγὼν, καὶ τὸν λάκκον συντρίψας, καὶ τὰ θυρώματα ἀποσπάσας

καὶ μόνον οὐκ αὐτὴν τὴν οἰκίαν ἐμπρήσας· hoc est διασκευάσασθαι τὴν οὐσίαν, diripere opes, dissipare substantiam. KUEHN.

ὥς φησι Δημ.] MS. ὥς φησιν Δ. Demosthenis locum protulit et Budaeus Comm. ling. Graecae: διασκευάζομαι, ait, τὸ συσκευάζομαι, id est, sarcinas compono, colligo vasa, ut qui foro cessuri sunt, aut alias migraturi. Demosth. πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυρ. ἀλλὰ διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν, καὶ παραδοὺς τὴν οἰκίαν Ἀφόβῳ, τὸν δὲ ἀγρὸν Ὀνήτορι, πρὸς μὲν ἐκείνου δίκην καὶ πράγματ' ἔχειν ἐμὲ πεποίηκεν. Usus eo verbo ita et Isaeus, quamvis eius verba non exhibeantur. ubi enim apud Harpocrationem legitur, Διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ σκευάσασθαι. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλλικράτην· ex MS. epitome et Suida legendum est, ἀντὶ τοῦ συσκευάσασθαι. corrige etiam apud Suidam ἴσως, et pro eo repone Ἰσαῖος eo loci. IUNG.

σκευασάμενοι etc.] C. A. σκευασάμενος. C. V. et Salm. καὶ σκευασάμενοι ὡς Δείναρχος τὰ ἐκ τῆς οἰκίας, et convasantes quae domi erant; videtur enim legendum συσκ. vel ἀποσκ. removentes, ut ἀπεσκευασμένος χρ. qui pecuniam aliorum amandavit, deposuit alicubi. Salm. leg. τὰ ἐκ τῆς οὐσίας pro τὰ τῆς οὐσίας. KUEHN.

σκευασάμενοι etc.] MS. καὶ σκευασάμενοι, ὡς Δείναρχος, τὰ ἐκ τῆς οἰκίας· καὶ ἀπεσκ. vide itaque an particula ἐκ supplenda vulgo sit in loco Dinarchi. sane καὶ non inepte intercedat in his locutionibus connectendis, ut et mox videbimus. IUNG.

σκευασάμενοι τὰ τῆς οἰκ. ὡς Δειν.] Illo modo atque ordine restitui, quo MSS. habuerunt. σκευάζεσθαι idem in hoc loco, ac συσκευάζεσθαι. Sed recurrendum iam ad praecedentia, in quibus σκευοποιοί, qui dicuntur personarum scenicarum confectores. Hesych. Σκευοποιούς, τοὺς τὰ πρόσωπα ποιοῦντας· et Sopingius adducit concinnum ex Aeliani Variis II. cap. 13. locum: δῆλον γὰρ δή, ὅτι καὶ οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικάσαντες· ad haec Kuehnium vide. Ἀπεσκευασμένος τὰ χρήματα, pecuniis atque opibus defraudatus. sic utitur Agathias hoc verbo. τράπεζα vero dicitur ἀνασκευασθῆναι, cum possum it. id ipsum et ἀνατρέπεσθαι, quod in Ulpiano legisse commemini.

ἀνασκευασθῆναι τὴν τρ.] Everti mensam trapezitae, cum scilicet ille a suis debitoribus defraudatus foro cedere cogitur. non semel extat apud Demosthenem: ἐπισκευάσαι τὸ τεῖχος, murum vetustate collapsum restaurare. KUEHN.

ἀνασκευασθῆναι τὴν τρ.] MS. καὶ ἀνασκ. τὴν τρ. καὶ ἐπισκ. τ. τ. καὶ π. In his quod ad ἀνασκευασθῆναι τὴν τράπεζαν at-

tinet, inde est et quod apud *Demosthenem* ἐν παραγραφῇ πρὸς Ἀπατούριον non longe a principio Orationis legitur, τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης· ubi *Budaeus* Comm. ling. Gr. verbum ἀνασκευάζεσθαι exponit, *collectis vasis migrare, vel patria facessere, hoc est,* μετοικιζόμενον σκευαγωγεῖν, *ut decoctores e patria extorres, et qui solum vertunt.* Iung.

πομπῆς ἐπισκ.] C. V. addit καὶ πομπείων, *pompae et eorum, quae exornandae pompae sunt curator.* Kuehn.

πομπῆς ἐπισκ.] MS. pro πομπῆς ἐπ. habet καὶ πομπείων ἐπισκευαστής. Et sic profecto legendum est, sunt enim haec fere e *Demosthene* prolata, ut et hoc. Verba magni Oratoris sunt in extrema κατὰ Ἀνδροτίωνος· ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. Iung.

πομπῆς ἐπισκευαστής.] Ego sic restitui in textu: πομπῆς καὶ πομπείων ἐπισκ. alterum scilicet e MSS. supplens, quod optime hausisse *Nostrum* ex *Demosthene Iungermannus* ostendit. dixit in eadem *Androtiana*: τὰ πομπεῖα ὡς ἐπισκευάσει, καὶ τὴν τῶν στεφάνων καθαίρεσιν. *Thessalus*: ἧς τὰ τείχη ἐπισκευάζοντο. *Thucydides* lib. I. καὶ τὰς ἄλλας (ναῦς) ἐπισκευάζοντες· ubi de notione verbi quae *Scholiastes* docet, haec habeto: Ἐπισκευάζω, τὸ ἐκ παλαιότητος εἰς νέαν κατάβασιν εἰδοποιῶ· καὶ ἐπισκευαστής, ὁ τῶν σαθρῶν οἰκοδόμος. Ἐπισκευάσαντες, ἐκ σαθρότητος νέας ποιοῦντες. Huius itaque opinione qui collapsas res atque corruptas reficit, ἐπισκευαστής est appellandus.

πανόπταις] *Cratini Panoptae* laudantur etiam ab *Hephaestione* περὶ μέτρων non longe a principio, semel atque iterum. Iungerm.

σκευοφύλακα] C. A. σκευωρὸν καλεῖ τὸ μέντοι ἥψηται etc. Kuehn.

τοῦτον δὲ καὶ σκῆδον etc.] C. V. σκοῖδόν τινες ὠνόμαζον τὸν ἐπὶ τῶν σκευῶν ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἀποσκευαῖς· ἕτεροι δὲ οἴονται οὕτω κεκλῆσθαι τ. ἑ. τ. σ. *Hesychius*: Σκῆδος, ἀρχή τις παρὰ Μακεδόσι τεταγμένη ἐπὶ τῶν δικαστηρίων. ἡ λέξις κεῖται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου. Kuehn.

τοῦτον δὲ καὶ σκῆδον etc.] MS. τοῦτον δὲ καὶ σκοῖδόν τινες ὠνομ. τὸν ἐπὶ τῶν σκευῶν ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἀποσκευαῖς· ἕτεροι δὲ οἴονται, οὕτω κεκλ. Vulgata itaque si perfecta, hinc redintegranda. σκοῖδος, non σκῆδος, etiam apud *Hesychium* vocatur hic Magistratus Barbaricus sive vasis praepositus, sive annonae, Σκοῖδος, scribit ille glossatorum eximius, ἀρχή τις παρὰ Μακεδόσι τεταγμένη ἐπὶ τῶν δικαστηρίων. ἡ λέξις κεῖται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου. Nec plura de eo scio, nisi

quod in excerptis quibusdam a *Sylburgio* e veteri quodam *Grammatico* invenio: *κοῖδος παρὰ Μακεδόσιν ὁ οἰκονόμος, καὶ τὸ χλῖδος προπερισπώμενα* · ubi tamen pariter *σκοῖδος* scribendum non dubito, quam praecedat *κυνός*. propter eius vocalae ultimum ς male in alterius initio σ omissum est. IUNG.

τοῦτον δὲ καὶ σκῆδον] Illa nobis textui restituta lectio, quam meliorem vulgata plenioremque suppeditarunt MSS. fuit ante nos editum hoc pacto: *τοῦτον δὲ καὶ σκηδόν τινες ὠνόμαζον τὸν ἐν βαρβαρικαῖς σκευαῖς*. Lubet autem originem vocis anquirere, atque quo sum animo ad literas Orientales proclivi, ex his erutam illam et deductam lusi exponere, quod eo magis facile futurum existimo, quo clariora mihi vestigia linguarum Orientalium in sermonis Macedonici reliquiis deprehendisse visus sum. *Σκοῖδος* itaque generale fuisse nomen apud Macedonas existimo, quo praefecti quibusvis rebus appellarentur. ea de causa praefectum instrumento seu militari seu domestico *Pollux* ita dictum ait, ille vero *Grammaticus*, quem *Jungermannus* adduxit, rerum familiarium procuratorem, *Hesychius* autem in agundis iudiciis praesidem magistratum. at illos enim, qui rebus praesunt, quid aeque commendet, ac in omnibus efficiendis indefessa sedulitas, et strenua promptitudo? non igitur erit mirum, si ab officii sui ratione et munere praefecti nomen trahant. iam quidem in Hebraea lingua שקד attente sedulum esse, in eaque re, quae agitur, assiduum denotat. observat hoc *Kimchius* in *Lexico*: ההתמדה על הדבר ענינם ענין המהירות והשתדלות· et remanet autem haec ipsa verbi significatio in lingua Chaldaea שקדן, *sedulus*, *assiduus*, *attentus*, et, nisi me fallo, in veteri Persarum sermone eadem illa vox extitit. id ego colligere putabam ex vocabulo שקיאר quod praefectum exponunt, in eaque notione usus est eximius auctor Rosarii. scilicet omissa est litera ד propter similitudinem sequentis. scribendum enim esset, si scriberes plene שקדאר *qui praefecturam habet*. neque vero latebit vel mediocriter eius linguae peritis usus vocalae דאר in formandis nominibus. hinc igitur שקירא, qui rebus invigilat et praeest. praefectus. unde tandem emanasse duco Macedonicum illud *σκοῖδος*, quod suspiceris etiam *Alexandri Magni* aetate devictis Persis accidisse; sed in ea tamen re non disputem ego quidem.

ἥψηται ἰσκ. etc.] *Salmas.* *ἥψισται.* KUEHN.

ἥψηται ἰσκ. etc.] Distingue potius ut in MS. *ἥψηται, ἰσκ.* IUNG.

ἤψηται] Sic in Codice *Falckenburgii* notatum reperio pro priorum edit. lectione ἥψηται.

τὰ πλεῖστα etc.] Textus *Xenoph.* habet: μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐ. *omnia elixa cum quam plurima aqua parata sunt.* verba sunt *Cyri* suos milites adhortantis, ut assuescant mature aquam bibere; sic in via, si vinum defecerit, mutationem exiguam futuram, cum iam ante nec mazam, nec panem, nec ulla elixa comederint sine aqua adhibita. *Interpr.* quia locum non evolvit, a sensu vero longius aberravit. τὰ πλεῖστα non habuerunt C. V. et *Salmas.* Kuehn.

τὰ πλεῖστα etc.] *Xenophontis* locus libr. VI. *Cyri Paed.* est. in Oratione *Cyri*: καὶ τὰ ἑφθὰ δὲ πάντα μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκεύασται. *Pollux* noster τὰ πλεῖστα scribit. Iung.

Δημοσθένης ἔφη] Abest ἔφη a C. A. Kuehn.

Δημοσθένης ἔφη] *Demosthenis* locus fortasse ille sit, quem ex III. *Philipp.* adnotant: ἐν Εὐβοίᾳ τυραννίδα κατασκευάζοντα, καὶ νῦν ἐπὶ Θρᾴκην παριόντα καὶ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ σκευωρούμενον. Caput hoc usque ad εἰ μέν τοι segm. 19. sine titulo praecedenti in MS. adiungitur. in eo non saltem unum defectum ex MS. egregio explebimus. Iung.

17.

περὶ τοῦ ἐν ᾧ τὰ σκ. etc.] C. A. et V. C. *Salmas.* omittunt titulum, et praecedenti capiti iungunt. Kuehn.

ὅτῳ δὲ τὰ σκ. etc.] C. A. et *Salmas.* ὅτῳ δὴ τ. σ. ἐ. σκευοφορίαν. C. V. melius, σκευοφόριον, quod mox *Platonis Comici* dictum confirmat. Kuehn.

ὅτῳ δὲ τὰ σκ. etc.] Ita post σκευωρούμενον sequitur in MS. ὅτι δὴ τὰ σκ. ἐκομ. σκευοφόριον μὲν etc. non σκευωρίαν, quo pacto profecto nemo istud lignum baiulorum nominavit. Ita itaque scribere lubet: ὅτῳ δὲ τὰ σκεύη ἐκομίζετο, σκευοφόριον μὲν τοῦτο etc. supra VII, 175. σκευοφόρον hoc vocatur, ubi tamen MS. noster deficiebat: τὸ δὲ, τἄλλα σκεύη φέρον, οὐ μόνον σκευοφόρον, ἀλλὰ καὶ ἀνάφορον ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνης λέγει. Sed et ibi σκευοφόριον hinc emendare iussi, ut et VII, 152. ex MS. ineptissima vero illum ἐσκευωρῆσθαι aio, qui nobis σκευωρίαν hic confinxit. sed pergamus ad maiora flagitia, quae in sequentibus contigêre, ubi omnia perversa et mutilata. Iung.

ὅτῳ δὲ τὰ σκεύη etc.] σκευωρίαν quod in editis hactenus habuerimus, vitii scaturiginem dixero, quod *Noster* adtulit e *Demosthene* σκευωρούμενον· in MSS. enim hoc caput ab istis titulo novo non est divisum. *Kuehnius* in textum redu-

xit. σκευοφόρων: quod sequor, neque aliter habet *Falckenburgii* Codex.

Πλάτων δὲ καὶ etc.] C. V. addit *Διῒ κακουμένῳ καὶ* etc. quod petitum e lib. VII, 152. τὸ δὲ ξύλον etc. σκευοφορεῖον ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Διῒ κακουμένῳ ὠνόμασται. *Interpr.* pro ἐν παιδιᾷ leg. ἐν παιδείᾳ· *in institutione.* sed correctio est supervacanea; vult enim Auctor ludere *Platonem*, dum arcum comparat cum baiulorum incurvo ligno, ex quo suspensa gestant onera. KUEHN.

Πλάτων δὲ καὶ etc.] Tu lege et scribe ita, ut in nostro MS. clare est: Πλάτων δὲ ἐν Διῒ κακουμένῳ καὶ τόξον ἐν παιδιᾷ (quamvis MS. ut solet παιδίῳ) παρεικάζων ἔφη, κεράτινον εἶχον σκευοφόριον, καὶ καμπύλον· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάφορον, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν, εἴη ἂν ταυτὸν τοῦτο εἰρημ. etc. egregie omnia. *Pollux* ipse insuper probet, qui profecto supra VII, 152. scripserat: τὸ δὲ ξύλον ἐφ᾽ οὗ τὰ σκεύη κατηρτημένα ἔφερον, σκευοφόριον (ita enim MS.) ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Διῒ κακουμένῳ (ita quoque MS.) ὠνόμασται. *Arcum* itaque *corneum Plato* iocose, vel potius in aliqua παιδιᾷ, quales quaedam in eo dramate fuisse patet et ex loco apud *Athenaeum* lib. XV. *Dipnos.* initio allato, vocavit σκευοφόριον κεράτινον καὶ καμπύλον, quod huic rei adsimilaret, credo, apud eum, qui arcum nullum viderat, vel quod haec proferret is qui arcum nullum unquam conspexisset, et eum tamen describere vellet: non secus atque ille rusticus literam Ϲ dicere volens, ut σ prisci scribebant, ait:

Σκυθικῷ τε τόξῳ τὸ τρίτον ἦν προσεμφερές.

Platonis vero versus si debet senarius esse, quod tamen non adfirmare cogimur, forte omisso καὶ scribi queat:

κεράτινον εἶχον σκευοφόριον καμπύλον.

Et vide tamen, quam inepte quis ea corrumpere voluit, nescio enim quis imperitus in nostro MS. lineam duxit per τόξον, sed atramento pallido, quod gaudeo, ne male verteret antiquae scripturae, illud τόξον, inquam, aliquis ita transverso calamo notavit, et scripsit ad oram Ξενοφῶν scilicet legendum, non ob aliam causam quam quod παιδίᾳ sequatur in MS. is ergo bardus putavit ex *Xenophontis Κύρου Παιδεία* esse: *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis. Platonis* illud drama et alibi citatur. Sic et apud *Athenaeum* lib. XI, καὶ Πλάτων ἐν Διῒ κακουμένῳ, τὸν κότυλον φέρει, φησί· et lib. XV. initio, et alibi. IUNG.

Πλάτων δὲ etc.] Excerpta *Falckenburgiana* fabulae *Platonicae* titulum addunt: ἐν Διῒ κακουμένῳ, pro quo κα-

λουμένῳ fuit alicubi vitiose in *Nostro* scriptum. tum et in ipsa χρήσει κεράτινον adgnoscunt. sed locupletius in aliis MSS. καὶ καμπύλον· quae omnia sic cum *Kuehnio* restituimus in textu. et id καμπύλον hercle ad rem est, ut continuo videbimus. Tum vero post illa *Platonis* verba egregie de MSS. in textu reddidimus: ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάφορον κατὰ τὴν τῶν π. χρ. etc. quibus omissis sensus hiat. ἀνάφορον autem lignum illud incurvum, quo baiuli onera sustinere solebant. *Portitorium* vel *porticulum* Romani dixere. *Isidori Glossae:* *Portitorium, porticulum, baculus lixarum.* incurvum vero fuisse auctoritate *Platonis* constat, qui καμπύλον dixit. et *Suidas* etiam cum ἀμφίκοιλον in *Scholiis Aristophaneis* reperiret, ἀμφίκυρτον scribendum putavit, quod ita scilicet porticuli figurae verba melius congrua futura censeret. vide et *Etymologicum.* Sed in *Aristophane* quis ille lorus seu ἱμάς, quem τῷ ἀναφόρῳ iunctum videmus? existimo baiulos quibusdam etiam loris usos fuisse, quibus onera levarent atque tollerent; illique forsitan ἀναφορεῖς dicti, ut et isti, quibus clypeus sustinetur. vide *Suidam* et *Etymol.* in τελαμών. [Doctiss. quoque *Canterus* κεράτινον emendavit pro κράτινον. *Ex Addendis.*]

κράτ. εἶχε σκευοφ.] Supra VII, 132. σκευοφορεῖον VII, 175. et hic paulo post σκευοφόρος. Seb.

κράτ. εἶχε σκευοφ.] C. V. κεράτινον εἶχον σκευοφόριον καὶ κάμπυλον, leg. καμπύλον. C. A. etiam leg. κεράτινον, *corneum habebat σκευοφόριον et curvum.* vulgata lectio cum maiusculo *K* movit *Interpretem,* ut hinc lectori excuderet *Fortissimum armigerum.* Kuehn.

Scribendum puto, σκευοφόριον εἶχον κεράτινον καὶ καμπύλον. Toup.

κατὰ τὴν τῶν π. χρ.] C. V. praemittit, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάφορον κατὰ τὴν τ. π. χ. εἴη ἂν ταυτὸν etc. *imo etiam ἀνάφορον iuxta vulgi usum, possit idem esse cum eo quod Aristoph. dixerit in Phoenissis.* dicitur idem ἀλλαντὸν ἀνάβαστον. *Latine Phalanges. Gloss. Phalangarii,* οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμνῶντες (leg. ἀποκρημνῶντες) βάρη καρεπλείονες (leg. καὶ πλ.) ἅμα βαστάζοντες. Kuehn.

μεταβαλόμενος] MS. μεταβαλλόμενος· et ita scribe. est enim sic in ipso *Ranarum Comici* initio, *Baccho* dicente ad *Xanthiam*:

μεταβαλλόμενος τἀνάφορον, ὅτι χεζητιᾷς.

Et lubet tertium locum ex eodem *Comico* addere super hac voce; in Ἐκκλησιαζούσαις·

οὐκ οἶδ' ὅτι λῃρεῖς· φέρε σοι τἀνάφορον ὁ παῖς.

Id autem ἀνάφορον vocari δημωδεστέρως ἀλλακτὸν dicitur in hypothesi *Βατράχων*, qua scopus fabulae exponitur. et in ipsis *Schol.* fere initio: ἀνάφορον, ξύλον ἀμφίκοιλον ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσι. IUNG.

μεταβαλόμενος] Scriptum in *Aristophane* μεταβαλλόμενος, quod volentibus ita MSS. textui redonavimus.

σκευοφορίτην] Erat retinenda vox in Latino *Interpreti*; iocularis enim est. C. V. σκευοφοριώτην· quod magis ridiculum est. *Salmas.* σκευοφορήτην. KUEHN.

σκευοφορίτην] Pro σκευοφορίτην MS. noster σκευοφοριώτην habet. Sicne itaque baiulum nominavit *Eupolis*, quem σκευοφόρον *Aristophanes*, ut segm. 14. dictum? IUNGERM.

σκευοφορίτην] Haesit hic animus, quid eximendum esset potius e diversis huius vocabuli lectionibus. neque vero et vulgata penitus displicere poterat. tandem MSS. sequutus et *Kuehnium* praeeuntem σκευοφοριώτην in textu restitui. ea vocis forma *Bacchus* Εἰραφιώτης a *Clemente* dicitur appellatus. adde quod ita ludendo dixerit *Eupolis*, ut itaque non possimus ad analogiae normam vocem illam exigere, qua forsitan ad aliud quid alludere habuit in animo, quod nobis ignotum.

18.

ἵνα δ' ἐπιπρ. τὰ σκεύη, τῆς ἀγ. etc.] C. A. ἵνα δὲ ἐπιπρ. τὰ σκεύη τῆς ἀ. *ubi in foro vendebantur* etc. KUEHN.

ἵνα δὲ ἐπιπρ. τὰ σκεύη, τῆς ἀγ. etc.] MS. ita distinguit et scribit: ἵνα δὲ ἐπιπρ. τὰ σκεύη τῆς ἀγορᾶς, τὸ μέρος τ. et bene quoque, ni fallor, ἵνα ἀγορᾶς, *ubi in foro*. notum enim τὸ ἵνα saepe locale esse. IUNG.

ὠνόμαζον κύκλον] MS. κύκλοι ὠνομάζοντο. SEB.

ὠνόμαζον κύκλον] C. A. ὠνομάζοντο κύκλοι, οι superscribitur. C. V. utramque lectionem in unam conflavit legendo κύκλοιον. vid. *Harpocrat.* in Κύκλοι. dein ὡς Ἄλεξις etc. abest a C. A. usque ad μήν. *Salmas.* C. V. τ. ὰ. τ. μ. τ. κύκλοι ὠνομάζοντο. KUEHN.

ὠνόμαζον κύκλον] MS. τοῦτο κύκλον ὠνόμαζον, saltem alio ordine. Alia tamen manu emendatum ita est: τοῦτο κύκλοι ὠνομάζοντο· et in suo MS. quoque hanc scripturam fuisse ait *Seberus*: et sane in χρήσει allata id plurale quoque est nomen, ubi tamen Codex vulgatus iterum mutilus et depravatus est. κύκλον tamen quoque tolerare possumus, de quo in hac significatione vide τὸν πάνυ *Casaubonum* ad *Theo-*

phrast. Charact. περὶ κολακείας extremo cap. *Hesychius* quoque; Κύκλος, περίβολος, καὶ ἐν ἀγορᾷ τόπος, ἔνθα σκεύη καὶ σώματα πιπράσκονται. Peculiariter etiam κύκλοι, ubi mancipia vendebantur, habuisti supra apud nostrum VII, 11. ubi tamen addit, ἴσως καὶ τὰ λοιπὰ ὤνια. Hic κύκλον et γυναικείαν ἀγορὰν *Pollux* pro eodem accipere nostro *Casaubono* videtur. Iung.

ὠνάμαζων κύκλον] In his amplectimur equidem MSS. lectionem, quod ea utriusque χρήσεως exemplis apte congruat. mutaverat autem distinctionem in praecedentibus istis τὰ σκεύη τῆς ἀγορᾶς, τὸ μέρος etc. *Seberus*, quod scilicet illam loquendi formam elegantem ἵνα τῆς ἀγορᾶς, quam *Iungermannus* exposuit, non caperet. alias enim editiones antiquae illa distinctione locum exhibuerunt, quam nos MSS. obsequuti reddidimus.

ἐν Γαλασίριδι] C. V. ἔοικεν (leg. ἔοικεν ἐν) Καλασίριδι, ποῖ δή με ἄγεις διὰ τῶν κύκλων· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ μαινομένῳ Δίφιλος· καὶ μὴν εἰ γυναικίαν ἀγορὰν etc. καλεῖν· εὕροις ἂν ἐν ταῖς συναριστώσαις Μενάνδρου τὸ ὄνομα· εἴποις etc. C. A. post κύκλοι, καὶ γυναικείαν ἀγορὰν οὗ τὰ σκεύη etc. πιπράσκουσι φησίν. lectio C. V. optima est, si ἐθέλοις addatur τῷ καλεῖν· *Menandri* fabulam, quae inscripta Καλάσιρις, nondum ab alio laudatam vidi. Eiusdam Συναριστώσαι notae sunt ex *Stobaeo*, qui saepe earum utitur testimoniis. γυναικείας ἀγορᾶς meminit *Theophr.* in *Charact.* cap. 111. καὶ ante γυναικείαν delet C. *Salm.* Kuehn.

ἐν Γαλασίριδι] Scribe vero hic primum Καλασίριδι, ut MS. noster habet, et *Salmasius* noster ex coniectura emendabat, non ut vulgo Γαλασίριδι. Καλάσιρις enim nomen fuit huic dramati a patre suo *Alexide* impositum: a veste forte illa, cuius *Noster* supra quoque VII, 71. meminit. Sed totum locum ita ex MS. nostro lege hic et restitue: ἐν Καλασίριδι· ποῖ δή μ' (licet MS. με habeat quoque, ne quid non indicem) ἄγεις διὰ τῶν κύκλων· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος· καὶ μὴν εἰ γυναικίαν ἀγορὰν, etc. malim tamen vulgatum γυναικείαν retinere. Caeterum sine dubio *Diphili* ποιητοῦ quoque noster adduxerat, quae tamen in MS. quoque non adparet. Et ita iam duo dramata *Diphili* noster MS. indicavit, supra segm. 12. Ἀπολιπούσαν, hic vero Μαινόμενον, quae adnotanda erunt. Nondum vero mutilatorum locorum satis fuit. statim enim alium indicabo. prius addo mox in MS. esse, οὗ τὰ τοιαῦτα σκεύη πιπρ. Iung.

ἐν Γαλασίριδι] Bene vero factum, quod in densissimis

bis tenebris claram accendant lucem MSS. nostri, quorum auxilio non tantum integritati restituere datur corrupta, sed perdita quoque, et a longe tempore amissa redinvenire, et omnium oculis exponere. *Kuehnius* ordine titulum emendaverat, *Καλασίριδι*, quae lectio cum vetissima sit, nec ita tamen in obscuro posita, quin ab accurato reperiri possit ingenio, mirum est editam retinuisse scripturam *Meursium* in *Bibliotheca Graeca*, cum alias in istiusmodi maculis eluendis felicissimum se et insigni perspicacia Vir Doctissimus praebuerit. *Καλασίρις* autem quin ab illo vestis genere, quod significavit *Jungermannus*, sit inscriptus, non mihi dubium est. in ea quidem fabula, credo, mores vitaeque modum quem Aegyptii habebant, Atticum populum perdocere voluit Alexis, eamque gentem Comico perfundere aceto, haec enim agendi ratio a fabulis abesse nunquam solebat. erat autem calasiris proprium Aegyptiis vestimenti genus, ut *Cephisodorus* docuit apud *Scholiasten Aristophanis*, ne notissimum *Herodoti* locum memorem. id nominis etiam quosdam habuisse credere par est, si modo ex rei veritate et nominum apud Aegyptios usu sacerdotem illum suavissimae Charicleae in multis casibus socium Calasiridem appellarit *Heliodorus*. praeterea Comicum in ea fabula Aegyptios calasiride vestitos in scenam induxisse nihil existimare vetat, non alia ratione, quam in *Poenulo* suo Poenos populari habitu repraesentavit *Plautus*; et, si probabili coniecturae locus sit, unius Aegyptii illa esse verba suspicari licet, quae MSS. egregio beneficio *Alexidi* pura et immaculata restituimus: *Ποῖ δή με ἄγεις διὰ τῶν κύκλων; Quorsum me tandem deducis per circulos forenses?* sic scilicet ad ductorem, qui viam monstrabat, eum fuisse loquutum putato, quo sane homini peregrino omnino erat opus. non dissimili modo *Aristophaneus Mnesilochus* in principio *Thesmophoriazusarum* ex *Euripide* quaerit: *Ποῖ μ' ἄγεις, ὦ Εὐριπίδη; κύκλους circulos forenses* non inepte me interpretatum opinor. qui sint hi *κύκλοι* et quales, ne opus habeam explicare, tum alii, qui in illustrandas res Atheniensium antiquas incubuerunt, cum praecipue *Pollux* facit, qui id satis egregie et aperte hoc loco exequitur. videre potes praeterea lib. VII, c. 1. sed mirum profecto loci tam celebris vocabulum periisse in *Pherecratis Persis*, si modo istius fabulae genuinus parens sit censendus, de quo Grammatici nasutiores dubitant. legitur apud *Nostrum* VII, 15. *Ἀλλ' ὅτι Φερεκράτης εἴρηκε ἐν Πέρσαις· Τὸ παιδίον τὸ πολλαγόρασον, κἀπὶ πολλῶν*

ϑ' ἡλίων. illa posteriorum vocum labes ingenia doctorum devexavit. mihi venit in mentem emendare κύκλων, quae mea restitutio quod calculum tulerit eruditissimi mihique inprimis amicissimi *Lederlini* summo opere gaudeo. sed metri tamen habendam esse rationem video, quod ne in corrupta quidem lectione neglectum est. scribe igitur: — τὸ παιδίον Τὸ πολλαγόρασον, κἀπὸ πολλῶν δὴ κύκλων. *Kuehnius* haud inepte τηλιῶν, quod si quis sequi maluerit, non equidem pro mea opinione obstinate propugnabo, sed ea tamen lege ut aliter ea vox intelligatur, atque a *Kuehnio* est exposita. audi *Scholiasten Aristophanis* ad *Plutum* v. 1038. καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο τηλία περίφραγμα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾧ ἄλφιτα ἐπιπράσκοντο. consimilia notat ad *Vespas*; nec ab eo alii dissentiunt Grammatici. facilem iam esse sensum existimo; nec quicquam opus est, ut de iuvenibus ὀρτυγοτρόφοις cogitemus. hoc quodcunque digressiunculae mihi condonabit aequus lector. Post *Alexidis* autem verba mutilum esse *Pollucis* contextum plerique nostri MSS. demonstrant, ut qui subiiciant *Diphili* mentionem, cuius nullum est in editis vestigium: σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος. quae sane reducenda in pristinam sedem putavi, auctore ad eam rem usus *Kuehnio*, qui sic ad sui Codicis oram apposuit inserenda. Ipsum vero *Diphili* locum optima *Falckenburgii Excerpta* conservarunt, sed ita defoedatum et maculis insignem, ut in eo ferme nec caput invenire queas, nec caudam. totum, ut ibi legitur, adscribam, et si quid opis a me conferri possit, postmodum experiar: Σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος καὶ προσέτι τοίνυν ἐσχάραν, καὶ νῦν κάδον, στρώματα· συνὸν, ἀσκόπηρα· θύλακον, ὥς που στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν· ὑπολάβοι τοσοῦτος ἔσθ' ὁ ῥῶπος, ὅσον σὺ περιφερής. Ante vero quam emendationem loci aggrediar, argumentum fabulae, quantum eius a nobis fieri potest, persequi in animum induxi, ut eo facilius, hoc perspecto, atque confirmatius de tota re constare possit. Titulus in rem praesentem nos ducit: Μαινόμενον seu *Delirantem* cum *Diphilus* inscripserit, dubium non est, quin ille talis primam egerit in hac fabula personam. insanus iste, ut puto, plurima, quae nihil quicquam ad eum adtinebant, efficere parabat, domumque suam multas res in foro coemtas deportabat. et hanc eius stultitiam adfuisse alios qui foverent et sensim accenderent non omni caret fide. potuit profecto sub hoc velo *Diphilus* eleganter et facete multorum hominum potentiam et insana-

bilem habendi libidinem exagitare, latente forsitan sub huius insanientis persona insigni quopiam viro, ut Comoediarum mos est; quanquam me non praetereat, inter Comoediae novae primos auctores enumerari *Diphilum*, in qua vitia potius quam ipsos homines graphice depingebant. non tamen inficiandum reor huius etiam temporis Comicos aliquando potentiores quosdam occulte designasse et tetigisse, neque erit abnorme, si quis arbitretur *μαινόμενον* istum, quae recensentur, scruta circumtulisse venalia; quale quid τὸ *περιφέρειν* videtur innuere. non enim tantum in foro res venum exponebantur, sed erant, qui per plateas circumferrent, eaque ratione victum sibi quaererent. fabulam autem hanc *Diphili* eo magis adnotari volo, quo rarior est huius in veterum scriptis mentio. ista vero, quae sub manibus sunt *Diphili* verba, profecta coniectabam ab illo homine, qui delirantis istius insaniam et studia deridenda inflammabat, seu certum hominem laudasse magis credis hunc *μαινόμενον* tam venuste et ridicule mercibus suis onustum. Si quis autem rei metricae non expers locum perlegerit, facile iambos esse animadvertet. eo itaque consideratius et attentius in hoc loco versandum, quo magis versuum ratio expedita est et intacta. singula, quod res alicuius ponderis et momenti videatur, expendemus. *καὶ νῦν κάδον*, cum ineptum sit, facili negotio reformavi in *καινὸν κάδον*, *novum cadum*, post quam emendationem de alia non cogitandum puto, nisi quis forte *κλίνην, κάδον*, non improbet. utrumque debitis versiculi numeris non repugnat. In altero carmine nobis molestissima vox *συνὸν* obiicitur, quam diu multumque, sed frustraneo ferme et incasso labore versavi. notandum vero huic versiculo dimidium abesse pedis, quod tamen non dubito, quin abscondatur in *συνόν*. quid si *συνωνεῖς ἀσκόπηραν*? sensui certe et metro hac ratione satis factum puto. attamen videtur nomen utensilis cuiusdam latere, quod quidem mihi iam nunc non succurrit. alteri fortasse ipsam veritatem felicior suppeditabit hora. hac tamen alia coniectura lectorem non fraudabo, *συνόντα τε ἀσκοπήρᾳ θύλακον*, cui favere certe videtur, quod scriptum sit *ἀσκοπήρα*, cum alias esset legendum *ἀσκόπηραν*, quarto, quo cetera, casu. palma est in medio posita, quam qui fuerit ingenii virtute adeptus, officium praestabit literis humanioribus. dein *βαδίζειν ὑπολάβοις*· commodiore loco posita distinctione restituendum. postrema ne dubites ita emaculare: *ὃν σὺ περιφέρεις*· quod tam perspicuum, ut risum me-

retur, qui velit in dubium vocare, ut metri leges eam emendationem postulare taceam. Iam vero totius loci sensus Comica suavitate floret, et perquam est argutus, quod ut lucidius liqueat, Latinum faciam: *Clarius autem in Insaniente Diphilus: et praeterea quidem forulum, recentem cadum, stragulas, et cum ascopera saccum* (scilicet humeris tuis habes imposita, quod commode subintelligas, si non placuerit meum συνωνεῖν) *ut quis militem, imo vero circulum e foro erectum existimet ambulare. tam multa sunt illa scruta, quae tu circumportas.* De milite quod inquit, apprime notum milites olim in agmine sua portasse humeris vasa et utensilia. quin etiam, quae hic reperiuntur utensilia pleraque, ad militaria pertinent instrumenta. cum vero dicit illum hominem ita viliori mercium genere onustum, utcyclum forensem in publico putares obambulare, id vero perquam facetum et ingenio prognatum Comico. De textu *Pollucis* ornando dum animum subit cogitatio, non vana me difficultas sollicitum habet. inseram enim corpori *Polluceo* cum mendis suis et maculis manifestissimis particulam tam nobilem? haud satis id quidem dignum videbitur editione nostra. an vero inferam in textum, quas tuli loco medelas, aut saltim me tulisse putavi? id meritissime temeritatis argui posse ipse non diffiteor. attamen arbitror me modum in hac re tenuisse, itaque rem gessisse, ut conquerendi causam non habiturus sit aequus Lector. meliora si quis protulerit, mea loco sponte sua sunt decessura.

[Diphili versus ita lego et distinguo:

καὶ πρὸς δὲ τούτοις ἐσχάραν, κενὸν κάδον,
στρώματα, τάγηνον, ἀσκόπηραν, θύλακον.
ὡς που στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον
ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι·
τοιοῦτός ἐσθ' ὁ ῥῶπος ὃν σὺ περιφέρεις.

V. 2. pro illo *συνὸν* nihil melius succurrit quam *τάγηνον.* Sed MS. *ἀσκοπήρᾳ.* Quare ita legendum:

στρώματά τε καὶ σὺν ἀσκοπήρᾳ —

Quod verum puto. Vel fortasse:

στρώματά τε, γύλλον, ἀσκόπηραν —

Vide Polluc. X, 146. ibique Iungerm. ubi *στρώματα* et *γύλλοι* iunguntur. Conf. Pierson. ad Moer. et nos Emend. in Suid. P. II. v. *Καπηλίς.* Toup.]

ἰθέλοις καλεῖν.] E MS. inserta haec verba. Seb.

ἐθέλοις καλεῖν.] Hic itaque non saltem *ἐθέλοις καλεῖν* quae noster *Seberus* addidit ex suo MS. locum restituunt

sed magis defectum prodere videntur, praesertim si legas, ut etiam ex MS. legendum dixi modo: *καὶ μὴν εἰ γυναικείαν ἀγ.* ubi quis *τὸ εἰ* male in *καὶ* mutavit, tantum ideo, quod hac ratione se locum restituere putaret. Tu itaque hic ita ex MS. nostro repone: *ἐθέλοις καλεῖν, εὕροις ἂν ἐν ταῖς Συναριστώσαις Μενάνδρου τὸ ὄνομα· εἴποις δ' ἂν* etc. *Menandrea χρῆσις* non est addita. *Συναριστώσας Noster* et supra VI, 101. *Menandri* drama appellari iudicavit. Ceterum quum ita *Menandrea χρήσει* deficiamur, alia tamen nobis in promptu etiam antiqui scriptoris, apud *Theophrastum*, qui *Charact. περὶ κολακείας* ita: *ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί·* ubi et *Casauboni* nostri Comm. potes addere. IUNG.

ἐθέλοις καλεῖν.] Mutilum e MSS. locum supplevimus; *Excerpta Falckenburgiana* simili modo: *πιπράσκουσιν. ἐθέλεις καλεῖν, εὕροις ἂν ἐν ταῖς συναριστώσαις Μενάνδρου τοὔνομα·* sed scribendum potius *ἐθέλοις*, quod pendet ab istis *καὶ μὴν εἰ γυναικείαν ἀγορὰν* etc. pro quibus ante nos fuit *καὶ μὴν καὶ* sensu nullo.

τῶν ἐπίπλων] G. V. *Salm.* leg. *ἐπίπλοον.* KUEHN.

ἣν νῦν ἀπαρτίαν κ.] Videntur haec locanda esse post *παμπρασίαν·* illam enim, ut ait Auctor, nunc vocant *ἀπαρτίαν·* neque enim supellex ipsa tantum venit hoc nomine, verum et ipsa eius venditio, et locus, ubi venalis prostat: et sic omnia bene inter se cohaerebunt. KUEHN.

τοὔνομα δὲ ἡ ἀπ.] Haec absunt a C. A. usque ad *ἀνδράποδα* segm. seq. KUEHN.

τοὔνομα δὲ ἡ ἀπαρτία] Describam hic omnem locum, ut ante nos fuit in editis conceptus: *τοὔνομα δὲ ἡ ἀπαρτία ἐστὶ μὲν Ἰωνικὸν, ὀνομαζόμενον οὕτω παρὰ τοῖς τῶν σοφῶν σκευῶν, ἃ ἔστι παραστήσασθαι τῇ διανοίᾳ· καὶ τὰ ἔπιπλα ὀνομασθέντα φαμέν.* Sanequam nihil hic antiquius habui, quam MS. *Palatini* lectionem in textum transferre distinctam eo pacto, quo iussit *Iungermannus*. quamvis enim incommoda non sit *Kuehnii* nostri coniectura, oportet tamen illa concedat scripti Codicis auctoritati. *ἀπαρτῆσαι* in *Suida κρεμάσαι* redditur, ut forte reponere possis in *Polluce ἀπαρτήσασθαι·* sed id tamen instare nolim. Porro deferendum forsitan magis auctoritati *Pollucis* quam reliquis *Grammaticis*, qui vocem illam *ἀπὸ τοῦ ἀπαρτίζειν* deducendam autumant. in eademque fuit sententia *Salmasius* de *Modo Usurar. quia domum ἀπαρτίζει, plene instruit, ac perficit,* inquit ille. vide *Suidam*, et *Sopingii* notam ad *Hesychium*, qui ex

historia *Judithae* vocem illam observat. Modo vero quod dixit *Pollux* aetate sua dictum ἀπαρτίαν, τὴν τῶν ἐπίπλων πρᾶσιν verum est, et *Philoxenus* hinc emendandus: *Auctio*, διάπρασις, ἀπαρτία. quamvis et argute *Bonaventura Vulcanius*: διάπρασις ἀπαρτίας· non itaque *Pollucem* feceris integriorem transpositis alio his verbis.

παρὰ τοῖς etc.] Leg. παρὰ τοῖς δὲ τῶν κ. σ. *propter ea vasa levia*, ἃ ἔστιν ἀπαρτίσασθαι ἢ διανοῇ, *quae est transferre quomodo et quocunque cogitaveris*, ἃ καὶ ἔπιπλα ω. φ. *Hesych.* ἀπαρτίαν interpretatur μετάστασιν. cur non pariter et ἀπαρτίζω, μεταφέρω, μεθίσταμαι notaret? aut si *dividendi* significatio magis allubescit, ἀπαρτία nomen haberet ex eo, quod dividi posset, pro cuiusque lubitu. nisi hoc vel illo modo acceperis Auctorem, non apparebit ullum originationis vestigium in textu. quid enim sibi volunt haec verba ἅ ἐστι παραστήσασθαι τῇ διανοίᾳ καὶ τὰ ἔ. ω. φ. quis horum sensus? quae connexio? haec ad me Amicus per Epistolam, cui respondi, accedere me eius sententiae in eo, quod locus *Pollucis* sit corruptus, nihilque sani ex loco, uti nunc est, exsculpi posse, ad originationem vocabuli ἀπαρτία satis percipiendam. nolle autem me dissimulare, quod paululum discedam ab eius correctione, dum ἀπαρτίαν derivo ab ἀπαίρω, *solvo*, *navigo e portu*. et ἀπαρτίαν denotare huiusmodi supellectilem existimo, quam secum vehere possit oram soluturus, uti ἔπιπλα initio libri dicta fuerunt, quod καὶ πλέων τις αὐτὰ ἐπικομίζοιτο, *etiam navigans illa secum ferre queat*. Hinc totus locus ita formaretur: ὄνομα δὲ ἡ ἀπαρτία ἐστι μὲν Ἰωνικὸν, ὠνομασμένον δὲ οὕτω παρὰ τοῖς τῶν κούφων σκευῶν, ἅ ἐστι ἀπάραντα μεταστήσασθαι διὰ νεῶν, ἢ καὶ τὰ ἔπιπλα ὀνομασθέντα φαμέν. *Nomen vero ἀπαρτία est quidem Ionicum, dictum autem a levibus vasis, quae licet solventi oram transferre navibus, qua ratione etiam ἔπιπλα appellata dicimus*. Ionice est ἀπαρτίη. Kuehn.

παρὰ τοῖς etc.] MS. παρ' αὐτοῖς. omnino itaque, quamvis et in MS. ὠνομασμένον, scribendum est: ὠνομασμένων οὕτω παρ' αὐτοῖς τῶν κ. σκ. deinde MS. sic: ἅ ἐστιν παραρτήσασθαι ἢ διανοίᾳ· et mox ὠνομάσθαι φαμέν· nec dubito quin optimus nobis MS. veram lectionem suppeditet: nam facile iam videre est *Pollucem* ut supra in ἐπίπλοιο, sive ut apud *Herodotum* erat, ἐκπλόοις, segm. 10. quem locum etiam hic innuit, ut ibi, inquam, etymon ἐπίπλων adferebat, ita et hic addidisse obiter ἀπαρτίας etymologiam. in qua exponenda verbum παραρτήσασθαι certe conveniat, παραστήσασθαι

vero nullatenus. Turbant tamen adhuc ἢ διανοία· et me ut hebetem ingenii non statim omiserunt, sed haesi illic ὡς μῦς γινόμενος πίττης· et quid si ἡ διάνοια· vel ἢ διανοίᾳ? nihil tamen satisfaciebat. Et volens iam συσκευάσασθαι et abire ab hoc loco, incidit saltem mutata distinctiuncula totum locum ita, ut in MS. alias sit, suae integritati posse restitui. Scribendum illum nempe ita aio: ὠνομασμένων οὕτω παρ' αὐτοῖς τῶν κούφων σκευῶν, ἃ ἔστι παραρτήσασθαι· ἢ διανοίᾳ καὶ τὰ ἔπιπλα ὠνομάσθαι φαμέν. *Scilicet*, ait, *ita* (ἀπαρτία) *vocatis apud Ionas vasiculis levibus*, (ἀπὸ τοῦ ἀπαρτᾷν, ἢ τοῦ ἐκείνου παραγώγου, ut ait *Etymologicon* Magnum, ἀπαρτίζειν) *quae suspendere possumus, quasi ad parietes, non fixa iunctaque aedificiis, quae facile tolli possunt: quo sensu*, ait, et ἔπιπλα *dicta* supra segm. 10. *diximus, ut quae navigans secum facile portet, nec solo haerent, ut reliquae facultates.* Et sic idem *Etymologicon* ἀπαρτίαν, ἔπιπλα exponit, ut et *Hesychius*: *Suidas* vero, ἀποσκευὴν, quod vocabulum a *Nostro* supra segm. 11. νεώτερον esse fuit indicatum. Iung.

19.

πρᾶγμα] *Auctio* denotatur. *Gl. Philox.* ἀπάρτιος, *auctio*: ubi legerem ex *Polluce*, ἀπαρτία vel ἀπαρτισμός. Kuehn.

οἱ Ἀττικοὶ] Vide supra IX, 47. Seb.

μύρα] MS. μῦρα. Iung.

εἰ μέν τοι etc.] C. A. praefert titulum περὶ ἀπαρτίας. V. C. *Salmas.* praefert hunc titulum: περὶ ἀπαρτίας καὶ δεσπότου οἰκίας, καὶ ὅσα περὶ θύρας σκεύη, καὶ ὅσα ἀπὸ τῶν περὶ τὰς θύρας ὀνόματα. Kuehn.

εἰ μέν τοι etc.] Cum his: εἰ μέντοι etc. MS. noster novum caput orditur, quo comprehendit et sequens tertium, hoc titulo: περὶ ἀπαρτίας, καὶ δεσπότου οἰκίας καὶ ὅσα περὶ θύρας σκεύη, καὶ ὅσα ἀπὸ τῶν περὶ τὰς θύρας ὀνόματα. Sed intempestive adhuc, cum *Noster* de ἀπαρτίᾳ dicere nondum absolverit, nec particulam hanc recte queamus ita abscindere. postquam enim exposuit, quomodo a rebus ipsis, quae ἀπαρτία, et locus, ubi eae venibant, ἀπαρτία adpellatus fuerit, subiicit de loco, si quis desideret forte ab aliquo reprehensus, quod ita usurpaverit, χρῆσιν ex *Hipponacte.* sed capitum eiusmodi inepta figmenta forte ab iis, qui, ut Poëta Italus *Virgiliano* nectare ebrius cecinit, *circum claustra fremunt*, profecta, nobis negotium facessere non debent. Pergamus in σώματι *Pollucaeo.* Iung.

καλεῖν ἐθέλεις] C. V. et *Salm.* εὑρεῖν ἐθέλῃς. C. A. ἐθελήσεις. Kuehn.

καλεῖν ἐθέλεις] Pro *καλεῖν ἐθέλεις* puto scribendum, ut noster MS. habet, *εὑρεῖν ἐθέλοις*. Non enim ait *Pollux*: *Si tu in aliquo libro usurpare velis istud vocabuli*: sed, *si tu in aliquo libro reperire cupias ἀπαρτίαν de foro, ubi eiusmodi res venales, eam ob causam ut ut possis defendere ita loquentes, reperturum te scito in Hipponacteo illo* etc. Iung.

καλεῖν ἐθέλεις] *εὑρεῖν ἐθέλοις* textui reddidi, quod et ita legit *Falckenburgii* Codex. *Kuehnius* adleverat libri sui margini *εὑρεῖν ἐθελήσεις*· tum *ἔν τε τῷ δευτέρῳ τῶν Ἱππώνακτος ἰάμβων*. Familiariter huius *Hipponactis* scriptis usus videtur *Tzetzes*, qui saepius ad *Lycophronem* alibique mentionem eius iniiciat: meminit et *Athenaeus* iamborum eius aliorumque carminum: adde *Suidam*. Postmodum *καὶ παρὰ Θεοφράστῳ δέ*· insignia ex hoc libro fragmenta posteris tradidit *Stobaeus*: vid. *Meursii Bibliothecam*.

ὡς ὑπὲρ] E MS. pr. ed. *ὥσπερ τῶν*. *Isocrat*. in Laud. *Busiridis* princ. *ὑπὲρ Βουσίριδος ἀπολογήσασθαι φάσκων*. Et circa finem: *ὑπὲρ τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι ἀπολογίας*. Seb.

ἔν τε τῷ δ. Ἱππ. etc.] C. A. *ἐν τῷ δ.* etc. *integram vero habet supellectilem*. Kuehn.

ἔν τε τῷ δ. Ἱππ. etc.] MS. *δευτέρῳ τῶν Ἱππών*. plenius itaque possumus supplere. Iung.

καὶ παρὰ Θεοφρ. etc.] MS. iterum plenius: *καὶ π. Θεοφρ. δέ, ἐν τ. δ. ν.* Iung.

20.

περὶ οἰκοδεσπότου.] C. A. *περὶ δεσπότου οἰκίας*. Kuehn.

περὶ οἰκοδεσπότου.] Caput hoc sine titulo praecedentibus adiungi in MS. iam dixi ad segm. superius, ubi MS. novum caput incipit, quamvis haud bene. Vulgatus titulus *περὶ οἰκοδεσπότου* est contra *Pollucis* mentem, qui hoc capite extremo eam vocem improbat. Potius itaque concipiendus erat, *περὶ οἰκίας δεσπότου*, ut supra segm. 4. in recensione capitum noster MS. Iung.

περὶ οἰκοδεσπότου] Ridiculi simus equidem, si *Pollucem* existimemus hanc talem inscriptionem capiti dedisse: pugnat enim illa profecto nostri scriptoris instituto, ut qui vocem illam finibus Attici eloquii prohibeat: et quamvis id ipsum *περὶ οἰκοδεσπότου* remanserit ita superius in capitum indiculo, in quo nos emendando operam atque curam nolle consumere ibi dicebamus, siquidem a *Polluce* non esset profectus, hic tamen non invitis MSS. *Περὶ δεσπότου οἰκίας* reponendum curavimus.

*καὶ ναύκληρον, καὶ * ἱστιάμωνα*] *Henricus Stephanus* non

dubitat, quia mendosum sit pro ἑστιοπάμμωνα, quod supra I, 75. Seb.

καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] C. A. post δεσπότην· ναύκληρον καὶ στέγαρχον στεγανόμον ἐπεὶ etc. usque ad στεγανόμον· caetera capitis absunt a dicto Codice: at C. V. ita: δεσπότην ὅτι καὶ ν. καὶ ἑστιάονα etc. *Salm.* ὅτι καὶ ν. et ex Codice Veteri ea delet, καὶ ἑστιάμωνα Δωρικῶς. Kuehn.

καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] MS. ὅτι καὶ ναύκληρον, καὶ ἑστιάονα Δωρ. *Imo*, adscripsit ad vulgatum ἑστιάμωνα *H. Stephanus* hic ad oram: ἑστιοπάμμωνα, *ut supra* I, 75. Et ibi quidem MS. noster deficiebat, nec quomodo ibi ille scripserit, scio: hic vero verisimile est, ut vult *H. Stephanus*, ἑστιοπάμμονα quoque nostrum scripsisse: quod credo et *Nunnesio* placuisse, quamvis scribat ἑστιάμωνα, *vel* ἑστιοπάμμονα *Notis* ad *Phrynich.* in οἰκίας δεσπότης. Consideranda tamen et MS. lectio, ἑστιάονα, sive potius ἑστιάονα debebat, an et illa non proba magis quam vulgata. Et forte ἑστιάων ita apud *Hesychium* quoque fuerat: nam bodie ita vulgatur: ἑστιάτων ὁ δειπνίζων, ὁ εἰς εὐφροσύνην καὶ εὐωχίαν καλῶν, ἤγουν τροφεύς· quamvis non nemo ἑστιάτωρ apud *Hesychium* malle possit. Utut sit, MS. lectionem indicare tamen debui. Iung.

καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] Monuit et de ναυκλήρῳ, quosdam ita τὸν στεγανόμον appellare, supra lib. I, 75. Auctor noster: ibique de hac voce notantem vide *Kuehnium* ex *Hesychio*. putem id vocabuli fluxisse de veteri Atticismo, ut plurima sunt alia, quorum origines atque rationem non liquide perspectas habemus. His tamen ναυκλήροις adfinitatem intercedere cum aliis illis, de quibus disputavi ad libr. VIII, 108. penitus equidem mihi persuasum habeo. quin et adducor ferme, ut credam, dictum proprie ναύκληρον olim, cui sorte domus obtigerat; potuit enim ναῦς ἀπὸ τοῦ ναίειν sedes significare; cum enim significat illa vox navem, alio fonte derivanda venit: et tum quidem haud ita difficili labore causam invenias, quam propter ὁ οἰκοδεσπότης dici potuerit ναύκληρος· sed nos non haerebimus amplius. Altera vox ἑστιαμωνα graviter decumbit; in qua sananda cum non opitulentur MSS. quid tutius fuerit atque expeditius, quam ut recurramus ad lib. I, 75. ubi in simili scribendi materia haec eadem integrior extat vox ἑστιοπάμμων, ut editum est, seu ut MSS. quorum lectionem praecupio, ἑστιοπάμων. hoc itaque loco ἑστιοπάμονα restitui. *Kuehnius* ad oram sui Codicis ἑστιοπάμμων reddiderat, minus decore. Fuerit autem

ἑστιοπάμων, qui domum possidet, atque continet. πάσασθαι enim est *tenere, possidere. Hesychius*: Πασσάμενος, γευσάμενος, κτησάμενος, et Πάσατο, ἐγεύσατο, ἐκτήσατο. priori quidem loco respexisse videtur ad illud *Epitaphium Pytheae*, quod occurrit apud *Athenaeum* lib. XI. Τῶν προτέρων πάντων πλείονα πασσάμενος· quamvis ibi clam me non sit Eruditissimum Animadversorem legere Πασάμενος. descendit inde πάματα, *possessiones*, apud *Dores* et *Aeoles*, et virginem ἐπίκληρον ab Atticis dictam ex illa voce Dores appellarunt ἐπιπαματίδα, τὴν ἐπὶ πάμασι καταλελειμμένην· sed illud vocabulum ubique fere corruptum. *Scholiastes Aristophanis, Suidas* et *Phavorinus*, ut eduntur, habent ἐπιπταματίδα, *Hesychius* ἐπιματίδα· omnibus ea vox, quam dixi, restituenda; nec quicquam est rationis, cur portentosum id vocabulum appellet *Maussacus* ad *Harpocrationem*. at vero peius in hac voce habitus est *Eustathius*. in illo enim τὰς ἐπικλήρους dictas esse legimus etiam πατρούχους καὶ μάνδας, quod commaculatissimum μάνδας hinc repetiit *Rhodiginus*. nihil hic se videre fatentur *Salmasius* et *Maussacus*: sed ego tam clarum esse aio, praecipue si aliorum loca componantur, reponi hic debere ἐπιπαματίδας pro illo ineptissimo μάνδας, quam solem meridie lucere, cum sudum est. obiter quoque monendum, voluisse me potius aliquando πατρῳούχους in *Aristophanis Scholiaste* et *Eustathio*, τὰς τὰ πατρῷα ἐχούσας, idque nominis Ionibus adsignasse. Sed ad rem. Inde porro πάματα de pecoribus, quod illa plerasque omnes vetustissimorum hominum opes atque divitias efficerent. in elegantissimo Βωμίσκῳ, quem luci donavit *Salmasius*: παμάτων φειδόνται Πανός. Similis est alia vox in *Hesychio*: Πᾶσις, κτῆσις· neque alio referenda παμπησία, de qua superiori capite dixit *Pollux* noster, quaque *Aeschylum* usum esse Commentatores nostri adnotarunt. Addere iam lubet de altera vocis notione, cum *edere, gustare, nutrire* designat. sic *Homerus* est usus, notante etiam *Suida*, et pluribus ad illum *Eustathio*; atque inde ἄπαστος, *impastus*. hunc autem esse fontem verbi veteris Romani *pao*, unde *pavi*, bene vidit *Vossius*, ut argutari atque ineptias agere putem, qui de βόσκειν cogitant. vestigia veteris illius verbi conspicio in ἀγαπάω, quod dictum quasi ἄγαν πάω, *summo opere curam alicuius gero*. *Amazonas* ex illa voce veteribus esse dictas putabant σαυρωματίδας, ac si σαυροπατίδας diceres διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι ὅ ἐστι γεύσασθαι, ut *Eustathius* ad *Dionysium* Perieg. v. 828 quibus proxima scribit *Stephanus*, qui tam σαυρωματίδας quam

σαιφοπατίδας appellatas esse refert. et posterioris quidem illam promit rationem *παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν καὶ ἐσθίειν*. *Hesychius*: *Πατερῆται, ἐσθίουσι*· scribe *πατέονται*, quod a me dudum animadversum praecepit *Berkelius* ad *Stephanum*. Huc retulerim etiam *Μάματα, ποιήματα, βρώματα*· in *Hesychio κατὰ διάλεκτον* pro *πάματα*· ubi *ποιήματα* ne mutes cum eruditis viris; ciborum enim confectiones significat. de literis autem *μ* et *π*, quod haec in alteram non raro mutetur, documento fuerunt *σαυροματίδες* et *σαυροπατίδες*· sed pergere iam nos decet. De *στεγανομίῳ* adiiciam *Eustathii* locum ad *Odyss. ζ.* ubi alia vulgo, nimirum pro diverticulo, alia apud Atticos esse significatione docet: *καὶ τὸ στεγανόμιον, ὃ δηλοῖ φασὶ παρ' ἡμῖν μὲν τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἑστιῶνται, παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὸν μισθὸν τοῦ πανδοχείου*.

προειρημένον.] Supra I, 75. Seb.

παίζων δὲ καὶ στ. αὐτὸν εἰ ἐθ. κ. etc.] C. V. *αὐτὸν ἐθέλοις καλεῖν ἐρεσχηλῶν τινὰ ἢ ἐπειρώμενος*· (adscriptum *α* super *ω*) *ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς* etc. leg. *ἐρεσχελῶν τ. ἢ ἐπειρωνευόμενος*, *ludos faciens, aut aliquem irridens*: *ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν*, vel *κρίσιν*, *qui peritus est in diiudicandis nominibus*, vel secundum vulgatam lectionem, *qui eo morbo laborat, ut in vocabulorum usu scrupulosior et superstitiosus sit, accipit vocem pro non adeo probata, neque illam simpliciter et ex omni parte probam existimes, nec tamen inter plane improbata habueris.* pro *νομίζεις* leg. *νόμιζε*· vel cum C. V. *εἶναι νομίζοις*. Kuehn.

παίζων δὲ καὶ στ. αὐτὸν εἰ ἐθ. κ. etc.] Vulgati Codices iterum praeter mendas sunt mutili. Ex MS. ita restituemus: *παίζων δ' εἰ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν ἐθέλοις καλεῖν, ἐρεσχηλῶν τινὰ ἢ ἐκπειρώμενος, ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνει τὸ τοῦ ῥήματος ὡς οὐκ εἴη δόκιμον, οὐδὲ σὺ μὲν ἂν αὐτὸ πάντῃ δόκιμον εἶναι νομίζοις, οὐ μέντοι* etc. Ita prorsus MS. nisi quod *ἐρεσχηλων* habet et sine accentu. Nondum tamen emaculatus forte est locus ab omnibus mendis. vel valde enim fallor, vel *ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων κρίσιν λαμβάνοιτο τοῦ ῥήματος* etc. *Pollux* scripsit, sicut supra segm. 1. *ὀνόματος κρίσει* dicebat. Certe ita optimus sensus elicietur, locumque ita explicabimus: *Si vero ioco etiam σταθμοῦχον vis dicere dominum familias, dum tibi placet aliquem ludificari vel tentare, ille vero acer iudex et peritus in nominibus iudicandis arripiat istud vocabulum, quasi non probae sit notae, tum ne tu quidem putes adeo probum prorsus istud, nec tamen omnino reprobum.* *quod vero ab aliquo istud dictum*

ita sit, *si indicaveris*, *serio bonarum litterarum studiosus videberis*, ut rideas nostrum *dignitatis amantem*. sic et supra enim *Noster* IX, 83. φιλότιμον, *a bonarum artium studiis non alienum*, *quod variae doctrinae eruditae sectatorem deceat*: et infra segm. 69. εἴ τις βούλοιτο φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὴν καινότητα τῆς χρήσεως etc. Iung.

παίζων δὲ etc.] Immanis in hunc locum invaserat corruptela, quam tamen omnem auspicio MSS. sustulimus. adponam, ut fuerit ante nos lectum: παίζων δὲ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν εἰ ἐθέλεις καλεῖν, ὅδε νοσῶν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνει τὸ τοῦ ῥήματος, ὡς οὐκ ἂν εἴη δόκιμον, οὐδὲ σὺ μὲν αὐτὸ πάντῃ δόκιμον νομίζεις. in quibusdam minutiis *Kuehnium* habuimus praeeuntem. in Codice verò *Falckenburgiano* post ἐθέλεις καλεῖν insertum est: ἱρεσχύτινα ἢ ἐκπειρώμενος· quae, ut restituimus, emendabis. porro illa se satis recté habere puto: δεινὸς εἰς ὀνομάτων χρῆσιν· neque κρίσιν cum *Iungermanno* nostro velim. expones autem: *peritum usurpandarum vocum*, *in eaque re excellentem*, aut qui talis saltim haberi vult. ab hoc vero non abhorrerem, si reponere velles pro λαμβάνει τὸ, λαμβάνεται, vel λαμβάνοιτο, loco τοῦ ἐπιλαμβάνοιτο· quod usui linguae Graecae convenit apté.

φιλότιμος] *Interpr. dignitatis amans videberis. curiosior videberis*, malim. Kuehn.

Αἰσχύλου Σισύφῳ] C. V. ἐν Αἰσχύλου Σισύφῳ· σὺδ' ὁ σταθμοῦχος ἐγκατιλλώψας ἄθρει. Ἀντιφάνης δὲ etc. *Aeschyli* versus senarius est:

tu vero diversitor, illudens vide. Kuehn.

Αἰσχύλου Σισύφῳ] MS. εἰρ. τοίνυν ἐν Αἰσχ. Σισύφῳ· et supple hanc particulam vulgo omissam. *Sisyphum* vero, qui in Catalogo *Aeschyli* fabularum plenius Σίσυφος δραπέτης scribitur, hanc drama Satyricum fuisse putat Magnus *Casaubonus* lib. I. de Satyr. cap. 5. Sed ad *Aeschyli* verba vulgo prorsus corrupta. in MS. non ita, quamvis confusa prorsus et indistincta. Ita igitur MS. συδοσταθμοῦχος εὐκατιλλωψασαθρει. Inde an legendum, σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος εὐκατίλλωψας ἀθρεῖ? Sive potius σοὶ δ', quum οι non raro vitiose in υ migrarit, ut saepe adnotavi: vel, σὲ δ' ὁ σταθμ. ἐγκατιλλώψας ἀθρεῖ· ut scriptum fuerit olim ἐγκατιλλώψας. κατιλλώπειν sane quid sit *Noster* supra II, 52. explicat, nempe τοῦ καταβλέποντος ἐπὶ χλευασμῷ· vixque hic refugiam vertere illo *Catulliano*, *renidens*:

te familiae pater renidens aspicit.

Vel

modimperator te renidens aspicit.

Sic mihi videbatur, ne MS. lectionem nisi leviter mutarem. IUNGERM.

Αἰσχύλου Σισύφῳ] Interserui particulam *ἐν* de MSS. etiamsi edita lectio proba sit. De hoc autem *Aeschyli* dramate vide *Meursium* in *Aeschylo*, ubi inter alios et hunc *Pollucis* nostri locum ponit. *Χρῆσις* autem allata ut in editis fuit conspurcatissima, sic in hac editione nostra plana est atque elegans. ipsissimis illis literis, quibus MSS. legunt, in textum intuli. *Falckenburgii* Excerpta, *εὐκατήλλων φῶς*. Commentatores autem nostri parum *ηὐκάτιλλωψαν* in eruendo verborum sensu, qui hic est adprime concinnus: *Tu vero, familias pater*, vel, *domnaedi*, (sic enim in *Glossis* latina posterioris aevi voce *σταθμοῦχος* exponitur) *paululum et apte adductis oculorum palpebris adspice, sodes.* nimirum ita solemus, cum accurate oculis aliquid investigare habemus in animo. et procul abest sensu loci altera illa *τοῦ κάτιλλώπτειν* significatio, quae Commentatoribus in mentem venit.

21.

Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φ. etc.] C. V. *ἂν κελεύῃ μέ στ.* sunt etiam senarii ita, ni fallor, restituendi:

ἂν κελεύῃ μέ,
σταθμοῦχος· ἢ σταθμοῦχος ἔστι τις· ἀποπνίξεις δή με καινὴν πρὸς μὲ διάλεκτον λαλῶν· εἰ ἐνετέταλκό μοι στεγάρχων.

— si me iusserit
σταθμοῦχος, an quis adest σταθμοῦχος? enecabis me cum tua nova dialecto:
si mihi in mandatis dederit στεγάρχων.

Quibus verbis perstringitur ille, qui *σταθμοῦχος* usurpaverat, quasi sit hoc dialecti innovantis vocabulum. ille vero correctus se ipsum mox retexit dicitque *στεγάρχων*. KUEHN.

Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φ. etc.] Locum *Antiphanis*, ita enim MS. non *Aristophanes*, quoque totum, ut in MS. nostro est, adscribo. *Ἀντιφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φησὶν, ἂν κελεύῃ με σταθμοῦχος, ἢ σταθμοῦχοστ' δ' ἔστι τίς; ἀπεπνίξεις* (et supra *εἰς* alia manu *ῖς* scriptum) *γάρ με καινὴν πρός με διάλεκτον λαλῶν, ἥτε τὰ κτοιμισιεγαρχον· ἀλλὰ μὴν* etc. quae non tento. Incertum mihi an *Pollux* addidit sua verba, an omnia sint *Comici*. Sane ex MS. *κελεύῃ με στ.* legendum et postea *γάρ με κ. πρός με δ.* et *Ἀντιφάνης* suae *Ὀβρίμῳ* red-

dendus videtur. Caetera aliis relinquo: non omnia possumus omnes. et ego meam imperitiam non dissimulavi hactenus in locis difficilioribus vel leviculis etiam. non semper in nobis positum est criticos esse, sed in natura saepius. Alias *σταθμοῦχος* et apud *Hesychium* exponitur. *ὁ τῆς οἰκίας κύριος καὶ ξενοδόχος*. Iung.

Ἀριστοφάνης δ᾽ etc.] Dedere nosmet oportet consensui MSS. qui *Antiphanem* hic nobis pro *Aristophane* supponunt. fuit et superiori libro eadem utriusque nominis commutatione peccatum in vulgatis. sed et ibi nos meliorem de MSS. lectionem restituimus. de *Ὀβρίμῳ* non aliunde rescivi quicquam. et fabulam illam *Aristophani* vitiosa huius loci scriptura inductus contribuit in *Attica Bibliotheca Meursius*. Progredimur ad ipsum *Antiphanis* locum. priora sic ante nos edita fuere: *ἂν κελεύῃ σταθμοῦχος, ἢ σταθμοῦχος ἐστι τίς;* in illis emendandis MSS. obsequutus sum. sensum *Kuehnius* non vidit. hic autem est: *si me iubeat familiae pater*. tum alter ille, qui subsannat huic voci, quam a Tragico quodam usurpatam proposuerat *Antiphanes* sibi traducendam, respondet: *At vero σταθμοῦχος quis ille tandem est? strangulatum me dederis nova loquendi forma mecum colloquens.* scilicet in his *πρός με* cum *Kuehnio* restituimus, ubi vulgo fuit *πρός σε*. ex sequentibus illis me non satis extrico. restituam tamen hunc in modum: *εἰ ἐπιτάγῃ* vel *τετάχῃ μοὶ στέγαρχος*, aut, *εἰ δ᾽ ἐπέτακτο μοὶ στέγαρχος*, quale quippiam ostendunt vestigia *Palatini* Codicis, ut huius alium emendantis illa sint verba. [*Antiphanis* extrema perdifficilia sunt. meam emaculandi voluntatem unumquemque laudaturum existimo. si parum feliciter ea res mihi processerit, non tam egomet mihi culpandus videor, quam quidem considerandae sunt loci tenebrae. certe quae dixi iam nunc a me ipso improbantur. *τάσσειν* enim simpliciter apud Graecos raro significationem habet mandandi; sed ea notione potius usurpatur *προστάσσειν*, *ἐπιτάσσειν*. speramus itaque ingeniosiores *Antiphani* adfuturos. *Ex Addendis*.]

τὸ καινότατον] C. V. *κοινότατον*, *communissimum*. *οἰκοδεσπότην* et *οἰκοδέσποιναν Interpr.* retinuisset vellem in versione. Kuehn.

τὸ καινότατον] Pro *καινότατον* MS. *κοινότατον*. quod rectius videtur, et magis cum sequenti verbo continere, quod in MS. *τεθρυλημένον* unico *λ* scribitur. Iung.

καινότατον] *Kuehnius* in textu dedit *κοινότατον*, quod sequuti sumus. et vere vulgatissima fuerunt illa. saepius ac-

tatis iunioris auctores usos esse reperias, nec eos quidem infimi subsellii. in *Glossis* utrumque, *οἰκοδεσπότης* et *οἰκοδέσποινα*, reperitur: *Theodoretus* autem, qui captare solet eleganter Atticismos, dixit *οἰκίας δεσπότην περὶ προνοίας λόγ. ζ.* ὁ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας δεσπότης πολλαῖς πολιορκεῖται φροντίσι etc.

οἰκοδεσπότην] *Phrynichus* quoque: *οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς Ἄλεξις οἰκοδεσπότης.* Est tamen id nomen frequens in Nov. Testam. vid. *Matth. X*, 25. *Marc. XIV*, 14. *Luc. XII*, 39. et alibi. *Lucas* insuper *XXII*, 11. *ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας.* Apud *Plutarch.* et id, et una etiam foem. legitur, *Quaest. Rom. XXX.* ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία, καὶ οἰκοδέσποινα. Idem *οἰκοδεσποτοῦντας ἀστέρας* nominat de *Plac. Phil.* cap. 18. D. *Paulus* vero iuniores viduas iubet *γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν*, etc. 1. *Tim. V*, 14. Seb.

τοὔνομα] MS. *τὸ ὄνομα.* De his et *Nunnes.* ad *Phrynich.* Eclog. II. in *οἰκίας δεσπότης*, fere hinc. Improbat vero et *οὐκ ἀποδέχεται* haec vocabula *Pollux* noster: nec recte quasi *Polluci* ut proba allata accepisse videtur *Gul. Fornerius* I. Select. 11. ubi exponit quo sensu uxores *Dominae* dicerentur. Iung.

μηνύσω] C. V. *μηνύω.* Kuehn.

μηνύσω] MS. *μηνύω σοι, διότι καὶ τ. ἄ. εὗρον ἐν Θ. τῆς Πυθαγόρου γυν. ἐπ.* et placet haec lectio, putoque vulgata rectiorem. *H. Stephanus* hic de *Theano* adnotat videndum esse, an sit ea, quae est inter epistolas. quod quidem putavit *Nunnesius* ad *Phrynich.* in *οἰκίας δεσπότης*, qui *Suidam* videndum ait. Iung.

μηνύσω σοι etc.] Parum illa mihi videbantur concinna. de MSS. itaque reposuit *μηνύω*, et mox *εὗρον.* sic enim fere loqui solet *Pollux.* In *Theanus* autem *Pythagoreae*, seu, ut e MSS. restitui, *Pythagorae* uxoris, epistolis, quas septem evolvi, vocem illam *οἰκοδεσπότης* non inveni. videndus autem de hac praestantissima muliere vir Doctissimus *Holstenius* ad *Porphyrii* Vitam *Pythagorae*, et quos ille adducit, unde sua pleraque sublegit *Menagius* de *Vitis Philosopharum*.

εὕρωμεν] *εὗρον* C. V. Kuehn.

Πυθαγορείου γυναικὸς] *Interpr. Pythagorae uxoris.* verum si *Πυθαγόρειος γυνὴ* significat uxorem *Pythagorae*, multas habuit ille uxores: omnes enim, qui operam dederunt Philosophiae *Pythagoricae*, hoc veniunt nomine, et dicuntur *Πυθαγορίδες* et *Πυθαγορικαί*. *Philochorus* scripsit

συναγωγὴν Ἡρωΐδων ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν. Quapropter hoc loco non uxor *Pythagorae*, quae quidem etiam *Theano* dicta est nonnullis, sed φιλόσοφος Πυθαγορικὴ est, ut *Stobaeus* hanc ipsam *Theano* salutat *Sermone* 193. Non igitur erat quod Doctiss. *Menagius* in Observat. in Vitam *Pythag.* cap. 59. *Pollucem* laudaret inter eos, qui *Theano* coniugem *Pythagorae* appellarunt. *Interpretis* hoc est παρόραμα, non *Pollucis* assertum. Ergo et *Epistola* ad *Timaretam* *Theano Brontini* uxori tribuenda est secundum *Pollucem*. uxor *Pythagorae* dici solet Πυθαγόρου γυνή, non Πυθαγόρειος, quae duae lectiones non sunt confundendae in unam. quae hactenus dicta sunt, pertinent ad lectionem vulgatam. at C. V. habet Πυθαγόρου γ. sic esset, *Pythagorae uxor*. Solet enim fieri, ut Auctores alii huic, alii vero illi *Theano* ascribant vel dicta, vel scripta nobilia in *Schola Pythagorica*. Kuehn.

Τιμαρέταν] MS. male Τῆμαρεταν. Iung.

ἔστι καὶ Ἄλεξ. etc.] ἐστὶν καὶ MS. *Alexidis* locum eundem credo respexisse et *Phrynichum* II. Eclog. Attic. scribentem: οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς Ἄλεξις οἰκοδεσπότης. Id et supra in lemmatum recensione diligenter in MS. observatum. nam segm. 3. ubi vulgo male, et non a *Polluce* certe, περὶ οἰκοδεσπότου, ibi in MS. recte: περὶ οἰκίας δεσπότου. *Alexidis* autem *Tarentini* et ab *Athenaeo* nominantur, ut *Casaubonus* noster observavit IV. *Athen.* 4. Iung.

22.

περὶ σκευῶν θυρωροῦ, etc.] C. A. et *Salm.* hunc afferunt titulum: ὅσα περὶ θύρας, omissis caeteris; *quaecunque ianuae sunt*. Kuehn.

περὶ σκευῶν θυρωροῦ, etc.] Sequitur in MS. novum caput, hoc titulo: θυρῶν σκεύη, quamvis in lemmate supra ad segm. 19. allato hoc caput contineretur. Restant hac pagina pauca, ea tamen multis modis locupletabit MS. noster. Iung.

τῶν δὲ σκευῶν etc.] MS. τῶν δὲ σκευῶν εἰ πρῶτα τὰ περὶ τ. θ. ᾖ. optime: et statim ita restituamus. Nondum vasorum quidquam sigillatim enumerare coepit. Nunc id adgreditur. Et, *si vero*, ait, *inter vasa ea primum recensenda sint, quae ad ianuas pertinent, ea sunt*, μοχλοὶ etc. Iung.

τῶν μὲν σκευῶν τῶν περὶ etc.] Restitui lectionem *Palatini* Codicis, quae sua se venustate probat.

μοχλοί, ὀχεῖς, etc.] MS. καὶ ὀχλεῖς καὶ κλ. etc. Seb.

μοχλοί, ὀχεῖς, etc.] C. V. ὀχλεῖς male. *Labbaei Gloss.* ὁ ὀχεὺς τῆς θύρας, *pessulum*. Kuehn.

μοχλοὶ, ὀχεῖς, etc.] MS. μοχλοὶ, καὶ ὀχλεῖς, καὶ κλεῖδες εἰσὶν, καὶ κλῆϊδες. Sic itaque scribe, et supple: ὀχλεῖς habet et MS. Seberi: id quod itaque libentius hic malim. Hesych. Ὀχλεύς, μοχλὸς, στρόφιγξ, δεσμός· quamvis non nesciam, quod et ὀχῆες in hac significatione crebro apud Homerum occurrant. et supra etiam I, 77. noster ὀχεῖς· quare non temere eiiciam. alterum tamen propter MSS. consensum magis placet. et supra I, 77. MS. noster sane erat mutilus, Labb. vero MS. ibi quoque ὀχλεῖς habebat. Quod vero apud Hesychium legitur, Ὀχῆες, οἱ συνέχοντες τὴν θυραχοζώνην κρίκοι, καὶ οἱ μοχλοὶ ἀπὸ τοῦ συνέχειν· manifeste mendosum est, forteque legendum: τὴν θώρακος ζώνην· sic enim Suidae ὀχεὺς etiam ὁ συνέχων τὴν περὶ τὸν θώρακα ζώνην ἱμὰς exponitur. IUNG.

μοχλοὶ, ὀχεῖς] Textus habet ὀχλεῖς, volentibus ita MSS. addidimus in ceteris particulam coniungentem, quam a Polluce positam celeritatis ergo librarii omiserunt. hic porro illam particulam postulavit textus hoc e Palatino Codice supplementum: καὶ κλεῖδες εἰσὶν, καὶ κληῖδες· tum postea καὶ κλῆθρα vulgo non extitit in textu. apud Euripidem in Phoenissis quae κλεῖθρα scribuntur, Scholiastes habet κλῆθρα. Heliod. lib. IV. ἅτε τῶν κλεῖθρων εἰς ῥαδίαν ἄνοιξιν ἐπιβεβουλευμένων. De μοχλοῖς autem et βαλάνοις mentionem facit creberrime Aeneas Poliorc. c. 18. ad eumque videndus summus vir Is. Casaubonus. inde μοχλῶσαι τὴν θύραν segm. 25. cui contrarium ἐκμοχλεύειν, cardinibus excutere ianuam. Heliodor. lib. IV. τὴν αὔλειον οὐ χαλεπῶς ἐκμοχλεύσαντες· ubi MS. Vaticanus οὐχ ἁπλῶς legit. apud eundem alia notione et eleganti libr. I. τί ταῦτα κινεῖς καὶ ἀναμοχλεύεις; quid illa commoves atque resuscitas? adscribere lubet Eustathii locum ad finem Odyss. α. de clavibus, quo sensu dixerit Homerus: κληῖδα δὲ λέγει οὐ σκεῦος ἀπὸ σιδήρου, ἀλλὰ μοχλὸν, ἐντὸς μὲν τῆς θύρας ἐξημμένον, καὶ ἐπὶ τὸ κάτω καθειμένον ἤτοι κεχαλασμένον, ἱμάντι δὲ ἔξωθεν σπώμενον, καὶ ἀνελκόμενον, καὶ ἐπιζυγοῦντα τὴν θύραν· et ibi videnda quoque sunt brevia sed erudita Scholia. figuram clavium antiquarum, utendique modum exposuit docte Eruditiss. Huetius Demonstr. Evangel. Propos. IX. cap. 105.

βάλανοι, βαλανάγραι] C. A. βαλανάγρας. C. V. καὶ κλεῖθρα, καὶ βλῆθρα, καὶ ἐπίσπ. C. A. ἐπίπατρον itidem male. pro βλῆθρα in C. V. leg. κλῆθρα. Gloss. κλῆθρον et κλεῖθρον, repagulum: quod ultimum natum est ex Ionico κληΐθρον, vel κλῖθρον scriptum pro κλῆθρον, quia in MSStis confunduntur η et ι ob soni ταυτότητα. KUHN.

βάλανοι, βαλανάγραι] MS. *καὶ βάλανοι, καὶ βαλανάγραι, καὶ κλεῖθρα, καὶ κλῆθρα, καὶ ἐπίσπαστρον, καὶ ῥόπτρον*· ubique particula *καὶ* interiecta. Supple itaque *κλῆθρα*, quo pacto et supra VII, 107. forte in MS. debebat esse, ubi pro *κλεῖθρα, πλῆθρα* habebat, quamvis et hoc suos Auctores habeat. scribendum vero potius *κλῆθρον*; quasi *κληΐθρον* Ionice pro *κλεῖθρον*· vid. *Etymologicon* in *κλεῖθρα*. *Ῥόπτρον*, *ἐπίσπαστρον, κόρακα, κορώνην* interpretatur *Iunius* Nomencl. *Cornicem, cantharum* e *Plauto*, *manum exteram* e *Lucretio*. sed id e *Lucretio*, apud quem etiam *manus dextras*, non *extras* edit, prorsus mirum videtur *Gifanio*, idque longe aliter explicat in suis Collectaneis, *Manus dextrae*, et alteram expositionem absurdam esse ostendit. IUNG.

καί που καὶ στρόφιγγες, καὶ κορῶναι, etc.] Abest a C. A. qui post habet *στρόφιγγες, κορῶναι, κόρακες, παρὰ δὲ τ. ν. καὶ ἀντικλ.* ex correctione; *παρὰ δὲ Ἀ. κατακλεῖδες* etc. C. V. ita: *στρόφιγγες, καὶ γίγγλυμοι, καὶ κορῶναι, καὶ κόρακες. Ποσίδιππος ἐν Γαλάτῃ φησίν, κόρακι κρούεται θύρα.* KUEHN.

καί που καὶ στρόφιγγες, καὶ κορῶναι, etc.] MS. noster iterum auctior pluribus, unde supplebis vulgata. Sic autem habet: *καὶ γίγγλυμοι, καὶ κορῶναι, καὶ κόρακες. Ποσίδιππος ἐν Γαλάτῃ φησίν· κόρακι κρούεται θύρα· παρὰ δὲ τοῖς ν.* Ita prorsus MS. nisi quod *γιγγλῦμοι* haberet. Sed *γίγγλυμοι* scribendum, eo certe non invito. et supra VII, 107. ita iussi. *Posidippus ἐν Γαλάτῃ* non nunc primum vero a *Nostro* nominatur, sed et supra iam IV, 175. fuit. Facile autem inde possumus coniicere quantam iacturam fecerimus in hoc libro X. in quo supra praefatus ait se *πλείους ἐπαγαγέσθαι μάρτυρας*. quam multae vero *χρήσεις* vulgo desint MS. iam testari coepit, et porro testabitur. non paucas tamen et in MS. deesse, saepius non falso, credo, animadvertere possumus quoque. IUNG.

καί που καὶ στρόφιγγες, etc.] Additum e MSS. *καὶ γιγγλύμοι*. Excerpta *Falkenburgiana*: *καὶ γιγγιλλνη*, quod aperte corruptum, eoque modo reformandum, quo textus habet. neque aliter ullibi auctorum scribendum est. saepius in mendo cubantem offendas hanc vocem. in *Iosepho* Antiqu. Iudaic. lib. III. cap. 5. *γιγλύσμοι* excusum est, neque multum diverso modo *Galenus* in *Glossis*: *Γιγγιγλύματα, ἀντεμβαίνουσιν εἰς ἀλλήλους, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς θύραις οἱ γιγγλυσμοί.* sed rescribendum: *Γιγγλύματα* et *γιγγλύμοι*· quod prius et in melioribus *Hippocratis* editionibus excusum ita conspicitur. adi ad *Erotianum*. Hinc in *Aristotele γιγγλυμώδης*· ita repones enim Histor. Animal. libr. IV. cap. 4. et *γιγγλυμωτὸς* in *Philone*

libr. V. *Belon.* pag. 91. γιγγλυμωτὰς σανίδας συγκλειομένας καλωδίοις· ubi σανίδες γιγγλυμωταὶ tabulae dicuntur, quae γιγγλύμοις sunt consertae atque compactae. *Suidas: Γιγλύμοι* (*Γιγγλύμοι*) ἀντεμβολαί τινῶν ἐξοχῶν πρὸς κοιλότητας· optime; quod itaque non tantum in ianuis habet locum, sed et in aliis pluribus rebus. *cardinem* dixere Romani. *Glossae: Cardo*, γιγγλύμος· nec erit quisquam, puto, qui non istius rei capiat usum. Totum vero *Pollucis* locum sic olim cohaesisse puto: καὶ ῥόπτρον· τ. γ. ἐ. τ. θ. οὐ τ. ὠν. καὶ κορῶναι, καὶ κόρ. *Π. γ.* ἐν *Γ.* φ. κ. κ. ἢ θ. καὶ ποῦ καὶ στροφ. in vulgatis itaque iam post γιγγλύμους sequuntur κορῶναι et κόρακες, quorum primum habes in *Homero* ad finem Odyss. I. emendabis ibi *Brevia Scholia*: Κορώνῃ, τῷ λεγομένῳ κόρακι, τῷ ἐπισπάστῳ τῆς θύρας· scribes: ἐπισπάστρῳ. Sed apponere iuvabit *Eustathii* notam ad hunc locum, quae rem totam expediet: Κορώνη δὲ ἀργυρέα, ἢ τὸ κοράκιον, ἢ μᾶλλον κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ κρίκος, ᾧ ἔστι τὴν θύραν ἐπερύσαι, ἤγουν ἑλκύσαι, ἐπισπάσασθαι· ὅθεν καὶ ὁ ἐπισπαστὴρ παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῷ, ἐπιλαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων· ὃς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο. καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ εἰπὼν, ῥόπτρον, ἐπίσπαστρον θύρας. Εἰς δὲ τὸ κορώνη φασὶν οἱ παλαιοὶ καὶ ταῦτα· κορώνη, τοῦ τόξου τὸ ἄκρον, καὶ θύρας ἐπίσπαστρον, καὶ ὁ κόραξ etc. De ῥόπτρῳ, quod et in *Polluce* fuit modo, vide *Harpocrationem*, et ad eum *Maussacum*, qui *Lysiae* locum, ubi vox illa reperiatur, commonstrat. *Callixenus* apud *Athenaeum* lib. V. in illa luculentissima splendidissimae navis, quam *Ptolemaeus* apparari iusserat, descriptione: καὶ τὰ ῥόπτρα (τῶν θυρῶν) ἐξ ἐρυθροῦ γεγονότα χαλκοῦ τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰλήφασιν. *Hesychium* adde. Κόρακα vero cum pro κιγκλίδι ponit *Theocriti Scholiastes*, unde *Syracusanus* ille formaverit κιγκλίζειν τὸ σαλεύεσθαι, κινεῖσθαι· alia notione videtur usurpasse, pro ferro nimirum oblongo, quod ianuam sustineret: εἴρηται δὲ μεταφορικῶς, inquit ille Grammaticus, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ θύρᾳ κιγκλίδος· ἔστι δὲ κόραξ σιδηροῦς ἐμπίπτων εἰς τὸ μέσον, καὶ ὑποκρατῶν τὴν θύραν· sed ea tamen notio an veterum auctoritate muniri possit, in dubium voco; et ignoraverit ille Grammaticus forsitan, quid proprie fuerit κόραξ· de κιγκλίδι vero *Hesychius* et *Suidas* docent fuisse μοχλὸν, *seram ianuae*, quod apprime τῷ κιγκλίζειν convenit. Sed temporis contractissima spatia me premunt, ut addere nihil amplius possim, et illa quoque, quae effudi, indigesta et rudia. Tum elegantem *Posidippi* locum in *Pollucis* contextum iure postliminii e MSS. revocavimus. apparet et hic in Excerptis *Falckenburgianis*, sed lacerus aliquantum atque deformis, unde tamen

nos veram lectionem in lucem protraximus: *Ποσίδιππος γοῦν ἐν Γάλατι φησὶ κόρακι κλεῖεθ' ἡ θύρα·* quae ita, ut scribi curavimus in textu, sunt reconcinnanda. sed tamen illud *κλεῖεθ' ἡ θύρα* me necdum dimittit, quod fuerit equidem: *occluditur ianua.* et videndum profecto, si forsitan *κόραξ* apud antiquos non *ῥόπτρον*, quod Belgae dicimus *een klopper*, sed *pessulum* quoque designavit: *Etymologum* vide in *ἀναζυγοῦν* et *ἀναζυγῶσαι*, in quo sic eam vocem intelligas oportet. imo vero nec hac quidem opus erit significatione, modo, quod *ἐπίσπαστρον*, valere agnoscamus, quo attracta claudi potuit ianua. ego tamen ad illam lectionem, quam reddidi, propendeo magis.

occlusoria] *ἀντίκλειδες* cum accentu in antepen. etiam MS. *D. Hoeschelius* Praefat. in Dictionarium Latino-Graec. *ἀντικλεῖδα*, inquit, *contra Lexicorum auctoritatem*, *clavem adulterinam seu adversam interpretor ex Clem. Alexandr. Στρωμ.* VII. p. 525. *οὐδὲ τὴν κλεῖν ἔχοντες αὐτοὶ τῆς εἰσόδου, ψευδῆ δέ τινα, καὶ (ὥς φησιν ἡ συνήθεια) ἀντικλεῖδα.* Seb.

ἀντίκλειδες] Id et supra VII, 107. forte restituendum fuit, nis potius *Aristophaneum*, ut ibi dixi. Iung.

ἐν Σφηξὶ] C. V. *παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει Σφιγξὶ*, pro *Σφηξὶ*, *Vespis*, ubi hic extat versus:

καὶ τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ, καὶ τοῦ μοχλοῦ.

Kuehn.

ἐν Σφηξὶ] MS. *ἐν Σφιγξὶν κ.* errore crebro. Locus enim *ἐν Σφηξὶ Comici* hodieque extat, non longe a principio, quamvis singulari numero ibi legatur,

καὶ τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ, καὶ τοῦ μοχλοῦ.
φυλάττεθ' ὅπως μὴ τὴν βάλανον ἐκτρώξεται. Iung.

κατακλεῖδες] *Vesp.* v. 154.

— *τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ, καὶ τοῦ μοχλοῦ.* Seb.

κλείοντα] C. V. *κατακλείοντα.* Kuehn.

κλείοντα] MS. *κατακλείοντα τὰς θ.* quo pacto emenda. id enim vocabulum *κατακλεῖδας* ad etymon propius exponat, quam vulgatum *κλείοντα.* Iung.

κλείοντα] Bene de MSS. emendavimus *κατακλείοντα*, quo adluditur ad *κατακλεῖδες*.

ἐπισπαστῆρες.] C. V. *ἐπισπατῆρες.* Kuehn.

23.

φησὶ δὲ, etc.] C. V. *φησὶ γοῦν ἐν τῷ ϛ. βιβλίῳ·* et mox, *ἀπρὶξ* abest ab eodem Codice, nec *Herodotus* habet. Verum enimvero saepius evenit, ut Veteres ex *Herodoto* allegent loca plenius, quam hodie habentur. Illustris est de *Pheretime*

Cyrenaïca historia, quam refert in *Melpomene*, quod cum excidisset patria per seditionem, delata sit ad Insulam Cyprum, et a Rege eiusdem petiverit copias, quibus reduceretur in patriam. sed *Euëltho*, qui tum rerum in illa potiebatur insula, dona ei misit muliebri sexu digna, et τοιούτοισι, inquit, γυναῖκας δωρέεσθαι, ἀλλ' οὐ στρατιῇ· ita *Nostri* Codices. sed *Eustathius* in *Iliad.* pag. 659. addit θνησκούσῃ ἐκ τῶν τρωμάτων, quae verba sine dubio invenerat in suo Codice, eaque omnino ad rem facere videntur. Haec obiter monere volui, ne statim uncinulis ut aliena includantur, quae nostris in exemplaribus non occurrunt. C. A. autem non habet ista usque ad οἱ μὲν οὖν· ἐπισπαστῆρες h. l. sunt *marculi*, quibus ex ferro confectis attrahitur ianua claudenda, idque suadet locus *Herodoti* inspectus vel limis oculis. Kuehn.

φησὶ δὲ, etc.] MS. iterum auctior addit et librum *Herodoti*, ita habens: φησὶ γ' οὖν ἐν τῷ ς. βιβλίῳ· ἐπιλαβόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων εἴχετο· ἐν δὲ etc. Et ita omnia emenda, eiecta vocula ἀπρὶξ, quam nescio quis ineptus invexit. nec in MS. nostro hercle adparet, nec, ut et *Seberus* notavit, apud *Herodotum*; cuius locum ex *Musa* sexta, sive *Eratone*, cap. 91. adscribo, de *Aegineta* e vinculis elapso. is καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος Θεσμοφόρου· ἐπιλαβόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων, εἴχετο· οἱ δὲ, ἐπεί τέ μιν ἀποσπάσαι οὐκ οἷοί τε ἀπέλκοντες ἐγίνοντο, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἦγον οὕτω· αἱ χεῖρες δὲ κεῖναι ἐμπεφυκυῖαι ἔσαν τοῖσι ἐπισπαστῆρσι. Hic vero in suo Codice et locum e *Xenophonte H. Stephanus* ad oram adscripsit: *Xenoph.* Ἑλλην. VI. ἐπισπάσασα τὴν θύραν, εἴχετο τοῦ ῥοπάλου· ubi vides et ῥόπαλον dictum illud ῥόπτρον. Locus est de *Alexandri* Thessalorum tyranni uxore ianuam continente, donec maritus a fratribus suis interficeretur. Iung.

φησὶ δὲ etc.] Locupletius e MSS. φησὶ γοῦν ἐν τῷ ς. βιβλίῳ. Et mox delevimus ἀπρὶξ, quod in nullis conspicitur, et si verum sit adducere quaedam ex *Herodoto* Grammaticos, quae aliter iam nunc in eo leguntur, non inde tamen hoc loco particulam istam communire poteris, praecipue cum spuriam ex MSS. inveniamus. ad Cynosarges itaque. Non me latet tamen, unde hoc arripuerit, quicunque in *Pollucem* intulit. ex *Suida* certe, cuius haec sunt verba: Ἐπισπαστήρων, τῶν τῆς θύρας κρατημάτων· (quae plane non intellexit *Portus*, cum de cardinibus intelligit) εὑρὼν προσκειμένας τὰς θύρας, καὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο, καρτερῶς τε καὶ ἐγκρατῶς· quibus ille quin *Herodoti* locum respiciat, nemo dubitabit. sed longe quidem in his locupletior

est *Historicus*, ac in vulgatis; ut duplicem loci illius olim extitisse lectionem necesse sit, unam, quam habemus in editis et a *Polluce* suis in Codicibus inventam, alteram vero tali modo ex *Suidae* verbis concinnandam: *καταφεύγει πρὸς τὰ πρόθυρα Δήμητρος Θεσμοφόρου· εὑρὼν δὲ προσκειμένας τὰς θύρας, καὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο·* ut interpretamenti vice illud *καρτερῶς τε καὶ ἐγκρατῶς* *Suidam* addidisse censeam; nam frigidum erit si velis *Herodoti* verbis adiicere. de similibus alibi in praestantissimo gravissimoque scriptore dicam. Superius autem adduximus *Eustathii* verba, ubi eummet ipsum *Herodoti* locum transscripsit. Vocantur autem hi *ἐπισπαστῆρες, δακτύλιοι*. *Etymologus* in voce inter alia: *καὶ τὸ ἐπίσπαστρον τῆς θύρας*. Proprie vero *ἐπισπαστὴρ*. quo ianuam clausuri attrahebant, ut itaque domum spectaverit. at *ῥόπτρῳ, κορώνῃ, κόρακι* pulsabat ianuam, si quis a publico veniret.

ἀπρὶξ] Vide *Herodot.* lib. VI. fol. 250. ubi ea vox non habetur. Seb.

καὶ ἐν μοχλείᾳ σιδηρᾷ] Leg. *καὶ ἣν μοχλία σιδηρᾶ*. in *Gloss.* *μοχλὸς σιδηροῦς*, *Vectis*. Kuehn.

καὶ ἐν μοχλείᾳ σιδηρᾷ] MS. *καὶ ἐνμόχλια σιδηρά*. Scribendum puto *καὶ ἐμμόχλια σιδηρᾶ·* nec puto aliter *Pollucem* scripsisse. Sic *μοχλία καὶ γλυφεῖα* in statuarii instrumento habes apud *Lucianum* in *ἐνυπνίῳ·* et supra *μοχλίον* VII, 125. quamvis etiam alio in usu. fuerunt itaque *ἐμμόχλια σιδηρᾶ* hic *pessuli*, vel *obiculi ferrei ianuarum*. Iung.

ἐν μοχλείᾳ σιδηρᾷ] Sic plane restitui in textu, ut fuit in Codice *Palatino*, *ἐνμόχλια σιδηρᾶ*. *Kuehnius* *ἔνι μοχλία σ. ἐνμόχλια* vetustum est pro *ἐμμ.* uti ex antiquissimis marmoribus constat, quod itaque sic scriptum fuit in *Δημιοκράτοις* etiam. sic *ἐνλιμενίζειν* et *ἐλλιμενίζειν*.

ἑρμηνεύειν πειρώμ.] *Qui accuratius loqui volunt, τὰς κλεῖς dicendum esse putant. Thomas* in *Eclogis* *κλεῖν, οὐ κλεῖδα·* ita et *Noster*, *κλεῖν*, non *κλεῖδα*, dici monet ab iis, quibus accuratior elocutio curae est. Kuehn.

ἑρμηνεύειν πειρώμ.] MS. male *πειρόμενοι*. Iung.

ὅτι καὶ παρὰ Δημ. etc.] Haec absunt a C. A. usque ad *κατεαγότα*. Locus *Demosthenis* extat in *Oratione* de *Corona*, ubi *κατεαγότα* non significat, *confringentem*, ut *Interpr.* putavit, sed *fractam humeri iuncturam*. vid. supra lib. V. c. 25. Sect. 5. Kuehn.

ὅτι καὶ παρὰ Δημοσθ. etc.] *Demosthenicum* illud expressit *Libanius: κατεάγη τὴν κλεῖν·* quod *Thomas* ex eo profert,

Herodiano illa in re consentiens. adde *Hoeschelium* ad *Herodiani* locum, qui similiter e *Xiphilino* eandem loquendi formulam adnotat. Pluribus in locis ad *Homerum* *Eustathius*, quem describere non vacat.

μέρους] MS. μέρει pro μέρους. Sed hac ratione etiam ἐπὶ τῷ scribendum fuerat. Locum *Demosthenis* et *Phrynichus* laudat II. Eclog. Κλεῖν, ait, ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' οὐχὶ κλεῖδα· τὴν κλεῖν κατεαγώς· ubi *Nunnesius* *Pollucem* adducit. Tale est et illud, quod inter Apophthegmata legitur de *Philippo*, ad quem et ista *Demosthenis* verba pertinent: τῆς δὲ κλειδὸς αὐτῷ κατεαγείσης ἐν πολέμῳ, καὶ τοῦ θεραπεύοντος ἰατροῦ πάντως τι καθ' ἡμέραν αἰτοῦντος, λάμβανε (ἔφη) ὅσα βούλει· τὴν γὰρ κλεῖν ἔχεις. Ut autem κλεῖν tam de vase quam corporis parte ὁμωνύμως ait dici, idem περὶ κατακλεῖδος possumus affirmare, quam segm. praeced. de vase habuisti in *Aristophanis* χρήσει· supra de corporis membro II, 133. Sed ne loci *Demosthenici* obliviscamur, a *Nunnesio* non indicati, quem *Pollux* hic attulit, et *Phrynichus* in mente habuit. Is est in nobili Oratione pro *Ctesiphonte*: ἑώρων δ' αὐτὸν, ait, τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον etc. Iuxg.

ἐπιτροπεῖς etc.] *Interpr.* ἐπιτροπεῖς *pro clavibus invenimus*, imo, si verum fateri volumus, pro *clavibus* invenit *carbonum thesaurum*. miror tam leve mendum fraudi fuisse docto homini; legendum enim, ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς, *in Oratione Lysiae contra Philippum de tutela*. *Harpocrat.* in voce αἰδέσασθαι laudat *Lysiam* ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς, *in Oratione contra Demosthenem de actione tutelae*: ita et hoc loco *Lysias* contra *Philippum* egit, qui tutores suos accusarat male administratae tutelae. postquam haec scripseram, vidi et C. V. legere ἐπιτροπῆς· in huiusmodi allegationibus saepe omittitur περὶ· plena enim locutio est, περὶ ἐπιτροπῆς. *Harpocr.* in παρηγγύησε laudat *Isaeum* ἐν τῇ πρὸς Διοφάνην ἐπιτροπῆς ἀπολογίᾳ· verum in voce πεδιακά, eandem *Lysiae* Orationem, quam *Noster* citat hoc loco, dicens: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου ἐπιτροπῆς, εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐστί. Voluit igitur Auctor monere κλεῖδα dixisse *Lysiam* in laudata Oratione, non, ut solebant accuratiores in elocutione, κλεῖν. C. A. non habet ἐν δὲ τῷ Λ. etc. usque ad εὑρήκαμεν. huc pertinet etiam apud *Nostrum* illa inscriptio Orationis *Lysianae*: ἐν τῷ κατὰ Καλλίου ὕβρεως, *in de Calliae contumelia*, quam scilicet fecerat *Callias*. corrigendus obiter

Athenaeus lib. VI. cap. 19. Ὑπερίδης γοῦν ὁ Ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας, φησὶ, ἔθεσαν etc. legendum interpungendumque est κατὰ Μαντιθέου αἰκίας, φησὶ, ἔθησαν etc. confer eiusdem libr. XIII. cap. 6. ubi recte *Casaub.* αἰκίας restituit pro αἰτίας. Idem in fine lib. VIII. simile mendum sustulit e medio cap. 17. ubi erat scriptum, *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου φόνῳ*, pro φόνου. caeterum ut λόγῳ addatur non est necessarium. id enim subintelligitur ut plurimum, uti patet ex dictis. caeterum postea vidi *Valesium* etiam in *Notis* et *Emendationibus*, quae fronti et calci *Pollucis* editi a *Sebero* adscripserat, legere nobiscum ἐπιτροπῆς. Kuehn.

ἐπιτροπεῖς etc.] MS. ἐπιτροπῆς τὰς κλεῖδας εὑρήκαμεν, quo pacto mihi scribendum videtur, longe sensu elegantiore: q. d. *claves tutelae*, vel *administrationis*, id est, *patet nobis iam aditus ad eam*: vel emendandum potius: πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς· τὰς etc. Erat autem de ea re Oratio ista: et ita *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φίλιππον ἐπιτροπῆς* laudatur ab *Harpocratione* in ἀρκτοῦρος· ut etiam in παδιακὰ, licet ibi addubitet εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐστὶ, quemadmodum et in ὀδὸς et ζειρά. Iung.

ἐπιτροπεῖς] Optime MSS. ἐπιτροπῆς· quod non aliter, ac *Kuehnius* explicuit, capiendum est. ad vitium hoc animum advertit etiam *Meursius Biblioth. Att.* ubi de *Lysia*, eiusque scriptis, ibique, ut cum *Kuehnio* nos intulimus in contextum, egregie vir Doctissimus emendavit.

24.

ἐν Αἰολωσίκωνι] Αἰολοσίκωνι. Seb.

ἐν Αἰολωσίκωνι] C. V. ἐν εἶναι Ὁλοσίκωνι. C. A. Αἰολυσιδίκωνι· leg. Αἰολοσίκωνι, ut et segm. sequ. drama huius nominis ab *Aristophane* scriptum in quendam *Siconem versipellem*. pro κλειδίον C. A. male κλειδίων. Kuehn.

ἐν Αἰολωσίκωνι] MS. Εἰναιολοσίκωνι, sed emendatum ἐν Αἰολοσίκωνι· quomodo scribere et vulgo debes per λο, non λω, ut etiam ab amico nostro video adnotatum. Saepius a nostro adducitur hoc drama, et plerumque recte scribitur. Iung.

ἐν Αἰολωσίκωνι] Αἰολοσίκωνι cum *Kuehnio*, ut saepius alibi, hic a nobis est emendatum, et mox segm. sequenti; quam fabulam in scenam edidisse per filium *Ararotem*, ut nomen ipsi atque laudem conciliaret, *Aristophanem*, Argumentum *Plutonis* docet. [Pro *Plutonis* repone *Pluti*. reor et alibi me inscio hoc irrepsisse mendum. *Ex Addendis*.] Tum plenius in nostra editione legitur ἐν μέν τοι τοῖς etc. Πλάτωνος Μέτοικοι plus quam semel *Harpocrationi* et *Aristo-*

phanis Scholiastae laudantur, quibus illum exagitasse μετοίκους vero perquam simillimum est.

ἐν μὲν τοῖς Πλ.] MS. ἐν μέντοι τοῖς Πλ. plenius. Iung.

σημεῖα] *Sigilla, falsa sigilla.* Kuehn.

σημεῖα] Pro σημεῖα in MS. emendatum est σημεῖαν. causam non video. cur enim non et παρασημεῖαν corrumpere pergebat illa manus? Iung.

κλεῖς] MS. κλεῖν. Seb.

κλεῖς] *Clavem adulterinam, vel Laconicam clavem.* MSS. enim pro κλεῖς legunt κλεῖν. Kuehn.

κλεῖς] MS. tam noster quam *Seberi* κλεῖν, et scribamus itaque sic. videtur autem integer senarius:

σημεῖα, παρασημεῖα, κλεῖν, παρακλείδιον Iung.

κλεῖς] Congrue MSS. κλεῖν, quod ita potius in textu reponere placuit.

αἱ μὲν οὖν θύραι, etc.] C. A. περὶ θυρῶν. θύραι *dicuntur tabulae ac valvae. dicitur vero et ipse ianuae hiatus eodem nomine:* ita acciperem hunc locum. *Vitruv.* lib. IV, ὑπόθυρον vocat *hiatum ianuae*, ubi *Philander* hunc locum *Pollucis* laudat eiusque Codicem mendosum suspicatur. Kuehn.

ὀνομάζονται.] MS. ὠνομάζονται. Sed emendatum est ὀνομ. σανίσιν vero *Homerum* auctorem dat supra I, 76. Iung.

πέπραται] MS. γέγραπται. Sed alibi similiter editis. Seb.

πέπραται] MSS. γέγραπται θύρα διάπριστος, *ianua dissecta in duas partes aequales*, quarum altera clausa, altera aperitur. θύραι συνδρομίδες, ut habet C. A. sunt *bipatentes, valvatae*, quae cum clauduntur, arcte coëunt. *Salm.* γέγραπται etc. θύρα διάπυστος. Kuehn.

πέπραται] MS. noster, ut *Seberi*, γέγραπται pro πέπραται. Vulgatum tamen viris doctis non displiceat. quamvis si id scripsit *Pollux*, potius tamen πέπραται scripsisse videtur, ut infra segm. 36, 39, 40, 81. alibi. a quo verbo in illis δημιοκράτοις omnis Oratio pendebat, ut ait *Casaubonus* noster Notis ad *Capitolini Pertinacem*: et γέγραπται MS. quoque verum esse tamen potest: ἀναγέγραπται enim ista talia ἐν στήλαις, ut infra segm. 97. nec opus habuit semper πέπραται dicere. sed γέγραπται etiam, ut infra segm. 96. *Noster* et *Seberi* MS. εὑρίσκεται, alia. Iung.

πέπραται] MSS. adversus esse nolui, qui pariter hic γέγραπται habent melius atque opportunius opinione mea. alibi tamen in *Polluce* πέπραται, notante *Iungermanno*. sed suo quaeque loco ponderare necesse est. Ianuae διάπριστοι quae sint, melius alii forsitan quam ego exponant. puto tamen.

ita dici, quae ad statutam in medio trabem ab utràque parte coëunt, ut *συνδρομάδες* fuerint, quae occlusae mutuo se tangerent intermedia trabe non divisae.

25.

ἐν δὲ Κρατ. Διονυσαλεξάνδρῳ] Absunt a C. A. usque ad *διέπης καί*. C. V. *ἐν Διονυσαλεξάνδρου*, male. Kuehn.

ἐν δὲ Κρατ. Διονυσαλεξάνδρῳ] MS. *Διονυσαλεξάνδρου*. Sed recte ου in ῳ emendatum. de ea fabula vide *Casaubonum* nostrum III. *Athen.* 32. Iung.

ἐν δὲ Κρατ. Διονυσ.] De fabula dictum alibi: *χρῆσιν* inde allatam emendavimus, ut lib. VII, 122. optime fuit edita. *Kuehnius* hic interseruerat: *βούλει πολυποίκιλα*· sed MSS. praestantius. *Παραστάδας* in Aegyptiorum templis commemorat *Hero* Spirit. p. 158. *Ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς, πρὸς ταῖς παραστάσι τρόχοι χάλκεοι ἐπίστρεπτοι γίνονται*· et *Callixenus* apud *Athenaeum* lib. V. *διέκειτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν τῆς σκηνῆς παραστάδων ζῶα μαρμάρινα τῶν πρώτων τεχνιτῶν, ἑκατόν*· ubi sane non recte *Dalechampius vestibulum* vertit: *postes* illam vocem bene reddunt *Glossae*, unde itaque quae sint *παραστάδες* cognoscere potuerat vir eruditus. sed hic ille forsitan ad sensum magis quam ad voces attendit: *Hesychius*: *Παραστάδες, οἱ πρὸς τοῖς τοίχοις τετραμμένοι κίονες*. *Pindarus* autem *πρόθυρον θαλάμου* Olympion. Od. 6. *Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον Πάξομεν* etc. et *Macarius* de Custod. Cord. cap. 11. regias aedes continere dixit *διαίτας πολλὰς, καὶ αὐλὰς διαφόρους, καὶ πρόθυρα πολλά*. *Herodotus*: *καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος Θεσμοφόρου*· Musa sexta. Itaque coniunxit apte *παραστάδας* et *πρόθυρα* *Cratinus*; siquidem quae sunt in *προθύροις postes seu columnae*, illo nomine vocentur proprie.

πολυποίκιλα.] C. V. leg. *πρόθυρα βούλει ποικίλα, limina vis discoloria?* Kuehn.

πολυποίκιλα.] Pro *πολυποίκιλα* MS. *βούλει ποικίλα*· recte. Nam totus versus ita concipiendus est:

παραστάδας καὶ πρόθυρα βούλει ποικίλα.

Ut et supra habuisti VII, 122. totidem verbis: et quid *παραστάδες*, etiam supra I, 76. exponit. Iung.

ἥτε ὀπὴ εἴρηται etc.] C. V. *ἡ δὲ ὀπὴ* etc. *καὶ διοπῆς καπνέγους καί*· leg. *κ. δι. ὀπῆς κ. et per foramen et super tecto.* foramen et rima ianuae intelligitur. Kuehn.

ἥτε ὀπὴ εἴρηται etc.] Sequitur in MS. *ἡ δὲ ὀπῆ εἴρηται εἰνακαλοσίκωνι Ἀριστοφάνους, καὶ διοπῆς καπιτέγους*. Et haesi hic in *διοπῆς*, fereque ut *ὀπὴν*, sic *διοπὴν Polluci*, vel *Ari-*

stophani adfinxissem: sed opus non est, si consideramus confuse ita scribendi morem in MS. Et ita omnia emendanda aio: ἡ δὲ ὀπὴ εἴρηται ἐν *Αἰολοσίκωνι* Ἀριστοφάνους, καὶ δι' ὀπῆς, κᾀπὶ τέγους· id est, καὶ ἐπὶ τέγους. Prorsus geminus autem videtur locus ἐν πεντάθλῳ *Xenarchi* apud *Athen.* libr. XIII. de moechis,

μὴ κλίμακ' αἰτησάμενον εἰσβῆναι λάθρα,
μὴ δὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης. Iung.

* διέπης.] *Interpr.* διόπης scripsit. Alias δίοπος *duo foramina habens* de tibia ex *Athen.* affertur, qui lib. IV. fol. 176. Alexandrinos διόπους αὐλοὺς habuisse refert. Seb.

* διέπης.] *Kuehnius* e MSS. δι' ὀπῆς κᾀπὶ τέγους· optime. in *Falckenburgianis* Excerptis haec longe sunt confusissima: καὶ ὁ διεκιετούς. Modo fuit ante nos ἦτε.

συγκλ. παρακλ. etc.] MS. alio ordine, παρακλ. συγκλ. ἐπικλ. Iung.

ἐφ' οὗ καὶ τὸ πρ. etc.] C. A. ἀφ' οὗ etc. προσθεῖναι τ. θ. *Herodoti* est in *Thalia*. Kuehn.

συναγαγεῖν, etc.] MS. ubique interposita particula connectente, καὶ συναγ. καὶ ἐπισπ. καὶ ἐπιβ. καὶ ἐπαγ. καὶ κατακλεῖναι, καὶ ἐπικλεῖναι· ὥσπερ καὶ τὸ ἀνοῖξαι etc. Iung.

συναγαγεῖν] Addidi particulam copulantem e Codice *Palatino*, ut in initio huius capitis.

ἐπιφράξαι] Malim ἐπιῤῥάξαι vel ἐπαῤῥάξαι· id est, *fores magno impetu adducere et claudere ita, ut strepitum dent. Plato* in *Protag.* ἅμα ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν τὴν θύραν πάνυ προθύμως ὡς οἷόντε ἦν, ἐπήῤῥαξε, *simul ambabus ianuam quantum poterat cum impetu et strepitu clausit. Plutarchus in Artaxerxe:* τὰς θύρας ἐπήῤῥαξε κράζων, *cum clamore fores violenter adduxit. Homer. Iliad.* β. 402. *de vecte qui foribus obdebatur*, τὸν τρεῖς μὲν ἐπιῤῥήσσεσκον Ἀχαιοὶ etc. *Hesych.* Ἐπιῤῥήσσει, ἐπικλείει· vid. eundem in ἐπιῤῥήσσεσκον et ἐπιῤῥησσέσκοντο· contra ἐξαράξαι est, *ianuam revellere cardinibus, comminuere. Aristoph.* in *Equitibus*, ubi *Scholia* ἐξάραξε exponunt ἀνέῳγε. conf. *Suidam* in ἐξαράξειν, et *Hesych.* in ἐπιῤῥήξας. Kuehn.

κατακλίναι] C. V. κατακλεῖναι, καὶ ἐπικλεῖναι. dein C. A. ὥσπερ τὸ (leg. τῷ) ἀνοῖξαι ταυτὸν ἀνακλίναι άν. ἐκπετάσαι· παρὰ δὲ etc. Kuehn.

26.

τὸ ἀνοῖξαι] τῷ ἀν. ut segm. 15. et 16. idemque observ. et mox si repetendum ταυτόν. Seb.

τὸ ἀνοῖξαι] Dedimus in textu καὶ τῷ ἀνοῖξαι· quod τῷ

ita scribendum vidit et *Seberus*: fallitur enim *Iungermannus* noster, cum posuisse *Seberum* censet τῷ ἀνακλῖναι, quod verum esse verba eius inspicienti patebit.

τὸ ἀνακλίναι] MS. etiam τὸ ἀνακλεῖναι· ut antea κατακλεῖναι, ἐπικλεῖναι. sed non video cur per ει illa scribamus: et *Hesychius* etiam, Ἀνακλῖναι, ἀνοῖξαι scribit. Et *Etymologicon*, Ἀνακλῖναι, ἀνοῖξαι, ἀναπετάσαι· et pluribus *Suidas*: Ἀνακλῖναι, ἀνοῖξαι· Ὅμηρος· οὕτω δὲ καὶ Ἡρόδοτος· οἱ δὲ, ἀνακλῖναι μὲν τὴν θύραν οὐ κατετόλμησαν, οὐδ' εἴσω παρελθεῖν ἴσχυσαν. Hoc itaque sibi forte velit tantum MS. noster, ut περισπωμένως scribatur κατακλῖναι, ἐπικλῖναι, ἀνακλῖναι. Ceterum et τῷ ἀνακλ. scribendum hic, non τὸ monet *Seberus* noster; ego malim, ut et antea ad Codicem meum adnotaram, in primo τὸ statim erratum, non in altero esse, et scribebam: ὥσπερ καὶ τῷ ἀνοῖξαι ταυτόν ἐστι τὸ etc. nec aliter putem *Pollucem* scripsisse. Ea in re creberrime MS. peccat, ut alia exempla erunt adhuc pagina hac. Iung.

ἀναπετάσαι.] Deest in MS. ἀναπετάσαι. Iung.

παρὰ] E MS. pr. edit. περί. Seb.

παρὰ] παρὰ quoque MS. noster, ut recte edidit *Seberus*: deinde MS. παρὰ δ. τ. Κωμ. καὶ τὸ etc. Iung.

ἀναζυγῶσαι] *Hesych.* ἀναζυγοῦντες, (leg. ἀναζυγοῦν) ἀνοίγειν κιβωτὸν, λέγεται δὲ καὶ ζύγαστρον, ἀναζυγοῦντες, ἀνάγοντες εἰς τὸ ἄνω πῶς· *quodammodo rursum adducere*, id est, paulisper aperire arcam, leniter elevato operculo: ita enim legerem pro φῶς· quod in vulgatis est editionibus *Hesychii*. vid. *Phavor.* in ἀναζυγοῦν et ἀναζυγῶσαι. *Schol.* in *Nubes Aristoph.* ἀναζυγοῦν ἐστι τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν. Kuehn.

ἀναζυγῶσαι] Elegans est ea de re locus *Etymologi*, quem adscribam: Ἀναζυγοῦν φασὶ τὸ ἀνοιγνύναι κιβωτὸν, ἢ τὸν ἐπὶ τῇ θύρᾳ κόρακα· λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀναφωνεῖν, ἀνοιγνύναι τὸ στόμα· λέγεται ἀναζυγὴ καὶ ἡ τῆς θύρας ἄνοιξις, καὶ κλίνεται τῆς ἀναζυγῆς. Πλάτων Εὐμενίσιν, Εὐθὺς ἀναζυγῆς γενομένης. Componendus cum his *Hesychius*, et emendandus eadem opera. Contrarium huic ἐπιζυγῶσαι, quod supra habuimus in *Eustathio* de κληῖδι, quae ille nobis ex veteribus appendebat: ἐπιζυγοῦν τὴν θύραν.

τῷ ἀνοῖξαι] MS. vitiose, ut dixi solere saepissime, τὸ ἀνοῖξαι σ. Iung.

καὶ τὸ ζυγάθροισον] Non est in C. A. hic versus: at C. V. καὶ τὸ ζυγόθρισον, quod firmat *Hesych.* Ζυγόθρισον, ζύγωσον ἢ κινήσας διάστησιν· extat apud *Aristoph.* in *Nubibus*, ubi scribitur per ω ζυγώθρισον, id est, συνάρμοσον, σύμπλε-

ξον, ubi et ratio nominis redditur. *Interpr.* ex ζυγάθρισον imperativo verbo nobis fecit nomen, quo significetur *vectis utrasque tabulas obstruens*, gerrae Siculae. Pro κλεῖσαι, κλεῖσον C. V. legit. Kuehn.

καὶ τὸ ζυγάθροισον] MS. καὶ τὸ ζυγόθρισον δὲ ἐπὶ τοῦ κλεῖσον εἰώθασι τάττειν. Et MS. veram lectionem fere servavit. Scribendum enim: καὶ τὸ ζυγώθρισον δὲ ἐπὶ τοῦ κλεῖσον ε. τ. Ex *Aristophane* enim id sumpsit noster, ubi fere in mediis Νεφέλαις *Socrates* ad *Strepsiadem*:

ἔχ' ἀτρέμα, κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων,
ἀφεὶς ἄπελθε, κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν
κίνησον αὖτις αὐτὸ, καὶ ζυγώθρισον.

Quem locum et *Hesychius* respexit, ubi scribit: Ζυγόθρισον (emenda ζυγώθρισον) ζύγωσον, ἢ κινήσας διάστασον· mox autem paulo Ζυγώσω exponit δαμάσω, κλείσω, καθέξω· et indicavit *Suidas*: Ζυγώθρησον· ἴσωσον, ζυγοστάτησον, ἔασον τὸ ἀπορούμενον· ἔπειτα πάλιν ἀνασκόπησον, καὶ οἷον ἀνοίγειν ἀποπειράθητι· τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν ἐστι, τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν· οἱ δὲ, ζυγώθρησον· συνάρμοσον, σύμπηξον, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις ubi quoque utroque loco erit ζυγώθρισον emendandum. Est autem ζύγωθρον, unde ζυγωθρίζειν finxisse credo, ὁ συνέχων τὰς δύο θύρας μοχλὸς, ut ait *Suidas* idem. Et ἀναζυγῶσαι, quod praecessit, etiam ex *Aristophane* est, quem *Noster* κατ' ἐξοχὴν saepe per *Comicos* intelligit. *Etymologicon Magnum*: Ἀναζυγῶσαι· ζύγωθρον καλεῖται ὁ κόραξ, καὶ ἐπιζυγῶσαι, τὸ κλεῖσαι· ἀναζυγῶσαι, τὸ θύρας ἀναπετάσαι Ἀριστοφάνης. Iung.

ζυγάθροισον] *Kuehnius* e MSS. ζυγώθρισον· quod sequuti sumus.

καὶ μὴν καὶ βαλαν.] MS. καὶ μὴν βαλ. sine altero καὶ, quod tamen bene habet. Iung.

Nonnulli] ἐκεῖνοι, illi, scil. *Comici.* Item apud *Plut.* Seber.

Δαναΐσιν] C. A. *Δαναίοις* superscripto ους, sed vulgatum optimum est. Kuehn.

Δαναΐσιν] Huius dramatis mentio et apud *Athenaeum*, adnotante *Casaubono* nostro III. Animad. 29. Iung.

27.

ὁ δὲ Θουκυδ. etc.] Haec usque ad finem capitis non agnoscit C. A. Kuehn.

στυρακίῳ] Locus est lib. II. pag. 102. ubi *Scholia* late quid sit βάλανος· et per στυράκιον intelligit σαυρωτῆρα τῶν δοράτων, *cuspidem hastarum* quae terrae infigitur. *Interpr.*

iaculi manubrium, quod *Scholiastes Thucydidis* ἀσαφῶς fieri indicat, arguitque ex ipsa historia. Kuehn.

στυρακίῳ etc.] *Thucydidis* hunc locum adfert et exponit *Casaubonus* ad *Aeneam Poliorc.*

βαλάνου] Sic apud *Thuc.* libr. II. fol. 101. pr. ed. βαλανίου. *Scholiast.* βάλανός ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον· ὅθεν καὶ ἡ κλεὶς καλεῖται βαλανάγρα, παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. Seb.

βαλάνου] MS. βαλάνου ἐ. κ. τ. ἐς τὸν μ. et scribe ἐς τὸν· quamvis levissimum hoc monere. *Thucydidis* enim locus lib. II. Ξυγγρ. non longe ab initio ita habet: τῶν δὲ Πλαταιέων τὶς τὰς πύλας, ᾗ ἐσῆλθον, καὶ αἵπερ ἦσαν ἀνεῳγμέναι μόναι, ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν· ὥστε μηδὲ ταύτῃ ἔτι ἔξοδον εἶναι. Iung.

τῷ δὲ κλεῖσαι] Iterum MS. mendose τὸ δὲ κλεῖσαι· deinde habet ἴσον et reliqua duo sequentia, τὸ τό· et iterum mox male τὸ ἀνοιγ. Alias *H. Stephanus* hic ad oram adscripsit: *Apud Sophocl.* καὶ δῶμ' ἀπάκτου, *videtur* δῶμα πάκτου. Locus est in *Aiace*:

ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου
καὶ δῶμ' ἀπάκτου. —

De quo cum pluribus vide in suis Annotationibus seorsim in *Sophoclem* editis, ubi et *Pollucem* nostrum hic adducit, et loca quaedam *Aristophanis* de hoc verbo, et supra etiam *Noster* VII, 113. meminit. Iung.

τῷ δὲ κλεῖσαι etc.] Tetigit haec Vir iuvenis Eruditissimus *Dionys. Vossius* ad *Caesaris* lib. III. de B. C. ubi de remulco agens, exponit *Hyginum*, qui dixerit, teste *Carisio*, remulcum Graecis dici πάκτωμα. illa nobis in animo non est hic repetere: adponam duntaxat *Eustathii* locum ad Odyss. ψ. explicantis, qui sint in *Homero* εὐπηκτοι θάλαμοι, οἱ εὐπαγεῖς καὶ στερεοὶ κατὰ τό, εὐστάθεος μεγάροιο· ἢ τεχνικῶς ἐσκευασμένοι ἢ εὔκλειστοι· διὸ ἐπήγαγε σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι· καὶ ἴσως ἐκ τούτου καὶ τὸ συγκλεῖσαι, πακτῶσαι παρ' Αττικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς δηλοῖ ἐν τῷ καὶ δῶμα πάκτου· καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, καὶ ἐπακτωσάμεν γε.

ταυτὰν τὸ λύειν] C. V. τὸ κλύειν ὡς ἂν φῇ Εὐριπίδης, ut dixerit *Euripides*: κλεῖε πηκτὰ δωμάτων, *claude ianuam compactilem. Aristoph. Euripid.* traducens. Kuehn.

ταυτὸν τὸ λύειν] MS. τὸ αὐτὸν τὸ λύειν, ὡς ἂν φῇ Εὐρ. λύε etc. Allusit vero sine dubio *Aristophanes* ad illud *Euripideum* in *Acharnensibus*, ubi *Euripidem* introducit dicentem: ἀνὴρ ὑβρίζει, κλεῖε πηκτὰ δωμάτων. Iung.

πακτὰ δωμάτων.] MS. πάκτα δ. ἤ τὸ ἐναντίον Ἀρ. Sed πακτὰ bonum est, ut et *Hesychius*: Πακτὰ, ἡρμοσμένα, πεπορπημένα. IUNG.

προπύλαια πακτοῦν.] C. V. προπύλαι ἀπάκτου τὰς θύρας, leg. προπύλαια πακτοῦν τὰς θ. vide locum in *Lysistrata*, quem laudavit et *Vales*. Notis in h. l. KUEHN.

προπύλαια πακτοῦν.] MS. προπύλαια πάκτου τὰς θύρας· ἢ Ἀρχ. κ. τ. κ. Sed vulgata rectius habent. *Aristophanis* versus sunt in *Lysistrata* paulo longius ab initio:

Μοχλοῖσιν δὲ καὶ κλήθροισιν
τὰ προπύλαια πακτοῦν.

Eos respexit et *Suidas*, apud quem est: Πακτοῦν, κλείειν, ἀσφαλίζεσθαι· μοχλοῖσι γὰρ τὰ προπύλαια πακτοῦν. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ. Male eo antea apud *Pollucem* προπύλεα edebant, quod et in suo Codice *Henr. Stephanus* correxit. IUNGERM.

28.

περὶ τῶν τοῦ πυλ. σκ.] C. V. περὶ τῶν προσηκόντων τῷ πυλωρῷ σκευῶν· ita titulus. KUEHN.

περὶ τῶν τοῦ πυλ. σκ.] Capitis lemma in MS. tale, complectens et caput δ. περὶ πυλωροῦ, καὶ τῶν περὶ πυλωρόν· περὶ τοῦ καθαίρειν, καὶ τοῦ καταῤῥαίνειν· καὶ ὧν τοῦτο ποιεῖ, καὶ δι' ὧν τὸ ὕδωρ φέρεται. IUNG.

ἐπεὶ τῷ πυλ.] Textus in C. V. ἐπεὶ δὲ τ. π. KUEHN.

ἐπεὶ τῷ πυλ.] MS. ἐπειδὴ τῷ πυλ. τῷ καθ. Forte legendum: ἐπεὶ δὲ τῷ π. τὸ κ. etc. Sic certe apte ad praecedentia haec connectantur, mihique ita *Pollucem* scripsisse vero quam simile. IUNG.

ἐπεὶ τῷ πυλωρῷ etc.] Fuerat ab Auctore forsitan scriptum: Ἐπειδὴ δὲ τῷ πυλωρῷ· ut et sequens caput orditur: δι' ὧν δὲ etc. illud enim ἐπειδὴ in *Palatino* Codice legitur, nisi rectius *Iungermannus* ἐπεὶ δέ· sic enim in C. V. illud autem δὲ eiecisse vero simile videtur qui in capita distinxerunt *Pollucis* nostri volumina, quo quidem facto necesse non fuit, ut illa particula δὲ praecedentibus haec coniungeret; eaque in partes istas dividendi ratione non paucas in *Pollucem* invectas esse mendas res ipsa loquitur. *Glossae*: Ἐπειδὴ δὲ, *quoniam vero*. aptissime ad superiora continuanda. Illi vero καθαίρειν convenit in *Hesychio*: Καθαροποιεῖ, σαίρει· et praecedit apud eundem: Κάθαρνοι, ἱερεῖς Δήμητρος ἢ σωροί. priori quidem significatione congruit cum Καβάρνοις, quo nomine *Pariis* esse dictos *Cereris* sacerdotes *Hesychio* teste novimus; alterum vero σωροὶ mutari potius optem in

σάροι, ut *scopas* intelligamus, favente nominis origine ἀπὸ τοῦ καθαίρειν. De καταῤῥαίνειν vero mox segm. 32. *Noster* locupletius. scilicet aqua prius aedes conspergi decebat, ac tum demum everri. id alia fecit in re atriensis ille apud *Phaedrum*, qui hortum humectabat, ne ibi ambulaturo *Caesari* pulvis incommodaret.

τὰ πρόσφορα etc.] Pr. edit. τὰ πρόσφορα δὲ τούτων. Hic autem ordo in MS. εἴπωμεν τὰ πρόσφ. τούτῳ τ. Seb.

τὰ πρόσφορα etc.] MS. noster ita, et eo ordine quo *Seberi*, εἴπωμεν τὰ πρόσφορα τούτῳ τῶν σκευῶν, οἷον etc. Iungerm.

εἴπωμεν, οἷον κόρημα.] C. V. εἴπομεν οἷον, τὸ κόρημα. Kuehn.

εἴπωμεν, οἷον κόρημα.] MS. noster plenius articulo, quem addendum puto, habet: οἷον τὸ κόρημα· καλεῖται δ' οὕτω etc. Iung.

εἴπωμεν, οἷον κόρ.] Interserui articulum τὸ de Codice *Palatino* et *Vossiano*. Sed τὸ κόρημα pro purgamentis Attici non admittunt, ut docemur ab Atticae loquelae magistris; pro qua tamen significatione pugnat *Aristophanis* auctoritate *Pollux*. *Hesychius*: Κόρημα, κάλυτρον, ὅ τινες σαρόν· sed bene, quod eruditi viri restituant κάλλυντρον· inde diminuta vocis forma, κορημάτιον, *scopula*, in veteri *Onomastico*, quamvis et ibidem: Κόρημα, *scobs*. Κόλακες *Eupolidis* eorumque argumentum superius ad initium libri exposui, videnturque eadem illa verba, quae hic occurrunt, alter ad alterum κόλακα dixisse. et enim ad servilia quoque abiecisse se id hominum genus, ut divitis alicuius atque potentis viri gratiam aucuparentur, constat. in *Theophrasti* Characteribus inter alia adulatoris signa et hoc est, quod sit ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί· id profecto ingenuo viro indignum. Tum vero de istis, ὥσπερ ἐν Καλλιππίδῃ, peritioribus inquirendum relinquo, num fabulae nomen sit iudicandum: quod si verum, ut tamen non puto, hoc pacto potius scribas: ὡς καὶ ἐν Καλλιππίδῃ· an vero prius ad *Aristophanis* χρῆσιν illa pertinere censenda sint, in quam sententiam propendet animus. Porro καθίζομαι edi iussimus pro vulgato καθέξομαι, obtemperantes *Iungermanno*. et vidi etiam non neminem eruditum virum id in Codicis sui margine notasse. certe sic in *Falckenburgiano* Codice sequenti capite legitur et ἀζώνια pro ἀξόνια.

λέγοις.] In C. A. absunt quae sequuntur usque ad χαμαί. Kuehn.

λέγοις.] Quae post *λέγοις* sequuntur, desunt in MS. usque ad *εἰ δὲ καί.* Quaedam vero huius materiae et *Nunnes.* in I. *Eolog. Phrynich.* voce *κόρημα.* IUNG.

29.

ἐν Καλλιππίδῃ] *Cicero* ad *Atticum* lib. XIII. epist. 12. *biennium praeteriit cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. Καλλιππίδης τρέχει.* proverbium est de eo, qui pedes quidem movet, sed parum promovet. de huiusmodi hominibus fabulam edidisse videtur *Aristophanes* inscriptam: *Καλλιππίδης.* vid. *Apostolium* in proverbio, *Κάλλιππος τρέχει·* versum, qui sequitur, ita redderem:

Humi considebo super ipsis sordibus. KUEHN.

ἐν Καλλιππίδῃ] Ceterum in iis, quae vulgo deesse diximus, ista *ὥσπερ ἐν Καλλιππίδῃ* nescio an iam alius *Comici* vel dramatis nomen abscondant, an, quod potius credo, *Aristophaneae χρήσει* cohaerent, quamvis forte non prorsus *ἄνευ σφάλματος.* mox sane facile audeo adfirmare *καθίζομαι* scribendum esse, non *καθέξομαι·* quod vitium ab operis invectum credo olim. Ceterum notandum et *Aristophanem κόρημα* etiam pro ipsis scopis usurpasse, non saltem de eo quod everritur, *Εἰρήνῃ,* fere initio:

κατάθου τὸ κόρημα· μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα.

— *scopas Iupiter*

depone, et aufer Graeciam pervertere,

ut semper-florens ille apud doctos Doctiss. *Florens* vertit. Et *Scholiastes* ibi interpretatur *κόσμητρον, τὸ σάρον, ᾧ εἰώθασιν ἀποκαθαίρειν τοὺς ῥύπους τῶν οἴκων.* Locus *Aristophanis* mutilus esse videtur apud *Suidam* scribentem: *Κόρημα, τὸ σάρον, τὸ κόσμητρον· μὴ ἐκκόρει τὴν ἑλλάδα·* ubi ipse versiculus totus reponendus, quem modo attuli; ubi enim alias *κόρημα* vox habeat exemplum apud *Suidam*? IUNGERM.

Scribendum:

ὥσπερεὶ Καλλιππίδης

ἐπὶ τοῦ κορήματος καθίζομαι χαμαί.

TOUPIUS.

*εἰ δὲ καὶ * καλύνοις* etc.] MS. *εἰ δὲ καὶ καλλύνειν φαίης ἂν τὸ κορεῖν, ἤπου καὶ τὸ κόρημα κάλλυντρον·* vide supra VI, 94. nisi forte *καλυντότερον* hic depravatum putes ex *καλυντήριον,* aut *καλλυντήριον.* SEB.

*εἰ δὲ καὶ * καλύνοις* etc.] C. A. *καλύνεις φαίης ἂν τὸ κορεῖν κ. κ. τ. κ. κάλυντρον.* C. V. ita: *καλλύνοις φαίη ἂν*

τὸ κ. εἶπον καὶ τ. κ. κάλλυντρον· quae lectio bona est, si pro εἶπου leg. δήπου· εἰ τὸ κορεῖς *dixeris etiam* καλλύνειν, *videlicet scopas*, κάλλυντρον. *Vetus Onomasticon*: κάλλυντρον, *nitella. Salmas.* MSS. εἰ δὲ καὶ καλύνεις φαίης ἂν τ. κ. ἤπου κ. τ. κ. κάλλυντρον· *legendum est*: εἰ δὲ καὶ καλλύνειν φ. ἂν τ. κ. εἰπὸν καὶ τ. κ. κ.

εἰ δὲ καὶ * καλύνοις etc.] Noster MS. εἰ δὲ καὶ καλλύνοις φαίης ἂν τὸ κορεῖν, εἴπου καὶ τὸ κόρημα κάλλυντρον· sed magis placet καλλύνειν in *Seberi* MS. Vixque dubito, quin ita haec restituenda: εἰ δὲ καὶ καλλύνειν φαίης ἂν τὸ κορεῖν, ἤπου καὶ τὸ κόρημα κάλλυντρον· εἰ etc. Sic supra VI, 94. καλλυνέτω etiam in vulgatis habes, ibidemque quoque καλλύντρῳ legendum dixi. *Phrynich. Eclog. Attic.* I. in σάρωσον, οὐδὲ σάρον λέγουσι, (*Attici*) ἀλλὰ κόρημα καὶ κάλλυντρον. *Etymologicon* Magnum: ἐκκορηθῆναι, ἐκκαλλυνθῆναι· τὸ γὰρ κορεῖν, καλλύνειν ἐστὶ καὶ σαίρειν· et hinc τὸν καλλυντὴν apud eum legas in Ἡρακλῆς· et idem: Κάλλυντρον, κόσμιον· παρὰ τὸ κορῶ, ὅ ἐστι σαίρειν καὶ καλλύνειν. vid. et *Suidam* in καλλύνων. καλλυντήρια vero quamvis *Hesych.* et īd et κάλλυντρα, κοσμητήρια exponat, videntur potius festum fuisse. scribit enim ὁ Ἐτυμολογικογράφος, καλλυντήρια καὶ πλυντήρια, ἑορταὶ β' Ἀθήνησι. IUNG.

εἰ δὲ καὶ * καλ.] Integrum adscribamus, ut fuit in editis locum: εἰ δὲ καὶ * καλύνοις ἂν τὸ κορεῖν, ἤπου καὶ τὸ κόρημα * καλυντότερον· quae MSS. adiuti redintegravimus, *si vero dixeris etiam* καλλύνειν *everrere, profecto et everriculum fuerit, vel appellari possit* κάλλυντρον· commode. sed tamen ne sic quidem locum esse persanatum mihi persuadeo. illud enim καλλύνοις, quod et a MSS. plerisque retinetur, natum videri possit ex καλλύνειν εἴποις· quod itaque filum sequutus, isthoc pacto me feliciter his expedire sum visus: εἰ δὲ καὶ καλλύνειν εἴποις τὸ κορεῖν, φαίης ἂν καὶ τὸ κόρημα κάλλυντρον· nihil in his aliud a me factum, quam quod editam et MSStorum lectionem, unica tantum a me addita coniectura, in ordinem composuerim. antequam vero discedam hinc, monere iuvat, nonneminem haud indoctum virum margini sui libri adlevisse, pro ἤπου legendum forsitan εἴποις· sic itaque hoc modo constituens: εἰ δὲ καὶ καλλύνειν φαίης ἂν τὸ κορεῖν, εἴποις καὶ τὸ κ. et id egregie sane, sed lector arbitretur. *Kuehnius* ita dedit ad libri sui marginem: εἰ δὲ καὶ καλλύνοις φαίης ἂν τ. κ., εἴπου κ. τ. κ. κάλλυντρον.

εἰ δὲ σαίρειν φ. etc.] C. A. καὶ σαίρειν φ. τ. θ. κάρειον

σάρον· leg. κἀκεῖνο, scil. κόρημα σ. *Glossae:* σαρόν· *scopae, singulare non habet.* et iterum: σάρος· τοῦτο ἀεὶ πληθυντικῶς. sed locus adhuc aliis videtur obsitus mendis, quibus ita mederi vellem: εἰ δὲ σαίρειν φήσεις τὸν θυρωρὸν (leg. μυλωθρὸν) κἀκεῖνο κάλει σάρον, ἡ χρῆσις γὰρ ἀπὸ τοῦ σαρῶ (Codex *Voss.* ἀπὸ τῆς ἅλω. leg. ἅλω) καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας (C. V. καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας) ἄγει τοὔνομα, ὥσπερ καὶ μυλήκορον αὐτὸν καλέσειε etc. *si vero dixeris, σαίρειν τὸν μυλωθρὸν, verrere molitorem, etiam illud* (sc. κόρημα) *voca σάρον purgamentum; usus enim ab area hoc nomen traducit ad domos. quemadmodum etiam vocem μυλήκορον illum* (σάρον) *vocare queat. manifestum equidem quod illud* (μυλήκορον) *conveniat molae, nihilominus tamen Archippus dixit in fabula, quae inscribitur Pisces,* τὴν ἀγορὰν (leg. ἀγορᾶν) μυλήκορον. C. V. leg. μυληκόρῳ· crediderim sensum esse, τὰ κατ' ἀγοράς, *purgamenta fori* appellavit *quisquilias,* μυλήκορον. Sensus loci, ni fallor, hic est. *Pollux* inquit σαίρω primo dictum esse de area σεσαρωμένῃ, et deinde translatum esse ad domos, ita ut dixerint, σαίρειν οἰκίαν. si ad eundem modum quis velit dicere, σαίρει ὁ μυλωθρὸς τὴν μύλην, tum purgamenta molae etiam dici poterunt σάρος, uti μυλήκορον, quod proprie *molae purgamenta* sonat, etiam ab *Archippo* translatum est ad fori purgamenta: οἶκος ἀσάρωτος satis notus est ex *Plinio.* confer et *Festum* in *molucrum,* ubi legerem pro μύλικρον, μυλήκορον. Kuehn.

εἰ δὲ σαίρειν φ. etc.] MS. εἰ δὲ καὶ σαίρειν etc. plenius, et ita supplevero. Iung.

εἰ δὲ σαίρειν] Plenius in textu dedimus: εἰ δὲ καὶ σαίρειν, et mox κἀκεῖνο, quanquam et antiquos genere neutro ἐκεῖνον dixisse constet e Grammaticis, id tamen *Pollucis* aevo non toleremus. *Hesychius:* Σαίρειν, σαροῦν, κοσμεῖν· unde derivandum, quod in eodem legitur: Σάρματα, καλλύσματα, καὶ κόπρια παρὰ Ῥίνθωνι· et iterum: Σαρμὸς, σωρὸς γῆς, καὶ κάλυμμα· ἄλλοι ψάμμον, ἄλλοι χόρτον· hic e priori *Glossa* κάλλυσμα restituendum, nec est quod aliud eruditi viri quaerant. Σαροῦν eadem notione verbum occurrit in *Philoxeno,* Σαρῶ, *verrit.* Σαρῶ, *verro. Lucas* cap. XI. v. 25. Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον· et cap. XV. v. 8. καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν· ubi in vetustissimis vulgatae editionis Codicibus *evertit* male scriptum pro *everrit* observat ex *Erasmo Beza,* quae lectio vitiosa causam dederit, cur *Gregorius* aliique linguae Graecae non intelligentes parum apposite ad hunc locum sint commentati. *Ba-*

silius alicubi, ubi in Sacro Codice σαροῦν legitur, καθαίρειν posuit. *Verrere* et *everrere* Romani. *Titinnius: Everrite aedis, abstergite araneas.* *Lucilius*: *Lignum caedat, aedis verrat, vapulet.* utrumque *Nonius* habet; sed in *Lucilio* pro *vapulet* ego quidem legam *vaporet*: ἀτμίζῃ, θυμιᾷ, quod in potentiorum aedibus solere fieri notum est. sic apud *Homerum Ulysses* remotis procorum cadaveribus, purgataque domo odores accendebat. exaratum fuit olim *Vapuret*, quod originem vitio dedit. super hac tamen re mihi consulenti respondit vir elegantissimus et acerrimi iudicii *Ianus Broekhuisius*, retinere se potius editam lectionem, et id de ancillula forsan vel servo facetia quadam, quae talis in fabulis adhibetur saepissime, dictum intelligere. Inde porro σάρος in *Glossis Philoxeni scopae*, et σάρον, quamvis et diversa accentus ratione σαρὸν in iisdem sit, ut utram positionem malelis, non libere dicas. σάρωθρον quod in *Onomastico* veteri, rarius usurpatum puto. *Nonius* autem observat rusticos Italos *syrus* dixisse, quas vulgo nominarent scopas, vocis notatione a Graecis tracta, ἀπὸ τοῦ σύρειν. et in eam rem *Varronis* utitur testimonio, qui scriptum reliquerit in *Marcipore*: *secum ferentes tegulas, ramos, syrus.* vereor ego tamen ne *sarus* vel *saros* fuerit in *Varrone*, pravaque vocis illius scriptura deceperit *Nonium*, quod ipsi non raro contigisse eruditi viri norunt. veruntamen hoc ego animo pertinaci defendere nolim. Partes autem illas everrendi domum θυρωροῦ, seu ianitoris fuisse apertum est ex *Polluce*. at *Onomasticon* habet *Scoparios*, quos Graece σαρωτὰς exponit. sed horum est satis. Sequebatur in *Polluce*, ἡ χρῆσις γὰρ ἀπὸ τοῦ σαρῶ· bene MSS. ἀπὸ τῆς ἅλω. *Falckenburgii* Codex ἅλωνος in eundem sensum; id itaque cum *Kuehnio* textui reddidimus. hinc vero rationem haurias, quampropter σαρμὸν *Hesychius* quosdam exponere dixerit χόρτον. tum fuit in editis ἐπὶ τῆς οἰκίας, male.

κᾀκεῖνον] MS. etiam κᾀκεῖνον. sed omnino scribendum puto κᾀκεῖνο, scilicet τὸ κόρημα, quod et κάλλυντρον dixerit. *Id nimirum*, ait, *etiam σάρον vocari quid prohibet? si ipsum ianitorem σαίρειν dicis*: clarum ex sequentibus: ὥσπερ καὶ μυλήκορον ἄν τις αὐτὸ καλέσειε. Sic enim, ut statim dicam, ibi recte MS. et hoc σάρον Atticos dicere negabat *Phrynichus*, ut paulo antea retuli. clarum et ex *Nostro* supra VI, 94. ubi σαιρέτω, et statim σάρον. verba tamen statim addo, si prius dicam *Hesychium* nobis dicere illud σάρον Byzantiorum esse: Σάρον, κάλυντρον Βυζάντιοι. Et statim: Σαρὸς,

ἀριθμός τις παρὰ Βαβυλωνίοις, ἢ κάλυντρον. quum tamen *Noster* non a peregrinis, qui ita utantur, nos monere iubeat, sed ab ipsa analogia. Sic et *Etymologicon* Magnum simpliciter: *κόρημα, τὸ σάρον, παρὰ τὸ κορεῖν.* Et statim in *κορήσατε· κόρημα γὰρ τὸ σαρόν.* ubi etiam malim *σάρον* paroxytone, ut prius: ut et *Suidas: κόρημα, τὸ σάρον τὸ κόσμητρον.* *Hesychius* iterum forte ad Byzantios suos respiciens, qui scilicet ita potissimum eo utebantur: *Κόρημα, κάλυτρον* (scribe cum *Sylburgio κάλλυντρον*) *ὅ τινες σαρόν·* ubi etiam *σάρον* malim. possis et *κάλυντρον·* nam variant in huiusmodi sive Auctores sive libri. Sed ad *Pollucem* nostrum, ut tandem *παρασαρώματα* excutiamus. Iung.

ἡ χρῆσις etc.] MS. noster: *ἡ χρῆσις γὰρ ἀπὸ τῆς ἅλω, καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἄγει τοὔνομα.* Ita prorsus scribendum. Male sciolus quidam *τὸ σαρῶ* nobis supposuit, quasi hic de etymo ageretur, quod alias iam clare satis in praecedentibus *Noster* innuit. Sed *ὑποβολιμαῖον τοῦτο.* Vera lectio est *τῆς ἅλω*, ut et in suo *γράφεσθαι Schottus* noster adnotat: et *οἰκίας* etiam scribe, non ut vulgo *οἰκείας.* Sensus vero *Pollucis* apertus: *σάρον, ait, χρῆσις profecta ab area, etiam ad domum illud nomen deducit, vel et ad usum domesticum, perinde nimirum et eadem ratione, qua μυλήκορον idem σκεῦος etiam dicimus, quamvis molentibus proprium istud μυλήκορον.* Eadem diserte et supra scripsit VI, 94. quae poterant admonere ut corruptrices manus ab hoc loco abstinerent: *σάρον, ait, γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ, τὸ ἐν τῇ ἅλῳ ἐκάλουν· ὡς τὸ ἐν ἀλφίτοις, μυλήκορον.* Iung.

μυλήκορον] MS. male *μύλη κόρον·* sed recte emendatum ibidem. Iung.

αὐτὸν] Optime vero MS. hic *αὐτό.* Sic enim scribere debes, non *αὐτόν. αὐτὸ, idem illud σκεῦος*, quod *κόρημα, κάλλυντρον*, et *σάρον* iam dixit. Res clara est ex iis quae dixi. et supra iterum VII, 19. *τὸ κάλυντρον, μυλήκορον.* Iungerm.

αὐτὸν] Restituimus *αὐτὸ*, iubentibus ita MSS. sic modo *κἀκεῖνον* in editis erat.

καλέσεια.] MS. *καλέσειεν.* Sed correctum id recte est. Iungerm.

ὅτι τοῦτο τῷ μύλῳ προσ.] MS. *ὅτι τοῦτο μυλῶσιν προσήκει.* Et ita scribe; quamvis enim *μύλος* inveniatur, *Noster* potius dicat *μύλωνα* et *μύλην*, ut supra VII, 19. et VII, 180. Iungerm.

ὅτι τοῦτο τῷ μύλῳ] Excerpta *Falckenburgii τῷ μύλωνι*, quod ita scripsisse *Pollucem* existimo.

Ἄρχιππος etc.] *Archippi Pisces* etiam apud *Athenaeum* saepius laudantur, et apud *Harpocrationem*: ut adnotavit *Casaub.* noster VI. *Athen.* 2. Quae autem ex eo hic a *Polluce χρήσεως* causa adferuntur, vulgo non recte habere, vel MS. indicio sit, qui habet *τὴν ἀγορὰν μυληκύρῳ*· legendum itaque *μυληκόρῳ*· et videtur *χρῆσις* mutila. an quod dixerit *ἀγορὰν μυληκόρῳ* esse purgatam? nec enim ego quidem calidius quid tento hic. IUNG.

Ἄρχιππος etc.] *Ἰχθύες Archippi* citantur et ab *Athenaeo* non uno in loco: videndus in *Bibliotheca Meursius*. piscariorum nequitiam illa fabula fuisse exagitatam veropersimile est: non tamen in hac re certi quid constituam. emendavimus autem *Archippi* verba, ut voluere MSS. praeluxit *Kuehnius*. omissum opinor *ἐκκόρεις*, vel *καθαίρεις*· existimabam aliquando proverbii quid in istis latere, ut quadrent in hominem, qui res aut ineptas aut viribus suis incongruas aggrederetur, quod is utique faceret, qui scopis domesticis forum perpetua hominum celebritate frequens purgare atque everrere pararet.

30.

τὸ δὲ ῥαίνειν] C. A. *περὶ τοῦ ῥαίνειν, καὶ ᾧ τοῦτο ποιεῖν* sc. *δεῖ*· quod omissum est: *de conspergendo solo, quoque vase id fieri debeat*. KUEHN.

διαῤῥαίνειν] C. A. *διαῤῥαίνειν καταῤ. ψεκάζειν* etc. in *Gl. ῥαίνω, spargo*. KUEHN.

καταῤῥαίνειν] MS. *καταῤῥαίνηιν*, errore iam aliquoties notato. IUNG.

ἔστιν] MS. *ἔστιν*. IUNG.

ἐν ᾧ τοῦτο ποιεῖ] *ἐν* abest a MSS. quod notat et *Salmas.* KUEHN.

ἐν ᾧ τοῦτο ποιεῖ] MS. *ἀγ. ᾧ τοῦτο* etc. sine *ἐν*, quod profecto hinc facessat facile. Nec aliter in lemmate MS. supra initio huius paginae scribendum puto, ubi *περὶ τοῦ καταῤῥαίνειν, καὶ ὧν τοῦτο ποιεῖ*. IUNG.

ἐν ᾧ τοῦτο ποιεῖ] Illud *ἐν* a nobis deletum, non quod arbitraremur a Graeci sermonis ingenio abhorrere; nam et ita loquutus *Philo* lib. V. *Βελοπ. ἐν ὑπερῴοις διαλελειμμένοις* (*διαληλιμμένοις* repone) *ἐν ἀμόργῃ*. *Hesych.* in *κρεάγρα*· ac saepius in N. T. volumine, uti *Matth.* cap. XX, 52. *ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται*· ubi quae *Pfochenius* adfert ad defendendam illam loquendi formam, nihil ad rem faciunt, sed ut

MSS. obtemperaremus, qui penitus id eiiciunt. *Κρῶσσος* usu receptius est, quam ut si per unicum σ scribatur: *Hesychium* vide. ὑδρεῖαν vix unquam exaratum offendes, sed ὑδρίαν multo frequentissime, non tamen hic a vulgatis MSS. differunt. at enim in *Athenaeo* lib. XI. ὑδρεῖαι Κορινθιακαί. de ει et ι affinitate dixi superius. recte mox ἀμφορίδιον, sicuti μαχαιρίδιον et similia, non vero ἀμφορείδιον. Sed quidem de *amphora*, ἀμφορεῖ et στάμνῳ pronuper erudite disputavit et locupletim vir eruditissimus et omni doctrinae genere ornatissimus *Adr. Relandus*, quem honoris causa nomino, in altera Dissertatione de Nummis Samaritanis.

κρῶσσον] κρωσσόν· ut supra VI, 14. ubi non aliter etiam MSS. Seb.

κρῶσσον] C. A. κρώσσων. Kuehn.

κρῶσσον] MS. κρώσσων· malim cum *Sebero* nostro κρωσσὸν VI, 14. quamvis et ibi MS. noster κρῶσσος· quae varietas in accentu tamen notanda est. Iung.

ἀμφορίδιον] C. A. ἀμφορείδιον, ut mox ἀγγείδιον. Kuehn.

ἀμφορίδιον] MS. ἀμφορείδιον, sed correctum ad vulgatam lectionem. Iung.

τεῦχος κεραμιοῦν] MSS. et *Salmas.* κεραμεοῦν a recto κεραμεοῦς. Kuehn.

τεῦχος κεραμιοῦν] MS. τεῦχος κεραμεῦον, γ. et scribe κεραμεοῦν, pro vulgato κεραμιοῦν, quod nemo dixit ita. Alterum aliquoties apud *Dioscoridem* et alios esse adnotavit *Budaeus.* supra VI, 14. περιφράζων dicebat κεράμου πεποιημένον. Sed VII, 162. etiam ἀγγεῖα κεράμεα καὶ γήϊνα iuncta. Iungerm.

τεῦχος κεραμιοῦν] *Kuehnius* in textu recte κεραμεοῦν. Excerpta *Falckenburgiana* χυτραιοῦν pro χυτραῖον habent, quod equidem non probo.

χυτραῖον] *Hesych.* Χυτραῖον, ὀστράκινον. Iung.

δι' οὗ δὲ etc.] C. V. δι' ὧν δὲ etc. Kuehn.

δι' οὗ δὲ etc.] MS. δι' ὧν δὲ τὸ etc. et ita placet scribendum: ut et MS. in lemmate huius capitis habebat. Iungerm.

δι' οὗ δὲ τὸ ὕδ. etc.] Melius in MSS. δι' ὧν δὲ τὸ ὕδωρ. quam lectionem textui reddidi. Ἀμάρας *Hesychius* et *Suidas* habent. ὑδρορρόας autem melius et antiquius dici quam ὀχετοὺς *Helladius Besantinus* apud *Photium* monet. de ὀχετοῖς vero et ὀχετηγοῖς alibi disserendi locus erit: illum autem de ὀχε-

τοκράνοις locum hunc *Polluois Meursius* adfert in *Attica Bibliotheca* sub *Hyperide*. vide *Vitruvium*.

ὑδροῤῥόαι] C. A. ὑδροῤῥοαί. *Gloss*. ῥοὰ, *canalis*, quod simplex est. Ibidem: ἀμάρα, *cloaca*: quod *Interpr*. *sulci* hic reddidit, per quos aqua derivatur in agris, non vero in urbibus, de quo hic sermo est. Kuehn.

ὑδροῤῥόαι] MS. ὑδροῤῥοαὶ, oxytonως, ut et supra IX, 46. MS. nam III. 103. sine accentu habebat. Apud *Hesychium* etiam ὑδροχόας habes in hoc genere. exponit enim ἀμάρας. Iungerm.

ὀχετόκρανα] C. A. omittit καὶ. *Interpr*. per ὀχετόκρανα intellexit *rivorum fontes*, ac si κιόκρανα sint *columnarum fontes*. mallem *canalium*, *tubulorum*, *fistularum capita*, quae *salientes* vocantur. *Philander* in *Vitruvium*: *teguntur illa vel mammis vel capitibus leoninis*, *vel Sylvano*, *vel epistomiis*, *vel aliis figuris*, *quas in genere* salientes κρουνοὺς *vocant*, de quibus *Auctor* seq. cap. *Gl*. κρουνός *Fluor*, *Tubus*, *Silvanus*, *aquilegiam*. Kuehn.

Ὑπερίδης] MS. Ὑπερείδης. Iung.

31

περὶ τῶν δι' ὧν ἐκφ. etc.] C. A. περὶ ἀγγείων δι' ὧν καὶ ἐκφέρεται ὕδωρ· *de vasis vel formis*, *e quibus aqua prorumpit*. *Salmas*. φέρεται. Kuehn.

περὶ τῶν δι' ὧν ἐκφ. etc.] Caput hoc, ut dixi, iungitur antecedenti, absque titulo, qui lemmate praecedentis nimirum continebatur. Iung

εἰ δὲ καὶ ἐκ φρεάτων] In MS. abest ἐκ, caetera similiter editis, nisi quod post ἀπαντλεῖν nulla distinctio. Seb.

εἰ δὲ καὶ ἐκ φρεάτων] *Salmasius* καὶ φρεάτων ἢ λάκκων. Kuehn.

ἀπαντλεῖν, δέοι τ' ἂν etc.] C. A. ἀπαντλεῖς, nec aliter legerat *Interpres*. tum idem Codex: δέοι ἂν σκευῶν, nec C. V. habet οἶμαι. *Glossae*: ἀντλητήριον, *hauritorium*, ἡ ἀντλία, *hic haustus*, ἄντλημα, *hauritorium*. ἀντλίαν alii *haustrum* reddunt. est et ἀντλία in navi, qua sentina exhauritur. Kuehn.

ἀπαντλεῖν, δέοι τ' ἂν etc.] MS. ἀπαντλεῖν δέοιτ' ἂν σκευῶν, ἀντλ. sine οἶμαι. Videtur verbum desiderari. an δεῖ, et fortene ita legendum? ἀπαντλεῖν δεῖ, δέοιό ἂν σκευῶν etc. vel δέοιτ' ἄν τις, ut infra segm. 54. Sed hoc adfirmare tamen ego nolim, et *Polluci* mea verba adfingerem, potius ut aliorum eliciam meliores ἐπανορθώσεις. Iung.

ἀπαντλεῖν] Codicis *Antwerpiensis* scripturam, quam et amplexus est *Kuehnius* noster, textui restitui: *ἀπαντλεῖ*, quod si sequaris, ultro patebit equidem legendum mox *δέοιτο ἄν*· itaque cum *Kuehnio*, ut sensum perficerem, in textum migrare iussi, invitis etiam MSS. De *ἱμονιᾷ* meminit *Lucianus*, et videnda ad Tomum eius secundum *Scholia*. quibus adde *Suidam* et *Moschopulum*.

ἱμονιᾶς] MS. *ἱμονίας*, ut antea vulgati. Iung.

κάδδου] C. V. *κάδου*· *Salmas.* in MSS. *κλάδου*, ad oram *κάδδου*. *Interpr. cyatho*: mallem, *situla*. *Gloss.* *κάδος*, *situla*, *situlus*. Kuehn.

κάδδου] MS. *κάδου*· et sic fere semper per unum *δ*, non minus recte. Iung.

κάδδου] Obtemperandum MSS. duxi, qui unico saltim *δ* vocem illam scriptam exhibent, et superius alicubi pro illo nos scribendi modo stare fassi sumus. nec aliter etiam in *Athenaeo* lib. XI. ubi non pauca de *κάδῳ* et *καδίσκῳ*. et sic ubique in melioris notae MSS. exaratum reperi. Protenus subiicitur in *Polluce* *τροχαλίας*, pro quo Excerpta *Falckenburgii* *τροχιλίας* hic et iterum mox. ac id equidem etiam recte; non enim temere illa scribendi forma repudianda est, quae multo plurima nititur auctoritate. attendere vero te velim, quid impedit enim, quo minus animo meo iam obsequar, et eam in rem praesentem? triplici ferme scribendi ratione nominis id gaudere, *τροχαλία*, *τροχηλία*, *τροχιλία*, nam ubi *τροχηλέαν* invenio, leve vitium obrepsisse opinor, reponendumque *τροχηλίαν*. Est autem *τροχαλία* vel *τροχιλία* id machinae genus, quo gravissima pondera sustinentur atque allevantur, circulus scilicet rotatilis in axi suo inter duo ligneola compactus. *trochleam* a Graeca voce appellarunt Romani, et *trogalam*, siquidem in *Philoxeni Glossario* legatur: *Trogala*, *τροχιλία*, nisi mavelis hoc loco reponi: *Trochlea*, quod scribere solebant *troglea*, *τροχιλία*, a qua emendatione non ego quidem abhorream: sed et in iisdem *Glossis* *ἡ τροχιλία*, sic enim etiam exaratum est, exponitur, *tortula*, *torquilla*, nominis origine ab ipso rei ingenio petita. meminit illius machinae *Cato* de R. R. et saepissime *Vitruvius* libr. X. ex quo formam eius et usum abunde colligas. Vocem autem Graecam labes invasit apud *Theonem* ad libr. I. *Ptolomaei*, ubi de celerrimis motuum generibus exponit: *εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων τὸ μὲν κυκλικὸν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις εὐκινητότατον, τὸ δὲ σφαιρικὸν ἐν τοῖς στερεοῖς ἐκ τοῦ καὶ τὰ ὑπερμεγέθη τῶν βαρῶν διὰ τροχαλιῶν ἢ μοχλικῶν ἢ πολυσπάστων εὐλύτως ἕλκε-*

σθαι· restitue τροχαλιῶν· et respexisse videri possit in his *Theo* ad *Aristotelis* isthaec cap. 7. *Μηχαν.* ubi pariter illa vox corrupte editur: τριχῶς δὲ ἐνδέχεται τὸν κύκλον κυλισθῆναι, ἢ γὰρ κατὰ τὴν ἁψίδα, συμμεταβάλλοντος τοῦ κέντρου, ὥσπερ ὁ τρόχος ὁ τῆς ἁμάξης κυλίεται· ἢ περὶ τὸ κέντρον μόνον, ὥσπερ αἱ τροχιλαίαι, τοῦ κέντρου μένοντος etc. sed legendum patet vel τροχιλίαι, vel τροχαλίαι, quo pacto semel iterumque recte scribitur capite 19. ubi rationem exponit, cur trochleae maxima pondera attollere sint aptae. sed e *Theone* vero attende sis duplicem trochlearum speciem, aut μοχλικῶν aut πολυσπάστων, quod intelligendis melius atque capiendis in *Vitruvio* pluribus locis aperiet viam. Siquidem autem haec machina, dum rotatur, sonitum edat auribus ingratum et iniucundum fragorem, inde natum est illud in *Xanthippen Socratis* dicterium. nam *Alcibiadi* sciscitanti, et admiranti, qui *Socrates* aequo animo pervicaciam uxoris et dicacem petulantiam perferre posset, respondet: Ἀλλ' ἔγωγε συνείθισμαι καθαπερεὶ καὶ τροχηλέας ἀκούειν συνεχές. sic in *Laërtio* II, 36. ista se verba habent. verum *Suidas* agnoscit in hoc loco τροχιλίας, praestantius certe, quam editur, quod itaque, vel τροχηλίας repone. legitur et in eodem, quod monere operae ferme pretium non sit, συνεχῶς. Ut autem trochlearum summa fuit utilitas in aedificandis domibus, qua de re decimo nono capite Mechanicorum dixit *Aristoteles*, sic et in navibus illa non minor apparuit. fuerunt enim in summitate carchesiorum trochleae, quibus erant inserti funes appellati καρχήσιοι, quorum ope vela expanderentur atque subtraherentur. iam vero nemini, puto, latebit τροχιλιῶν, seu trochlearum forma, qui vel levi perlustrarit oculo armamenta navalia. verum illorum quae dixi testem habeto *Galenum* in *Glossis Hippocraticis*, voce Καρχήσιον, quod, inquit, est τὸ ἐπ' ἄκρῳ τῷ ἱστίῳ· ἔχει δὲ τροχηλίαν, καὶ καρχήσιοι ἐπ' αὐτοῦ (vel οἱ ὑπ' αὐτοῦ potius) κάλοι οἱ (quod οἱ delere potes) τεταμένοι. In *Scholiaste* vero *Euripidis* ad *Hec.* v. 1263. reperio: Αὐτὴ ἀναβήσῃ ἐν τῷ ἀνωτάτῳ τοῦ ἱστοῦ, ἤγουν τῇ ἄκρᾳ τῶν τροχαλιῶν. commaculataque est illa vox in *Harpocratione* voce τοπεῖον. sic enim ibi χρῆσις adducitur ex *Archippi* Ὄνῳ: Τραχηλίαις ταῦτα καὶ τοπείοις ἱστᾶσιν, Οὐκ ἄνευ πόνου· ubi legendum omnino τροχηλίαις vel τροχιλίαις, quod et animadvertisse *Casaubonum* existimo ad *Athenaeum* IV, 20. sed ibi locorum cum typi vitio τραχιλίαις impressum sit, *Maussacum* in errorem id ipsum dedit, qui quid voluerit *Casaubonus* non cepisse manifestus est, siquidem eius emen-

dationem cum hac ipsa typi macula ponat. verum in illo *Archippi* loco τροχηλίας et τοπεῖα, utrumque commemoratum videmus, quae posteriora, cum partem τῆς τροχαλίας adgnoscat *Pollux*, unum per plura dixisse videri possit *Archippus*, et voluisse *trochleas funibus instructas*. Id ipsum porro in navalibus instrumentis a Romanis appellatum fuit *trochlea*, ut indicat aperte *Isidorus*: *Trochleae, quasi F litera, per quas funes trahuntur. trochleae autem vocatae, quod rotulas habeant.* τρόχος *enim Graece* rota *dicitur.* sic ille locus restituendus. quod enim interiicitur vulgo: *Cinna*: *Lucida confulgent alti carchesia mali*, ad priora referendum esse, vel puero pateat. maluero quoque pro F supposuisse G, in hoc tamen non disputabo. Sed alia nos tempus vocat.

κηλωνείου.] E MS. pr. ed. κηλόνεια. vide supra VII, 142. Seb.

κηλωνείου.] C. A. et *Salmas.* κηλωνείων. vid. supra lib. VII. cap. 52. et seq. Kuehn.

κηλωνείου.] MS. κηλωνίου· quo pacto et supra VII, 143. κηλώνιον habebat. quo pacto et hic scribere possumus, itaque apud *Herodotum* est, ut supra dixi. nec alteram tamen scripturam damno, quae apud *Hesych.* et *Suid.* etiam adsit: notum enim haec talia plerumque scribi ἐπαμφοτερίζόντως· ut vel in hoc vocabulo in *Etymologico* accidit. Antea alias κηλόνεια edebatur, et *H. Stephanus* reposuerat ω. Imo *Etymologici* Magni Auctori hanc scripturam κηλόνειον lubuit defendere in κῆλον, quasi κηλώνιον aliud esset. vid. de hac machina *Brod.* III. Miscell. 7. Iung.

τοπία] Supra VII, 151. Seb.

τοπία] C. A. τυπία, ἀξόνια, *funiculi*, *axes*, *rotulae.* Kuehn.

ἀξονία.] E MS. et not. *Sylburgii.* prior. edit. ἐξονία. Seberus.

ἀξονία.] Hic ἀξονία et MS. noster habet, idque ita in Codice suo *H. Stephan.* restituerat pro vulgato ἐξονία. malim fere ἀξόνια tamen, accentu translato, ut infra segm. 55. in MS. additum. Iung.

ἀξονία] In Codice *Falckenburgiano* scriptum fuit ἀζωνία, mendose pro ἀξόνια, quod ita *Kuehnium* sequuti in textum reposuimus. τοπία vero, quae praecedunt, ab aliis scribi τοπεῖα superiori nota vidimus, et *Harpocrationem* lege in illa voce. *Hesychius*: Τοπήϊα, ὅπλα νεώς, σχοινία, τοπεῖα, κάλοι. *Etymol.* adde.

τῷ δὲ προσδεῖται] MS. προσδεῖ. Seb.

τῷ δὲ προσδεῖται] τῶδε προσδεῖ, ita MSS. πρός δὴ *Salm.* unde facit etiam προσδεῖ. Kuehn.

τῷ δὲ προσδεῖται] MS. τῷ δὲ προσδεῖ καὶ ἁρπάγης, καὶ etc. et *Seberi* MS. quoque προσδεῖ· idque malim. ἁρπάγης ita quoque *H. Stephanus* correxerat in suo Codice, pro vulgato ἁρπαγῆς. Jung.

τῷ δὲ προσδεῖται] E MSS. locum emaculavi. *Κρεάγραν* habes in *Aristophanis Equitibus*: καὶ τῇ κρεάγρᾳ τῶν ὀρχιπέδων ἑλκοίμην εἰς τὸν Κεραμεικόν. ad quem locum *Scholiastes* observat instrumentum fuisse coquinum manui non dissimile, quo carnes lebetibus extraherent. inter sacra vasa Leviticorum volumine *oi* LXX. κρεάγραν et ἁρπάγην enumerant.

ἁρπάγης] Priores editiones ἁρπαγῆς. Sed MS. βαρυτόνως etiam infra segm. 98. ubi non aliter editi quoque. Seb.

ἁρπάγης] C. A. ἁρπάγην, loco ἁρπάγης, male. sequitur enim κρεάγρας, omisso καί. Kuehn.

καὶ λύκου.] C. V. *οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ σκεύη, οἷς τοὺς ἐκπεσόντας τῶν κάδων ἐκ τῶν φρεάτων ἀνέσπων· ita enim vocabant vasa, quibus situlas illapsas e puteis extrahebant.* Kuehn.

καὶ λύκου.] MS. noster longe auctior, exponendo usum praedictorum trium vasorum. Ita enim habet: λύκου· *οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ σκεύη, οἷς τοὺς ἐκπεσόντας τῶν κάδων ἐκ τῶν φρεάτων ἀνέσπων·* ὅτι etc. quae totidem verbis quoque addenda ex suo MS. adnotavit hic *A. Schottus.* addamus itaque. *Hesychius*: *Λύκος καὶ ὁ ἅρπαξ τῶν εἰς τὰ φρέατα καθίσκων.* *Idem*: *Ἁρπάγη, ξυστήρ, ἔστι γὰρ σκεῦος ἔχον ὀγκίνους, ᾧ τοὺς κάδους ἀνασπῶσιν ἀπὸ τῶν φρεάτων· καὶ ὁ λύκος Εὐριπίδης.* *Idem*: *Κρεάγρα, ἐν ᾗ αἴρεται τὰ κρέα· ἁρπάγη, καὶ λύκος ἐν ᾧ τὰ ἐκ τῶν φρεάτων ἀνέλκουσι.* Unde vides unum et eundem usum vasorum istorum fuisse. Jung.

καὶ λύκου.] Obstruximus hic ingentem rimam MSS. auxilio. eadem illa comparent in *Falckenburgii* Codice, sed mendosius ac in ceteris MSS. *οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ σκεύη, ἃ τοὺς ἐκπεσόντας τὸν κάδον ἐκ τῶν φρεάτων ἀνέσπων·* in quibus sanequam sunt, quae adiuvare possint atque stabilire productas a nobis ad caput huius libri primum et quintum super egregiis istis *Falckenburgiani* libri supplementis emendationes; libuerit ista modo cum his componere.

ὅτι δὲ καὶ κρεάγραν] C. V. *ὅτι γάρ.* Kuehn.

ὅτι δὲ καὶ κρεάγραν] MS. *ὅτι γὰρ καὶ κρ.* rectius *αἰτιολογικῶς*· quamvis nec alterum malum. Sed constat mihi in *δὲ*

et *γάρ* a novitiis praesertim librariis peccatum saepius. Iungerm.

ὅτι δὲ καὶ κρ.] *Palatini* Codicis scripturam non insuper habendam duxi, quae pro *δὲ* adgnoscat *γάρ*, commodius utique ac magis appositum, quanquam ad haec tam humilia et abiecta minus acriter attendendum quis existimet; sed ille tamen quicumque per nos suo sibi iudicio fruatur; ne quidem in minimis enim desistemus operam nostram *Polluci* collocare. *Aristophanis* iste locus ex *Concionem habentibus* citatur et a *Suida* in *κρεάγρα*.

Ἐκκλησιαζούσαις] Fol. 507. Seb.

τί δῆτα κρ. etc.] Verbum *Aristophanis* C. A. legit ita:

τί δὴ τὰς κ. τοῖς κάδδοις etc.

C. V. *δεῖτα.* leg. *δῆτα.* ita enim adhuc extat in hac Comoedia:

Quid est cur situlis comparemus harpagen?
Licet hancce aniculam deorsum mittere, et
cadentes situlas e puteis prendere. Kuehn.

τί δῆτα κρ. etc.] MS. *τί δεῖ τὰ κρ.* Sed locus recte habet, quem totum adscribo, non ita longe a fine indicatae a *Polluce* fabulae:

τί δῆτα κρεάγρας τοῖς κάδοις ὠνοίμεθ᾽ ἂν
ἐξὸν καθέντα γραΐδιον τοιουτογὶ
ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ξυλλαμβάνειν.

Eos omnes quoque versus *Suidas* in *κρεάγρα* adducit, quamvis nec *Comico*, nec fabula nominatis. Iung.

32.

περὶ τῶν προτοῦ κ. etc.] Hic titulus non extat in C. A. Kuehn.

περὶ τῶν προτοῦ κ. etc.] Sequitur caput 7. cuius in MS. particula prima peculiare caput est. reliqua cum sequentibus capitibus omnia in unum confusa habet. Hic itaque saltem iste titulus in MS. *τὰ πρὸ κοιτῶνος.* Iung.

πρὸ μὲν τοῦ κ. etc.] MS. *πρὸς μὲν οὖν.* Seb.

πρὸ μὲν τοῦ κ. etc.] MSS. *πρὸ μὲν οὖν τ. κ.* *ante cubiculum igitur* etc. Kuehn.

πρὸ μὲν τοῦ κ. etc.] MS. noster, sicut *Seberi*, plenius, *πρὸ μὲν οὖν τοῦ* etc. Iung.

πρὸ μὲν τοῦ κοιτῶνος] Locupletius e MSS. et elegantius *πρὸ μὲν οὖν τοῦ κοιτῶνος.*

σοι] MS. *σοί.* *De velis cubiculariis* vid. *Lipsii* Comm. ad libr. XIII. Annal. *Taciti* n. 13. ubi haec *Pollucis* adducit. Iung.

ἐξ ὀθόνης] *E linteo. Gl.* ὀθόνη, *linteamen, linteum.* et *Vetus Onomasticum*: ὀθόνια, *velaria.* vid. *Hesych.* in ὀθόνη. Kuhn.

ἐξ ὀθόνης] Additum e MSS. εἴτε καὶ τρίχαπτόν τι βαπτόν· quae nec omiserat etiam *Falckenburgii* Codex optimus. De τριχάπτῳ variae sunt atque a se divisae doctissimorum hominum opiniones, ut fieri amat in re incerta multisque tenebris obtecta. scriptorum, qui ad nostras pervenere manus, vetustissimi, qui isthoc vocabulo reperiuntur usi, sunt οἱ ἑβδομήκοντα, qui reddere id solent pro Hebraea voce משי, in cuius ipsius intellectu quoque fluctuant sacri Codicis eruditissimi *Interpretes.* sed hoc quidem de nomine alibi videbimus, si quid in lucem certi atque explorati proferri possit. *Hieronymus* autem cum diu et anxie se quaesivisse de τριχάπτῳ referat, tandem invenisse dicit, ut plurimas alias, ita et hanc vocem a LXX. procusam esse, viderique designare subtilissimam aliquam texturam, quae pilos aequaret. in cuius ego sententiam non temere pedibus eam; nam neque a LXX. Interpretibus vocabulum illud confictum existimo; non enim ex istis, credo, hauserat eam vocem *Pollux* noster; nec etiam designare concedam subtilissimam texturam, quae vel tenuitate pilorum componi possit. abit in diversissima *Hesychius*, qui sericum capitis tegumentum exponit, itaque dictum statuit, quod crines contingat. quae vocis expositio nescio quo lenocinio praestanti eruditione viros ad se traxerit. Me vero iudice τρίχαπτον re vera de pilis contextum, vel potius complexum fuit. inducor in eam opinionem auctoritate *Pollucis* nostri, qui lib. II. esse dixit πλέγμα ἐκ τριχῶν, quo quid planius desideres? ex pilis autem indumenta fuisse texta constat. ita quidem *Iosephus* Antiq. Iud. lib. III. cap. 5. mentionem facit σινδόνων ἐκ τριχῶν ὑφασμένων· et Ἀττικώτατος, ut eum appellat *Athenaeus*, *Pherecrates* τριχύφων ἀμπεχόνων meminit istis verbis in Μεταλλεῦσι·

κόραι δ' ἐν ἀμπεχόναισι τριχύφοις ἀρτίως
ἡβυλλιῶσαι, καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι etc.

Ubi Doctissimus *Interpres Dalechampius*, nam in *Athenaei* libro sexto isti *Pherecratis* versus extant, perperam reddidit: *Puellae indutae pallis tenuissimo filo textis;* quod nihil, ut reor, de isto texturae genere resciverat. Pilos itaque cum textura tum plexu fuisse compositos patet; ut τρίχαπτον fuisse ducam velum aliquod vel indumentum quodcunque e pilis plexum, a qua significatione propria dimanavit, opinor, etiam ad textas e pilis vestes designandas, quae τρίχυφοι κυριο-

λέκτως appellari solent. Poteram adiicere plura de pilorum textura, sed, quod brevitatis rationem esse habendam typographorum importunus adventus me moneat, abscedo. Poteris autem de τριχάπτοις legere apud eruditissimum virum, cuius praeceptis atque saluberrimis monitis plurimum quantum me debere profiteor, *Ioh. Braunium* in opere nunquam intermorituro de *Vest. Sacerd.* lib. I. c. 8.

εἴτε καὶ πολύχρ.] C. A. πολύχρουν ἀφ' οὗ Ἀριστοφάνης παραπέτασμα etc. C. V. post ὀθόνης subiicit: εἴτε καὶ τρίχαπτον, τὸ βαπτὸν, εἴτε καὶ π. ἐφ' οὗ Ἀ. εἴποις παραπέτασμα τὸ κύπριον· τρίχαπτον est velum sericum capiti mulieris tegendo adductum, nomen enim habuit ab eo, quod capitis attingeret crines. vid. *Hesych.* ubi pro πολύτιμον recte *Salmasius* legit πολύμιτον· ut enim LXX. *Ezech.* cap. XVI. *Hebraeum* משי reddiderunt τρίχαπτον, ita *Symmachus* id ipsum interpretatur, πολύμιτον. vid. *Drusii fragmenta veterum Interpretum*, et *Hieronymum* in *Ezech.* cap. laudatum et in *Zachariae* cap. XIV. τρίχαπτον βαπτὸν vel *velum variis tinctum coloribus*, ἑτερόχροον, *versicolor*, vid. supra lib. II. c. 5. Sect. 2. Kuehn.

εἴτε καὶ πολύχρ.] MS. noster auctior: εἴτε καὶ τριχάπτόν τι βαπτὸν, εἴτε καὶ πολυχρ. ita locus mutilus vulgo supplendus est. modo scribamus τρίχαπτόν τι β. villosa tapetia dicit. Sic ex *Ezechiele* Propheta proferunt cap. XVI. τὰ περιβόλιά σου βύσσινα καὶ τρίχαπτα καὶ ποικίλα. *Suidas*: Τρίχαπτον, τὸ βαμβύκινον ὕφασμα, ἱμάτιον πολυτίμητον· quae et apud *Hesychium*: quamvis ille saltem capitis ornatum exponit. Sed et de aliis dictum patet. *Noster* infra in compositis ἀπὸ τριχῶν, τρίχαπτον δέ φασι, πλέγμα ἐκ τριχῶν· ubi MS. etiam τριχαπτὸν oxytone. Iung.

ἂν εἴπῃ] MS. ἂν εἴποι. Iung.

παραπ. κύπρ. τὸ π.] MS. παραπετ. τὸ κ. inverso ordine vocum, male. concinnior versus, ut vulgo est. Iung.

ἐν δὲ τῷ κοιτῶνι etc.] Apponit titulum C. A. περὶ τῶν ἐν κοιτῶνι. Kuehn.

ἐν δὲ τῷ κοιτῶνι etc.] Sequitur in MS. novum caput, hoc titulo: τὰ ἐν κοιτῶνι· in quod tamen coniiciuntur caput 8, 9, 10 et 11. Iung.

Ἀριστοφάνης.] Ibi nimirum a fine longius ait *Myrrhina*:
φέρε νῦν,-ἐνέγκω κλινίδιον νῷν. Κι. μηδαμῶς,
ἀρκεῖ χαμαὶ νῷν. — Iung.

ἐν Δαιταλεῦσιν.] ἐν delet C. *Salm.* Kuehn.
ἐν Δαιταλεῦσιν.] MS. ὡς Δαιταλ. sine ἐν. Iung.

Ὀδυσσεῦσι] Haec *Cratini* fabula etiam apud *Athen.* addu-

citur adnotante τῷ πάνυ *Casaub.* II. *Athen.* 26. Ceterum in MS. hic ista: ἐπὶ δὲ τ. π. ἁ. ὅ. φ. cum ipsa χρήσει desunt. mallem vero legere: ἐπὶ γὰρ τῶν etc. dixi supra, saepius has particulas a librariis perversas. scribe et ἀλυσκάζουσιν, non ἀλισκ. Iung.

33.

ἀλισκάζουσιν] Leg. ἀλυσκάζουσιν. senarius est:

Quidam vero subterfugiunt in toris.

C. A. post Κρατῖνος omittit quae sequuntur usque ad ὅτι. Kuehn.

ἀλισκάζουσι] *Kuehnius* in contextu *Pollucis* reposuerat ἀλυσκάζουσι, quod et ita non neminem eruditum hominem ad oram sui Codicis adnotasse vidi. id ego recepi, etiamsi MSS. auctoritate non nitatur, quam non moramur, si res ipsa loquitur. Κλινήδιον in *Hesychio* pro κλινίδιον legi docti viri docuerunt. *Suidas* ex *Aristophanis Thesmophoriazusis* κλινίδα producit, et explicat βάθριόν τι.

κλινὶς ἐκαλεῖτο] MS. καλεῖται. Seb.

κλινὶς ἐκαλεῖτο] C. A. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἁμάξης κείμενον κλινὶς ἐκαλεῖτο, ὅταν μ. τ. ν. ἐ. οὗ κ. ἡ ν. μεταξὺ πατρός τε παρόχου κ τ. ν. κ. δ. τ. κ. καὶ κλιντόριον. quae sequuntur absunt ab eodem Codice usque ad εἴδη δὲ κλίνης segm. seq. Kuehn.

κλινὶς ἐκαλεῖτο] MS. noster κλινὶς καλεῖται, ut et *Seberi* nostri. Iung.

καταστρωννύμενον] *Salmas.* καταστορνύμενον. Kuehn.

καταστρωννύμενον] MS. ἀμ. καταστορνύμενον, ὅτ' ἄν. Iung.

μετιῶσι] *Salm.* μετίωσι. Kuehn.

μετιῶσι] MS. μετίωσι. emenda μετίωσι· et id, ni fallor, hic significat *accersunt*, *adducunt*; ἐπὶ ζεύγους γὰρ τάς. ut supra ait III, c. 3. νύμφας ὡς ἐπιπολὺ μετῄεσαν· sic enim ibi MS. quam lectionem quis in Orationem aliam convertit, nempe hoc verbum non intelligens. Quo tamen iterum iterumque utitur ibidem initio: ὁ ἄγων τὴν νύμφην ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας, νυμφαγωγός, ὁπότε μὴ ὁ νυμφίος μετῄει· οὐ νενόμιστο δὲ μετιέναι τοὺς δευτερογαμοῦντας. Quae certe de deductione sponsae in domum mariti accipienda sunt, quae vehiculo fiebat, nisi apud humiliores et viliores, quae χαμαίποδες ideo audiebant; dixi supra pluribus ad libr. III. cap. 3. Iung.

μετιῶσι] Mutavimus accentum μετίωσι. Pertinent huc illa *Hesychii* verba: Κλινὶς, ἐπὶ τῆς ἁμάξης νυμφικὴ καθέδρα· meminit et *Synesius* ἀμφικεφάλου καθέδρας Ep. 2. in qua sponsa sederet, quae quidem apud eum tamen ad currum sponsa-

lem non pertinet. mox autem concinnius e MSS. *τοῦ παρόχου τε καὶ τοῦ νυμφίου.*

τοῦ παρ. καὶ τοῦ ν.] MS. *παρόχου τε καὶ τοῦ ν.* Dixit autem et *Hesychius* in *νυμφαγωγὸς* hoc, cuius verba supra ad III, 41. adscripsi. repetit idem in *πάροχοι· καὶ οἱ συμπορεύοντες,* ait, *τῇ νύμφῃ ἐπὶ τοῦ ζεύγους καὶ παράνυμφοι.* Iung.

ὡς ἐν Διοναυάγῳ etc.] In Codice *Vossiano* notatum est, *δὶς ναυάγῳ* esse legendum. forte, *Δὶς ναυαγῷ*, *bis naufrago.* Kuehn.

ὡς ἐν Διοναυάγῳ etc.] Desunt in MS. *ὡς ἐν Διοναυάγῳ Ἀρ. ἔ.* cum verbis *Comici.* Ea mendo carere non credo. forte et de dramatis titulo, vel *Comici* etiam anquirendum, ne nobis iterum obrepserit *Aristophanes* pro *Antiphane*, notior librariis pro ignotiore. Absque MS. *συκλινῃ ἢ γ' ἐμῇ ἐπικουρίᾳ.* ad cetera itaque me moveo. Iung.

ἐν Διοναυάγῳ etc.] *Kuehnius* in margine sui libri adscripserat *Δὶς ναυάγῳ.* satis acutum id quidem atque ingeniosum, potueratque illa corruptela facili via titulum istum *Aristophaneae* fabulae occupare. sequi tamen non ausus sum, quod nec documentum illius emendationis adsit ullum, nec fide MSS. nitatur. in ipsis autem *Aristophanis* verbis nil mendi latere putem. comica id dictum est facetia: *Quid vero me, sceleste, eiicis et expellis, tanquam scamnulum quoddam inutile*: et eiusmodi sunt plura acute dictorum in *Comico* genera, quorum vim et elegantiam non rite capias, nisi lectis simul quae praecedunt vel sequuntur. *κλιντὴρ* reperies apud *Hesychium*, *δίφρος ἀνακλιτός.* mellitissimus ille *Bion* Adonidis Epitaphio peremptum ab apro Veneris amasium reponi curat *παγχρύσῳ κλιντῆρι.*

34.

μέχρι δὲ κλ.] Scr. *μέρη δὲ κ.* Seb.

μέχρι δὲ κλ.] C. V. recte, *μέρη δὲ κλίνης·* et ita legit etiam *Interpres* et *Salm.* Kuehn.

μέχρι δὲ κλ.] Pessime legitur *μέχρι·* quod et *Seberus* noster admonuit, et scr. nempe esse, *μέρη δὲ κλίνης·* quo pacto certe MS. noster clare habet etiam. Iung.

μέχρι δὲ κλίνης] Ineptum id erat, quod animadvertit etiam ineptiis deditissimus alias *Interpres.* reposui cum *Kuehnio μέρη.* In *Scholasticis Colloquiis sponda* Graece exprimitur *ἐνήλατος τῆς κλίνης·* et eo nomine partem aliquam fuisse navis, spondae, puto, non dissimilem arguit *Hesychius.*

καὶ ἐνήλατα] *ἐνήλατα, spondae. Euripides* in *Hippolyto* de

currus partibus agens, numerat inter eas etiam *ἀξόνων ἐνήλατα*, quod reddunt *clavi axium*. Kuehn.

καὶ ἐνήλατα] MS. *ἐνήλατον*, sine praecedenti *καί*. Iung.

καὶ ἐπίκλιντρον] Post *ἐπίκλιντρον* C. V. leg. *τὸ μέντοι ἐπίκλιντρον ὑπὸ Ἀ.* etc. Kuehn.

καὶ ἐπίκλιντρον] MS. auctius: *καὶ ἐπίκλινθρον· τὸ μέντοι ἐπίκλινθρον ὑπὸ Ἀριστοφ.* nec videtur inanis repetitio, egoque sic supplendum duco. locum *Aristophanis* ex *Ecclesiazusis* attuli supra ad VI, 9. ubi huius vocabuli mentio quoque fit. Est et alius a me ex MS. prolatus ad IX, 72. e *Comici Anagyro*. *ἐνήλατον* etiam supra VI, 9. nominatur, quamvis mendose vulgati *εὐήλατον* habeant, ubi et *κλιντήριον*, etiam hic nominatum. Haereo tamen in his tricis. videtur enim ibi dicere, *ἐνήλατον* apud *Aristophanem* vocari *κλιντήριον*· hic *κλιντήριον* cum *κλινιδίῳ* idem esse ex eodem *Aristophane*, si vulgata lectio recta, docet. *ἐνήλατον* vero partem lecti facit, ut etiam supra alios, qui de *ἐνηλάτῳ* idem dicunt, attuli. Lubet et hoc adponere, *ἐνήλατα* quatuor fuisse. *Artemidorus* lib. I. Onirocrit. cap. 76. *τῶν δὲ ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔξω, ἰδίως τὴν γυναῖκα*· (*σημαίνει* in somnis visum) *τὸ δὲ ἔσω, τὸν ἄνδρα· τὸ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ, τέκνα ἀρσενικά· τὸ δὲ πρὸς τοῖς ποσὶ, θηλυκὰ τέκνα· κατὰ ταῦτα δὲ τοῖς ἐνηλάτοις καὶ οἱ τοῖχοι τῶν κλινῶν διαλαμβανέσθωσαν.* Iung.

Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἰχ. etc.] Desunt in MS. *Σοφ. δ' ἐν Ἰχν. Σ. ἔ. ἐ. ξ. τρ. δ. δεῖται*· *Sophoclis* drama saltem *Ἰχνευτὰς* ab *Athenaeo* nominari indicat *Casaub.* noster VII. *Athen.* 4. meminit et de *Satyrica Poësi* lib. I. c. 5. *Sophocleam* vero *ῥῆσιν* admodum erudite emendavit noster *Salmasius* ita:

— *ἐνηλάτων* (vel *εἰς ἐνήλατα*)
ξύλα τρίγομφα διατορῶσαι δεῖ τάδε. Iung.

Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἰχνευταῖς Σατύροις] Non equidem in memoriam revoco, legisse unquam fabulam aliquam *Σατύρων*, sed *Σατύρους* semper, qua de re luculenter egit *Isaac. Casaubonus* de *Satyr. Poësi.* ad rei itaque veritatem *Σατύρους* in *Pollucео* textu exhibui, quam eandem emendationem vidit etiam et adseruit vir acutissimus *Bentleius* Epistola ad *Millium Malalae* subiecta pag. 15. ubi pluribus exemplis id omne confirmat. In ipsa vero *Tragici ῥήσει* post *ἐνήλατα* minorem distinctionis notam apponit *Kuehnius*, cui rei quid causae penitus ignoro; nam *ἐνήλατα* certe pertinent ad ipsa *Sophoclis* verba. Locus autem *Tragici* quin afflictus sit non dubito, uti nec hanc nativam eius esse lectionem, aut ad eam saltim quam proxime accedere: — *ἐνήλατα ξύλα τρίγομφα διατορεῦσαι*

δεῖ σε· *apta spondae ligna ternis ex asseribus compacta caelare te decet.* vel διατορνῶσαι scribe, siquidem, ut ex *Hesychio* patet, τορνοῦν in usu sit, quod tum intelligendum hic est latiori notione, scilicet eodem ferme quo διατορεῦσαι· quam notionem id verbi facile quoque admittat. *Glossae* veteres: Ἀτόρνευτος, *incelatus.* neque illud a re abludit. *Telemachi* lectum seu κλίνην δεινωτὴν ab *Homero* sic dictam arbitrantur Grammatici veteres, quod fuerit τετορνευμένη. *Hesychium* et *Etymologum* vide, quanquam diffiteri nolim id lecti pedum respectu, qui tornati fuere, dici forsitan praecipue. retinere possis etiam δεῖται, addito σε, διατορεῦσαι σὲ δεῖται, *ut caeles, te rogat.* omissam vero sentio voculam σε librarii negligentia, qui simili praecedentis vocabuli pronunciatione sit deceptus. videtur autem *Interpres*, cum *perforare* reddit, legisse, διατορῆσαι, de quo verbo *Suidam* adi. sed ut id cum ipsa re congruere possit, non satis video. ἐνήλατα vero ξύλα nolim mutare cum *Salmasio*, cum nomen, ut Grammatici loquuntur, sit adiectivum. viden' autem ut haereamus MSS. ope destituti. illam tamen lectionem, quam verisimillimam existimo, textui reddidi. [In *Sophoclis* versiculo bona est *Salmasii* emendatio; servat enim metri iambici praescriptum. quamobrem eam esse probandam censeo. *Ex Addendis.*]

εἴδη δὲ κλίνης] C. A. praemittit περὶ κλινῶν. Kuehn.

ἀργυρόπους] *κλῖναι ἀργυρόποδες* extant apud *Xenoph. Exped. Cyri. lecti cum pedibus argenteis.* Kuehn.

ἀργυρόπους] MS. ἀργυρ. καὶ παράπυξος, omissis quae sequuntur his, ὡς ἐν τ. Δ. Κρ. κλ. τε παραπ. et statim in MS. sequitur: καὶ ἀμφίκολλος οὔ. γ. τ. κατακεκολλ. οὕτως γὰρ etc. nec videntur itaque *Cratini* verba integra. nam illis καὶ ἀμφίκολλος, quae casu inverso *Cratineis* adtexunt vulgati, peculiarem χρῆσιν ex *Platone* addit. παράπυξον κλίνην alias ex eodem *Dionysalexandro* et supra attulit VII, 159. ut quidem ibi MS. recte habebat. Confirmat autem MS. alias noster, ut vides, ἀμφικολ. et κατακεκολ. recte a *Sebero* nostro edita esse. quamvis per se id liqueat. Iung.

ἀργυρόπους] *Synes.* Ep. I. καθέδρας ἀργυρόποδος mentionem facit. sed *Clementi Paedag.* II. cap. 3. memorantur κλῖναι ἀργυρόποδες καὶ ἐλεφαντοκόλλητοι· nec multo inferius ἐλεφαντίνας etiam κλίνας lego, quas et infra *Pollux* recenset. *cui testudinea legata essent, ei lectos testudineos pedibus inargentatos deberi Labeo, Trebatius responderunt,* inquit *Iavolenus* Digest. XXXII. de Leg. et Fideicomm. §. 100.

ὡς ἐν τῷ Διονυσαλ. etc.] *ὡς ἐν τῷ* etc. usque ad *παράπυξον*, non apparet in C. A. *Salm.* V. C. *ἀμφίκοσμος* et *κεκοσμημένην*. Kuehn.

ὡς ἐν τῷ Διονυσαλεξάνδρῳ Κρ.] *Cratini Διονυσαλεξάνδρου* saepius *Auctor* noster meminit, et ad superiorem librum *Kuehnius* ea de fabula notavit. mutavimus autem in sequentibus inducti MSS. consensu distinctionem. sic enim vulgo: *κλίνην τε παράπυξον καὶ ἀμφίκολλον·* quod erat ineptum. adhibitam autem ad conficiendos lectos fuisse buxum colligas ex *Platonis* loco, et, nisi me fallit memoria, *Theophrastus Histor. Plant.* etiam tradidit. Postmodum reposuimus etiam *εἴποις* pro *εἴπῃς*.

ἀμφίκολλον.] E MS. et not. *Sylburg.* prior. edit. *ἀμφίκωλον·* item mox *κατακεκωλλ.* Seb.

ἀμφίκολλον.] C. A. *ἀμφικόσμος οὕτω γὰρ τὸν κεκοσμημένην.* *ἀμφίκολλος κλίνη* lectus est utrinque agglutinatum habens pluteum, sustinendo pulvino capitis. in *Platonis* loco *ἀμφίκολον* V. C. *Salm.* Kuehn.

35.

σὺ δ' ἂν καὶ ἐλεφ. εἴπῃς. etc.] C. V. *εἴποις*. C. A. *χελώνης, σφενδάμινου, σφενδαμνίνην.* in *Gloss.* *Σφενδάμνινον*, *acernum.* *Σφένδαμνος, acer arbor, ῥάβδος σφενδαμνίνη, adiannica.* Kuehn.

σὺ δ' ἂν καὶ ἐλεφ. εἴπῃς. etc.] MS. *σὺ δὲ καὶ ἐλεφ. εἴποις, καὶ χελώνης* etc. ut sane distinguendum est, et legi etiam potest. De lectorum tricliniariorum materia, qui etiam testudinum laminis vestiebantur, exque ebore erant, argento, auro etc. vide *Ciacconium* de triclinio, et adpendicem *F. Ursini.* Mox MS. *Schotti* habuit, ut ipse adnotavit: *καὶ ελωνηυ, καὶ σφενδαμνουν, καὶ σφ.* sed mendose: *χελώνης* et *σφενδάμνου*, id est, *ἐκ χελώνης, ἐκ σφενδάμνου·* qualiter locutum nostrum saepius adnotavi. Talis *Philonis* locus ab *Ursino* Adpend. ad *Ciacconii Triclin.* allatus: *τρίκλινα χελώνης ἢ ἐλέφαντος κατεσκευασμένα.* Quem *σφενδάμνου*, vel *σφενδαμνίνην* vocat, nobis facile in mentem revocare queant illud *Terentianum: Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit*, quamvis *σφένδαμνος* potius *acer* sit, ut etiam in Vet. Lexic. interpretatum habes, et *σφενδάμνινος* ibidem *acernus.* Iung.

καὶ σφενδαμνίνην,] C. V. addit: *Ἀριστοφάνης γὰρ ἐν Ἀχαρνεῦσιν εἶπεν σφενδάμνινοι, ἀλλὰ* etc. *τῶν ἔνδον σ.* *Interpr. interiorum*; malim, *domesticorum.* Kuehn

καὶ σφενδαμνίνην,] Post *σφενδαμνίνην* ita MS. noster

auctior: Ἀριστοφάνης γὰρ ἐν Ἀχαρνεῦσιν εἴρηκεν σφενδάμνινοι· quomodo supplere debes. Eadem in suo MS. invenit et *Schottus* noster, nisi quod ultima vox σφενδάμνινος ibi erat. Sed σφενδάμνινοι legendum est, ut *Noster* habet. Dicit enim haec de *Acharnensibus Comicus*:

Ἀχαρνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι,
ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι. IUNG.

καὶ σφενδαμνίνην,] Additamentum illud, quod e MSS. in *Polluceum* textum reduximus, *Falckenburgii* quoque Excerpta habent, non alia differentia, quam quod in iis καὶ σφενδαμνίνος· non aeque probe.

καὶ σκιμπόδιον.] καὶ abest a C. A. KUEHN.

καὶ σκιμπόδιον.] σκίμπους apud *Aristophanem* in Νεφέλαις· Κάθιζε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα· ad quae *Scholiastes* haec adnotat: τὸν κράβατον σκίμποδα λέγουσιν Ἀττικοί· οἱ δὲ φασὶ σκιμπόδιον· reliqua legat, si quis desideret originem vocis, quae ibi ille porro scribit. et σκιμπόδιον apud *Hesychium*, εὐτελὲς κλινίδιον μονοκοίτιον· scribe μονόκοιτον· ut itaque cepisse solum tantum hominem hinc intelligas, idoneus autem fuit tam ut in eo recumbere posses, quam sedere. de posteriori vidimus ex *Aristophane*. prius qui probet, elegans est in *Clemente* locus *Paedag.* lib. II. cap. 3. ἐγὼ δὲ φημὶ καὶ τοὺς σκίμποδας οὐδὲν χακίω παρεχομένους κατάκλισιν τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης· et alius in *Galeno* περὶ τοῦ προγινώσκειν ad hanc rem appositissimus, ubi *Boëthi* puerulus aeger in scimpode decubuisse narratur: σκίμπους δέ τις ἔζευκτο μικρὸν τῶν μέσων αὐτοῦ κατωτέρω. legerem ego quidem μικρὸς τῶν μέσων, quis enim variae magnitudinis lectulos hos fuisse dubitet? simul et hic attendas institis et tenis lectuli hoc genus intensum fuisse, quod ostendit ille loquendi modus: σκίμπους ἔζευκτο. suavissimus *Arbiter* simili ratione de grabbato, quod nomine solummodo a scimpode differt: *Imperavi Gytoni, ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat* etc. paria plane *Galenus* habet. *Boëthus* enim, ut experiretur veritatem eorum, quae de cibo latente dixerat *Galenus*, στορεθῆναι τὸν σκίμποδα iubet, ἐπειδὴ τά τ' ἐπιβλαστήματα πάντα, καὶ τὸ ὑπεστορεσμένον αὐτοῖς ἀνετινάχθη, τὸ γνάφαλον ἐξῆς ἀνετίναξε· εἶτα τὴν καθέδραν ἐπάρας etc. ubi vides et in scimpode fuisse sellam, quae tolli reponique possit, eum in usum, ut si quis erectus sedere cuperet, ita commode sederet. hac eadem de καθέδρᾳ scripserat etiam in superioribus ita *Galenus*: καθέδρα δὲ ἦν μία τοῦ σκίμποδος.

prorsus autem eius hanc esse figuram puto, quatuor scilicet innixum pedibus, unde *grabatus tripes Martiali*, qui uno destituitur pede, quorum bini anteriores posterioribus depressiores erant et incurvi; et eam ob rationem Grammatici vocem deduxere *ἀπὸ τοῦ σκιμπάζειν*, *χωλαίνειν*, quam propter causam dictum et *χωλοκράββατον* vel *χωλὸν κράββατον*. *Suidas* in *σκίμπους*. *Aristophanis Scholiastae Etymologum* adde. *Ἀσκάντης* vero idem qui *σκίμπους*· *ἕξει τὸν ἀσκάντην λαβὼν* in *Nubibus Aristophanis*. dixerat iam ante *σκίμποδα*. *Grammaticus* antiquus: *σκίμποδα, δίφρου τι εἶδος, ἢ τὸν κράβατον*. ad *Hesychium* adi, *Etymologum* et *Suidam*, qui *Comici* locum adduxit. *Lucianus* in *Lexiphane*: *ἔκειντο δὲ καὶ ὀκλαδίαι καὶ ἀσκάνται*· ubi lege Commentatorem veterem, qui in nuperrima maximi *Graevii* editione lucem adspexit.

Μεσηνίᾳ] C. V. *Μεσσηνίᾳ*, uti lectum in *Specimine*. Kuehn.

Μεσηνίᾳ] Emenda *Μεσσηνίᾳ*, ut MS. habet, duplici σσ. Sic *Messeniam* hinc adfert etiam *Casaub.* noster IV. *Athen.* 22. Iung.

Μεσηνίᾳ] Ut *Kuehnius* in textu restituit, sic et olim legit *Meursius* in *Bibliotheca* Graeca. *Rhinthonem* aliquoties adducit testem *Hesychius*, eiusque *Medeam* in *Κομάκτωρ*· et illum natione Tarentinum principem fuisse, qui hilarotragoediam, vel *φλυακογραφίαν* invenerit, *Suidas* prodidit, cuius locum foedissima macula liberavit maximus ad *Athenaeum Animadversor*. videtur itaque a Siculis atque Tarentinis vocabulum illud emanasse ad vulgarem Graeciae dialectum et Romanos. in volumine N. T. sacro reperitur, *Marc.* II. v. 11. ubi *Syrus* ערסא, et optime *Arabs Erpenii* סריר. *Theophanes* autem *Cerameus Hom.* qua filii viduae historiam ex Euangeliis enarrat, *σκίμποδι* et *κραββάτῳ* utitur promiscue. in *Arriani Epicteticis* scribitur etiam *γράββατος*, quod a Romanis sumptum. *Petronius*: *ille, ut se in grabatum reiecit*. *κραβάττια* legi apud *Cyrillum Scythopolitanum* Vit. *Sabae* cap. 73. *νοσοκομεῖον ἑκατὸν κραβαττίων*· ut lectulos illos itaque positos in nosocomiis, in quibus aegri decumbebant, ita dictos videas. Sed illa non hoc loco agere constitui.

καὶ τῷ] MS. *καὶ τῶν*· sed emendatum recte est *τῷ*. Iungerm.

Ῥίνθωνος] *καὶ τῷ Ῥίτωνος* legit C. A. male. notus enim est *Rhinthon* Tarentinus *Comicus*. vide *Ciceronem* ad *Atticum* I. Epist. ultima, *Eustath.* in *Dionysium* pag. 55.

Hesych. voce *ἄσεκτος* *Rhinthonem* vocat *Tarentinum Philosophum*, et alibi quoque eius facit mentionem. Quod autem hic vocabulum *κράββατος* apud *Critonem* et *Rhinthonem* extare dicitur, id videtur negare *Eustath.* in Odyss. pag. 1944. ubi hoc scholion ex nescio quo affert: *ἀσκάντης, Ἀττικῶς· συνηθέστερον δὲ, ὁ σκίμπους· ὁ δὲ κράββατος, φησὶ, παρ' οὐδενί·* nisi locum de Atticis scriptoribus intelligas, apud eos enim non extare *τὸ κράββατον* videtur asserere *Thomas* in *Eclogis: σκίμπους ῥητορικόν· κράββατον, κοινόν.* Unde *Triphyllius Ledrensium Episcopus* cum dictum illud *Marci* cap. II. *ἆρόν σου τὸν κράββατον* etc. pro concione allegandum ipsi esset, *σκίμποδα ἀντὶ τοῦ κραββάτου μεταβαλὼν τὸ ὄνομα εἶπε.* verum huic intempestivo Rhetori bene dictum est: *οὐ σύ γε ἀμείνων τοῦ κράββατον εἰρηκότος, ὅτι ταῖς αὐτοῦ λέξεσιν ἐπαισχύνῃ κεχρῆσθαι* lib. I. *Hist. Eccles.* cap. 11. *Sozomenus. Martial.* lib. XII. epigr. 32. *tripes grabatus,* quod in *Scholiis Aristoph.* est *χωλὸν κραββάτιον,* extat et *κράβατον* cum unico *β.* Erat autem *κράββατος* lectulus humilior, unum capiens cubantem, ex tabulis subterque tensis constans institis, quae in Oriente קרבימין dicuntur. unde totus lectulus nomen accepit, vel ab Hebraeo קרב *appropinquavit,* quod terrae vicinior esset, uti *Eustathius σκιμπόδιον* derivat *ἀπὸ τοῦ σκίμπτειν appropinquare,* quod humile terraeque proximum esset. Kuehn.

κράββατον] Vid. *Nunnes.* Not. in *Phrynichum* Ecl. I. in *σκίμπους.* Iung.

ἐγὼ δὲ οὐκ etc.] MS. *ἐγὼ δ' οὐκ ἐντ.* Iung.

ἡ χαμεύνη] C. A. *χαμευνή,* quod et in prioribus editionibus est. post *χαμεύνιον* interiectis plane omissis, sequitur in eodem Codice *τῇ κλίνῃ* etc. segm. seq. Kuehn.

ἡ χαμεύνη] MS. *χαμευνῇ·* mox segm. seq. *χαμευνῇ παράκολλος·* sed *Euripidis* et *Aristophanis* verbis segm. 37. tamen paroxytone habet. et sic priores editiones fere quoque variabant, hic et in *Euripidis χρήσει* oxytonως habentes. Iungerm.

ἐν γοῦν τῷ Σατ. Σκίρωνι] Ita factum pro *Κίωνι·* nam in Scirone multa dicebantur de puellis Corinthiis, auctore eodem *Polluce* supra IX, 75. *Casaubon.* de *Satyrica Poësi* lib. I. pag. 189. Seb.

Cione] Leg. in Scirone. Seb.

ἐν γοῦν τῷ Σατ. Σκίρωνι] C. V. etiam *Σκίρωνι* legit. pro *εὔμμετρος* idem *σύμμετρον,* et *κνεφάλου δ' οὐχ* etc.

Modicus lectulus est Corinthiae
puellae, pulvinar haud superabis pede.

Lego enim ὑπερτενεῖς. *Glossae Veterum*: κνάφαλλον, *tomentum*. apud *Alcaeum* γνάφαλλον· unde ἀμφιγνάφαλλον, *culcitae tomentum undique ambiens caput*: αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ μαλθακὸν ἀμφιγνάφαλλον, inquit *Poëta* apud *Athenaeum* lib. X. cap. 8. unde mox κλίνη ἀμφικνέφαλος. Kuehn.

ἐν γοῦν τῷ Σατ. Σκίρωνι] MS. ἐν γ' οὖν τ. Σ. Σκίρωνι ὁ Εὐριπ. Vides ut egregiam emendationem *Casauboni* nostri lib. I. de *Satyr. Poësi* cap. 5. MS. noster confirmat. antea enim Κλωνι legebatur pro Σκίρωνι. Iung.

ἐν γοῦν τῷ Σατυρ. Σκίρωνι.] Corruptum erat hocce dramatis huius Satyrici nomen ante *Seberum*, qui verissimam *Casauboni* coniecturam sequutus Σκίρωνι restituit. sic et ad oram sui Codicis adposuerat *Kuehnius*. in Excerptis *Falckenburgii* Κιρῶνι notatum reperio, unica saltim ad efficiendam genuinam *Pollucis* scripturam litera deficiente. lege *Meursium* in *Euripide*, ubi et in *Hesychio* mendum a librariis in huius eiusdem fabulae titulo commissum eluit. In *Euripidis* altero versiculo reddidi de MSS. δ' οὐχ' plenius, atque fuit editum. Significat autem χαμεύνη humiliorem quemvis lectulum. talibus ergo cum uti soleant homines pauperculi, lectuli viliores minimique pretii illo praecipue nomine sunt appellati. alias et in χαμεύναις meridiari solebant ditiores; quin vero et inter *Alcibiadis* supellectilem venditam esse mox *Pollux* refert χαμεύνην παράκολλον. *Hesychius*: Χαμεύνη, στιβάς, καὶ ἡ ταπεινὴ κλίνη. Sic et in *Scholiis* ad *Aristophanis* Aves exponitur illa vox. *Aelian*. H. V. IX, 24. de luxu Smindyridis effusissimo: σχολῇ γ' ἂν οὗτος ἐπὶ χαμεύνης κατεκλίθη. et mellitissimus *Heliodorus* de *Chariclea* lib. I. κεχώριστο γὰρ ἐπὶ τινὸς χαμεύνης κατακεκλιμένη· non enim pulcherrimae virgini tum per fortunae iniurias in meliori lecto decumbere licebat. in *Euripidis* autem his verbis χαμεύνη est capienda de lectulo meretricio, quam alter ad alterum tanquam opportunum, et iustae longitudinis collaudat, siquidem suo pede non superaret inferiorem spondam. memineris hic χαμαιτυπεῖων, et χαμαιτύπης, ut itaque Corinthiae prostibulo χαμεύνη conveniat. de Corinthiis virginibus attigimus obiter ad lib. IX. c. 7. Χαμεύνιον vero κλινίδιον πενιχρὸν in *Glossis Hesychii*.

κνεφάλου etc.] MS. παιδός, κνεφάλλου δ' οὐχ ὑπ. π. et ita supplendum videtur: nisi quod ad κνεφάλλον, id vocabu-

lum, quod MS. modo duplici λλ, modo uno λ, ut adnotabo singulis locis, scribit, id potius uno ubique retinebimus. Alias pro ὑπερτείνεις, ὑπερτείνει legendum censet *Salmasius* noster. Iung.

36.

δημιοπράτοις] In statua nimirum, in qua bona *Alcibiadis* publico iudicio damnati, omnia adnotata fuerant, quae in auctione venierant. *Casaub.* noster XI. *Athen.* 7. Iung.

χαμεύνη * παράκωλος] An παράκολλος? Seb.

χαμεύνη * παράκωλος] *Petavius* in Ep. *Synesii* supra laudatam accipit de lecto, qui altero κώλῳ, id est, pede claudicat. C. V. leg. παράκολλος, lectulus, cui ex altera tantum parte iunctus glutine est pluteus, cuius contrarium ἀμφίκολλος. *Hesych.* Ἀμφίκολλος, (non ἀμφίκελος) κλίνη ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον. Ita legit et *Valesius.* Kuehn.

χαμεύνη * παράκωλος] MS. χαμευνῆ παράκολλος· et sublato asterisco scribendum est, χαμεύνη παράκολλος, ut bene et *Seberus* noster coniecit: scilicet, ut segm. 34. κλίνη ἀμφίκολλος. Iung.

χαμεύνη * παράκωλος] Post fruges inventas quis optet vesci glandibus? qui editam vulgo lectionem explicare tentant, redarguuntur a MSS. quorum nos dicto audientes restituimus in textu cum *Kuehnio:* παράκολλος. Sic in voluminibus antiquorum πρωτόκολλον et ἐσχατόκολλον, censente *Salmasio,* non, ut ad *Tibullum* voluerat *Scaliger,* πρωτόκωλον et ἐσχατόκωλον.

ἀμφικνέφαλος.] *Lectus tomentis,* vel, *culcitis tomento farctis ex utraque parte instructus.* scribitur et ἀμφικέφαλος eadem vox apud *Synesium* Epist. 3. ubi *Petavius.* *Salmasius* in H. A. exponit ἀμφικνέφαλος de lecto, qui duo habet ἀνακλιντήρια, *pluteos,* qui pulvinos capiti sustinendo utrinque habent, ex *Etymologico* Magno, quod eodem recidit. Kuehn.

ἀμφικνέφαλος.] MS. καὶ κλίνη ἀμφικνέφαλλος. id vero *lectus erat habens utrinque pulvinar,* quod κνέφαλον τὸ προσκεφάλαιον dicerent, ut exponit *Casaubonus* noster X. *Athen.* 18. eamque vocem putat veriorem quam ἀμφικέφαλος apud alios Grammaticos: eandem vocem putat et *Alcaeo* restituendam X. *Athen.* 8. Iung.

ἀμφικνέφαλος.] Plurimum in hac voce disputarunt eruditi viri. Est enim in Grammaticis perquam dubia eius

scriptura. pro ea placuit bis *ἀμφίκλινος*, illis *ἀμφικέφαλος*· quod quidem posterius merito suo quibusdam arrisit. non enim a vetustioribus tantum pro lecti quodam genere, sed et a recentioribus, qui elegantiam illorum antiquorum exprimere non raro amant, fuit haec vox usurpata. in *Nicetae* libro III. de *Vita Man. Comneni*: *μαθὼν δὲ τὸ γεγονὸς ὁ πατὴρ πέμψας ἀμφικέφαλον καθέδραν καὶ κόσμους περιδεῤῥαίους ἄλλας τε λαμπρειμονίας βασιλικὰς εἰσοικίζεται τὴν θυγατέρα*· similiter scilicet, ac *Synesius ἀμφικέφαλον καθέδραν καὶ ἀργυρόποδα* dixerat. illud itaque *Hesychio* restituendum: *Ἀμφίκελος κλίνη, ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον*· quod enim velit *Guietus* ex *ἀμφὶ* et *ἴκελος* vocabuli vulgati significationem eruere, flocci non facio; solum enim id, quod dixi, verum, siquidem et *κεφαλὴν κλίνης*, notante *Casaubono* ad *Spartianum, οἱ ο* usurpaverint de *pluteo lecti*: et ibi velim ad Eruditissimi viri notas adire te. nam et illam, quam retuli, Grammatici praestantis emendationem amplectitur, et obiter alia hac de re tangit. In *Polluce* vero satius ego putavi retinuisse lectionem editam, cui calculum adiiciunt MSS. voces autem utraeque idem lectorum genus simili sensu designant, alia tamen haec, atque illa, ratione. nam hoc quidem *ἀμφικνέφαλος*, a positis ab utraque lecti parte pulvinaribus, illud *ἀμφικέφαλος*, ex eo quod utrinque pluteos haberet lectus, appellata fuere.

σκίμποδι] *Grabato* etc. Kuehn.

τυλεῖα] *τυλεῖα* vel *τύλη*, *toral*, *torale*, quod et *ἐπίκλιντρον*, *περίκλιντρον*, vel *περίκλινον*, *στρωμνή*, *vestis*, *stragula*, *stratum*. Kuehn.

τυλεῖα] In *Falckenburgii* Codice notatum invenio *τυλία*· neque id male; nam et ubi sic scribatur locum ex *Aeliano* monstravi ad lib. VII. vid. *Hesych.* in *κνέφαλον*, ubi ne quid mutes.

σπαρτία, *σπάρ. τόνος*, etc.] *Herod.* in fine *Calliopes*: *τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο*, *tenta lectorum coquentes comedebant. tenus intendere* est apud *Nonium*, qui dicit, *tenus est laqueus dictus a tendicula*: vel potius a Graeco *τόνος* et *τείνω*. Kuehn.

σπαρτία, *σπάρ. τόνος*, etc.] MS. alio ordine, et ita, *σπάρτα*, *σπαρτία*, *τόνος*, *κηρία*· *τάχα δὲ σχοῖνος* etc. Iung.

κειρία.] Pro *κειρία* C. V. *κηρία*. *Gloss.* *κειρίαι*, *instita*. Kuehn.

τάχα δὲ καὶ σχ.] C. A. *τάχα δὲ σχοῖνος, σχοινία, κάλοι,* caeteris ad finem usque capitis omissis. Kuehn.

κυρίως δὲ] Est tamen proprium nomen (*σπάρτη*) in *Avibus Aristoph.* simul alludens ad *σπάρτα* (*funiculos lectorum*) cum ait:

Egone Spartae nomen imponam urbi meae?
Nec lectuli (scilicet nomen ei indam) *satis habens funium domi.*

Ludit *Comicus* in voce *Σπάρτη*, quae et nobilem Peloponnesi urbem significat, et funes sparteos lectis intendi solitos, negatque se urbem novam *Lectulum* aut *Spartam* appellaturum, dum iam domi satis sit paratus ab huiusmodi funibus. Huc pertinet illud Doricum proverbium: *τὸν λίθον ποτὶ τὸ σπάρτον*, vel *σπάρτιαν*, vel *τὴν σπάρτον ἄγειν*, *lapidem ducere ad funiculum*, quo monemur non rebus normam, sed res normae accommodari debere. Kuehn.

κυρίως δὲ], *κυρίως* sine dubio temere quis correxit, quod antecederet *κοινῇ*. Sed male: MS. enim *κηρία ἐστιν* habet, sine *δέ*, quod quoque suffulciendae suae, ut putabat, emendationi quis inseruit. Sed scribendum iam cum MS. *ὧν ἐπὶ τὰ ἄλλα κοινῇ κειρία ἐστὶν ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους, παραδηλοῦντος αὐτοῦ, καὶ τ.* etc. ita enim distinguenda omnia. Retinet tamen, quod notare volui, illud *κηρία* per *η* semper MS. ut et mox in versibus *Comici*. Iung.

κυρίως δὲ] Optime vero, quod ceteris exaratis manu Codicibus integrius hunc locum liber *Palatinus* exhibeat, cuius itaque lectionem, monente *Iungermanno*, reduxi, scilicet, *ὧν ἐπὶ τὰ ἄλλα κοινῇ κειρία ἐστὶν ἐν Ὄρνισιν* etc. *Κηρία*, uti MS. ille *Iungermanni* continuo scribit, haud insolenti in illis Codicibus errore, est et in *Hesychio*: *Κηρίαι, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα*· sic enim ibi legendum censeo: non tamen vocabuli nativam esse scripturam dubitamus *κειρίαι*. *Hesychius* autem utcunque diligentissimus in similium vel sono, vel scribendi forma literarum permutatione creberrime commisisse vitia deprehenditur. pluribus id demonstratum ivit Eruditissimus *Bentleius Epistola Malalae* subiecta. sed illud tamen quodcunque culpae in notarium, quo fuit forsitan in excerpendis vocibus usus, reiiciendum existimo: potius id sane, quam ut hominem in pervolvendis veterum monumentis diligentissimum pueriliter errasse concedamus. Occurrit autem, qua ponit hic *Pollux* notione, *κειρία* in *Alcibiade Plutarchi*, ubi hominem summis virtutibus illustrem

patuisse tamen sordidissimis vitiis intemperantiae atque luxuriae posteris prodit, ita quidem ut triremibus mollissimis uteretur lectis, *κειρίαις ἄλλα μὴ σανίσι τῶν στρωμάτων ἐπιβαλλομένων*. Compone *Theophrastum περὶ Ἀνελευθερίας*, et ibi vide incomparabilem *Casaubonum*. *Scholiastes Aristophanis* ad *Aves*: *ἡ δὲ κειρία, εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων παρεοικὸς ἱμάντι, ἧ δεσμοῦσι τὰς κλίνας. σπαρτία* vero reperies in *Aristotelis Mechanicis* c. 26. ubi plura de lectis eosque conficiendi modo. solent Grammatici non raro *ἱμάντας* appellare, uti, cum illud *Homericum δεινωτὴν κοίτην* exponunt *ἱμᾶσι διειλημμένην*, et *Hesychius* in *Τρητοῖς ἐν λεχέεσσι· τοῖς ἱμᾶσι γὰρ ἐνετείνοντο αἱ κλίναι, ὡς καὶ τὰ βάθρα·* paululum aliter *Etymologus*: *Τρητὸν λέχος, παρὰ τὸ τετρῆσθαι κατὰ τὰ ἐνήλατα, εἰς ἃ ἐμβάλλεται ἡ σπάρτος·* illa vero foraminula, per quae *κειρίαι* vel *σπαρτία* inseruntur et immittuntur, *τρυπήματα* vocat *Aristoteles* adducto superius loco. *Institas* appellavit *Petronius Arbiter*, cuius iam ante verba descripsimus, illasque *Philoxenus* interpretatur *κειρίας*. *Isidori Glossae*: *Institae, gravatae, resticulae*: *Cato* autem *lora* de R. R. cap. 10. *lecti loris subtenti*.

[Putabam aliqua ratione *Hesychium* eiusque errores excusari posse, si culpae non minima pars in eius conferretur notarium, quo forte in colligendis vocibus et excerpendis fuerat usus: sed res incommodo cecidit, siquidem hanc ipse defensionem *Hesychius* infirmet; iactat enim in prologo propria se manu totum illud Lexicon descripsisse, et in ordinem digessisse; quod cum a nobis credi par sit, non indigne ferret *Hesychius*, ut cum Eruditissimis hominibus etiam credamus, eius imperitiae errores plerosque assignandos esse, qui in isto deprehenduntur Lexico. gratiam vero a re literaria maximam iniret, si quis *Hesychii* recentaret editionem; cuius quidem spem nobis non penitus incertam fecit Vir Eruditiss. *Lud. Kusterus*, dummodo non alia negotia, quod nolim, ab hoc eum consilio revocent. *Ex Addendis*.]

ὅταν φῇ] MS. *ὅτ' ἄν*. Iung.

87.

σπάρτην etc.] Versus *Comici* mutili vulgo. MS. ita habet: *σπάρτην δ' ἐγὼ θείμην ἂν ὄνομα τῇ πόλει, οὐδ' ἂν χ. κηρίαν ἔχων*. Apud *Aristophanem* in *Ὄρνισιν*, ubi quaerit *Pisthetaerus* ex *Epope*, quomodo velit civitatem nominare: vultisne, ait, illud magnum ex Lacedaemone *σπάρτην ὄνομα καλῶμεν αὐτήν; Ἡράκλεις*, subiicit ille,

σπάρτην γὰρ ἂν θείμην ἐγὼ τῇ 'μῇ πόλει·
οὐδ' ἂν χαμεύνην πάνυ γε χειρίαν ἔχων.

Unde potes vulgata emendare. Mirum tamen, ut in MS. est, etiam senarium esse, *σπάρτην δ' ἐγὼ θείμην ἂν ὄνομα τῇ πόλει·* quasi praecedentis versus particula in hunc immista. Vides autem hic quomodo *τὰ σπάρτα ἐν κλίναις* quoque *Aristophanes παραδεδήλωκε* per Spartae nomen. Iung.

σπάρτην etc.] *Seberus* iisdem, ac in *Aristophane* leguntur, literis hos versus edi curavit, et ad id exemplar, et isti, credo, qui primi edendo *Polluci* manus admoverunt; nam alias in optimo *Palatino* MS. plane diversa ratione concipiuntur. quin etiam *Falckenburgii* Codex illud *ὄνομα* interserit, reliqua forsitan eodem modo, ut ille Codex MS. *Iungermanni*, repraesentans, quae tamen adnotare seu *Falckenburgius*, seu quis alius excerpsit, omittere non debebat. ego vero diu multumque in hoc loco haerens, quamvis *Palatini* Codicis lectionem editae non posthabeam, quin et in ipso *Aristophane* sic restitui posse non minori cum elegantia atque concinnitate ducam, nolui tamen vulgatam lectionem sede sua movere, quod illam amplecti potius eruditos Commentatores animadverterem; nec ipse quidem penitus eam damnavero: sed tota de re lector eruditus arbitretur. Putidum erat, quod sequebatur, *ἐν τῷ Λυσιστράτῃ·* facillime legendum videas *τῇ·* iuvant MSS.

ἐν τῷ Λυσιστράτῃ.] MS. *ἐν τῇ Λυσιστράτῃ·* nec aliter profecto *Pollux* scribere potuit. Emenda itaque vulgatum *τῷ*. Locum in *Lysistrata* hunc puto esse:

K. Ποῖα ψίαθος; μή μοιγε. M. νὴ τὴν Ἄρτεμιν
αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε. — Iung.

καὶ Θουκυδ. δὲ φ. etc.] MS. *καὶ Θουκ. μὲν φησὶν* etc. et *μὲν* pro *δὲ* hic potius scribendum. Iung.

καὶ Θουκυδίδης δὲ] Magis appositam ego censui particulam *μὲν*, quam MSS. reponere iusserunt. *Thucydidis* tum locus vulgo commaculatissimus: eum, ut in MSS. et ipso nobilissimo *Historico* est, emendavi cum *Kuehnio*: meminique sic in *Scholiis* ad *Demosthenem* adductum legisse, cum de *παραινήμασι*, quorum apud *Thucydidem* fit mentio.

ἔκλινον etc.] *Interpr. declinavi spartis degravatus*; caecum textum clausis oculis secutus in foveam incidit *Interpres*, cum tamen in proclivi fuisset ex *Thucydide* ipso hunc locum restituere ita: *ἐκ κλινῶν τοῖς σπάρτοις ἀπαγχόμενοι*, *lectorum funiculis se suspendentes.* videatur locus *Historici* lib. IV. pag. 284, 285. Kuehn.

ἔκλινον etc.] MS. ἐκκλινῶν τ. σπ. ἀπαγχόμενοι· longe rectius; ipsam nimirum lectionem *Thucydidis*. quam restituas itaque. modo legas ἐκ κλινῶν duabus voculis, quae quod MS. confundit, suo more id facit et solens. Locus τοῦ κεκριμένου scriptoris est lib. IV. Ξυγγραφῆς, de captivis Corcyraeorum: ἐκ κλινῶν τινῶν, αἳ ἔτυχον αὐτοῖς ἐνοῦσαι, τοῖς σπάρτοις, καὶ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες, ἀπαγχόμενοι, etc. Iung.

Λακνάδαις] C. V. melius *Λακιάδαις*. *Λακιάδαι* erat *demus Atticus*, in quo raphani eximiae magnitudinis nascebantur, quibus peragebatur ῥαφανίδωσις moechorum ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensorum. unde et inscriptio huius Comoediae desumpta est. versus *Philippidis* ita alium in ordinem redigit *Salm.*

κράτιστόν ἐστι τοῦτον ἐκτεμεῖν, γύναι,
τὸν δίφρον· ἄχρηστα παντελῶς οὕτως ἔχει
τὰ σπάρτα, ἕτερον δὲ καινὸν ἐμβαλεῖν τόνον.
istam, mulier, optimum est exscindere sellam:
inutiles enim prorsus ita funes habet;
reponere vero eidem aliud novum tenus.

Arrian. Epict. lib. VI. sub finem τὴν κλίνην, inquit, ἐντεῖναι ταινίαις, *lectum intendere taeniis*. Kuehn.

Λακνάδαις] MS. Φιλιππ. δ' ἐν *Λακιάδες*. Et scribe *Λακιάδαις*· drama sine dubio ab Atheniensium δήμῳ. *Hesych.* *Λακιάδαι*, δῆμος τῆς Ἀττικῆς ῥαφανίδας φέρων, ὃν ἐπιβοῶνται κατὰ τῶν μοιχῶν. Et *Cicero* lib. II. de Offic. *Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse; ita enim instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia praeberentur, quicumque Laciades in villam suam divertisset. Plutarchus Cimonis* Vita: ἀλλὰ Θουκυδίδης μὲν Ἁλιμούσιος γέγονε τῶν δήμων, οἱ δὲ περὶ τὸν Μιλτιάδην *Λακιάδαι*· ubi et idem ex *Aristotele* memorat, quod *Cicero* e *Theophrasto*: ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, οὐχ ἁπάντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τῶν δημοτῶν αὐτοῦ *Λακιαδῶν* παρεσκευάζετο τῷ βουλομένῳ τὸ δεῖπνον. Iung.

Λακνάδαις] *Kuehnius* ad oram sui Codicis: *Λακιάδαις*, bene vero. illumque *Philippideae* fabulae titulum explicuit erudite *Iungermannus* noster, quin dudum etiam doctissimus *Meursius* felicissime sic restituendum coniectaverat in *Attica Bibliotheca* sub *Philippide*; neque id saltim, sed quod maius et elegantius est, sordidissimum in hoc eodem fabulae *Philippideae* titulo mendum insigniter exemit e *Polluce* nostro IX, 38. ubi Commentatorum nemo quicquam illa de re subodoratus est. scilicet ubi protulerat *Pollux* locum e *Phileuripide Philippidis*, de ῥύμῃ τρίτῃ, eamque dixerat angiportum

quendam Athenis esse, subiicit: *καὶ Λακιάδης, Ὀρθῶς γε τὴν ῥύμην ὡδοιπορήκαμεν·* ac si nomen id esset Auctoris cuiusdam, quem tamen nullibi locorum aut mihi observavi, aut aliis observatum reor. sed en *Meursium* id omne tibi planissime expedientem, dum titulum in eo lâtere fabulae *Philippideae* demonstrat: *Corruptusque est apud eundem* Lib. IX. cap. 5. *Φιλιππίδου δὲ ἐν Φιλευριπίδῃ* etc. *καὶ Λακιάδης· Restitue καὶ Λακιάδαις· non enim Laciades aliquis citatur, cuius nomen nusquam lectum, sed Laciadas, fabulae Philippidis, cuius nomen ex praecedentibus ἀπὸ κοινοῦ repeti debet.* et hanc viri praestantissimi coniecturam non erit sanae mentis quisquam, qui verissimam fateri non volet. saepissime vero η poni pro αι, ut σφῆρα pro σφαῖρα, nemo, qui paululum curiosius veteres inspexerit Codices, ignorabit, illudque vitiorum genus ut in apertis atque notis vocibus neminem remoratur, sic in abstrusis atque remotis homines etiam versatissimos fallere amat. De *Λακιάδαις* autem addendus in *Ὦ Λακιάδαι Suidas* et *Paroemiographus Vaticanus*, qui uterque *Hesychium* illustrabit. pluribus in *Atticae populis Meursius*. Reliqua demum huius capitis quin *Philippidae* sint verba, non dubitabit equidem, qui animum attenderit. *Cl. Salmasium* sequutus in versuum ordinem illa disposui, vocibus istis, quas ille exturbandas putabat, ne modulo carminis obessent, altera δὲ deleta, quod C. P. non agnosceret, altera uncinulo inclusa. *Τόνος*, cuius vocabuli causa *Philippidae* locum *Pollux* attulit, est in *Hesychio*: *Τόνους, κειρίας ἀπὸ τοῦ τετάσθαι*. et *Suidas* opportune: *τόνος καὶ τοῦ κραββατίου τὰ σχοινία.*

ἄχρηστα δὲ] MS. *ἄχρηστα πάντ.* sine *δέ*. Sed non dubito haec adhaerere quoque *χρήσει Philippidae*, in quibus demum vox *σπάρτα* additur, cuius causa haec *Noster* attulit. Nec a me quid audeam, nisi quod ultimus versiculus se facile prodat. ut haec scripseram, opportune succurrit opt. et doctiss. *Salmasius*: *Philippidae*, ait, *versus sic emendo et in suos numeros restituo, reiectis spuriis quibusdam vocibus*:

κράτιστον ἔστιν τοῦτον ἐκτεμεῖν, γύναι,
τὸν δίφρον, ἄχρηστα παντελῶς τὰ σπάρτ' ἔχει,
ἕτερον δὲ καινὸν ἐμβαλεῖν αὐτῷ τόνον. Iung.

38.

περὶ τῶν ταῖς κλ. etc.] Titulus abest a C. A. nec eo opus, quia nullum in MSto est discrimen capitum hoc loco. Kuehn.

περὶ τῶν ταῖς κλ. etc.] Sequitur cap. 8. cuius verba cum praecedentibus cohaerent sine ullo titulo in MS. Ad vulgatum titulum, qui erat: *περὶ τῶν ἐν ταῖς κλίναις ἐπόντων*, quem

Bayfius de Re Vest. cap. 5. quoque ita profert, ad eum verbo ἑπόντων adscripserat *H. Stephanus* in suo Codice ἑπομένων· *Apparet*, addens, *hinc titulos istos ipsius Pollucis non esse.* Sed mihi statim visum voculam ἐν etiam eiiciendam, ut recte videtur eiecta ab amico editore. Alias certe *Pollux* potius dixisset illa forma, quam adnotavit *Stephanus* ἑπομένων, ut statim ἑπέσθω caput incipit quoque vulgato more. Iung.

ἑπόντων.] Scr. ἑπομένων. *Patet hinc* (inquit *Sylburg.*) *titulos ab auctore ipso non fuisse praemissos hic sectionibus et capitibus.* Seb.

τυλεῖα] MS. τυλλα, κνέφαλλα· et segm. seq. supra segm. 56. tamen τυλεῖα habebat etiam MS. alterum semper in MS. duobus λλ esse iam dixi. Iung.

δάπηδες] *Sylb.* videtur malle δάπιδες, quomodo est et in MS. *Hesych.* tamen itidem: *Δάπης*, τάπης. Seb.

δάπηδες] C. V. δάπιδες. *Gloss. Philoxeni*: τάπις ψιλὴ, quod apud *Nonium Turpilius Comicus* reddit, *glabrum tapete*: contrarium ἀμφιτάπητες, *amphitapae, vestes utrinque habentes villos*, secundum *Nonium*, apud quem *Lucilius, Psilae atque amphitapae villis ingentibus molles.* vid. *Nonium* cap. 14. et *Synes.* epist. 61. Kuehn.

δάπηδες] MS. δάπιδες· ut et *H. Stephanus* hic reposuit pro vulgato δάπηδες· et supra VI, 10. quoque δάπιδες, et hic itaque cum manuscripto ita scribere malo, quamvis et alterum suum auctorem inveniat. utrumque enim *Hesychius*, *Δάπης*, τάπης. Et: *Δάπιδες*, ποικίλα ὑφάσματα, τάπητες. Imo et alterum, τάπιδες (ut MS. noster supra VI, 10. habebat, et segm. 42.) idem exponit τάπητες· et *Τάπις*, προσκεφάλαιον· *Suidam* quoque vide in δάπιδας, ubi ex *Aristophanis Pluto* adfert:

οὐδ᾽ ἐν δάπισιν ἔσται καταδαρθεῖν. Iung.

δάπηδες] *Kuehnius* in textum reposuit δάπιδες, quem sequutus sum. *Schol. Aristoph.* τὰς ψιλὰς καὶ μὴ μαλλωτὰς, δάπιδας λέγουσιν. *Ammonium* adi in τάπης. *Aristophanis Eccles.* Κλίναι τε σισύρων καὶ δαπίδων νενασμέναι. *Etymol.* *Δάπιδες*, τάπητες, παρὰ τῷ ἐν δαπέδῳ στρώννυσθαι.

Δίφιλος γοῦν φησιν etc.] Absunt haec verba usque ad ἑπέσθω in C. A. Kuehn.

Δίφιλος γοῦν φησιν etc.] MS. γ᾽ οὖν φησὶν ἐν Κιθαρῳδῷ· et Κιθαρῳδῷ pro vulgato *Κυθαρ.* omnino emendandum, ut et infra segm. 82. Iung.

Δίφιλος γοῦν φησιν etc.] Κιθαρῳδῷ legendum esse vel lip-

pus videat. non aliter in sui libri margine *Kuehnius*; eoque pacto *Meursium* alicubi restituisse memoria teneo. laudatur et *Aristophanis* ab *Hesychio Citharoedus* in Στειλίαν. In ipsa porro *Diphili* sententia τῶν ἀμφιτάπητα συστορήσας male fuit editum ante nos, quam maculam utramque et *Kuehnius* eluit. Tum protenus egregiam *Polluci* operam MSS. praestant; ex iis enim post *Diphili* verba integra locupletiorem linea reddidimus *Auctorem* nostrum: καὶ ᾿Αλκιβιάδου δὲ ἀμφιτάπης τις πέπραται. illa quidem in *Falckenburgii* Codice sic legebantur expressa: καὶ ἀμφιταπηστὴς πέπραται παρ᾿ ᾿Αλκιβιάδῃ· quae prioribus istis nulla parte sunt inferiora, tu modo scripseris ἀμφιτάπης τις. Usus apud Romanos induxit *amphitapas*, quamvis Graeci maluerint ἀμφιτάποι efferre, non ἀμφιτάπαι, ut in *Hesychio* videre est. *Lucilius*: *Psilae atque amphitapae villis ingentibu' molles*: sed de istis alibi locorum.

τῶν ἀμφιτάπητα συστορήσας.] τὸν ἀμφ. Seb.

τῶν ἀμφιτάπητα συστορήσας.] Leg. τὸν ἀ. συστορέσας ex C. V. *Suid.* στορέσας, στρώσας· *exsurgo, posteaquam constravi amphitapetem*, ne scilicet vestigium cubantis in eo appareret. *Varro Manio*, *alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli.* Kuehn.

τῶν ἀμφιτάπητα συστορήσας.] In verbis *Diphili*, MS. ἐξαν. τὸν ἀμφιτ. συστορέσας· verissime: ὁ ἀμφιτάπης, ut τάπης· cuius statim exemplum aliud adiicit ex Δημοκράτοις, quod vulgo deest. Sic enim addit: καὶ ᾿Αλκιβιάδου δὲ ἀμφιτάπης τις πέπραται. Ita ergo omnia supple et scribe: Δίφ. γ. φ. ἐν Κιθαρῳδῷ· ἐξανίσταμαι τὸν ἀμφιτάπητα συστορέσας· καὶ ᾿Αλκιβιάδου δὲ ἀμφιτάπης τις πέπραται. De illis *Alcibiadeis* bonis et supra segm. 56. habuisti. *Diphili* versus aliquis adhuc forte reconcinnet melius. certe τὸν ἀμφιτάπητα legendum sine omni dubitatione tamen est. Iung.

Haec ita sunt digerenda:

ἐξανίσταμαι
τὸν ἀμφιτάπητα συστορέσας.

Toupius.

αἰγίδα ἀμφιδάσειαν] *Homeri* locus est ᾿Ιλιάδ. ο. de *Apolline*, qui praecedens *Hectorem*:

— ἔχε δ᾿ αἰγίδα θοῦριν
δεινήν, ἀμφιδάσειαν, ἀριπρεπέ᾿. — Iung.

ἀμφίμιτον στρομνὴν] στρωμνὴν ἀμφιδάσειαν. Seb.

ἀμφίμιτον στρομνὴν] *Vestem stragulam, bilicem*: *bivillem* ἀμφιδάσειαν licet dicere. Kuehn.

ἀμφίμιτον στρομνὴν] Ita et MS. sed στρωμνὴν cum *Se-*

bero nostro malim, ut mox segm. 41. et in MS. segm. 42. IUNGERM

ἀμφίμιτον στρομνὴν] *Kuehnius* in textu στρωμνήν· nec, aliter si scribas, cum norma Grammatica conciliare possis. Ἀμφίμιτος στρωμνὴ, quae duplici filo contexta est: μίτον enim in tela, quod Romanis *licium* seu *filum*, et illam itaque talem dicere te posse ἀμφιδάσειαν *Pollux* admonet; nam quidem *Homerus* alia notione hoc vocabulo fuerat usus. *Hesychius*: Ἀμφιδάσειαν, ἐξ ἑκατέρου μέρους κρόσσους ἔχουσαν, ἢ κυκλόθεν δασεῖαν. Brevis, sed eruditus ad *Homerum Commentator*: Ἀμφιδάσειαν, πανταχόθεν δασεῖαν, καὶ οἱ μὲν ἀμφίμαλλον, οἱ δὲ κύκλῳ δασεῖαν διὰ τοὺς θυσάνους· ὑφ' ἓν δὲ τὸ ὄνομα· ubi vides et aliam eiusdem significationis vocem ἀμφίμαλλος, quam hic quidem silentio praeteriit *Auctor* noster. recensuerat illam tamen VII, 37. ὥσπερ τὸν ἀμφίμαλλον χιτῶνα, δασὺν, καὶ χιτῶνα μαλλοῖς δασὺν, καὶ ἀμφίμιτον. eodem quoque nomine posterioris aetatis Romani scriptores usi sunt, plurimum detorta atque corrupta, ut seculi fuere mores, nativa pronunciatione. ortum enim ex hoc vocabulo *amphibulum* existumo, quod *Isidorus* exponit *birrum villosum*: scilicet commutatione facta literarum μ et β, quae quam sit facillima uno alterove exemplo ostendam. *camasum* monachicae quoddam vestis genus Graeci scribere solent καμάσιον et καβάσιον. βάρβιτον antiqui Grammatici tanquam βαρύμιτον dictum referunt, et ἀρβύλας iidem παρὰ τὸ ἁρμόσασθαι derivant, cui pondus accedit a *Cretica* voce ἄρμυλα, quo nomine calcei hoc genus appellant. Porro illa scriptura, quam offendi in *Glossario* MS. *Amphibalus, villosa birrus*, propius nomini Graeco vocabulum Romanum conciliat. Id unicum adiiciam saltim; nam si in istis haerere animus esset, in immensum opella nostra diffunderetur; amphimallum bene scribi in ista *Isidori Glossa*: *Camasus*, *amphimallus*.

πιλωτὰ, etc.] Vid. supra VI, 10. SEB.

πιλωτὰ, etc.] C. V. πτιλωτὰ προσκεφάλαια, ὑπαυχένια, εἴποι δ' ἄν τις οἶμαι πτίλον, *pluma*, unde πτιλωτὰ, *pluma farcta pulvinaria*, *cervicalia*. KUEHN.

πιλωτὰ, etc.] MS. auctius et rectius: προσκεφάλαια πτιλωτὰ, προσκεφάλαια ὑπαυχένια· εἴποι δ' ἄν τις οἶμαι καὶ etc. ita scribendum est. vide supra VI, 10. ὅτι καὶ πτίλοις ἀνεπλήρουν τὰ κνέφαλα· et ibidem πτερωτὰ, καὶ πτιλωτὰ προσκεφάλαια ὀνομάζουσιν, ubi semper quoque vocula πτίλοις et πτιλωτὰ male corrupta omisso illo τ, quod adhaeret τῷ π. tam exigueque solet pingi in MS. ut facile nos fugiat. IUNG.

πιλωτά] *Kuehnius* in textum retulit e MS. *πτιλωτά*, quibus obtemperandum esse duxi. satis alias apposite et commode *προσκεφάλαια πιλωτά*, *pulvinaria plumis aliave re suffarcinata* nominare possis. Protenus e MSS. supplevimus *προσκεφάλαια ὑπαυχ.* quod *Polluci* perspicue res has enarranti atque recensenti potius convenit. ceteroquin *ὑπαυχένια* saltim dixit *Lucianus* in *Gallo*: *ὑπαυχένια περιβύσαντες αὐτῷ πανταχόθεν, ὡς διαμένοι ἐν τῷ σχήματι.* ubi usum horum pulvinarium in potentium aedibus expositum, et mollissimas iniurias risu prosequi non fuerit indignum. similem libidinosissimae mollitiei nequitiam adnotat in *Heliogabalo Lampridius*: *nec cubuit in accubitis facile, nisi iis, quae pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum, subalares saepe culcitas mutans.* sic cum *Casaubono* lego.

χνοῦν] *Clem. Alexandr.* Paed. II, 9. *ἐπιβλαβὴς ἡ ἐν τοῖς χνοώδεσι τῶν πτίλων ἐγκοίμησις.* SEB.

Ἀριστ. εἰπ. ἐν Βαβ.] Absunt a C. A. usque ad *μνοῦς*. caeterum C. V. pro *ἔχεις*, leg. *εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν*. KUEHN.

Ἀριστ. εἰπ. ἐν Βαβ.] MS. *ἐν μὲν Βαβυλωνίοις, εἰς ἄχυρα* etc. et particula *μὲν* omittenda non fuit, quum sequatur, *ἐν δὲ Δαν.* Alterum quoque *εἰς* pro vulgato *ἔχεις* mihi arridet magis. De *Babyloniis* vero *Comici Casaubonus* noster III. *Athen.* 10. IUNG.

Ἀριστοφάνους] Supplevimus e MSS. *μέν*. *Comici Babyloνίους* saepius advocavit *Auctor* noster, et illa fabula celeberrima est in monumentis antiquorum. *Schol.* ad *Rhetoricam Aristotelis* scriptam eam refert in Babylonios, cuius ingenii Comoedias non paucas in scenam esse datas, quibus alicuius populi vitam agendique modum risui exponerent, pluries ad *Pollucem* aperuimus. in ipsis autem *Aristophanis* verbis non potui non reponere *εἰς* pro *ἔχεις*, suadentibus eam emendationem MSS. et probante *Kuehnio*. *Hesychius* exponit *Χνοῦν, τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων·* et *μνοῦν* inter alia mollissimas anserum plumas, quibus infarciri pulvinaria pluribus in locis *Martialis* demonstrat. vetus *Poëta*: *Aut testudineo iacere lecto. Aut pluma latus abdidisse molli.* In *Aristophanis* altera ex *Danaïdibus* eius sententia *ἐστὶν* e MSS. ad finem addidimus.

39.

μνοῦς.] C. V. *μνοῦς ἐστι· τὰ* etc. KUEHN.

μνοῦς.] Verba *Comici* plenius MS. *τ. χ. ἔ. μνοῦς ἐστιν·* vide vero de hisce, *μνοῦν* et *χνοῦν* dico et doctiss. *Iac. Nicolaum* lib. VII. Epiphill. cap. 7. apud quem male in *Hesy-*

chii verbis, quibus *χνοῦς* explicatur, editum est, *τὰ λεπτὰ τῶν ἀργύρων*, pro *ἀχύρων*. vide et ad hunc locum *Aristophanis* de culcitis, quas etiam acere et glumis spicarum infarciebant, *Scaligeri* Coniectanea in *Varron.* lib. IV. de ling. Latina. ibi: *Quod in eas sagus aut tomentum, aliudve inculcabant*: ubi emendat: *Quod in eas acus*, etc. Iung.

τυλεῖα] De *τύλη* potes et *Nunnes.* videre in *Phrynich.* ad vocem *τύλην*. MS. iterum *τυλία* et *κνέφαλλα*, ut antea segm. superiore. Iung.

δημιοπράτοις] C. A. *δημοπράτοις*, id est, *a scriba publico venditis.* quae erant in fiscum vel aerarium publicum redacta, publice vendebantur ab aerarii scriba. Kuehn.

δημιοπράτοις] MS. *δημοπράτοις*, male. Iung.

κνέφ. παλ. καὶ νέον.] MS. *κν. καινὸν, καὶ κνέφαλον παλαιόν.* Seb.

κνέφ. παλ. καὶ νέον.] C. A. *καινόν*· C. V. ita: *κνέφ. καινὸν καὶ κνέφαλον παλαιὸν, καὶ τύλη.* Kuehn.

κνέφ. παλ. καὶ νέον.] MS· ita et auctius: *πέπρατται κνέφαλλον καινὸν καὶ κνέφαλλον παλαιόν· καὶ τ.* quae ita etiam in MS. *Seberi*, egoque pro vulgatis substituenda iudico, nisi si quod in voce *κνέφαλον* potius unum *λ* malim, ut et in suo *Seberus*, puto, invenit. et *Noster* supra VI. 10. habebat cum vulgatis, et mox segm. 40. et 41. etc. Iung.

κνέφαλον παλ. καὶ νέον.] Religioni duco non obedire MSS. ubi vulgata meliorem lectionem conservarunt. hoc quidem loco eorum ductum sequutus sum, similique modo restitueram lib. VII, 191.

καὶ τυλεῖα δὲ παρ' Εὐπόλ.] C. V. *Ἰάζοντι ἐν κόλαξι*, *apud Eupolidem, qui Ionice dixit in Adulatoribus*; unde coniicio, *τυλείη* legendum esse *Ἰωνικῶς*, vel *τυλῄϊα*, non *τυλεῖα*. alias non esset *Eupolis Ἰάζων*. item in *Sophocle τυλῄϊα*, C. A. non habet ista a *καὶ τυλεῖα* usque ad *λευκῶν* segm. seq. Kuehn.

καὶ τυλεῖα δὲ παρ' Εὐπόλ.] MS. noster non *τυλεῖα*, sed *τύλη* habet, ita etiam auctior: *καὶ τύλη δὲ παρὰ Εὐπόλιδι ἐστιν ἐν τοῖς κόλαξιν Ἰάζοντι· ἀλλὰ καὶ παρὰ Σοφ.* Quid dicemus? supra VII, 191. MS. noster testimonia ipsa omittebat, sed in verbis *Eupolidis*, quae ibi adferuntur, *τύλη* perspicue est, ut et in *Antiphanis* ibidem *καινὰς τύλας*· adeo ut non verear et hic cum MS. emendare et scribere, ut iam adposui. Iung.

καὶ τυλεῖα δὲ παρ' Εὐπόλιδι] Plus in se scrupuli reconditum habet hic locus, ac quis prima fronte animadvertat.

Kuehnius ad oram sui libri in prioribus e MSS. adiecit ἰατὶν Ἰάζοντι· quod Ἰάζοντι certe sine dubio in contextum *Pollucis* reducendum est. in posterioribus autem *Sophoclis* λινοῤῥαφῆ τυλεῖα restituit, ut prae se ferunt MSS. Optimus *Falckenburgii* Codex illud Ἰαζοντι agnoscit etiam, sicuti et τύλη pro τυλεία. in summi vero *Tragici* verbis scribit λινοῤάφος τυλεία. Iam vero rem ipsam, qua possum cura, discutere in animum induxi. non arbitror vero restituendum τυλῆϊα cum *Kuehnio*, ut Ionice loqui possit *Eupolis*. nam *Eupolidis* Ionicus ille loquendi modus non quidem a forma vocis literarumque mutatione pendet, sed ab ipso vocabuli apud Ionas frequentis usu, quod patebit. Nil quidem itaque, me iudice, verius MSS. lectione τύλη, quam omnium illorum Codicum fide nitentem intulimus in textum. non tamen id vocabuli genere peioris sexus intelligendum est, uti voluit acutissimus *Iungermannus* noster: istud enim tu quo pacto reponere queas inter Ionismós? vocis illius usum communem, non Ionicum, ostendit segmine sequente *Onomasticographus* ex *Antiphane*, poni scilicet ab eo pro culcitis aut pulvinaribus, cum Atticis illa dicerentur τυλεῖα, κνέφαλοι, ut pluribus ad illum locum. hic tamen idem ille referat *Eupolidem* id vocabulum postea reprehendendum et vilitatis insimulandum usurpasse, cum *Comicus* iste vellet ἰάζειν. mihi quidem haec a veritate procul remota videntur, et ego vel admodum me fallo, vel acu rem tetigi, ubi superius ad lib. VII. segm. 121. existimare me dicebam τύλη numerum esse multitudinis, a τύλος, quo Iones usi fuerint pro pulvinari, seu culcita. pondus addunt ipsa *Comici*, ut dicto loco plena leguntur, haec verba: Κεκρύφαλοί τε καὶ τύλη· ut prius enim, sic et posterius in illa domesticae supellectilis recensione fuisse positum in secundo numero res ipsa persuadere videtur. Porro VII, 191. varias *Auctor* noster voces enumerat τυλεῖα λινοῤῥαφῆ, sic enim et ibi legendum, e *Sophocle*, ex *Eupolide* τύλη, denique ex *Antiphane* τύλας, non sane vero duplicem adfert eiusdem vocis τύλη auctoritatem. In summi autem *Tragici* loco *Kuehnio* restituendum consensi λινοῤῥαφῆ τυλεῖα, *consutas lino culcitas*, quamvis et τύλεια vel τύλεια· non conveniunt enim in accentu ponendo MSS. scribi possit. quae lectio affatim adseritur et sequentibus: ὧν καὶ τοὺς τεχνίτας, *quorum etiam* (τυλείων scilicet) *artifices videtur Hyperides in illa super victoria nominare, inquiens; Conduxit* τυλυφάντας. Qui vero τυλείαν reponere studuerunt, rem prorsus inauditam, ut opinor, effinxere; non alibi enim τυ-

λεῖαν hoc modo reperias. nec quidem id factum vehementer miror; potuit enim illud proficisci a librariis aut correctore, qui profecto intelligendo fecerunt, ut nihil intelligerent. hi cum sibi persuaderent genere feminino τύλην ex *Eupolide* protulisse *Pollucem*, similiter in *Sophocle* τυλεῖαν legendum censuerunt, id scilicet innuere putantes *Onomasticographi* verba: καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰοκλεῖ λέγοντι. nec intra limites istos consistere potuit illa mutandi libido prava. ut omnia congruerent, refinxerunt etiam λινοῤῥάφος, quod enim in Excerptis *Falckenburgii* λινοράφος extet, scribendi mos est, qui in vetustissimis invenitur Codicibus. inde vero in prioribus *Pollucis* editionibus ortum fuit seu typi vitio, seu descriptoris, λινογράφος. plurimas autem illorum hominum audacia in optimos auctores invectas esse mendas nemo paululum humanior ignorabit. Et alteram autem opinionem exponere quoque lubet, si forsitan quis reperiatur, cui magis arrideat; tantumque in ea lenocinii deprehendo, ut, quamvis ad priora procliviorem me tamen defixum teneat. diversimode vero colorem illi opinioni conciliare possis, τύλην nimirum ab *Eupolide* dictam arbitraberis culcitam seu pulvinar, qua in significatione Iones hanc vocem usurparunt, a quibus in communem loquendi modum usus illius nominis sit translatus; ut hac itaque de ratione constituerint Atticae loquelae magistri vocem κνέφαλον huic anteponendam esse, uti pluribus infra monebimus. addere licet notissimum istius nominis usum, cum τύλος alibi ac in hoc loco vix reperiri poterit. In aliis et hoc in mentem mihi venit, in *Polluce* scilicet restitui posse: καὶ τυλεῖα παρὰ Σοφοκλεῖ etc. et post λινοῤῥάφος τυλεῖα, singulo numero, quamvis illius vocis non sit ad manus exemplum. tumque ὧν καὶ τοὺς τεχνίτας generaliter ad cuncta praecedentia referendum fuerit. Me sanequam in his tricis animi dubium haerere atque fluctuare, diffiteri nolim. Quod potius maluerit lector eruditus, sibi deligat. Memoria vero iam nunc repeto, quae de *Parasitis Eupolidis*, et quodam ex iis argumento ad principium huius libri adnotavi. ibi tum recensitionem esse factam dixi utensilium domesticorum, et indidem petita contendo isthaec, Κεκρύφαλοί τε καὶ τύλη.

καὶ παρὰ Σοφ. ἐν τῷ Ἰοκλεῖ etc.] Malim ἐν τῷ Ἐτεοκλεῖ vel Διοκλεῖ. dein C. V. λινοῤῥάφη τύλεια, leg. λινοῤῥαφῆ τυλῆïα, *ex linteo consuta stragula.* Kuehn.

καὶ παρὰ Σοφ. ἐν τῷ Ἰοκλεῖ etc.] Sequuntur *Sophoclis* (de cuius *Iocle* hinc *Casaubonus* noster VII. *Athen.* 4.) ver-

ba, ubi antea editi hic, λινογράφος τυλεία· ad quod *H. Stephanus* ita adnotavit: *supra* (VII, 191. in ante vulg.) κλινοῤῥάφις· *vel* λινόῤῥαφις, *vel* λινόῤῥαφος *videtur scribendum, quoniam* λίνῳ ῥάπτονται. Sed *Casaubonus* noster VII. *Athen.* 4. emendat λινογραφής. MS. hic λινοῤῥαφῆ τυλεῖα, sed emendatum ab alio τυλία· ut supra VII, 191. vulgo est. ego malim, ut supra dixi, λινοῤῥαφὴς τυλεία. Imo possemus plane λινοῤῥαφῆ τυλεῖα, vel τυλία retinere cum MS. nisi tamen *Pollucis* verba id sonarent omnino, etiam id nomen foeminino genere usurpatum, ut τύλη apud *Eupolin* Ionissantem, ut idem τυλεία apud *Sophoclem*. Sed viri docti haec rectius expedient. Iung.

* λινοῤῥαφὶς τυλεία.] Supra VII, 191. Seb.

Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ μιμικᾶς] *Interpr.* de *Imitatione*: neutrum recte. C. V. legit, ὑπὲρ μίκας, unde legerim, ὑπὲρ νικᾶς Dorice. Oratio enim pro *victoria* habita apud Elienses Dorica dialecto usos Dorice etiam inscripta est; dicitur alias ὑπὲρ Καλλίππου. *Callippus* enim Atheniensis, cum argueretur ab *Ellanodicis*, quod victoriam Olympicam sibi emisset muneribus ab antagonistis, et propterea mulcta ei dicta esset, Hyperides publice missus est Elidem, ut *Callippum*, victoriamque eius defenderet, mulctamque abolendam curaret. hanc Orationem hic laudari a *Polluce* existimo. supra lib. VII. cap. 33. Sect. 11. extat ὑπὲρ μυκάλου. Kuehn.

Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ μιμικᾶς] MS. Ὑπερείδης ἐν τῷ ὑπερμιμικᾶς ὄν. supra VII, 191. erat ὑπὲρ μηκάλου· ego me nondum expedivi, ut sciam quae sit vera lectio. Indicabit, qui eius Orationis titulum incorruptum alibi legerit. Iung.

Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ μιμικᾶς] Ineptissime. manuscripti Codices ὑπὲρ μικᾶς· ex quo *Kuehnius* effecit ὑπὲρ νικᾶς, exposuitque de *Hyperidis* Oratione pro *Callippo* apud Elienses habita, cuius mentionem factam reperies, et simul rem omnem commemoratam apud *Plutarchum* in *Hyperidis* Vita. praeclare profecto. neque mihi quidem dubium est, quin ipsi sic MSS. habuerint, siquidem in libris vetustioribus μ et ν simili quodammodo ductu scribantur. et ita repone, sis, VII, 191. ubi tum non bene *Kuehnius* *Μυκάλου* reddiderat in textu. Maculam autem haec verba insedisse animadvertit etiam *Meursius*; sed illam destitutus scilicet subsidio Codicum eximere non valuit; etenim utrobique reponendum iudicat *Μηκάλου*, vel *Μικάλου*. melius id autem, quod mox

in *Hyperidis* verbis τυλυφάντας legi iubeat. et sic ego cum *Kuehnio* restitui. invise ad eius *Atticam Bibliothecam*.

[Scribe, ἐν τῷ περὶ αἰκίας. Orationis Hyperidis ἐν τῷ κατὰ *Μαντιθέου* αἰκίας meminit Athenaeus. Vide Kuehn. ad Polluc. X, 23. Possis etiam scribere περὶ οἰκίας. Quam laudat Harpocration v. *Γρύλλος*. Toup.]

τυλιφάντας.] τυλυφάντας, ut supra VII, 191. Seb.

τυλιφάντας.] C. V. recte τυλυφάντας, ut σακχυφάντας. Kuehn.

τυλιφάντας.] In verbis *Hyperidis* scribe τυλυφάντας, ut MS. noster diserte habet. et monuit etiam *Seberus* noster: τυλυφάνται, ut σακχυφάνται ἀπὸ τοῦ ὑφαίνειν τύλας ἢ σάκκους. Iungerm.

40.

Ἀμφιαράῳ] C. V. legit *Ἀμφιάρῳ* pro *Ἀμφιαράῳ*. Kuehn.

Ἀμφιαράῳ] MSS. *Ἀμφιάρῳ*. Iung.

λινῶν.] MS. λίνων. Kuehn.

δηλονότι ὡς καὶ σκ. etc.] MS. δῆλον δὲ ὅτι. Item mox: ἐρεῶν. Seb.

δηλονότι ὡς καὶ σκ. etc.] C. A. δῆλον δὲ ὅτι, καὶ σκυτίνων, καὶ ἐρέων γ. ἐν τοῖς *Α*. π. etc. π. σ. καὶ ἐρεοῦν etc. Kuehn.

δηλονότι ὡς καὶ σκ. etc.] MS. δῆλον ὅτι ὡς καὶ σκ. καὶ ἐρέων γινομένων. Sed pro ἐρέων emendatum ἐρίων in MS. Sed cur mutemus ἐρέων, causam non video, quum et supra fuerit VII, 28. ἐρέων ἱματίων in MS. Posset pro vulgato ἐριῶν, quod probare nullo modo possum, et ἐρείων, vel ἐρεῶν legi. Sed si MS. lectio ἐρέων recta, cur de alio laboremus? Est vero, credo, sicque ἐσθῆτα ἐρέαν apud *Platonem* in *Politico* habes. Si cui tamen ἐρεῶν magis placeat, quod in MS. *Seberi* fuit, non nimis renitar. Iung.

ἐριῶν] MS. ἐρεῶν, et mox ἐρεοῦν. Seb.

ἐριῶν] Ut in Codice *Palatino* fuit, ἐρέων, sic in textu restitui. consentiunt Excerpta *Falckenburgii*. simili vitio sequentia laborabant, καὶ ἐριοῦν· ubi praeterea maioris distinctionis notam cum *Iungermanno* sustulimus, scilicet ut ista omnia cohaereant προσκεφάλαιον σκύτινον, καὶ ἐρεοῦν, καὶ λινοῦν. De *Aristophanis Amphiarao* videndus in *Attica Bibliotheca Meursius*.

πέπραται] C. V. πέπρακται pro πέπραται. Kuehn.

προσκεφάλαιον σκ.] Vide *Scalig*. Coniectan. ad *Varron*. libr. IV. de L. L. ad ista verba: *Pulvinar a pellulis*. Iung.

καὶ ἐρεοῦν καὶ λινοῦν] In MS. sequitur ita: καὶ λινοῦν, καὶ ἐρεοῦν· et ἐρεοῦν etiam MS. *Seberi*, quod omnino pro altero reponendum videtur. Scribendum et distinguendum vero ita: προσκεφάλαιον σκύτινον, καὶ λινοῦν, καὶ ἐρεοῦν· tria enim haec pulvinaria ex *Alcibiadis* bonorum auctione *Noster* adferre voluit exempli causa. Iung.

ἐν δὲ τῷ Ἀντ. Φάωνι] MSSti, Φάωνι, ut et *Interpr.* in *Antiphanis Phaone*. καὶ abest a C. A. uti nec τῷ nec καὶ legit *Salm*. Kuehn.

ἐν δὲ τῷ Ἀντ. Φάωνι] MS. ἐν δὲ Ἀντιφ. Φάωνι κατὰ τὴν κ. et malim καί, quod MS. omittit, omittere. Iung.

τὰς τύλ. στρώματα] C. A. τύχας, male. post στρώματα in MSStis est, κλίνας· ὥσπερ· C. A. εἰς. Kuehn.

τὰς τύλ. στρώματα] MS. auctius: τύλας, στρώματα, κλίνας· et videtur id addendum. nam et supra VII, 192. ubi quoque *Antiphanis* locus adducitur, ea vox est. Quod vero κατὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν ait, puto indicare ab iis, qui accurate loquebantur, in hac re τύλας non usurpatas. Et inde edictio *Phrynichi*: τύλην, εἰ καὶ εὕροις που, σὺ κνέφαλον λέγε. Inde *Hesychiana* traditio: Κνέφαλον, τύλη· ἣν δὲ ἡμεῖς τύλην, Ἀττικοὶ τύλιον (malim τυλεῖον vel τυλίον) καὶ πῖλος, καὶ προσκεφάλαιον· nescio an se recte extricarit ibi *Nunnesius*. Respexit vero ad hunc locum *Scholiorum* auctor in *Anthologiam*. Nam lib. II. cap. 25. isto carmine: Εἴσιδεν Ἀντίοχος τὴν Λυσιμάχου ποτὲ τύλην, Κοὐκ ἔτι τὴν τύλην εἴσιδε Λυσίμαχος· ita ibi *Scholia*: κατὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν στρῶμα, ὡς Πολυδεύκης κεφ. η. ὅθεν καὶ Τηλεφάνης· quae corrupta et mutila. corrige: Πολυδεύκης βιβλ. ι. κεφ. η. ὅθεν καὶ τυλυφάντης. Iung.

τὰς τύλας στρώματα] Meliorem hic et ditiorem e MSS. reddidimus *Pollucem*. post στρώματα, κλίνας adiecimus *Kuehnio* favente. alio parumper modo locus ille legebatur VII, 192. ut eum memoriter hic adduxisse videatur *Pollux*; nam ibi quidem plenius et elegantius. Τύλη vero secundum communem usum *culcitam* seu *pulvinar* denotat. *Glossae Veteres*: Τύλη, *culcita*. et in aliis MSS. quas legi, *pulvinar*. *Phrynichus* etiam admonet, non te debere dicere τύλην, etiamsi alicubi inveneris, sed potius κνέφαλον. Τύλην, εἰ καὶ εὕροις που, σὺ κνέφαλον λέγε. pariter *Hesychius*: Κνέφαλον, τύλη· ἣν δὲ ἡμεῖς τύλην, Ἀττικοὶ τύλειον, καὶ πῖλος, καὶ προσκεφάλαιον· ubi frustra futurus es, si restituere velis τυλεῖον, nam alterum illud τύλειον recte habet, ut iam pluribus in locis monui. Ab Ionibus autem significationem illius

vocabuli in loquendi Graece formam communem effluxisse poteris existimare, si superius segm. praeced. τύλην malueris in *Eupolide*, quam τύλος, neque ab Atticis usurpatum, nisi cum voluerint Iones imitari, eorumque loquendi modum exprimere. *Suidas* exponit στρωμνὴν, subiecto hoc cuiusdam Auctoris, *Artemidori Oneirocritica* puto, hoc loco: ἔδοξέ τις ἐν τῇ τύλῃ πυροὺς ἔχειν ἀντὶ κναφάλων, καὶ παιδίον ἐγέννησεν. ἄῤῥεν· inde recentiores τυλάρια, quae opponenda *Leo* praecipit arietibus, ut eorum ictus eludant, et irritos reddant: καὶ πρὸς τοὺς κριοὺς δὲ ἀντίκεινται τυλάρια καὶ σακκία γέμοντα· c. 15. De *Antiphanis Phaone* non alio atque hoc loco legi. interim si coniecturae locus sit, titulum illius fabulae deductum existimo a *Phaone* isto, quem *Sappho* deperiit, et ad quem eius extat inter *Amatorias Ovidii* epistola. alios condidisse scimus inscriptas *Sapphûs* nomine fabulas, unde momentum opinioni nostrae accedit.

Sophoclem] Scr. *Sappho.* Seb.

Σαπφοῖ·] In C. A. sequitur ἡ μέντοι καλουμένη etc. omissis interiectis. Kuehn.

οὐ μὴν φαῦλον etc.] *Non leviculum est observasse, quod nauticum ὑπηρέσιον proprie ita dictum, quod remiges sibi substernebant, Cratinus in Horis dixerit* προσκεφάλαιον, *cum alias tantum dici soleat* ὑπηρέσιον, quod sedentes substernebant remiges: προσκεφάλαιον autem *culcita capiti subiecta. Interpres* contrarium sibi persuasit, ut ex eius versione satis apparet. Kuehn.

οὐ μὴν φαῦλον etc.] Male affectum facile quis videat hunc locum. sed ubi MSS. non opitulantur, haesitamus nos. putem tamen ita fuisse a manu *Pollucis:* οὐ μὴν φαῦλον τετηρηκέναι, ὅτι τὸ ναυτικὸν ὑπηρέσιον ἰδίως εἶπεν ἐν ταῖς Ὥραις Κρατῖνος προσκεφάλαιον, τινῶν οὕτως μὴ καλεῖσθαι νομιζόντων, ἀλλ' ὑπηρέσιον μόνον· loci sensus est: *non quidem inopportunum fuerit observasse, quod nauticum illud instrumentum* ὑπηρέσιον *proprie dixerit in Horis Cratinus* προσκεφάλαιον, *cum tamen iudicent quidam non ita vocari, sed* ὑπηρέσιον *saltim.* scilicet e Grammaticis quidam censoria virgula notabant istum vocis προσκεφάλαιον usum, quo ponebatur pro ὑπηρεσίῳ ναυτικῷ, quos hic *Cratini* auctoritate *Pollux* opprimit. sanequam si tamen quis ad linguae normam quam ad usum attendere mavelit, non admodum miror, si in illam inducatur opinionem, ut reiiculum illa notione vocem iudicet τὸ προσκεφάλαιον, itaque forsitan ioco dixisse potuit *Cratinus.* de ὑπηρεσίῳ alias videndus *Etymologus:* ἐφ' οὗ

καθίζονται ἐρέττοντες· et *Suidas*, apud quem scriptum est id vocabulum ὑπειρέσιον, exponiturque ὑπαγκώνιον τῶν ἐρετῶν, ἤγουν κωπηλατῶν, ἐφ' οὗ καθίζουσιν ἐρέττοντες, διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς· καὶ τὸ πληθυντικὸν ὑπειρέσιοι καὶ ὑπειρεσίας· alibi tamen in eodem peius: ὑπερητήσιον· apud *Thucydidem* legisse memini, et ὑπηρεσίας etiam. optime *Scholiastes*: ὑπηρέσιον ἐστι τὸ κῶας ᾧ ἐπικάθηνται οἱ ἐρέσσοντες· διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς· quem locum et adduxisse *Schefferum* video.

ὅτι] MS. διότι pro ὅτι. Iung.

ἐν ταῖς Ὥραις Κρατ.] MS. Κρατῖνος ἐν ταῖς Ὥραις προσκεφ. alio ordine. nec tamen mihi locus videtur integer: sit forte, si repetatur vox προσκεφάλαιον· ἐν ταῖς Ὥραις Κρατῖνος προσκεφάλαιον, (quamvis mallem et λέγει, vel εἴρηκε, vel tale additum) προσκεφάλαιον τοῦτο μὴ etc. quamvis potius ποτικράνου voce, quae idem significat quod altera, *Cratinum* usum suspicor. Ait enim supra ita VI, 9. ποτίκρανον δὲ οἱ Κωμικοὶ, τὸ προσκεφάλαιον, ἢ τὸ ὑπηρέσιον· ubi et locum *Hesychii* attuli, idem dicentis: Ποτίκρανον, πρόσκρανον, τὸ προσκεφάλαιον, καὶ τὸ δερμάτινον ὑπηρέσιον etc. Idem *Hesychius*: Ὑπηρέσια, τῶν κωπηλατούντων δέρματα τινὰ ὡς προσκεφάλαια, ἐφ' ὧν καθίζονται. Iung.

41.

λυχνὶς] In *Glossis*, *Rosa Graeca, populia*, culcitis farciendis adhibita, unde hic eius illata mentio. post ἐκαλεῖτο absunt omnia a C. A. usque ad ὅλον κνέφαλον. Kuehn.

ἀνθηλὴ] MS. ἀνθήλη, paroxytone, ut sane emendare debes. de quo alias potes videre *Nunnes.* ad *Phrynich.* in φλόον. Iung.

ἀνθηλὴ] Accentu mutato legendum ἀνθήλη: sic in antiquis *Glossis*, in quibus Ἀνθήλη, *panicula*. et in *Hesychio* pariter. nec non *Etymologus* in variis locis: Ἀμοργὶς, τοῦ καλάμου τῆς ἀνθήλης τὸ λεπτότατον μέρος· hac itaque canna seu panicula culcitae solebant infarciri.

ὅτι δὲ καὶ τὸ κνέφ.] C. V. melius, εἰ δὲ καὶ etc. *quod si quis τὸ κνέφαλον velit non intelligere de lino, vel culcita, sed de tomento, quod ei inculcatur, quod γνάφαλον dicunt, adhibebit dictum Theopompo in Pantaleonte etc.* C. V. leg. pro λίνου, τυλείου. Kuehn.

ὅτι δὲ καὶ τὸ κνέφ.] MS. ἐκαλεῖτο· εἰ δὲ καὶ τὸ κνέφαλον μ. ἐ. τοῦ τυλείου τις ἀκ. et ita restituendam puto vulgatam, quae alias nec sensus satis habet, et falsa est. Docet enim *Pollux* eum, qui usus fuerit voce κνεφάλου, de tomento seu

infarcto, si in rixosum incidat, et vocabuli eius reprehensorem, quomodo se χρήσει *Theopompea* defendere queat; quod et recte cepit *Nunnesius*, Notis ad *Phrynich.* verbo τύλην. Iung.

ὅτι δὲ καὶ τὸ κνέφ.] Insignis in hunc locum invaserat menda, quam omnem eiecimus MSS. adiutamento: εἰ δὲ restituit ad sui Codicis marginem *Kuehnius.* Excerpta *Falckenburgii* pro λίνου habent λείου· in iis itaque sic fuit: μὴ ἐπὶ τυλείου sine τοῦ, quod et absque sensus detrimento deesse possit: κνέφαλον autem, si de tomento usurpetur, γνάφαλον etiam dici *Pollux* hic ostendit. *Artemidorus* apud *Suidam*: ἔδοξέ τις ἐν τῇ τύλῃ πυροὺς ἔχειν ἀντὶ γναφάλων· et in eodem alicubi κναφάλων legitur. *Hesychius*: Γνάφαλλον (per duplex λ) τύλη· λέγεται δὲ καὶ διὰ τοῦ κ κνάφαλλον· καὶ ὁ γναφεὺς κναφεύς. Idem, ut erudite restituit *Salmasius*: Γνάφαλος, πιλός· videndum tamen de lectione vulgata πηλὸς, num retineri possit, ἀπὸ τοῦ γνάπτειν, quod pedibus lutum conculcetur. Γνάφαλον autem ipsa de culcita dixit *Galenus* in istis περὶ τοῦ προγινώσκειν· ἐπειδὴ τά τ' ἐπιβλαστήματα πάντα καὶ τὸ ὑπεστορεσμένον αὐτοῖς ἀνετινάχθη, τὸ γνάφαλον ἐξῆς ἀνετίναξε, *culcitam porro concussit.*

γνάφαλον] MS. γνάφαλλον· mox tamen uno λ. Iung.

ἐν Παντάλ.] MS. ἐμ Π. Iung.

ὠνητιῶν τὸ δ.] C. V. ὤνητο δέρμα τοῦ θηρὸς, ἐπήγαγε, ῥάψας ὅλον κνέφαλον σάξαι γναφάλῳ, quae lectio facit, ut suspicer legendum esse, ῥάψας ὅλον σάξαι κνεφάλῳ, τοῦτ' ἔστι γναφάλῳ, *empta erat pellis ferina*, subiicit, *consuens totam farcito* κνεφάλῳ, id est, *tomento.* ni ita legamus, non probat *Theopompi* locus, ὅπερ ἔδει δεῖξαι, imo adversa fronte concurreret cum praedictis. Quid enim conficitur ex his verbis, ῥάψας ὅλον κνέφαλον σάξαι γναφάλῳ, aliud quam culcitam totam consuendam, tomentoque implendam esse? sed hoc non volebat Auctor probare, κνέφαλον scilicet significare *culcitam*; potius huc ibat, *farctum culcitae* quoque significari voce κνέφαλος, et ut id obtineat, necesse est legi σάξαι κνεφάλῳ, cui subiicit interpretamentum, γναφάλῳ. ita ex *Theopompo* adstruitur, quod volebat Auctor. et τοῦτο cum ἐστὶ suo loco restituetur. Kuehn.

ὠνητιῶν τὸ δ.] *Theopompi* verba vulgo corrupta sunt, et noster MS. habet, ὤνητο δέρμα τοῦ θηρός· ἐπήγαγε, etc. et ita legendum videtur. sed alter, quem ἐπαγαγεῖν dicit *Comicum*, et qui ad id, quod dicere vult, proprius est, vulgo plane mutilus est. Restitue itaque, ut in MS. extat, ῥάψας ὅλον σάξαι γναφάλῳ. Iung.

ὠνησιῶν τὸ δέρμα τοῦτο] Alio longe modo, et castigatius in MSS. totus hic conspicitur locus, quorum itaque lectionem in textum recipere decuit. ut nos dedimus, ad Codicis sui marginem *Kuehnius* notaverat. pellis intelligenda leonis, uti puto; nam huius quidem animalis in illa fabula fieri mentionem titulus, nisi me fallo, docet. illud autem, quod *Theopompus* ἐπήγαγε, non minus est in vulgatis deforme. plerique MSS. prae se ferunt Ῥάψας ὅλον σάξαι γναφάλῳ· omnia rectissime forsan, exceperis unum hoc γναφάλῳ. Non enim promiserat *Pollux* proferre locum, ubi γνάφαλον extaret, sed ubi κνέφαλον. itaque legendum κνεφάλῳ, quod religiose servavit optimus *Falckenburgii* Codex. *Kuehnius* etiam huic rei animum attenderat; sed id tamen a MSS. alienum, et ineptum profecto, quod adiici iusserit τοῦτ᾽ ἔστι γναφάλῳ, ne scilicet illud γναφάλῳ periret. quamvis autem ab illo mutandi studio, ubi nulla necessitas est, remotus sim, in istis tamen legi malim, etiamsi editam a nobis lectionem praetulerit quis fortean, ῥάψας, ὅλον τε σάξας κνεφάλῳ: τε illud infinitis excidisse locis a MSS. usu edoctus sum.

ἔστι δὲ εἰπεῖν·] MS. καὶ πάλιν ἐστὶν εἰπ. Seb.

ἔστι δὲ εἰπεῖν] C. A. καὶ πάλιν ἐστὶν εἰπεῖν ἁπαλὴ στ. μαλακή, βαθεῖα· et *Glossae* στρωμνή, *locus, sternum, stratum, toral, stratus.* Kuehn.

ἔστι δὲ εἰπεῖν] MS. ἔστι δ᾽ εἰπεῖν etc. Iung.

βαθεῖα] Scribe βαθεῖα. Iung.

42.

περιβόλαια] Supra VI, 15. ἐπιβόλαια. Iung.

ἐφεστρίδες] De his *I. N. Loënsis* Epiphyll. VI, 5. Seb.

τάπητες] MS. τάπιτες. Seb.

τάπητες] C. A. τάπιδες, *Salmas.* τάπηδες. de ξυστίς vid. *Hesych.* et *Suid.* in voce. *Gloss.* περίστρωμα, *stragulum.* Kuehn.

τάπητες] MS. τάπιδες, ut et supra VI, 10. in MS. erat. et δάπιδες sane, ut et τάπητες, initio huius capitis iam allata fuere. *Hesychius*: Τάπις, προσκεφάλαιον. *Seberi* MS. saltem una literula abit, τάπητες habens. Iung.

τάπητες] τάπιδες e MSS. in textum induximus, quorum consensus illius veritatem lectionis arguit. librarii pro ignotiore notius supposuerunt. τάπιδες autem in *Nicandro*, et χρυσοποικιλτοὶ ψιλοτάπιδες apud *Clementem.* illa vero, quae hic enumerat *Auctor*, tam amictus quam vestis stragulae usum habere possunt. istis addenda σισύρα· τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι· *Clem.* Paed. lib. III.

εἴρηται δὲ παρά τε Φιλίσκῳ etc.] C. A. εἴρηται γὰρ παρὰ

τε *Φιλίστῳ ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ ἐν τῇ Σιμύλου μ.* C. V. *παρὰ Φιλίστρου ἐν τῇ ϛ. καὶ ἐν τῇ Σιμύλου μεμαρικῇ·* legerem: *παρά τε Φιλίστῳ ἐν τῇ ἕκτῃ, tam apud Philistum in sexto rerum scilicet Sicularum.* ita saepe laudantur *ἐλλειπτικῶς* noti Scriptores, ex. gr. *Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ, Φερεκύδης ἐν δεκάτῳ,* cum lectori iam per se notum sit, quo de argumento scripserunt. de *Philisto σικελικῶν* Scriptore *Diodorus Siculus* lib. XIII. de *Simyli Historia Megarica* nihil hactenus inveni. in *Scholiis Apollonii* recensentur Scriptores *Μεγαρικῶν Ἰσάγορας* et *Δερκυλίδας. Interpres* ridiculus est cum versione sua: *quod a Philisto dictum est in sexta Simyli Megarica.* ita *Philistum* cum *Simylo, Sicula* cum *Megaricis* confundit, ut coquus diversa iura. *Salm.* ex V. C. *καὶ Σιμυλοῦ Μεγαρικῇ.* Kuehn.

εἴρηται δὲ παρά τε Φιλίστῳ etc.] MS. *εἴρηται γὰρ παρὰ Φιλίστου ἐν τῇ ϛ, καὶ ἐν τῇ Σιμύλου Μεγαρικῇ·* et ita scribendum est. certe male confusa vulgo *Simyli Megarica* cum *Philisti.* Sed quaenam illa *ἕκτη Philisti?* quum plura scripserit. An forte *ἐν τῇ ἕκτῃ Σικελικῶν?* in qua et ab *Ethnicographo* citatur, ut in *Δάσκων·* et in caeteris libris saepe, quorum fuisse XI. docet *Suidas* in *Φίλιστος.* Sic et infra simpliciter *ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλίστου βιβλίων* habes segm. 116. ubi MS. noster deficit. Particula *τε* hic in vulgatis etiam indicio esse queat duos Auctores fuisse adductos. Ceterum *Simyli Megarica,* quod drama fuisse cum *Salmasio* nostro puto (qui idem vidit opus esse hic particula *καὶ,* ne bini Auctores confunderentur) ubi alias occurrat, mihi non multae lectionis homini non occurrit, indicabuntque alii. De *Simylo* idem *Salmasius* noster ita nos docuit: *Eam esse Σίμυλον puto, cuius meminit Demosthenes ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Κτησιφῶντος. eum fuisse ὑποκριτὴν ex eo loco scimus. Multas suo nomine fabulas docuisse constat illos ὑποκριτὰς, et multas docendas accepisse ab ipsis κωμῳδοποιοῖς· quibus tamen ἐν ὑποκριτῶν μοίρᾳ subserviebant. Hoc vero ignorare non possumus nisi res veteres penitus ignoraverimus. Suidas producit locum illum Demosthenis voce Σίμυλος· ἀλλὰ μισθώσας ἑαυτὸν τοῖς βαρυστόνοις ἐπικαλουμένοις ἐκείνοις ὑποκριταῖς Σιμύλῳ καὶ Σωκράτει.* Exscripsit autem ista ex *Harpocratione,* ut alia multa, *Suidas,* in cuius Lexico totidem verbis: *Σίμυλος, ὄνομα κύριον.* Aliter tamen hodie apud *Demosth.* in ista Oratione legitur: *ἀλλὰ μισθώσας ἑαυτὸν τοῖς βαρυστόνοις ἐπικαλουμένοις ἐκείνοις ὑποκριταῖς, Σιμμύκᾳ καὶ Σωκράτει, ἐτριταγωνίστεις·* apud quem *Σιμύλῳ* reponendum credo. Iung.

εἴρηται δὲ etc.] Adscribam porro, uti fuit in editis hic

locus: παρά τε Φιλίστου ἐν τῇ ἕκτῃ Σιμύλου Μεγαρικῇ· quae, etiamsi levi oculo perlustrata maculae mox suspicionem iniiciant, fefellere tamen eruditissimum *Maussacum* ad *Harpocrat.* pag. 263. cum de *Simylo* loquitur fabularum actore: *Pollux*, inquit, lib. X. cap. 8. *Philistum* laudat ἐν τῇ ἕκτῃ Σιμύλου Μεγαρικῇ. *An de eodem Simylo hypocrita loquatur, nescio.* minime vero gentium; nam, puto, diversissimi fuerunt actor ille *Simylus* et qui Megarensium posteris historias tradidit. nam *Salmasius* animi falsus est, qui utrosque confuderit. hic enim de fabulis, quas actor ille et scribere potuit et docere, nulla fit mentio, sed historiae Megaricae, cuius componendae studium abest longe ab istiusmodi ingenio. *Philisti* vero cum meminerit hic *Auctor* noster, illiusque sextum adduxerit librum, non mihi dubium est, quin eius Σικελικὰ prae oculis habuerit, quibus ille persequutus fuerat bellum ab Atheniensibus cum Siculis gestum, cuius et ipse fuerat pars. Syracusis fuit, *Archimenidae* filius, ut ex *Pausania* didici lib. V. c. 23. et *Plutarcho* in *Nicia*. *Suidas* habet Ἀρχωνίδου· sed illum e *Pausania* emaculandum existimo. inter ea, quae posteris reliquit, περὶ Διονυσίου τοῦ τυράννου βιβλία ς enumerantur a *Suida*, quod historiarum volumen in animo habuit *Pausanias* lib. I. c. 14. ubi *Philistum* flagitiosissima quaeque *Dionysii* tyranni involvisse silentio refert. Stilo fuisse rudiori et inculto videtur, quamvis ipsum historiatum ordinem ad rhetoricae amussim primus digessisse fertur atque composuisse. *Timaeus* itaque *Philistum* aggressus est ostendere παντάπασι φορτικὸν καὶ ἰδιώτην, eiusque διάλεκτον εὐθύνειν, referente *Plutarcho* in *Niciae* principio. et *Hesychius* equidem ex eo vocabulum adnotat Μεσηρεύειν, τὸ μηδετέροις συμμαχεῖν· Φίλιστος· et alibi βουβαρίδα de magna navi; sic enim eo loco reponendum; nugantur enim, et a veteri scriptura nimium quantum recedunt, qui in istis ad restituendam Bubastim cogitant, quamvis illius mentionem haud dubie fecerit in Aegyptiacis, stilus ille tamen paululum incomptior, et ab Attico flore remotior facile *Philisto* condonandus est, qui Syracusis ortus, a Siculis voces loquendique modum hausit. *Simyli* quidem Megarica mihi necdum adnotavi, citatave commemini. nominat autem *Simylum* Poëtam *Plutarchus* in *Romulo*, quem ille penitus inquit delirare, cum scriberet *Tarpeiam* virginem Capitolium prodidisse Celtis. illius autem hac quidem in re graviter aberrantis versus ibi comtissimos Chaeronensis ille profert; cum hoc vero Poëta an *Simylus* ille, qui

Megericam historiam posteritati prodidit, fuerit idem, dicere non habeo. *Simylum* etiam Messenium, non quidem historicum, nominat etiam *Pausanias*. In textu *Polluceo*, ut habuere MSS. bene restituit *Kuehnius*. Peristromata vero Latine dixit *Cicero Philipp*. 2. *conchyliatis Cn. Pompeio peristromatis*. sic ἐκ κογχύλης πορφυρίζοντα ἱμάτια legis apud *Balsamonem* ad *Synod*. sextam in Trullo. porro περιστρώματα hic ex *Philisto* et *Simylo* adnotata utitur et *Musonius* apud *Stobensèm*.

καὶ ἐπαινῶν δ᾽ ἂν εἴποις] C. A. omittit καί· caetera cum C. V. ita exhibet: ἐπαινῶν δ᾽ εἴποις ἂν στρωμνὴ λεπτὴ εὐυφὴς (hoc habet C. V.) εὐήτριος, ὑγρὰ etc. vulgatum εὐήτριχος natum est ex εὐήτριος, quod idem est cum εὐϋφὴς apud *Suidam*. eandem lectionem habet V. C. *Salmasii*. Kuehn.

καὶ ἐπαινῶν δ᾽ ἂν εἴποις] MS. noster auctior: καὶ ἐπὶ δ᾽ ἂν εἴποις, στρωμνὴ λεπτὴ, εὐυφὴς, εὐήτριος, ὑγρὰ, etc. et ita supple, et scribe non εὐήτριχος, ut vulgo, vox nihili. Ista ita iuncta et supra habuisti VII, 35. ὕφασμα δέ ἐστι, λεπτὸν, εὐϋφές, ἰσχνὸν, εὐήτριον, etc. Et εὐήτριος se hic malle legere, etiam *Salmasius* noster indicabat. Iung.

καὶ ἐπαινῶν δ᾽ ἂν εἴποις, etc.] Supplevimus e MSS. *Pollucem* in sequentibus et emendavimus. deerant enim vulgo στρωμνὴ λεπτὴ, καὶ εὐϋφής· tum, quod iam sequitur εὐήτριος, sic et a *Kuehnio* restitutum, legebatur εὐήτριχος. *Εὐϋφῆ πέπλον* dixit in *Trachiniis Sophocles*, ubi, cum illum non bene virilem vestem appellavisse peplum reprehendit antiquus *Commentator*, non id sane iure facit; est enim iste *pepli* abusus Graecis Poëtis solens, et ex *Eumathii* mollissimis amoribus notus, ut alios non nominem. sed huius *Scholiastae* locum melius, ac in editis est, sic scripseris: Ἰσχνουργῆ, ἀντὶ τοῦ λεπτοϋφῆ. οὐκ εὖ δὲ ἀνδρεῖον χιτῶνα πέπλον φησίν. Εὐήτριος in *Aeliano* I, 16. χιτῶνά τε αὐτῷ φέρων ἐρίων πολυτελῆ καὶ εὐήτριον· et *Eustathius* ad *Dionysii Periegesin* v. 1107. σινδόνας εὐητρίους exponit εὐμίτους, observatque ad *Homerum* εὐήτριον ita dici ἀπὸ ἠτρίων, ὅ ἐστιν ἐν τοῖς ὕφεσι στημόνων· vide *Grammaticos*. At enim *Falckenburgiani* Codicis non est praetereunda lectio: στρωμνὴ λεπτὴ, εὐϋφὴς, εὔτριχος· ut suspicari quis possit εὐήτριχος illud vulgatum exortum fuisse ex utraque hac voce, εὐήτριος, εὔτριχος. stragula vero vestis quo vacto dici potuerit εὔτριχος abunde monstrare possunt, quae de τριχάπτῳ dicta superius.

εὔχρως] MS. εὔχρος. Seb.

εὔχρως] MS. εὔχρως, ἀνθοῦσα etc. Iung.

ποικίλη] MS. *ποικ. παμποίκιλος, πολ. ἀλουργ.* priores editiones, *ἀλουργ.* vid. supra VII, 55. Seb.

ποικίλη] MSSti subiungunt *παμποίκιλος*, *omnis generis coloribus picturata.* Kuehn.

ποικίλη] MS. noster auctius voce, *ποικ. παμποίκιλος, πολ. πορφ. ἀλ.* eam adgnoscit et *Seberi* MS. quare addamus. Iung.

ποικίλη] Addidit e MSS. *Kuehnius παμποίκιλος.* de vocibus his utrisque adire potes virum praestanti eruditione *Ioh. Braunium* de *Vest. Sacerd. Hebr.* P. I. *Basilius* ad *Divites*, eos solere dicit *κοσμεῖν τὰ συμπόσια ποικίλοις τάπησι*, commemoratque *Philo περὶ Προνοίας*, *ὑφασμάτων ποικιλίαν.* *Hesychius ποικίλον* exponit *ζωγράφητον* · scilicet, ut mox in *Polluce*, ubi *ζῶα ἐνύφαντο.* *Clemens* Paedag. lib. II. cap. 5. *στρωμναί τε ἀλουργεῖς, καὶ ἄλλων χρωμάτων δυσπορίστων* · et mellitissimus *Anacreon* Od. 8. *ἐγκαθεύδειν ἁλιπορφύροις τάπησι.* *Πρασεῖος* rarissime scriptum invenias, frequenter autem *πράσινος*, ut hic emendaverat ad oram vir quidam eruditus, quem colorem cum *χρυσοειδεῖ* iungit alicubi *Aelianus* de *Animal.* Idem ille V. H. IX. c. 5. *φλόγινα ἐνδεδυκότες, καὶ ὑσγινοβαφῆ*, quae memorat in eadem re *Polyaenus* lib. IV. c. 3. sed nostri non est otii praeter rem in istis haerere. de hysgino colore qui plura voluerit, adeundus illi eruditorum coryphaeus *Bochartus* in *Hieroz.* et *Braunius* de *Vest. Sacerd.*

ἁλουργὶς] MS. noster *ἀλουργίς*, ut prius editi. Iung.

ὑσγινοβαφὴς] MS. *ὑστινοβαφής* · *Suid.* *ὕστινος, βάμματος εἶδος.* Ante tamen itidem suo, id est, Alphabetico ordine: *Ὕσγη, εἶδος βοτάνης, καὶ ὑσγινοβαφὴς χιτὼν, ὁ ὑπὸ τῆς ὕσγης βεβαμμένος* · et *Hesych.* *Ὕσγινον, βάμμα τι.* Lat. *hysginum Plin.* XXXV. cap. 14. ubi vid. et not. *Dalec.* Seb.

ὑσγινοβαφὴς] C. V. *ἰστινοβαφής.* de hysgino *Vitruvius* lib. VII. cap. 14. et ibi *Philander*, *Pausanias* in *Phocicis*, *Suidas* in *ὕσγη.* pro *εὔχρως* *Salm.* *εὔχροος.* Kuehn.

ὑσγινοβαφὴς] MS. *ὑστινοβαφής.* sed malim *ὑσγινοβαφής*, de quo *Seberus* noster. *Hesychius* etiam in *βυσσός* · *χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον.* *Xenoph.* VIII. *Παιδ.* *ἀναξυρίδας ὑσγινοβαφεῖς Cyro* tribuit. Iung.

ἰοειδὴς] De hoc colore meminit et *Bayf.* de Re Vest. cap. 5. *πρασεῖος* vero ita quoque in MS. nostro. supra VII, 129. *πράσιον* hoc *χρῶμα* in MS. erat. Iung.

ἰοειδὴς] Praestat editis MSS. integra lectio: *ἰοειδής, κροκοειδής, κόκκῳ ἀνθοῦσα.* Nobilissimorum amictum fuisse

κοκκοβαφῆ tradit *Zosimus*. *Callistratus* apud *Athenaeum* id extulit κοκκινοβαφής.

κρόκῳ ἀνθοῦσα] MS. io. κροκοειδὴς, κόκκῳ ἀνθ. Et mox: ἐπιπ. ἐπιπόρφυρος, παραπόρφυρος, καὶ κατὰ Ξεν. Seb.

κρόκῳ ἀνθοῦσα] MSS. κροκοειδής, κόκκῳ ἀνθοῦσα, *cocco efflorescens*. *Salm*. ἰοειδ. κροκοειδὴς, κρόκκῳ ἀνθοῦσα. Kuehn.

κρόκῳ ἀνθοῦσα] MS. κροκοειδής, κόκκῳ ἀνθοῦσα, κοκκοβ. quo pacto et in suo invenit *Seberus*: et certe restituendum puto. Iung.

ὀρφνίνη] C. A. ὀφνίνη pro ὀρφνίνη *nigricans*. Kuehn.

πολυπόρφυρος] MSS. addunt, περιπόρφυρος πορφυρομιγὴς παραπόρφυρος etc. *ex parte purpurea*, cui opponitur, ὁλοπόρφυρος. Kuehn.

πολυπόρφυρος] MS. noster ἐπιπ. περιπόρφυρος, πορφυρομιγὴς, παραπόρφυρος, καὶ κατὰ etc. quo pacto quum et *Seberi* MS. et hic restituendum puto. Vulgatum πολυπόρφυρος et supra habuisti VII, 55. et περιπόρφυρα ἱμάτια in MS. VII, 65. ubi quoque illud *Xenophontis*, κάνδυν ὁλοπόρφυρον dicentis, quod et hic innuit, locum ex VIII. Παιδείας ibi in Notis adstripsi. Iung.

πολυπόρφυρος] Ineptam illam vocem MSS. non adgnoscunt, ad quorum itaque normam *Pollucem* restitui, et περιπόρφυρος adieci, quod vulgati Codices non habebant. *Kuehnius* utrumque, περιπόρφυρος et παραπόρφυρος, inseruerat ante ἐπιπόρφυρος.

43.

χρυσοειδὴς] MSS. χρυσοβαφὴς, *aureo colore tincta*. Kuehn.

χρυσοειδὴς] MS. χρυσοβαφὴς, pro χρυσοειδής· et invenitur illud quoque, quamvis id mirum forte obvenerit ei qui mutavit. Adnotant ex *Plutarchi Demetrio*: περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένος ἐμβάδας. Iung.

χρυσοειδὴς] Sequitur in editione nostra χρυσοβαφὴς e MSS. *aureo colore tinctus*.

ζῷα ἐνύφαντο] C. A. ἐνυφαντῷ pro ἐνύφαντο, si legamus ζῷα ἐν ὑφαντῷ, subintelligendum erit ἐστὶ, *animalia sunt in textura, vel intexta*. Kuehn.

ζῷα ἐνύφαντο] MS. ζῷα ἐν ὑφαντῷ· sed id correctum est ad vulgatam lectionem recte. Iung.

ἄνθη πεποίκιλτο] MSS. ἄνθη ἐνεπεποίκιλτο. Seb.

ἄνθη πεποίκιλτο] MSS. ἐνεπεποίκιλτο· *Salm*. ἐνεποίκιλτο, leg. ἐμπεποίκιλτο. Kuehn.

ἄνθη πεποίκιλτο] Scribe ut in nostro et *Seberi* MS. est, *ἄνθη ἐνεπεποίκιλτο*. Iung.

ἄνθη πεποίκιλτο] Recte *Kuehnius ἐνεπεποίκιλτο*. quod dudum ita legendum videram. scilicet intexi solebant vestibus animalium aliarumque rerum plurimae figurae, unde *ζωγράφητον* exponebat *Hesychius τὸ ποικίλον*· inde *ζωδιωτοὶ ἐσθῆτες* in eodem *Grammatico* et apud *Athenaeum* libr. V. *Nicetas* veterum elegantiam imitatus *χρυσόπαστον καὶ ζωωτὸν σάγον* habet in *Alex. Comn.* lib. III. Ad illa vero *ἄστρα ἐνήστραπτο*, sic enim e MSS. pro *ἐνήστραπται* restituimus, *Maimonidis* insignis locus adtinet cap. 7. §. 8. עכו״ם. ubi gentilium sacerdotes in vestibus suis pictas gerere solis, lunae aliorumque siderum imagines enarrat. Posthaec in istis *καὶ μὴν τοῖς μὲν οἰκέταις*, aliisque quae sequuntur, quae fuit in editione *Seberi*, lectionem retinuimus.

ἄστρα ἐνήστραπται.] *ἄστρα ἐνήστραπτεν* C. V. at C. A. *ἐνήστραπτε*. Kuehn.

ἄστρα ἐνήστραπται.] Scribe ex nostro MS. *ἄστρα ἐνήστραπτο*. ita enim videtur in eo bene emendatum pro scripto *ἐνήστραπτεν*. Iung.

ἐν κοιτῶνι, etc.] E MS. inserta. Seb.

ἐν κοιτῶνι, etc.] C. A. *πρὸς κοιτῶνι ἢ πρὸ κοιτῶνος*. in C. V. *πρὸ* abest a *κοιτῶνος*. *Salmas. ἐν τῷ κοιτῶνι ἢ π. κ.* deletque *προκ. ἢ πρό*. Kuehn.

ἐν κοιτῶνι, etc.] MS. noster: *κοιτῶνι, ἢ προκοιτῶνι* (et correctum *πρὸς κοιτῶνι*) *ἢ προκοιτῶνι ἢ προκοιτῶνος*. Mihi videntur haec partim a scriba negligente ita repetita, et adhuc tolerabilius, ut edidit *Seberus* noster. Ni tamen fallor, ita *Pollux* scripsit: *ἐν κοιτῶνι, ἢ προκοιτῶνι, ἢ πρὸ κοιτῶνος ἀναγκαῖα σκ.* Illud *ἀναγκαῖα* certe ita emendare debes. Iung.

χαμευνία] *χαμεύνια* emenda ex MS. nostro. eo accentu et supra VI, 9. et IX, 55. Iung.

καὶ ψίαθοι] C. A. omisso *καὶ* leg. *ψιάθια φορμοὶ καὶ σάναξ*. reliqua capitis absunt. Kuehn.

καὶ ψίαθοι] Vide quae dixi ad lib. VIII, 133. De *φορμοῖς* et *φορμίοις Donatus* ad *Terentii Phormionem*. adde *Glossas* in *Formio*, quae *Hesiodi* hunc respiciunt locum *Ἔργ. καὶ Ἡμ. Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ*, citatum et ab *Etymolog.* in voce. *Hesychius* utrumque, *φορμὸς* et *φόρμιον*.

καὶ φορμοί, etc.] C. V. *καὶ φορμός*. Kuehn.

καὶ φορμοί, etc.] MS. *καὶ φορμὸς, καὶ σ.* eo numero quo et sequens vocabulum. Iung.

καὶ σάμαξ.] C. V. *καὶ σάναξ ῥικαλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου, μάλιστα δὲ ἐπὶ στρατείας αὐτῷ ἐχρῶντο, ὡς Χιωνίδης ἐν Ἥρωσιν, πολλοὺς δ' ἐγὼ ἀκούω κατά σε νεανίας φρουροῦντας ἀτεχνῶς κἂν σάμακι κοιμωμένους.* versus ita constituerem:

πολλοὺς δ' ἐγὼ ἀκούω κατά σε νεανίας
φρουροῦντας ἀτεχνῶς, κἂν σάμακι κοιμωμένους.
multos ego penes te adolescentes audio
excubare plane, et dormire in arundinibus.

Quid *σάμαξ* pluribus docet *Hesychius* h. v. breviter, est in arundinis quadam specie *crassior panniculae coma; quae pro pluma strata cauponarum* (adde militum) *implet. Plinius* lib. XVI. cap. 36. unde et *σάκτης* dicitur a *σάττομαι*, *farcio.* Graece *ῥὶψ καλάμου.* vid. *Dioscor.* lib. I. cap. 97. Kuehn.

καὶ σάμαξ.] MS. *σάναξ· ἔστιν ὁ σάναξ, ῥὶψ καλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου· μάλιστα δ. ἐ. στρατείας αὐτῷ ἐχρῶντο, ὡ. Χ. ἐ. Ἥρωσι· πολλοὺς ἐγὼ δ' ἀκούω κατὰ σὲ νεανίας· φρουροῦντας ἀτεχνῶς κανσάμακι κοιμωμένους.* inepte autem *σάμακι* ultimo *ι* suprascriptum a quodam *ι*, quasi legendum esset *σάμα κεκοιμωμ.* Vides vero quanto haec pleniora et integriora vulgatae lectioni, insuper continentia elegantem *χρῆσιν Chionidae*, obscuri alias Poëtae, de quo vide *Casaubonum* nostrum III. *Athen.* 32. ubi monet scribendum *Χιονίδης* in secunda per *ο*, ut apud *Suidam* nempe est. MS. noster *Χιωνίδης* habet, ut dixi. et in *Suida* suo ita etiam correxisse invenio *Sylburgium*, addidisseque ita et apud *Athenaeum* libr. III. esse. Sed quod ad *σάμαξ* et *σάναξ*, in quibus MS. variat, sane per *μ* retinebimus cum vulgatis. *Hesychius* testis satis locuples accedat eadem prorsus narrans. *Σάμαξ, ὕλη τὶς δρυώδης· οἷον βούτομον· οἱ δὲ φορμόν· καὶ οἱ πλείους ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι· ἔνιοι δὲ τὴν βούτομον καλεῖσθαι σάμακα· καὶ τοξικὸς κάλαμος· ἀφ' οὗ τὰ λεπτὰ συνάγοντες στιβάδα* (lege *στιβάδια*) *ποιοῦσιν.* ubi et rationem nominis habes, unde scilicet et *σάκτας κάλαμος* apud nostrum. Iam adscribam totum locum ut apud nostrum videtur scribendus: *καὶ φορμὸς, καὶ σάμαξ· ἔστι δὲ ὁ σάμαξ ῥὶψ καλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου· μάλιστα δὲ ἐπὶ στρατείας αὐτῷ ἐχρῶντο, ὡς Χιωνίδης ἐν Ἥρωσι·*

πολλοὺς ἐγὼ δ' ἀκούω κατά σε νεανίας
φρουροῦντας ἀτεχνῶς, κἂν σάμακι κοιμωμένους.

Quamvis nondum forte concinnati versus. Iung.

καὶ σάμαξ.] Euge vero! egregiam et exosculandam MSS. fidelitatem, qui integros eosque elegantes *Chionidis* illius versiculos nobis adservarunt, ipsumque adeo sibi restituere *Pollucem*. Codex *Falckenburgii* eadem illa, sed aliquantum corruptius, continet hoc modo: *ῥίψ καλ. καλαμίνου σάκτου.* legendum ut in textu restituimus. tum taliter istos *Chionidis* habet versus: *πολλοὺς ἐγὼ δακοῦ κατά σε νεανίας φορoῦντας ἀτέχνους καὶ σαμάκι κοιμωμένους.* an hinc tale quid concinnandum, *φρουροῦντας, ἀτέχνους?* praetulero tamen *ἀτεχνῶς*, quod antiqua dictum elegantia pro *ἀφροντίστως*. sic apud Romanos *iners* proprie *ἄτεχνος*, tum deses, quique nullius rei curam gerit. Nomen autem lilius *Comici* per *ω* scriptum hic est, neque mutare quicquam volui propter MSS. in hanc scripturam consensum, *Meursius* tamen in *Attica Bibliotheca* ubique, in hoc etiam *Pollucis* nostri loco, per *o* exarat. scilicet *χιὼν, χιόνος*, indeque *Χιονίδης*. *Χίονις* etiam statuarii nomen sic in *Pausania* legitur. Antequam vero hinc discedam, *Hesychium* in ista voce mutilum augere lubet et emendare: *Σάμαξ ὕλη τις δρυώδης· οἷον βούτομον, οἱ δὲ φορμὸν, καὶ οἱ πλείους ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι·* et cetera, quae posuit in nota sua *Iungermannus*. id omne hoc pacto redintegrandum est: *Σάμαξ, ὕλη τις δρυώδης* (sic enim et in *Glossario* MS. reperi) *οἱ μὲν βουτόμον, οἱ δὲ φορμὸν, καὶ οἱ πλείους σάκταν ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι, ἔνιοι δὲ καὶ τοξικὸν κάλαμον* (vel, *ἐνίοις δὲ καὶ τοξικὸς κάλαμος*) *ἀφ᾽ οὗ τὰ λεπτὰ συνάγοντες στιβάδια ποιοῦσι.* pro *οἷον* recte me reddidisse *οἱ μὲν* arguit sequens *οἱ δέ·* tum vero inserui *σάκταν*, suadente scilicet notationis, quae subiicitur, forma *ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι.* nam inde quidem si *σάμακα* deducere voluisse *Hesychium* existimes, delirantis ingenii somnium homini doctissimo adscripseris. denique *τὴν βουτόμον καλεῖσθαι σάμακα* foras eieci, quod haud dubie adleverat in margine lector non indiligens, ut sibi notaret herbam illam *βουτόμον*, *σάμακα* quoque vocari. ad hanc opinionem meam sponte sua fluentem si quis accedat, de ceteris equidem non dubitabit.

44.

περὶ τῶν εἰς ἀπόπατον ἀν.] Vid. *Schol. Aristoph.* fol. 264. ubi et: *ἀμίδες, οὐροδόχα ἀγγεῖα.* Seb.

περὶ τῶν εἰς ἀπόπατον ἀν.] Titulus abest a C. A. et *Salmasiano*. incipit autem caput *Salmas. τοῖς δεσπόταις δὲ τῷ μὲν* etc. Kuehn.

περὶ τῶν εἰς ἀπόπατον ἀν.] Hoc caput statim adiungitur praecedenti in MS. sine titulo, et incipit, *τοῖς δεσπόταις δὲ,*

τῷ etc. particula δὲ transposita. De hisce vasis hinc meminit et *Bayf.* libr. de Vasculis in L. *quamvis* §. *si autem* de aur. et arg. leg. de lasano *Foesius* Oecon. *Hippocr.* in λάσανον. et *Leopardus* XI. Emend. 7. Iung.

καὶ λάσανα] καὶ non apparet in C. A. ut et quae sequuntur a καὶ ἀμὶς usque ad οὐράνην. Kuehn.

ἀμίς. ἣν καὶ Σοφ. ἐν Πανδ.] MS. ἄμις· ἣν Σοφοκλ. illud falso accentu. hoc, quod omittit particulam καὶ, probe, ni fallor. *Sophoclis Pandora* et apud *Athenaeum* laudatur, et apud *Hesych.* duplici nomine, Πανδώρᾳ ἢ σφυροκόποις, ut adnotavit *Casaub.* noster VII. *Athen.* 4. Iung.

οὐράνην] Ita et noster MS. male antea οὐρήνην, quod et a *Bayfio* lib. de Vascul. retentum, edebatur. pro quo et *H. Stephanus* hic in suo Codice emendaverat οὐράνην, *ut*, addens, *videbis in Thes.* Et in *Thesauro* ipsum locum *Aeschyli* adducit, quem et ego mihi notaveram apud *Athenaeum* libr. I. *Dipnosoph.* drama *Aeschyleum* non nominatur, ipsi versus sunt:

> ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφὶ ἐμοὶ βέλος
> γελωτοποιὸν τὴν κάκοσμον οὐράνην
> ἔῤῥιψεν, οὐδ' ἥμαρτε. etc.

Ubi et aliam χρῆσιν habes e *Sophoclis* Ἀχαιῶν συνδείπνῳ. Iungerm.

οὐράνην] Sic quidem scribendum, ut et optimus *Falckenburgii* Codex habuit, vidique etiam eruditum quendam virum ad libri sui oram ita notasse: οὐρήνην enim ante *Seberum* fuit editum, aliter ac cuncti MSS. volunt. De ἀμίδι, quam *Sophocles* usurpavit in *Pandora*, cuius argumentum fabulae non erit paulo in antiquorum monumentis versatior qui non e titulo percipiat, meminit *Etymologus*, exponitque οὐροδόχον ἀγγεῖον. fuerit autem ex eius opinione formatum ut a σκάφη σκαφὶς, sic et ab ἄμη ἀμίς. *Hesychius* item: Ἀμὶς, σταμνίον. in *Glossis* enim, *Matula*, σταμνίον. *Lepidum* id erat et acutum *Themistoclis* dictum, quod *Aelianus* commemorat H. V. XIII, 40. Athenienses illum affectum contumelia denuo post ad rem publicam capessendam evocabant: tum ille: οὐκ ἐπαινῶ τοὺς τοιούτους ἄνδρας, οἵ τινες τὴν αὐτὴν ἀμίδα καὶ οἰνοχόην ἔχουσι, se scilicet illos cives non laudare significans, qui tanta mobilitate animorum essent, ut eundem et abiicerent atque despectui haberent, et ad summos pro arbitratu honores eveherent. *Suidas*: Ἀμίδα, οὐρητρίδα, οὐρηρὸν ἀγγεῖον· καὶ ἀμίδας, τὰ ὑπηρέσια· ubi tum ex *Vespis Aristo-*

phanis subiicit locum, qui sic in ordinem est redigendus, ut posuit in notis *Portus*. vocis expositionem autem e *Comici* vetusto Commentatore *Suidas* hausit, nam et ille, οὐρητρὶς, οὐρηρὸν ἀγγεῖον. non aliter in *Onomastico* veteri: *Matella*, οὐρητρίς. *Athenaeum* adde lib. I. c. 14. et summum ad eum *Animadversorem*. Porro, dum in his agimus, observare lubet, tam praecipiti luxuria fuisse veteres, ut et servos haberent, qui ipsis a matulis essent, easque ad crepitum digitorum supponerent; flexis enim genubus subsidentes aquam emisisse notum est, saepius tamen etiam vestibus subductis, quod ἀνασύρασθαι ἐσθῆτα Graeci dicunt. vilissimum id erat servitii genus, adeo quidem ut apud *Plautum*, qui saepius istius rei meminit, alter ad alterum dicat, dignum non esse eum, qui sibi matulam porrigat, indignissimo scilicet ipsum convicio adspernatus. sed clarissime in illo *Arbitri* consummatissimae nequitiae *Satyrico*, ubi *Trimalcio lautissimus homo concrepuisse digitos* refertur, *ad quod signum matellam spado ludenti supposuit*. Isti dicuntur *a lacuna* in *Antiquis Inscriptionibus* variis in locis, ut apponere festinanti exempla non opus sit. hinc emenda, sis, in *Cyrilli Glossario: Lacunar*, ὀρόφωμα, ὀροφή. *Lacuna*, οὐροδόχιον. posterius nomen qui non noverat cum altero priori confudit. et peius illi tamen adhuc, qui vulgata retinere volunt. *Glossae* MSS. *Lacuna*, *matula*: ut amplius de hac emaculatione non sit dubium. Οὐροδόχιον autem saepe Graeci, et οὐροδοχεῖον. *Hesych.* Οὐροδόχη, ἀμίς· eundemque vide in Οὔριον βικὸν, sic enim et ego legendum putem.

λάσανα] De his et supra V, 91. restitui locum, εἰς λάσανα ex MS. legendum docens, pro vulgato εἰς λαγόνα. Iungerm.

λάσανα] Quod hic de λασάνοις probandum suscipit *Pollux*, ea scilicet fuisse portatilia, clarissime liquet ex λασανοφόροις, quos veteres non secus ac servos a matulis habuerunt. facetissime quidem *Antigonus* senex, quem cum summis laudibus in quodam carmine extulisset ad coelum *Hermodotus* quidam, eumque Solis filium ac Deum appellasset, οὐ τοιαῦτά μοι, inquit, ὁ λασανοφόρος συνοῖδεν· uti legere est apud *Plutarchum* de *Iside* et *Osiride*, et in *Antigoni Apophthegmatibus*: utrobique doctissimus *Interpres* λασανοφόρον exponit, *qui matulam fert*, aliter haud dubie facturus si legisset ista *Pollucis* nostri aut meminisset. neque habuerat *Antigonus* in animo de illa naturae exoneratione, quae per vesicam fit, sed de altera vero meminisse. *Hesy-*

chius etiam *Λάσανα*, *τοὺς ἀφοδευτηρίους δίφρους* exponit, spurcius scilicet nomen honestiori, uti mox *Pollux* observat. non minus *εὔφημον* est *χρεῖαι*, nam et ita dixere: *Cyrilli Gloss. Latrinae*, *χρεῖαι*, *ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν*· et *θᾶκοι*, unde *θακεύειν*, uti apud *Vaticanum Paroemiographum* Cent. I. cap. 82. *ἐάν τις ἁλῷ θακεύων ἐν τεμένει Ἀπόλλωνος*, quod quidem Athenienses, ut illuderent *Pythium* aedificanti *Pisistrato*, creberrime fecerant. Vilius est *σκωραμίς*. *Ἵνα μὴ γένωμαι σκωραμὶς κωμῳδική*· ubi *Scholiastes Aristophanis* ad *Ecclesiaz. Ἀμὶς μὲν ἐν ᾧ οὐροῦσι· σκωραμὶς δὲ ἐν ᾧ ἀποπατοῦσι.*

καὶ ἀναιρουμένου] E MS. sic supra VI, 83. *αἱ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι.* Seb.

καὶ ἀναιρουμένου] Inclusa vox uncinulis extat etiam in C. A. Kuehn.

καὶ ἀναιρουμένου] Prorsus ita et MS. noster. Iung.

καὶ ἀναιρουμένου] Uncinulis voculas has *Seberus* incluserat, quos ego, cum eas in textum MSS. planissime adserant, delendos curavi.

οἴ μοι τὰ λάσανα etc.] MS. *οἴμοι τάλας τί μου στρέφει τὴν γαστέρα. Βάλ' ἐς κόρακας. Τῇ δὲ γυν.* Sic, inquam, clare MS. Sed taceantur interim *λάσανα*, propter quae *Aristophanes Polluci* laudatur. an igitur verba *τὰ λάσανα γίνοιτό μοι* pro *τάλας* reponenda; an recte habent, quae sunt in MS. solumque illis annectendum *τὰ λάσανα γίνοιτό μοι* vel *τὰ λάσαν' ἂν γίν. μοι*? Seb.

οἴ μοι τὰ λάσανα etc.] Verba *Aristophanis* ita sunt in MSStis: *οἴ μοι τάλας· τί μου στρέφει τὴν γαστέρα, βάλλ' ἐς κόρακας πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μοι.* C. A. *βάλλ' ἐκκόρακας, τὰ λάσανα γένοιτό μου.* versus istos constituerem,

— *οἴ μοι τάλας; τί μου στρέφει τὴν γαστέρα;*
βάλλ' ἐς κόρακας. πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μου;
— *vae misero mihi! quae ventris tormina?*
abi in malam crucem, unde foricae erit copia?

Salmas. non legit ultima, *πόθεν* etc. et pro *βάλλ'*, *βάλ'*. Kuehn.

οἴ μοι τὰ λάσανα etc.] MS. noster ut *Seberi*, *οἴ μοι τάλας τί μου στρέφει τὴν γαστέρα· βάλ' ἐς κόρακας· πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μοι*· nec dubito certe ita supplere et legere, quod tandem et Amico nostro placuit:

οἴ μοι τάλας· τί μου στρέφει τὴν γαστέρα·
βάλλ' ἐς κόρακας· πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μοι;

Totam enim *χρῆσιν* voluit adferre ad id, quod praedixit,

probandum. *Aristophaneae* fabulae, quae Προαγὼν, mentio et apud *Athenaeum*, ut adnotavit *Casaub.* noster III. *Athen.* 6. et eius mentionem credo etiam fieri in fine ὑποθέσεως Σφηκῶν, ibique pro προάγων legendum Προαγῶνι. Certe locus corruptus videtur. In ipsis etiam *Scholiis*, non ita longe ab initio Σφηκῶν· οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ δράματι εἰσῆκται οὕτως Εὐριπίδης, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προαγῶνι ἐν Ἀχαρνεῦσιν· puto supplendum: Προαγῶνι καὶ ἐν Ἀχ. Iung.

οἴ μοι τὰ λάσανα γένοιτό μου.] Egregie profecto. commutavimus hic ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων, ut in alia re vatum princeps. optimam MSS. lectionem ipsissimis illis literis, quibus in iis occurrit, in textum reposui. Quidam, qui scilicet doloribus angebatur ventris, inquit: *Hei me miserum! quid meum ita contorquet ventrem?* tum qui huic aderat, alter: *Proripe te ocyus ad corvos*: vel *Abi in malam rem*: prior ille denuo, tanquam qui prae dolore verbis huius non attendat: πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μοι· *unde vero mihi lasana suppeditentur.* Simile quid in *Concionem habentibus* non procul a principio, unde σκωραμίδα superius attulimus, ubi facete *Blepyrus* ad hanc rem *Lucinam* invocat.

45.

εἰ δὲ τοῦτο] Absunt a C. A. usque ad διφρίσκον. Kuehn.

Κραπαττάλοις] C. V. Κραπατάλλοις. versus eius ita se habet ex eodem Codice:

πρὸς τῇ κεφαλῇ μου λάσανα καταθεὶς πέρδεται.
foricas ad caput mihi ponens, postico crepat. Kuehn.

Κραπαττάλοις] MS. Κραπατάλλοις· et ita dudum emendare nos iusserat etiam Magnus *Casaubonus* III. *Athen.* 3. Iungerm.

Κραπαττάλοις] Saepius ita corruptum istius fabulae titulum restituimus, eiusque argumentum pluribus in lucem produximus ad superiorem librum cap. 6. ubi me videre potes. In ipsis tum *Pherecratis* verbis καταθεὶς MSS. sequutus reposui.

κατατιθεὶς] καταθείς. *H. Stephanus.* Seb.

κατατιθεὶς] Pro κατατιθεὶς MS. noster: καταθείς. quod etiam *H. Stephano* placuisse adnotavit *Seberus* noster. et *Sylburgius* ita profert in Notis suis ad *Etymolog.* in vocem λάσανον· ubi hoc *Pherecrateum* reponere cupit. Iung.

καὶ δίφρον] *Hesych.* λάσανα inter alia interpretatur ἀφοδευτηρίους δίφρους. vid. *Theophrast.* Charact. c. 14. et ibi *Casaub.* Kuehn.

σκάφιον] MS. *σκαφίον*, ut modo, ubi tamen etiam MS. proparoxyt. SEB.

σκάφιον] *Salm.* *σκαφίδιον.* KUEHN.

σκάφιον] MS. *γ. σκαφίον ὡς ἐν αὐτ.* et sic debes emendare et supplere. IUNG.

σκάφιον etc.] *σκαφίον* e MSS. accentu mutato hic, et in ipsa *Eupolidis* *χρήσει*, quamvis illius rei parum intersit, tum MSS. locupletius, *ὡς ἐν Αὐτολ.* et elegantius in ipsis *Comici* verbis: *Τί δῆτ' ἄν.* quae sic omnia textui reddidimus. *Seberus* quae restituerat ad explendum sensum, uncinulis, ubi opus non erat, inclusit, quos reiecimus. In *Eupolidis* autem loco mulierem aliquam se conspurcasse credo, cuius aliquis patrocinio suscepto, ait: *Quid fecerit equidem, si scaphium ipsi non adesset?* De *Eupolidis Autolyco Attica Meursii Bibliotheca* est adeunda.

τί δ' ἦν ἄν, etc.] Uncis inclusa MS. Codici debentur. SEBERUS.

τί δ' ἦν ἄν, etc.] C. V. *τί δῆτ'*, forte legendum *τί δῆτ' ἦν·* *quid tandem fuerit, nisi scaphium illi adfuerit?* *σκάφιον*, *σκαφεῖον* in *Gloss.* *rutrum*, *sarculus*, *alveus*, *linter*: alveus hic videtur quadrare: *scaphio* utebantur etiam Athletae, unde *Plutarchus* de Arati habitu athletico; *οὐκ ἀπαρνεῖται*, inquit, *τὴν ἀδδηφαγίαν καὶ τὸ σκάφιον·* vid. *Fabri Agonist.* lib. II. c. 8. et lib. III. c. 3. KUEHN.

τί δ' ἦν ἄν, etc.] MS. noster: *τί δῆτ' ἂν εἰ μὴ τὸ σκαφίον αὐτῇ παρῆν.* Et ita profecto rectius restituas hunc versum, quem et in suo MS. invenit *Seberus*. *Eupolidis Autolycum* noster aliquoties laudat, ut statim segmento 47. IUNGERM.

Ἀριστοφάνους] *Salm.* *Ἀριστοφάνης·* sic infra, *ὡς ἐν τῷ εὐ. αὐ.* KUEHN.

Ἀριστοφάνους] MS. *Ἀριστοφάνης.* IUNG.

Ἀριστοφάνους] Commodius *Ἀριστοφάνης*, nam et *Εὔπολις* modo, non *Εὐπόλιδος.* vid. *Meursii Biblioth. Attic.*

σκαφίον ξενύλλ' ᾔτησεν etc.] C. A. *σκάφιον.* C. V. *σκαφίον ξένυλλα ᾔτησεν γὰρ οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.* leg. *σκαφίον* vel *σκάφιον ξένυλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς·* *scaphium hospes petiit; matula enim non aderat.* *ξένυλλος ὑποκοριστικὸν* facit *ξένυλλα* foeminei sexus. KUEHN.

σκαφίον ξενύλλ' ᾔτησεν etc.] Bene habet, licet antea ederetur *ξενύλλη·* et MS. habeat *σκ. ξενύλλα ᾔτησεν γὰρ οὐ γὰρ ἦ. ἀ.* Extat parilis imo gemina *χρῆσις* in *Aristophanis Thesmophoriazusis*, ubi *Mnesilochus*: *σκαφίον ξένη μ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ*

ἦν ἀμίς. Et putat certe *Bisetus* in suis *Graecis Scholiis* ad eum locum forte ex *Polluce* hinc scribendum, Σκαφίον Ξένυλλ' ᾔτησεν· ut Ξένυλλα sit nomen proprium foeminae cuiusdam. Iung.

46.

περὶ τῶν ἐν τῷ ν.] C. A. hunc praefert titulum: *ὅσα δεῖ ποιεῖν τὸν ἐκ τοῦ ὕπνου ἀναστάντα, quae facienda sint a somno surgenti.* Codex *Salmas.* titulum non habet. Kuehn.

περὶ τῶν ἐν τῷ ν.] Sequens caput quoque cum praecedentibus coniungitur, sine titulo, in MS. Iung.

ἐξαναστάντι δὲ etc.] Praeceptum sanitatis aeque ac civilitatis: immo quondam et religionis. *Propert.* III, 8.

surge, et poscentes iusta precare Deos.
ac primum pura somnum tibi discute lympha.

Persius Satyr. II, 15.

haec sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.

Credebatur enim nox polluere: vide *Casaub.* ad *Persium* Comment. Inprimis, qui somniassent, lavandos sese putabant. *Aristoph. Ran.* f. 180.

ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,
κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
θέρμετε δ' ὕδωρ,
ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.

Aedesius quoque a somnio expergefactus *τὸν παῖδα καλεῖ, τὴν ὄψιν καὶ τὸ πρόσωπον ἀποσμῆσαι τῷ ὕδατι βουλόμενος*, ut refert *Eunapius* pag. 48. Seb.

ἐξαναστάντι δὲ] Ad ritum purgandi se a noctis somniorumve inquinamentis praeter ea, quae notis ad Gr. t. inserta sunt, referas forsan et quae ad lib. I. cap. 1. in iisdem inter alia e *Clem. Alexandr.* de filia *Pharaonis* allata. Non enim eadem ubique observatio. Nam *οἱ μὲν ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες* (scil. praeter *Iudaeos*: sunt verba *Philonis*, lib. de Sacrificantibus, princ.) *ἀμιγεῖ ὕδατι περιῤῥαίνονται· θαλάττῃ μὲν οἱ πολλοί· τινὲς δὲ ποταμοῖς, οἱ δὲ κάλπεσιν ἐκ πηγῶν ἀρυόμενοι.* Seb.

νίπτεσθαι] MSSti *ἀπονίπτεσθαι.* Kuehn.

νίπτεσθαι] MS. *ἀπονίπτεσθαι δ.* et ita pro vulgato *νίπτεσθαι* scribere malim. Iung.

νίπτεσθαι] Plenior est MSS. lectura *ἀπονίπτεσθαι*, quam textui reddidimus, de veterum autem illo more, quo faciem

lecto surgentes lavabant, tumque Deos loti precabantur, dicam in alio loco. de Babyloniorum hac in re ritu *Herodotum* lege *Musa prima.*

πρόχουν] C. A. *πρόσχουν*, pro *πρόχουν*, tollitque distinctionem commaticam post *προσοίσει*. *Gloss.* *πρόχοος*, *gutturnium*, *guttus*. Kuehn.

πρόχουν] Ita quidem scribitur, et scribenda est haec vox. fuit tamen in *Polluce* IX, 66. *πρoῦχον*, ubi mendum id eximimus: inde *προχοΐδιον*· eundem vero vasculi huius usum demonstratum inveni in veteri *Lexico* MS. quod ad manus non est. simili vero consuetudine gaudemus in conviviis praeter cetera, ut quis *πρόχουν* adportet, et aquam effundat, quae subiecta excipitur patina, quam lebetem, quod illo olim similive figura vasculo uti solerent, appellat *Pollux*: et inde quidem *προχοΐδιον* formam facile sibi quis delineet. *Athenaeus* autem lib. IX. ex *Xenophonte* lib. *Cyrop.* VIII. *προχοΐδας* vasculi quoddam seu poculi genus observat. apud *Anonymum* in *Suida* defuncti ossa conduntur *εἰς πρόχουν ἀργυροῦν*.

προσοίσει, *νεαροῦ* etc.] MS. *προσοίσει νεαροῦ* etc. sine interpunctione. Iung.

τοὔνομα] MS. *τὸ ὄνομα*. Seb.

ἐπὶ μὲν λουτρῶν] C. A. *τῶν λουτρῶν*· sequens *ὡς* omittit C. V. Kuehn.

ἐπὶ μὲν λουτρῶν] MS. *μὲν τῶν λουτρῶν*, et ita supple. Iungerm.

ἐπὶ μὲν λουτρῶν] *τῶν λουτρῶν* reposui de MSS. Itaque de balneis ipsis vel lavacris *τοῖς λουτηρίοις* usus est *Aeschylus*.

τῶν νῦν λουτηρίων] MS. *λουτήρων*. Seb.

τῶν νῦν λουτηρίων] C. A. *τῶν νῦν λουτήρων*. *Gloss.* *λουτήρ*, *labrum*: *λουτηρίσκος*, *labellum*. Kuehn.

τῶν νῦν λουτηρίων] MS. *νῦν λουτήρων*, *Ἀναξ*. et ita certo scribendum est, ut et in suo MS. invenit *Seberus*. Ait *Pollux* nomen *λουτήριον* inveniri et pro *λουτροῖς*, vel balneis ipsis, ut *Aeschylus* usurparit, cuius versus supra attulit VII, 167. et idem *λουτήριον* etiam inveniri de iis, qui nunc *λουτῆρες*, quemadmodum ipse modo usurpavit *ἡ λουτηρίου τινὸς* dicens, et supra clare idem adfirmavit VII, 167. *Anaxilae* eadem *χρήσει* allata. Eam, ut hic in vulgatis, ita prorsus habet et MS. noster; recte: supra VII, 168. prima vocula deerat. *Lutropoei* dramatis hinc meminit etiam *Casaubonus*

noster IV. *Athen.* 25. et ita forte quoque voluit scribere XII. *Athen.* 12. IUNG.

τῶν νῦν λουτηρίων] Optime MSS. λουτήρων· sic si scribas, *Polluci* sibi secum convenit. superius enim lib. VII. segm. 167. τοὺς νῦν λουτῆρας, ubi me vide, quamvis et *Pollucis* aevo λουτήρια idem valuerint. *Procopius* ita de vasis balneaticis usus est. *Hesychius: Λουτήρια*, λουτῆρα· scribe λουτῆρας· eademque λουτηρίαι· mox enim: *Λουτηρίαι*, λουτῆρες, λουτρίαι. *Epigenes* quidem in *Μνηματίῳ*, teste *Athenaeo* lib. IX. τὰ λουτήρια recensuit etiam inter pocula, ut *Dipnosophistes* ille; mallem dixisset aquiminalia. Illud ἐν vero in *Anaxilae* versu superius etiam VII, 167. addi debuerat.

βαλανείοις] Supra VII, 167. SEB.

βαλανείοις] Pro βαλανείοις Codex *Salm.* βαβυλωνίοις. KUEHN.

λουτήρια.] MS. λουτῆρα, sed metro haud congrue. SEB.

λουτήρια.] C. A. λουτῆρα· vid. supra lib. VII. c. 53. Sect. 2. KUEHN.

παντολουτηριδίων ὀνομ.] C. V. ἐκ λουτρῶν· C. A. ἐκ λουτρῶν ὀνομάτων. KUEHN.

παντολουτηριδίων ὀνομ.] MS. ἰατρ. ἐκλουτρῶν ὀνομαζ. et vide ne male id quis ob sequentem χρῆσιν mutaverit, in qua quidem παντολουτηριδ. vulgatum recte habet, hic vero MS. lectionem malim; ut dicat, quae apud medicos ἔκλουτρα sint, esse *Anaxilae* παντολουτηρίδια. *Antiphanis Traumatias* laudatur ab *Athenaeo* etiam, ut adnotavit *Casaubonus* noster X. *Athen.* 13. IUNG.

παντολουτηριδίων] Nec usus illam vocem, nec analogia defendit. non dubitavimus itaque certissimam MSS. lectionem in textum reponere. ἔκλουτρα a Medicis appellantur aenea vascula, in quibus eluuntur et purgantur vulnera; id enim ἐκλούεσθαι in *Hippocrate* vide *Galenum* in *Glossis.* Sed protenus autem *Antiphanis* illum e *Vulnerato* locum miserum in modum librariorum audacia vulgo deformaverat. in istis nobis angustiis succurrunt MSS. e quibus ut et IV, 183. elegantem illam lectionem, quam omnem ferme restituimus in textum, curis secundis, quae sapientiores sunt, concinnavit *Iungermannus.* illius et vestigia sunt in Codice *Falckenburgiano*, ubi subiicitur post παντολουτηριδίοις, ἔξαλιπρος, κυλικίσσι, σικυέσσιν, ὑποθέτησιν· illum optimum

Codicem aut ab indocto homine descriptum fuisse oportet, aut insigniter intricato scribendi ductu exaratum, sic ubique lectiones eius erroribus involutas deprehendimus. Illud κατεσκευασμένος scriptum fuit IV, 183. κατεσκευασμένον in MS. *Salmasii.* nec id etiam male. vulgo κατεσκευασμένων· et potuit illo modo ibi adduxisse *Pollux;* nam alterutro sane loco memoriter haec citavit, ut videbimus. potius tamen habeo κατεσκευασμένος, de cuius verbi significatione, quam hic obtinet, adi ad huius libri segm. 13. ubi talia pluscula ex *Demosthene* et aliis notavi. tum vero textui reposuimus ἐν χαλκοῖς πάνυ λουτηρίοις, uti MSS. agnoscunt. neque enim illud ἐγχαλκοῖς *Iungermanni* nostri probo. vide de usu hoc eleganti praepositionis ἐν ad segm. 30. supra vero pro χαλκοῖς exaratum erat λαμπροῖς, et id pene huic lectioni praetulerim; quid enim ἐν πάνυ χαλκοῖς? cum plane commodum sit ἐν πάνυ λαμπροῖς· sed contra MSS. consensum obniti nolo, siquidem et tolerari possit illud ἐν χαλκοῖς· et itaque τὸ πάνυ referri possit etiam ad λαμπρόταιον· ut πάνυ λαμπρόταιον Attice fuerit dictum. Sequitur ἐξαλίπτροις, quae et ἐξάλειπτρα scribuntur, neque solum in re Medica sunt usui, sed et in conviviis, quibus unguentum continebatur, uti docet ex *Aristophanis Acharnensibus Suidas*, et *Noster* VI, 106. Subsequitur κυλικίοιν, quae capsulae medicorum erant, quibus emplastra condebant. eaedem et κυλιχνίδες· et ita sanequam κυλιχνίοι *Falckenburgii* praestans Codex habebat IV, 183. videndus est in illa voce *Suidas*, qui vulgo πυξίδια dici ista vascula docet, ἐν οἷς βάλλουσι τὰ πάσματα. πυξὶς in Medicorum scriptis occurrit creberrime: apud Romanos etiam; *Scribon. Largus* Comp. 74. *Servandum autem pyxide buxea.* sed κυλιχνὶς in *Hippocrate* quoque; in *Glossis* itaque *Galenus*: Κυλιχνίδα, τήν τε σμικρὰν κύλικα, καὶ τὴν ἰατρικὴν πιθάκνην. ut legendum est, hic apposui; male enim locus hic editur. sic scilicet in scripto de *Fracturis* κυλιχνίδα reperies. Sed progrediamur porro: σικύαισιν textus a nobis habet: ita nimirum recte literis expressis *Falckenburgii* Codex IV, 183. hic vero σικύεσσιν adgnoscit, quod tu quidem immerito adsperneris. ut enim a cucurbita medicum instrumentum σικύα, sic non aliter dicere licet σίκυς, nam et σίκυς aeque cucurbita appellatur, atque σικύα· vide *Glossas*, *Colloquia Scholastica*, quae *cucumeres* exponunt, et *Hesychium*, ut praeteream alios. sed ceteri MSS. cum σιτύεσιν hic legant non dubie pro σικύεσιν, facile nobis in memoriam reducunt illam scribendi pronunciandique affi-

nitatem inter ε et αι· in MSS. etiam remotae satis antiquitatis inveni σφέρα, φενόμενον aliaque talia, quale et σικύεσιν scriptum pro σικύαισιν. *Σικύα* vero Romanis *cucurbita*. *Hesychius* exponit, *Εἶδος κολοκύνθης, καὶ σκεῦος ἰατρικόν·* similiter et *Galenus* in *Glossis* σικυώνην, sic enim *Hippocrates* cucurbitam appellaverat, notante etiam *Athenaeo*, exponit inter alia *κολοκύνθην τὴν ἰατρικήν*. *Coelius Aurelianus Siccensis* Chron. lib. I. cap. 4. *cucurbitae leves apponendae, quas Graeci σικύας appellant.* quem etiam locum adduxit eruditissimus *Rhodius* ad *Scribon. Largum*, Compos. 47. sed ibi quidem apud eum, ut et in Indice, semel iterumque prave scriptum est συκία· iuvat et apposuisse *Largi* locum, ubi ad sanguinis eruptionem de naribus prodesse dicit, *caput frigida aqua copiose, superposito aliquo tegumento, perfundere, vel cucurbitam occipitio adfigere.* *cucurbitulas Cornelius Celsus* vocare amat. earumque duo genera esse ostendit, aeneum, et corneum, cuius utriusque figuram ab eo descriptam legere est lib. II. c. 11. Priusquam vero ab his discedamus, liberandus est insigni macula, qui bonos describere solet, *Isidorus* Orig. libr. IV. cap. 11. *Spatomeleguna, quae a Latinis a similitudine cucurbitae, a suspirio* ventosa *vocatur. Denique animata spiritu per igniculum, dehinc praeciso corpori superposita omne, quod inter cutem vel altius aestuat, sive humorem sive sanguinem vocat in superficiem gliscere.* refinges tu quidem hoc modo: *Spathomele, sicya, quae a Latinis a similitudine* cucurbita, *a suspirio* ventosa *vocatur, quaeque animata* etc. pro *altius* putabam aliquando reponendum *artus*. sed bene se habet vulgata lectio. *gliscere* MSS. auctoritate mutandum in *clystere*. *ventosa cucurbita Iuvenali* memorata. Restant ὑπόθετα, quae an et ὑποθέται fuerint appellatae, unde natum sit ὑποθέτησιν in MSS. non mihi satis compertum. Ὑπόθεμα, *suppositorium* in *Glossis*.

κατεσκ. λαμπρότατον * ἰατρὸν] MS. λαμπρότερον ἰατρεῖον ἐν χαλκ. vid. supra IV, 183. Seb.

κατεσκ. λαμπρότατον * ἰατρὸν] Versus ex MSStis restitui possunt. quia enim MSSti legunt, et quidem C. A. λαμπρότερον ἰατρεῖον ἐν χ. π. C. V. vero plenius, ἐν χάλκοις παντολουτηριδίοις ἐξαλίπροις (τ supra π posito) κυλικίσιν σικύεσι ὑποθέτοισι, sine negotio inde confit:

> κατεσκευασμένος λαμπρότατον ἰατρεῖον
> ἐν χαλκοῖς παντολουτηριδίοις, ἐξαλείπτροις,
> κυλίκεσσι, σικύοισί τε καὶ ὑποθέτοισι.'

Officinam medicam adornans nitidissimam,
aheneis labris, unguentariis vasculis,
calicibus, cucurbitis, suppositoriis. —

Chirurgi officinam describit, eamque sui saeculi more appellat *ἰατρεῖον*. Kuehn.

*κατεσκ. λαμπρότατον * ἰατρὸν*] In MS. nostro longe plura de *Comici* verbis: *λαμπρ. ἰατρεῖον ἐν χαλκοῖς παντολουτηριδίοις ἐξαλίπτροις κυλικίσιν· σιτύεσιν ὑποθετοίσιν· οὐ μὴν* etc. unde et defectum supra IV, 183. supplendum dixi, ubi haec eadem mendosissime et mutilate leguntur. Et haec vero, quam retulimus ex MS. quibusdam locis emendanda videtur, legamque *ἐγχάλκοις*, pro *ἐν χάλκοις*, et quod sequitur *ἐξαλίπτροις*, ita et infra segm. 121. Quod ad *κυλικίδας* (nec enim accentus rectus in MS. puto) hoc ex *Athenaei* libr. XI. alii iam observarunt: *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τὴν ἰατρικὴν πυξίδα καλοῦσι κυλικίδα, διὰ τὸ τόρνῳ κεκυλίσθαι.* Eaedem et *κυλίχναι*, sive *κυλιχνίδες*, ut apud *Hesychium* videre potes, et supra VI, 98. scribendum putavi, *κυλιχνίς, πυξίς ἐστι·* et *κυλίχνια· Aristoph. Ἱππεῦσιν· ἐγὼ δὲ κυλίχνιόν τι σοι, καὶ φάρμακον δίδωμι, τῶν χοίπιν ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια περιαλείφειν·* ubi *Schol. κυλίχνιον, ἔμποιμα ὃ νῦν λέγουσιν πυξίδιον· ἔχουσι δὲ οἱ ἰατροὶ τὰ πυξίδια, ἐν οἷς προσβάλλουσι τὰ πάσματα·* Latini veteres *calignas* eiusmodi caliculos vocabant, ut notat *Casaubonus* noster XI. *Athen.* 4. quod ad medicamentarias istas pyxidas quoque non absurde, credo, transferre quimus, quum et idem Magnus Amicus noster ibidem ex *Celsi* lib. II. c. 11. adnotet pro cucurbitulis, si forte copia earum non erat, caliculis usos fuisse. Pro *σιτύεσιν* vero *σικύαισιν* legendum vix dubito, quae iam sunt cucurbitulae ipsae. Ultimum *ὑποθετοίσιν*, quod emendatum est in *οἷσιν*, quamvis legendum sit *ὑποθέτοισιν*, potest alicui in mentem revocare *suppositoria*, quae vocant pharmacotribῶn pueri. interpretantur *ὑπόθετα* ista et collyria, et ex *Tralliano* adferunt ea iunctim, et ex *Aegineta: ὑπόθετον πρὸς δυσεντερίαν καὶ δακτυλίων πόνους.* Iam ita locus totus legendus videtur in *Polluce* nostro, *κατεσκ. λ. ἰατρεῖον ἐγχάλκοις παντολουτηριδίοις, ἐξαλίπτροις, κυλικίσιν, σικύαισιν, ὑποθέτοισιν·* ut et supra IV, 183. restituendum putavi, ubi *εὖ λάμπρως πάνυ λουτηρίοις* habes pro *ἐγχάλκοις παντολουτηριδίοις.* Sed MS. ibi deficiebat. sed certe pressius mihi omnia consideranti lectio ista *πάνυ λουτηρίοις* videtur *γνησία* et ab *Antiphane* ipso. Ecce ait hic *Noster*, iniecta voce *λουτηρίου*, id nomen *ἐπὶ λουτρῶν* dixisse *Alexim*, *ἐπὶ τῶν νῦν λουτήρων*

Anaxilam. tum addit ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν ἐκλουτρῶν *Antiphanem*. et infra X, 145. ubi enarratur ἰατροῦ σκευή, eadem iunguntur, ἐξάλειπτρον, λουτήριον, σικύα, ὑπόθετον a *Polluce*, sine dubio, quod et ibidem haec *Comici* versaret mente. retenta itaque ista lectione, et recte, ni fallor, omnia ita concipiemus, et in suos numeros reponemus: ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ τοῖς ἰατροῖς ἐκλουτρῶν ὀνομαζομένων Ἀριστοφάνης ἐν Τραυματίᾳ·

— κατεσκευασμένος
λαμπρότατον ἰατρεῖον ἐγχαλκοῖς πάνυ
λουτηρίοις, ἐξαλίπτροις, κυλικίοιν,
σικύαισιν, ὑποθέτοισιν —

Sic certe omnia concinna fuerint. Iung.

Hi versus ita sunt corrigendi:

κατεσκευασμένος
λαμπρότατον ἰατρεῖον μὲν ἐν χαλκοῖς πάνυ
λουτηρίοισιν, ἐξαλείπτροις, κυλικίοιν,
σικύαισιν ὑποθέτοισι —

Toupius.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Δ.] MS. ἐν τοῖς Δημ. Seb.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Δ.] C. V. οὐ μὴν καὶ etc. C. A. οὐ μὴ ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Δημοπράτοις εὐ. λουτήριον. Kuehn.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Δ] MS. καὶ ἐν τοῖς Δημ. sine ἀλλά· quod ut loco non moveam, ita ἐν Δημ. pro παρὰ malim, quum illo modo ita loquatur saepius. et *Seberi* MS. itidem hic ita et infra in eadem re segm. 79. Iung.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ etc.] Incongruens est hoc loco παρὰ, quod itaque faventibus MSS. in ἐν commutavi. sic enim ubique *Pollux*. quod autem et in MSS. οὐ μὴν καὶ ἐν etc. tantum legatur, solens id est, et notavimus lib. IX. c. 7. neutrum reiiculum duco. Verum e Δημιοπράτοις adnotat *Pollux* λουτήριον καὶ ὑποστάτην. sic quidem vulgati. sed Codices exarati manu ὑπόστατον, quod, cum et inferius cap. 22. occurrat, praeferendum hoc quidem loco. alias sane ὑποστάτης concinne quadrat; et qui voluerit editam ante nos lectionem defendere, proderit ipsi elegans iste et penitus adpositus ad hanc rem *Pausaniae* locus libr. X. cap. 25. ἐφεξῆς δὲ τῇ Λαοδίκῃ ὑποστάτης τε λίθου, καὶ λουτήριον ἐστὶν ἐπὶ τῷ ὑποστάτῃ χαλκοῦν· viden' itaque *suppositorium* hic, vel ὑποστάτην, et innitens illi λουτήριον χαλκοῦν, seu *aeneum labrum*, ut *Interpres Pausaniae* bene. sed in MSS. nos verba iurasse, si qua rationi conveniant, saepe

significavimus. *ὑπόστατον* autem non aliter ac *ὑπόθετον* dicitur, quod in *Anaxila* restituimus.

ὑποστάτην.] C. A. *ὑπόστατον*, forte *ὑποστατὸν*, *quod fulcris innitatur*: vel *λουτηρίου ὑπόστατον*, *labri gestatorium*. Kuehn.

ὑποστάτην.] MS. *ὑπόστατον·* non *ὑποστάτην·* et emenda ut MS. habet. noster ipse eadem infra segm. 79. repetit et explicat: ubi quid *ὑπόστατον*, disces. Iung.

47.

περὶ τῶν τῷ κοιτῶνι παρ.] Integer titulus abest a C. A. Kuehn.

περὶ τῶν τῷ κοιτῶνι παρ.] Sequitur caput 11. et ipsum adnexum prioribus sine titulo in MS. Iung.

κείσθω] MSS. *κείσθωσαν*. Kuehn.

κείσθω] MS. *κείσθωσαν δὲ ἐν τ.* etc. et placet prae vulgato. Iung.

κείσθω δὲ etc.] Concinnius in MSS. *κείσθωσαν*. Tum *κλεισμοὶ*, iidem scilicet qui *κλισμοί·* utrumque in *Hesychio*: et illa duplex scripturae ratio frequens in hac voce. sic etiam *ἀνακλεῖναι* et *ἀνακλῖναι* hoc *Pollucis* libro habuimus, et alibi *κλισιάδες* et *κλεισιάδες*. *Philoxenus*: *Torale*, *περίκλεινον*, pro *περίκλινον*. In his tamen me MSS. lectio suspensum tenet *κλεισμόθρονοι*, quod, etiamsi *Iungermannus* noster damnet, ponderare te velim attentius, num locum hic habere possit. certe vir Illustriss. *Ezech. Spanhemius* ab illa non fuit alienus scriptura, uti notavit praestantissimus *Lederlinus* VII, 112.

κλεισμοὶ, δίφροι, etc.] C. A. *κλισμοὶ δ. δ. ἐν δὲ Αὐτολύκῳ E.* etc. C. V. *κλεισμόθρονοι*, *Salm. κλισμοδίφροι*. Kuehn.

κλεισμοὶ, δίφροι, etc.] Pro *κλεισμοὶ, δίφροι, δίφρ.* MS. noster habet, *κλεισμοθρόνοι, διφρίσκοι*. Sed oscitantis scribae lapsum puto: *κλεισμὸς* et apud *Hesychium θρόνος* exponitur. iidem nempe qui *κλισμοὶ Homero*: *δίφρος* vero in eadem re et supra fuit III, 90. Iung.

ἐν Νεφέλαις, ἐπὶ τοῦ ἁρματίου δ.] MS. *Νεφέλαις Ἀριστοφάνης ἐπὶ τοῦ ἁρματίου δίφροι ὀκλαδίαι· δίφροι* etc. et possis ita legere, modo post *ἁρματίου* distinguas puncto. *Aristophanis* nomen sane addendum est. possemus ita et auctiora fuisse ista suspicari: *Νεφ. Ἀριστοφάνης ἐπὶ τοῦ ἁρματίου δίφρου· δίφροι ὀκλαδίαι· δίφροι* etc. sic et supra I, 141: *ἁρματίου δίφρου*. *Xenoph.* fine VI. *Cyri Paed.* *ταῦτα εἰπὼν, κατὰ τὰς θύρας τοῦ ἁρματείου δίφρου ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα· ἐπεὶ δὲ ἀναβάντος αὐτοῦ κατέκλεισε τὸν δίφρον ὁ ὑφηνίοχος·* sed *Aristophanis* locus,

ubi de sella curuli usurpatur *διφρίσκος*, extat statim initio indicatae Comoediae:

τρεῖς μναῖ διφρίσκου, καὶ τροχοῖν Ἀμυνίᾳ.

Postea nude recenseri puto apud nostrum, ut in MS. est, *δίφροι ὀκλαδίαι*, quorum mentio et supra III, 90. tum sequuntur aliud genus. Iung.

ἐν Νεφέλαις] Ipsum *Comici* nomen afuit a vulgatis, quod etiamsi se facile prodat, addendum tamen fuit, volentibus ita MSS. non vero me fugit, saepius a Grammaticis fabulam aliquam nobilem auctoris omisso nomine adduci solere; attamen id *Polluci* in more non est positum. *Δίφρος ἁρμάτιος* rerum Romanarum Graecis scriptoribus *sella curulis* appellari consuevit, vel solum etiam *δίφρος*, ut a *Polybio*. *Aelianum* in *Tacticis θρόνους* nominasse non incommode succurrit memoriae. sic et in *Glossis*: differre vero *δίφρος ἁρμάτιος* eo putem a *δίφρῳ*, quod hic et portatilis esset,, et ad cubiculi commodum, unde *διφρηφόροι*, alter, *δίφρον ἁρμάτιον* inquam, non nisi ab animalibus traheretur, aut curru tantum imponeretur; nam et curribus impositas fuisse, quae eximi poterant, sellas constat. vide *Schefferum* hominem eruditum de Re Vehic. lib. II. c. 16. in quo quidem egregio opere, utut plurima de vehiculis et curribus congesserit, multa tamen omisisse frequenter pluribus in locis animadverti. de *δίφρῳ* autem, eiusque usu idem adeundus libri primi capite septimo. Proprie vero *διφρίσκον* dici, ubi consistunt aurigae, *Suidas* in hac voce docet, ad ipsum illum *Aristophanis*, quem hic *Noster* in oculis habet, animum intendens locum; et ad ista *Comici Scholiastes* antiquus de *δίφρῳ* eadem observat. Neque solummodo *διφρίσκος ὑποκοριστικῶς* a *δίφρος* diminuitur, sed et *διφρίον* apud *Scholiastem Aristophanis*, ac *διφρίδιον*. *Etymologus*, ubi de *σκολυθρίοις*, eam vocem quosdam accepisse refert *ἐπὶ μικροῖς διφριδίοις*, *de parvis sellulis:* simili modo *θράνοι*, *θρανία*, *θρανίδια* mox in *Insulis Comici*. *Hesychium* adde, in quo minus utitatam vocem *δίφραξ* reperies.

ὀκλαδίαι δὲ] Pr. edit, *κλαδίαι*. vid. *Leopard.* II, 8. Seb.

ὀκλαδίαι δὲ] Locupletius in MSS. *δίφροι ὀκλαδίαι*, ablato *δὲ*, et usus ipsius vocis creberrimus ita postulat; non aliter enim ferme, quam *δίφρος ὀκλαδίας* invenies in bonis auctoribus. fuere vero hae sellae plicatiles, ut expandi potuerint, et complicari pro re nata, adeoque etiam huc illuc portari a servis dominos sequentibus moris fuit. in nostris regionibus est ubi talibus aliquando incolas uti videamus ad decubitum aut alios etiam usus. iam olim vero a prima Atheniensium

aetate sellularum hoc genus viguisse constat, quemadmodum testatur *Aelianus* H. V. lib. IV. c. 22. *Καὶ ὀκλαδίας αὐτοῖς δίφρους οἱ παῖδες ὑπέφερον, ἵνα μὴ καθέζωσιν ἑαυτοὺς εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε·* quae quidem excerpsit ille, seu descripsit potius ex *Heraclidis* de *Voluptate* libro, ut cognoscimus ex *Athenaeo* lib. XII. ubi eadem illa, quae dicto loco *Aelianus*, verbis parum diversis commemorat. et *Aelianum* vero frequentem hoc *Heraclide* esse usum, ex pluribus etiam aliis indiciis nobis apparet, alibique fortean ostendemus. Porro de *ὀκλαδίᾳ δίφρῳ* magis id est, quod refert *Pausanias*, qui lib. I. c. 27, ubi de templo *Minervae Poliadis*, inter cetera donariorum eximia et loco et vetustate primam ponit sellam *Daedali* plicatilem, quam ille numini *Minervae* consecratam suspenderit in hoc templo: *ἀναθήματα δὲ ὁπόσα ἄξια λόγων, τῶν μὲν ἀρχαίων δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ Δαιδάλου ποίημα.* Permansit autem ad seram aetatem, sed non quidem eo nomine; vulgo enim *ἀνάπαυστρον* fuisse dictum refert *Scholiastes Luciani* a summo *Graevio* in lucem protractus ad *Lexiphanem*; ibi enim et huius sellae mentionem fecerat homo facetiae salsissimae istis verbis: *ἔκειντο δὲ καὶ ὀκλαδίαι καὶ ἀσκάνται·* quibus, si *Lexiphanes*, ut eruditi putant, est *Pollux*, ad haec respicere potuit. *Suidas* etiam de hoc *δίφρῳ· Ὀκλαδίας, ὁ συγκεκλασμένος δίφρος, καὶ ποτὲ μὲν ἐντεινόμενος, ποτὲ δὲ συστελλόμενος·* ubi maluero cum eruditissimo *Leopardo*, nam et eum quiddam huius rei egisse dum haec scribo lib. II. Emend. comperio, *ἐκτεινόμενος* ex *Aristophanis* Commentatore legere, sic enim et Grammaticus ille de *σκιαδίῳ*, ut alibi observabamus, *ἐκτείνεταί τε καὶ συστέλλεται κατ' ἐπείγοντα καιρόν.* Tetigit etiam *ὀκλαδίας δίφρους* obiter *Schefferus* de *Re Vehicul.* libr. II. c. 5. ibique lectorem ad *Chimentellium*, quem mihi inspicere non licuit, ablegat, qui pluribus ea de re scripserit. eodemque loco de *faldissorio*, vel, ut exarandum putat, *faldissolio*, quod cum Graecorum *ὀκλαδίαις* componit. videndus et *Eustathius*. Verbum est huic nomini non dissimile *ὀκλαδιᾷν* apud *Etymologum*, eiusdem scilicet notionis, ac *ὀκλάζειν*, unde vocis *ὀκλαδίας* originem *Grammatici* repetunt. Sed hinc iam discedere lubet, atque ad alia properare.

δίφροι δυσοχεῖς] C. V. *διωχεῖς·* vid. supra VII, 116. unde hic locus corrigendus: legendum enim *οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες, quae vehunt duos* etc. hic enim est *διοχὴς δίφρος· δίφροι θ. ὡς ἐν Αὐ.* E. C. V. coniungit *δίφροι θ.* cum praecedentibus: legit enim *οἱ δύο ὀχοῦντες δ. θ. ὡς* etc. *Salm.* *δίωχοι* vel *διωχεῖς*, et laudat *Hesych.* et *Etymolog.* in *διωχὴς ἢ διωχός.* Kuster.

δίφροι δυσοχεῖς] *δίφροι διωχεῖς*· ita enim MS. noster, ut et supra VII, 116. *δίφρος δὲ διωχῆς* etc. in MS. ubi et ex *Hesychio δίωχος* attuli de eodem, et ex *Eustathio*, qui *διόχης* habet. MS. lectio itaque non temere mutanda videtur, quamvis et superior scriptio vulgata *διοχῆς* quoque non mala sit. hic certe pessima *δυσοχεῖς*· ut et mox *δυσοχοῦντες*· nihil absurdius ad *Pollucis* mentem. tu scribe ut MS. noster habet, *εἰρημένοι*· *οἷον οἱ δύο ὀχοῦντες*· quod supra dixit *δύο φέρειν δυνάμενος*. Dein a novo incipiendum hic: *δίφροι θετταλικοὶ, ὡς ἐν* etc. ita enim MS. et certe non aliter scribendum vel subiecta *χρῆσις* docet *Eupolidea*: *δίφρος θετταλικὸς τετράπους*, et mox *θετταλικὸς δίφρος*. adducit haec *Rhodiginus* VIII. Ant. Lect. 15. *Sylburgius* Notis in *Clenard.* et *Antesign.* ubi *δίφρον* inter foeminina recenseri improbat, ad haec *Eupolidis* adnotat, *sic Italis sellas quasdam dici quadrigas, quatuor scilicet nixas columellis aut pedibus:* vid. et *Foesium* Oecon. *Hipp.* et *Casaubonum* nostrum I *Athen.* 22. Iung.

δίφροι δυσοχεῖς] Bene MSS. *διωχεῖς*· sic enim, ut et restitutum fuit VII, 116. hic in textu scripsi. mox etiam vulgo *δυσοχοῦντες*, quod eadem illa manus, quae *δυσοχεῖς*, corrumpere perrexit. vera lectio et a MSS. in textum reddita est. sic et utrobique *Kuehnius*, nisi quod ille *διοχεῖς* rectum etiam. Impegerat tamen gravissime in has sellas vir idem eruditissimus ad *Aelian.* IV, 22. ubi *δυσοχεῖς*, sic enim tum legendum putabat, *sellas duplici taenia vel loro intensas* significare censet.

ἐν Νήσοις Ἀριστοφ.] Absunt a C. A. usque ad *βαθράδια*, nec aliter *Salmas.* Kuehn.

ἐν Νήσοις Ἀριστοφ.] Desunt in MS. *ἐν Νήσοις Ἀριστοφάνους*· *βάθρα, βαθράδια*· et iunguntur itaque *θρανίδια, ὡς ἐν Ταγηνισταῖς*· sed vulgatam lectionem probam esse duco. de *Νήσοις Aristophanis Casaubonus* noster II. *Athen.* 15. Iung.

48.

σκελύθρια] Pr. ed. *σκελίθρ.* vid. supra III, 90. Seb.

σκελύθρια] Supra VII, 180. C. V. *σκολύθριον*· sunt autem *σκολύθρια parvae sellae Thessalicae* cum pedibus tribus, vel *tripedes*: C. A. *σκελύθρια* non habet. Kuehn.

σκελύθρια] *σκελύθρια* habet et MS. noster, priores editi *σκελίθρια*. Mirum ita ubique haerere hic et supra III, 90. scripturam. Omnino emendandum est *σκολύθρια*, ut iussit *Leopardus* II. Emend. 8. et vide quae supra scripsi, a *Salmasio* meo admonitus, ubi et locus ipse *Platonis*, quem *Noster* hic innuit, ex *Euthydemo* allatus fuit. et eum denuo lubet

adferre cum verbis *Etymologici Magni*: Σκολύθριον, Πλάτων τίθησιν ἀντὶ τοῦ ὑφ' ἡμῶν λεγομένου ὑποποδίου, ὑπὸ ποιητῶν δὲ ὑποθρονίου· Πλάτων, ὥσπερ οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες, χαίρουσι καὶ γελῶσιν, ἐπειδὰν ἴδωσιν ὕπτιον ἀνατετραμμένον· τινὲς δὲ ἐπὶ τῶν μικρῶν διφριδίων ἐξεδέξαντο τὴν λέξιν. Sed male accepit in hoc loco *Plutonis*, pro ὑποπόδια, cuius rei supra a *Salmasio* admoniti sumus. Non certe sic cepit *Pollux*, sed diserte de δίφροις vel διφρίσκοις· saltem eius verba hic recte interpunge, vel potius interpunctionem, inquam, post τρίποδες tolle, quamvis ea et in MS. sit. Sic scribe hic: σκολύθρια, ἅπερ ἐστὶ μικροὶ τρίποδες Θετταλικοὶ δίφροι· exponit δίφρους Θετταλικοὺς, sed μικροὺς, et quidem τρίποδας· vel διφρίσκους Θετταλικοὺς τρίποδας eodem modo, quo ex *Eupolide* modo nominavit δίφρον Θετταλικὸν τετράπουν. Alias et *Suidas* σκολύθρια exponit ὑποπόδια. Utrumque *Hesychius*: Σκολύθρια, ταπεινὰ διφρία, ὑποπόδια· σκολύθρων, ταπεινῶν, ἀπὸ σκολύθρων δίφρων. Sed abrumpamus hunc locum. Iung.

σκελύθρια] σκελίθρια in prioribus ante *Seberum* editionibus fuit: σκελύθρια reposuit *Kuehnius*: non bene sanequam. et ipsi quoque MSS. in pravam eius vocis lectionem conspirant. non tamen est dubium, quin σκολύθρια vera sit scriptura, uti iam monui VII, 180. in *Hesychio* non tantum σκολύθρια lego, sed et σκόλυθροι· Σκολύθρων, inquit, ταπεινῶν ἀπὸ σκολύθρων, δίφρων· ibi nodum in scirpo quaerit *Guietus*, cum reponere tentat: ταπεινῶν δίφρων, ἀπὸ σκολύθρων· quid enim ista sibi velint? aut quaenam ista sint σκόλυθρα, unde nomen habeant σκολύθρια? frustra fuit etiam *Stephanus*, qui σκολυθρίων maluit, multisque se modis in hoc loco torsit. ut enim a θράνος, θράνιον, δίφρος, δίφριον, sic et a σκόλυθρος, σκολύθριον. Istud porro ταπεινῶν ἀπὸ σκολύθρων, χρῆσις est alicuius scriptoris vel poëtae, cui *Hesychius* adiecit interpretandi causa δίφρων· neque ταπεινῶν opus erat addere, ut in priori *Glossa* fecerat, ταπεινὰ δίφρια, cum in ipsis auctoris verbis id contineretur. Videor autem hanc mihi vocem invenisse in *Aristotele*, sed cui caliginem obduxerit Codicum editorum corruptela: sic ille *Philosophus Problem.* Sect. 16. quaest. 4. ubi de aequalibus angulis incidendi atque reflectendi quaerit: τὰ δὲ εὐθύγραμμα, διά τε τὴν κάθετον αὐτὴν εἰς τοὔμπροσθεν προσηνέχθη ἐκκρούεσθαι, καθάπερ τοῖς τε ξυρουμένοις τὰ σκέλη συμβαίνει, καὶ ὧν τοὺς κολύθρους ὑφαρπάζουσι· in prioribus ita legendum, me iudice: τὰ δὲ εὐθύγραμμα, διά τε τὴν κάθετον αὐτῶν εἰς τοὔμπροσθεν προσενεχθῆναι, ἐκκρούε-

ται· quae scriptura rei, de qua sermo est, aptissime convenit. at in istis, quae sequuntur, scrupuli plus est atque molestae rei, qua te non prompte expedire queas. *Is. Vossius* vir eruditissimus, cuius opinionem ad se missam politissimus *Graevius* in *Hesiodeis* luci donavit, in hunc illa refingebat modum: καθάπερ τοῖς τε συρομένοις τὰ σκέλη συμβαίνει, καὶ ὧν τοὺς πελύτρους ὑφαρπάζουσι· in quibus hominis acumen et industriam merito collaudes. sed ad *Aristotelis* institutum, rationibus bene subductis, nihil quicquam faciunt isti loripedes, aut quibus pedulibus opus erat ad firmandos gressus. ego propius accedere puto ad vestigia lectionis editae ipsiusque rei veritatem hanc emendationem: καθάπερ τοῖς τε συρομένοις τὰ σκέλη συμβαίνει καὶ ὧν τοὺς σκολύθρους ὑφαρπάζουσι· ibique per συρομένους τὰ σκέλη intelligo, qui pedibus adductis et attractis affliguntur ad terram, quod ὑποσκελίζεσθαι proprie Graeci dicunt. par illorum est ratio, quibus ὑποπόδια vel σκόλυθροι subducuntur. et istius nequitiae fuisse nebulones quosdam apud veteres, qui suppedaneis aut sedibus subductis homines everterent ad faciendum risum ex *Platone* manifestum est. in hoc autem *Philosophi* loco σκόλυθροι de suppedaneis sunt capiendi, non de sellis humilioribus, neque obest, quod illa notione purioris eloquii auctores hanc vocem damnent, siquidem et alia sint pluscula, quae, quamvis ab iis virgula notata, τῶν κεκριμένων tamen auctoritate nituntur; id alias in tempore forsitan latius ostendemus. quanquam et praeterea de *Aristotele* constet, illum, uti rerum ipsarum cognitionem ab opinione populari petendam voluit, sic neque communibus abstinuisse verbis loquendique modis, ut pleraque quae Grammatici improbant et reiiciunt, in eius scriptis reperias. Prima vero litera vocis σκολύθρους facile perire potuit, quod eadem praecederet in τούς· quin etiam aliquando studio librarios omisisse aut literas aut syllabas incipientis alicuius vocis, quibus erat prior finita, nemini paululum in re Critica versato latere potest. Porto cum *Philosophi* mente id congruit apte, quod nullus iam expectat, ut hoc loco demonstrem. Similis est huic admodum altera vox in eodem *Grammatico*: Σκολύφρον, θρανίον· mallem σκολύφριον· de facillima commutatione τοῦ θ et φ nihil hic dicam. Tribus innixas fuisse pedibus hic iunuit *Auctor*, talesque sellae in nummis et marmoribus plurimae conspiciuntur, unde formam earum petant curiosi. a Thessalis autem quae conficiebantur erant pulcherrimae. de sellis autem Thessalicis modo *Noster* et VII, 112. ad quem locum *Kuehnium* vide. *Hesy-*

chius: *Θετταλικὸς δίφρος, διάφοροι εἰσὶ τῷ κάλλει οἱ Θετταλικοὶ δίφροι· ἴδιον γάρ τι γένος αὐτῶν κατεσκεύασται·* ut propriam itaque et ab aliis diversam habuisse sibi formam hinc colligas. adde *Erotianum* in *ἕδος*.

Εὐθυδήμῳ] C. V. *Εὐδήμῳ·* male: extat enim etiamnum in *Euthydemo Platonis* hic locus: *οἱ τὰ σκελύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες χαίρουσι καὶ γελῶσιν, ἐπειδὰν ἴδωσιν ὕπτιον ἀνατετραμμένον· qui sellulas iam iam assessuris clanculum subtrahunt, gaudent ridentque quando viderint in tergum revolutum.* Kuehn.

Εὐθυδήμῳ] Male MS. *Εὐδήμῳ*. Iung.

καὶ οἱ θράνοι δὲ, δ. ἂν δοκοῦσιν εἶναι] MS. *εἶναι δοκοῖεν*. Seberus.

καὶ οἱ θράνοι δὲ, δ. ἂν δοκοῦσιν εἶναι] C. A. *θράνοι δὲ δίφροι ἂν δοκεῖεν εἰπόντος* etc. C. V. *δίφροι ἀνεῖναι δοκεῖεν·* leg. *δίφροι ἂν εἶναι δοκοῖεν*. Kuehn.

καὶ οἱ θράνοι δὲ, δ. ἂν δοκοῦσιν εἶναι] MS. *καὶ θράνοι δὲ δίφροι ἂν εἶναι δοκοῖεν, εἰπόντες* (sed recte emendatum *εἰπόντος*) *ἐν Πλ. Ἀρ. Seberi* MS. quoque *εἶναι δοκοῖεν*. Iung.

καὶ οἱ θράνοι δὲ, etc.] Haec et sequentia multimodis e MSS. cum emendavimus, tum ditavimus. singulorum rationem facile percipiet eruditus lector, ubi MSS. lectionem contulerit. satis itaque habebimus apposuisse vulgarem scripturam: *καὶ οἱ θρ. δ. δ. ἂν δοκοῦσιν εἶναι, εἰπ. ἐν Π. Ἀρ. Ἀντὶ δὲ * θράνου, στ. κ. κ. θράνιον, ἄλλως ξυλίφιόν ἐστιν· Ἀριστ. γοῦν* etc. *λέγων· καὶ τοί με οὐ λέληθεν* etc. sed recessimus tamen in quibusdam a MSS. qui ipsi non bene digesta serie haec praeferebant, *Iungermannum* in plerisque sequuti: *Aristophanis* autem illum versiculum: *μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου* habent et Excerpta *Falckenburgiana*. *Suidam* vide, qui *Aristophanei* quoque loci meminit. *θράνος* autem et *θρῆνυς* nomina sunt affinia plane. denique suppedaneorum inventum Persis adscribit *Clemens Alexandrinus*. Porro *ξυλίφιον* ex prava pronunciatione *τοῦ ξυλήφιου* est ortum, qualia in *Polluce* habuimus plura.

*ἀντὶ δὲ * θράνου*] *Aristoph. Pl.* v. 545. sic autem ibi, et ex eo hic in MS.

ἀντὶ δὲ θράνου, στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος· ἀντὶ δὲ μάκτρας
πιθάκνης πλευρὰν ἐῤῥωγυῖαν.

Indeque statim MS. *καὶ θρανίον δὲ ὑποκοριζόμενος ἂν εἴποις· καὶ τοί με οὐ λέληθ.* Et haud dubie verba ista *θρανίον καὶ ἄλ-*

λως ξυλ. ἐ. mox abundant. nota autem quod MS. *ξυλύφιον.* SEBERUS.

ἀντὶ δὲ θράνου*] Plenius hunc locum dant MSSti, ut iam Cl. *Sebero* notatum, nisi quod C. V. legit, *κατεαγῶτος θράνιον μάκρας·* male. post *εἴποις* C. V. *καί μοι* (leg. *με*) *οὐ λέληθεν ὅτι θράνιον καὶ* etc. KUEHN.

ἀντὶ δὲ θράνου*] Sequitur in MS. ita: *ἀντὶ δὲ θράνου, στ. κ. κατεαγῶτος· ἀντὶ δὲ μάκτρας, πιθάκνης πλευρὰν ἐῤῥωγυῖαν· καὶ θράνιον δὲ ὑποκρισάμενος ἂν εἴποις· καί μοι οὐ λέληθεν ὅτι θράνιον, καὶ ἄλλως ξυλήφιόν ἐστιν. Ἀριστοφ. γ᾽ οὖν τ.* etc. Quo pacto et *Seberi* MS. nisi quod rectius ibi *ὑποκορισάμενος*, et *καί τοι με οὐ λελ.* Locus sine dubio disiectus. nam postmodum ista: *καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι θρ. κ. ἄ. ξ. τί ἐστιν.* Sed istorum loco *χρῆσιν Aristophanis*, ad eam rem, quam dixerat de *πατταλίου* significatione, male omiserant in vulgatis: *μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου· ἐπὶ θράνους δ᾽ ἐκάλουν* etc. eandem *χρῆσιν* et in suo MS. hic invenit *A. Schottus.* Iam si tanti quid ego censeam, totum locum ita concipiam, partim e *Nostro* et *Seberi* MSS. partim e vulgatis. *καὶ οἱ θράνοι δέ, δίφροι ἂν εἶναι δοκοῖεν, εἰπόντος ἐν Πλούτῳ Ἀριστοφάνους·*

ἀντὶ δὲ θράνου, στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος· ἀντὶ δὲ μάκτρας,
πιθάκνης πλευρὰν ἐῤῥωγυῖαν. —

καὶ θράνιον δὲ ὑποκορισάμενος ἂν εἴποις· Ἀριστοφάνης γοῦν τῷ ὀνόματι ἐπὶ πατταλίου κέχρηται ἐν τοῖς Βατράχοις, περὶ τοῦ δεῖν ἀπάγξασθαι λέγων·

μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου.

καί τοι με οὐ λέληθεν, ὅτι θρανίον καὶ ἄλλως ξυλήφιόν τί ἐστιν· ἐπεὶ καὶ θράνους ἐκάλουν καὶ τὰ ξύλα etc. sic mihi festinanti videtur. alii accuratius expediant. Quod ad primum locum *Aristophanis* attinet, in eo hodie vulgatur, *ἀντὶ δὲ θράνους, στάμνου* etc. Sed ego emendandum credo *ἀ. δ. θράνου, στάμνου* etc. ut *Pollucem* nostrum legere MS. probat, et diserte quae praecedunt, *οἱ θράνοι*, quo genere et segm. praeced. habes. *ς* a *στάμνου*, ut saepius accidit, adhaesit, et non suae vocis fini, sed alterius. In secundo autem versiculo apud *Aristophanem* plenius sequitur: *πιθ. πλ. ἐῤῥωγ. καὶ ταύτην.* — Alter locus, qui in *Ranis* est, quemque ex MS. nostro et *Schotti* restitui, paulo plenius quoque adscribendus est. *Bacchus* nempe quaerit ex *Hercule* viam, qua celerrime perveniat *εἰς ᾅδου κάτω·* respondet ille:

φέρε δὴ τίν᾽ αὐτῶν σοι φράσω πρώτην; τίνα;

μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου
κρεμάσαντι σαυτόν. —

Non vero videntur ceteri Grammatici *Polluci* nostro omnes assensisse in hoc loco explicando. Certe *Suidas* non pro paxillo, de quo restem nectendo se suspendat quis, ut hic *Pollux* explicat, sed de scabello, cui insistens quis collum induat laqueo, quo fiat litera pensilis sive longa, ut ille iocatur. Ita enim scribit: *θράνιον, θράνος, καὶ θράνια, ταπεινά τινα δίφρια· καὶ ὑποπόδια γὰρ λέγονται· καὶ ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ θρῆνυς· ἐφ' ᾧ ἱστάμενοι οἱ ἀπαγχόμενοι ἀρτῶσιν ἑαυτοὺς λακτίζοντες αὐτά· Ἀριστοφάνης βατράχοις·*

μία μέν ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου.

καὶ θράνιος δίφρος. *Hesychius* tamen quoque *θρανίου* vocem inter alia per paxillum exponit: *Θρανίον, δίφρος, ὑποπόδιον, πάσσαλος, θρόνος, καὶ τὸ ὑπὸ τοῖς φατνώμασι σανίδωμα, καὶ λάσανα, καὶ νεὼς μέρος, καὶ τὸ ὑπὸ τὴν δοκόν τι·* quae omnia adscripsi, quoniam *Noster* et *ξυλήφιόν τι* exponit: ita enim malo scribere cum nostro MS. quam ut vulgo *ξυλίφιον* et ut in *Seberi ξυλύφιον·* quamvis et hoc non damnandum, sicut vulgatum. Videtur vero apud *Suidam* quoque *θρανίον* et *θρανία* paroxytonως scribendum, ut apud *Hesych.* est: et hic ubique in MS. et supra III, 90. VII, 182. et *Eustath.* ad *Ὀδ. α.* Iung.

θρανίον, * *καὶ ἄλλως* etc.] Absunt a C. A. usque ad segm. 49. dein legit *ξυλίφιον δεῖν ἀπάγξασθαι· Interpr. abrumpere oportet:* malim, *de suspendio peragendo loquens.* C. V. post *λέγων* ipsa verba *Comici* subiicit: *μία μὲν γάρ ἐστιν ἀποκάλω καὶ θρανίου,* leg. *ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου· est quaedam enim via* (ad Orcum) *a reste et paxillo. Schol.* in *Ranas* notat *Θράνιον esse scabellum, cui insistebant, qui se in laqueum voluerunt induere, nodoque facto illud pedibus subvertebant. Pollux* accipit de *Paxillo ligneo,* uti et *Hesychius θρανίον* inter alia *πάσσαλον* interpretatur. Kuehn.

49.

ἐπεὶ καὶ θράνους ἐκ.] C. V. *ἐπὶ θράνους δὲ κάλουν,* leg. *ἐπεὶ θράνους ἐκάλουν.* C. A. non habet *ἐπεὶ κ. θ. ἐ. καὶ τά·* dein *ξύλα δὲ τὰ κλείοντα τ. π. τ. ligna quae claudunt lateritios parietes.* Kuehn.

βλαῦτα,] *βλαύτας·* vide supra VII, 97. aut *βλαῦδας. Hesych. Βλαῦδες, ἐμβάδες, κρηπῖδες, σανδάλια.* Seb.

βλαῦτα,] C. A. *βλαύταις· Salm. βλαύτας, βλαυτία.* Kuehn.

βλαῦτα,] MS. *χρὴ βλαύτας,* sicut et *Seberi,* et ita emenda eo genere enim et supra *Noster* VII, 87. Iung.

βλαῦτα,] Reposuimus ad fidem MSS. *βλαύτας.* Sic scilicet et *βλαύτη* deteriori genere saepius effertur. *Aristides* in Oratione praestantissima *περὶ παραφθέγματος*, de Momo narrat, quod cum nihil in Venere reprehendendum haberet, *βλαύτην ἐσκώπτετο.* *Βλαυτία* isto accentu et in Epigrammatum corpore variis in locis occurrit. apud *Suidam* in *βάθρα* usurpatos ab aliquo scriptore *βλαυτίους* invenio: *ἀπολυομένου δὲ αὐτοῦ τοὺς βλαυτίους*, nisi malueris forsan *βλαύτους.* De *σανδαλίοις* et *ὑποδήμασι* egregie multa docuit *Salmasius* ad *Tertulliani Pallium.* *Διάβαθρα*, quae sequuntur, civitate Romana donata cognoscimus ex istis *Festi*, seu potius mutilatoris illius: *Diabathra, genus solearum Graecanicarum.*

βλαυτία] MS. *βλαύτια*, proparoxytone, quomodo et in *Hesychio* videtur legendum, ubi vulgo: *Βλαύρια, σανδάλια·* nam certe et *βλαυτοῦν* exponit *ὑποδέειν ἢ πλήσσειν σανδαλίῳ*: et in *σανδάλια, σάνδαλα*, ait, *γυναικεῖα ὑποδήματα, ἃ καὶ βαβλάντια·* ubi *Sylburgius* bene emendavit, *ἃ καὶ βλαυτία.* Et *Suidas: βλαυτίοις, σανδαλίοις. βλαυτίον*, ut vulgo paroxytonως quoque apud *Eustath.* ad *Ἰλ.* ξ. habes: et *Athen.* lib. VIII. In *Lexic.* Graecol. vet. iterum proparoxytonως: *βλαύτιον, ὑπόδημα· solea.* Iung.

καί τοι καὶ σανδάλι' ἂν etc.] MS. *καί που καὶ σάνδ.* Seb.

καὶ τοι καὶ σανδάλι' ἂν etc.] C. A. et *Salmas. καί που κ. σ. ἄ. τ. εἴποι διάβαθρα·* vid. *Hesych.* in *διάβαθρα.* Kuehn.

καί τοι καὶ σανδάλι' ἂν etc.] MS. *καί που καὶ σανδάλια* etc. et *Seberi* MS. *που·* idque placet, quamvis parum intersit. Iungerm.

διάβαθρα.] Ea promiscuo usu tam viris quam foeminis supra VII, 90. Non recte itaque *Hesychius*: *Διαβάθρα, εἶδος ὑποδήματος γυναικείου·* ubi quoque *διάβαθρα* videtur legendum, ut *ἔμβαθρα* aliud calceamentorum genus supra VII, 92. Iung.

εἴρηται] *προείρηται Salm.* Kuehn.

εἴρηται] Scribe ut MS. habet, *ὑποδ. προείρηται·* supra nimirum libro VII. cap. 22. Iung.

εἴρηται] Melius e MSS. *προείρηται·* sic saepe *Noster* loquutus.

δέ, ὅτι] MS. *δ' ὅτι.* Iung.

Θεόπομπος ὁ Κωμικὸς] MS. *ἐν Παμφίλοις, σανδ.* Seb.

Θεόπομπος ὁ Κωμικὸς] MSSti *ἐν Παμφίλῃ K. Theopompi Παμφίλην* laudat et *Athenaeus*: dein C. A. *σάνδαλα* etc. *ἐν μ. σανδαλοθήκας·* caetera capitis absunt. Kuehn.

Θεόπομπος ὁ Κωμικὸς] MS. noster, *Κωμικὸς ἐν Παμφίλῃ*

σανδ· *Seberi* MS. *ἐν Παυφίλοις*. Utrum verius? Nostri MS. scriptura. Et apud *Athen.* enim lib. XI. in *λεκάνῃ* idem *Θεόπομπος Παμφίλῃ* laudatur. Quae sequuntur *Menandrea* et supra adduxit VII, 87. Iung.

Θεόπομπος ὁ Κωμικὸς] Quod et titulum ipsius fabulae possimus exhibere, gratiam illam habemus MSS. observat eam *Theopompi Pamphilam* ex *Athenaeo* et *Etymologo Meursius* in *Attica Bibliotheca*. *Pamphilus* etiam inter titulos fabularum notus. restituimus illum *Eubulo* IX, 91. ubi corrupte vulgati *Ἀμφίβολον* habebant. utrique vero tituli an designent personam, quae in omnium est amore atque gratia, an potius, qui plurimas res deperit, earumque cupiditate trahitur, exploratum non habeo. Quod autem *Theopompus σανδάλια* mulieri adscripserit, non est ut adeo miremur; nam saepius mulieres sandaliis seu soleis indutas legisse memini. in meretriculararum ornatu *ἐπίχρυσα σανδάλια Lucianus* enumerat. et mellitissimus *Bion* Venerem canit interfecti Adonidis dolore percussam per aspera montium et agrorum *ἀσάνδαλον* errare. sanequam et *Hesychius Σανδάλια* exponit *γυναικεῖα ὑποδήματα*, quae et *βλαύτια* dicantur, uti recte emendarunt eruditissimi viri; sed in re nota morari non lubet. Considerent vero viri docti, an non *σανδάλιον ἀπὸ τῶν σανίδων* sit derivandum, *a tabulis*, quas homines vetustissimi, corio nondum utilius in hunc usum invento, pedibus suis subligabant: sed id iam his scriptis *Camerario* placuisse video.

50.

καὶ σανδαλοθήκας, καὶ πέλυτρα] Ita et II, 196. nec aliter leg. *Leopard.* non tantum hinc, sed etiam e lib. VII, 91. ubi alias *πέλυντρα*. Seb.

καὶ σανδαλοθήκας,] C. V. post *σανδαλοθήκας* legit, *οἱ δὲ ὑπεῖναι δεῖ πόδια, πίλους, καὶ πέλυτρα* etc. leg. *οἷς*, *quibus vero subesse debent pedulia, impilia.* *Salmas.* leg. *πέλλυτρα*, ex *Hesychio*. mox pro *ποδεὰς* leg. *πόδια*. Kuehn.

καὶ σανδαλοθήκας,] Ita MS. auctior, *σανδαλοθήκας· οἱδὲ* (emendatur videtur *εἰδὲ*) *ὑπεῖναι δεῖ, πόδια, πίλους, πέλυτρα· οὕτω γὰρ τὰ πόδια Σοφ. καλεῖ.* etc. Illud *οἱ δὲ* non satis possum ob superpositum agnoscere, an spiritu leni vel aspero notatum sit. Rectene vero emendatum *εἰδὲ?* An forte *ἃ δὲ* scripsit; alias sane locus vulgatus ita restituendus est: *σανδαλοθήκας· ἃ δὲ ὑπεῖναι δεῖ, πόδια, πίλους, πέλυτρα· οὕτω γὰρ τὰ πόδια Σοφοκλῆς καλεῖ·* de *ποδίοις Noster* supra quoque II, 196. et VII, 91. ubi utrobique et de *πελύτροις*, quibus

tamen *χρῆσιν* ex *Aeschylo* utrobique adiungit, non ex *Sophocle*. De *πίλοις* statim. Considerabis tamen an rectius: *εἰ δὲ ὑπεῖναι δεῖ* etc. mihi non satis hic liquet. Iuno.

καὶ σανδαλοθ. καὶ πέλυτρα.] Mutilum hunc ante nos locum MSS. ope pristino nitori reddidimus. quotiescunque vero tam elegantia atque erudita turpiter video depravata, non possum non illorum hominum intemperias abominari, qui pro integro atque sano *Pollucis* corpore disruptum id et membratim nefarie dissectum nobis in manus tradidere. deerant ista in vulgatis editionibus: *οἱ δὲ ὑπεῖναι δεῖ πόδια, πίλους.* quae sic pari consensu Codices manu exarati prae se ferunt, quamvis in libro *Falckenburgii* corruptissime haec ita legantur: *οἱ δὲ εἰπεῖν αἱ δὶ ποδοι ἐπίπλος·* in quibus tamen vestigia verae scripturae elucent: *οἱ δὲ ὑπεῖναι δεῖ πόδια καὶ πίλους·* plenius altero *καὶ*, quod omittunt ceteri. sed equidem mireris *Interpretes* nostros in istis minutis atque facilibus non inquam haerere, sed labi; sollicitant enim voculam primam *οἱ*, frustra sane; id enim tertio casu positum Atticis scriptoribus in usu frequenti est: *huic autem subesse decet*: seu potius: *post haec subiici oportet πόδια, πίλους* etc. ad eundem Dativum saepius adhaesisse in *Aeliano Schefferum* eruditi Commentatores docuerunt. sed in eo quidem id minus mirum videri debet, siquidem ille vir, quod utique dolendum, linguae Graecae eiusque genii parum fuerit peritus. in hoc autem *Pollucis* nostri loco non tantum id Interpretibus nostris contigit, sed et Doctissimo *Vossio*, qui, cum ad summum illud eruditionis lumen *G. Graevium* loci huius emendationem ex suo Codice mitteret, sic scripsit: *Ἃ δὲ ὑπεῖναι δεῖ.* Vide *Lectiones Hesiodeas* eximii viri, ubi capitis huius residua sic ferme, uti nos in textu reposuimus, exhibuit *Vossius*, ibique de *πίλοις* et *πελύτροις* non vulgaria reperies. Mox erat editum, *οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς τοὺς πόδας καλεῖ·* quo nihil ineptius comminisci poterant: *πόδια*, *pedulia*, *ἐνειλήμματα ποδῶν*, *ἤγουν φασκίας*, ut *Hesychius* habet, quod posterius interpretamentum a Romanis sumptum, qui *fascias* appellabant haec pedulia. *Nonius* ex *Ciceronis* in *Clodium* adducit haec verba: *Tune quum vincirentur pedes fasciis, quum calauticam capiti accommodares*: hae quidem fasciae sunt pedules; aliae enim crurales, siquidem utraeque separatim nominantur D. XXXIV. tit. 2. *Fasciae crurales pedulesque et empilia vestis loco sunt*: *πόδια* quidem et *πίλοι* impilia sunt et fasciae pedules, *πέλυτρα* vero potius intelligam de fasciis cruralibus. simili velamentorum involucro crura

sua Thraces obtexisse testis est *Herodotus* in *Polymnia*: *τὰς δὲ κνήμας ῥάκεσι φοινικέοισι κατειλίχατο*, quae fasciae non aliae sunt, quam crurales, in aliis quoque Graeciae populis usitatae; sed istas colore puniceo imbutas Thraces soli pedibus suis circumdederant. porro fascias crurales cruribus semper obvolutas existimo, pedulia vero constitisse plerumque ex lana coactili, vel plexa, quibus induerentur pedes, non involverentur. id arbitror patere ex adductis a nobis locis, ipsoque nominum, quibus hae res designantur, ingenio. *πέλυτρα* enim a circumvolvendo sunt dicta; *πῖλοι* autem, qui et *πόδια* a cogendo et cudendo, vel condensando, siquidem ex tali materia confecta fuerint, olim pedulia apud veteres, quod itaque postea nomen remansit quoque de plexis pedulibus. secus apud Romanos se res habuit, qui tam pedes quam crura fasciis involvebant. egregius e *Ciceronis* Oratione in *Clodium* supra nobis allatus est locus: *Varro Catone*: *Mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine fasceis calceamenta*: quo nihil magis perspicuum habere queas. labente tamen tempore et hi impilibus et pedulibus sunt usi, quae eadem omnino sunt Graecorum *πίλοις* et *ποδίοις*· attamen *Musonius* antiquorum rituum philosophus callentissimus *πίλων περίδεσιν* inquit apud *Stobensem* Serm. I. locus est egregius, adscribique dignus: *διὰ τοῦτο οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐσθήσεσι πολλαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα, οὔτε ταινίαις κατειλεῖν, οὔτε χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων τε καὶ ὑφασμάτων τινῶν μαλακύνειν τούς γε μὴ νοσοῦντας*· ut non pedibus induta solummodo, sed et circumvincta videas pedulia. rem vero ipsam, quam verbis istis continet elegans philosophus, hauserat e Re Publica *Platonis*, in qua legibus Atheniensis summi permissum non fuit aut pileo caput, pedesve calceis tegere, ne naturae, quae, quod satis erat utrisque tutelae, providerat, fieret contumelia. vide libr. XII. de Legib. sub initium. Fasciam vero apud *Martialem* lib. XI. Epist. 105. *Fascia te tunicaeque tegunt, obscuraque palla*, de cruralibus intellige, quae *fascias, quibus crura vestiuntur, Quinctilianus* vocavit lib. XI. cap. 3. possem equidem ad hanc rem illustrandam alia plura in medium adferre, sed modum esse in rebus decet atque certos fines, quos intra consistendum: nos tamen animo nostro indulsimus aliquando.

* *τοὺς πόδας*] *Leopard.* II, 2. leg. *Σοφ.* *τὰ πόδια*, (aliter *τὰς ποδίδας*) infra segm. 168. *καλ.* Seb.

* *τοὺς πόδας*] *τὰ πόδια, pedulia*, vel *pedulia* intelligit,

et ita, ni fallor, scriptum olim, nec aliter, ut postea vidi, C. V. Kuehn.

τοῖς ποσὶ] Male MS. τ. δ. π. τοὺς ποσί. Iung.

ἐν Συμπ. φ. Ἐνειλιγμένον etc.] In *Symposio*; omissum *Interpreti*. locus *Platonis* in C. V. ita extat: Ἐνειλιγμένον τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀνακίδας· (ἀρνακίδας) *pedes involuti coactilibus pellibus agninis*. Kuehn.

ἐν Συμπ. φ. Ἐνειλιγμένον etc.] MS. ἐν εἰλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ αὐακίδας. Sed bene emendatum alia manu, ἀρνακίδας. Tu locum mutilum ita prorsus iam restitues: φήσας, Ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· ἀλλὰ καὶ Κρ. ἐν. Attulit *Noster* et supra 172. Iung.

ἐν Συμποσίῳ etc.] Aberant illa vulgo, quorum gratia *Platonis* hoc loco uti voluerat *Onomasticographus* noster εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· tum et ἐνειλιγμένων cum integerrimo Codice *Palatino* scribendum fuit, ut quidem in ipso *Platone* legitur. Πίλους ea significatione usurpasse putarunt *Hesiodus* in istis: Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας· maluero tamen de coactili lana Poëtam capere, siquidem πίλους non ipsis pedibus indui iubeat, ut tamen de pedulibus factum scimus, sed calceos iis condensari. id cum animadverteret *Moschopulus*, difficultatem istam tali expositione loci removere conatus est: πίλους ἔνδον τῶν ὑποδημάτων πυκάσας, αὐτοὺς τοὺς πόδας δηλονότι· exploratum scilicet habuit, non calceis adhaesisse pedulia seu πίλους, sed priusquam quis se calcearet, ea pedibus induxisse, quo itaque Poëtae verba, quamvis renitantur, trahere voluit. Sed addere iam lubet, quae de πίλοις *Tzetzes*, nam et ille de pedulibus locum intelligit, scribit: κυρίως τοῖς ἐξ ἐρίων πεπιλημένοις καὶ συμπατηθεῖσι καὶ συσφιγχθεῖσιν ὑφάσμασιν, ἃ οἱ ἰδιῶται νῦν κέντουκλά φασι, νῦν δὲ πίλα καὶ ἀρτάρια· editum est πίλα τὰ ἀρτάρια· sed quod posui, praestat. possis et ita: νῦν δὲ πίλια ἤτοι ἀρτάρια. Sic enim ad *Lycophronem* alter *Tzetzes* v. 855. ἀσκέραι δὲ κυρίως τὰ ἐν τοῖς ποσὶ πίλια ἤτοι τὰ ἀρτάρια· pluries autem eo loco etiam in editione praestantissima ὀρτάρια scriptum est; male tamen, quamvis ad H. A. probet alicubi *Salmasius*. *Suidas* quoque: Πιλία, τὰ κέντουκλα et Πῖλος, κέντουκλον· quod posterius sic et habet *Moschopulus* περὶ Σχεδῶν pag. 86. porro hanc illius vocis ἀρτάρια notionem amplius confirmare licet e *Glossis Nomicis*: Πεδούλια ποδῶν καλύμματα· πέδα γὰρ ὁ πούς· τινὲς δὲ τὰ ἀρτάρια ἡρμήνευσαν· optime quidem illae. eius autem nominis ἀρτάριον, quod et ad *Lampridium* *Sal*-

masius animadvertit, incunabula sunt in antiqua Graecia, nam in *Hesychio* legitur: Ἀρτὴρ, ὑπόδημα· fueratque eo *Pherecrates* usus: *Suidas*: Ἀρτὴρ, ὑποδήματος εἶδος. Φερεκράτης Γραυσίν· apud quem et haec reperio: Ἀρτάρια, παρ' ἡμῖν οἱ τῶν ποδῶν πῖλοι· et in vulgari profecto lingua Graeca non pauca sunt ab ultima retro antiquitate repetenda, sicuti cum aquam appellant νερόν· de qua voce vide, sis, *Hesychium*. Ultimum hoc adiicio: veteribus etiam pedulia dicta ἀσκέρας *Tzetzem* monuisse vidimus ad *Lycophronem*, qui ex *Hipponacte* locum adfert: Οὔτ' ἀσκέραισι τοὺς πόδας δασείῃσι Ἔκρυψας — sed illum tamen *Grammaticum* iudicii falsum existimo; nam *Hesychius* calceamenti fuisse genus adfirmat, idemque et ἀσκάρους habet, mutata paululum scriptura, γένος ὑποδημάτων ἢ σανδαλίων· at magis est opportunum, quod *Onomasticographus* noster VII, 85. describat, ἀσκέραι, ὑπόδημα λάσιον, χειμῶνι χρήσιμον· ea nimirum de causa *Hipponax* δασείας ἀσκέρας dixerat, quod id ipsum est *Hesiodi*, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας· videntur itaque e pellibus agninis constitisse, quas Iones appellasse putes ἄσκους, quibus caloris habendi causa villi non erant demti. *Suidas* an corruptus sit, qui vocem illam ὑποδήματα Ἀττικὰ interpretetur, non mihi compertum habeo. Eadem et ἀσκερικὰ alibi ab *Hipponacte* vocata.

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς] In *Malthinis*. C. V. ita versum *Cratini* legit:

λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους πλεκτούς.
alba subter pedes habens impilia.

Dein pergit idem Codex: ἔξεστι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους καὶ ἐπὶ τ. ὁ. οὐδώνων, *licet autem plexos pileos dicere de illis, quos vocant udones.* Kuehn.

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς] Iterum vulgata pessime mutilata: tu omnia ex MS. redintegra, qui ita habet: Μαλθακοῖς, λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους· ἔξεστι δ' εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους· καὶ ἐπὶ etc. Egregie se gerit noster MS. hic, *Polluce* ipso supra adplaudente VII, 72. ubi *Cratini* χρῆσις pariter ita extat. Iung.

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς, ὑπὸ etc.] Mollium quorundam Atheniensium, qui corruptis erant atque effeminatis moribus, vitam exhibuisse descriptam in hac fabula *Cratinum*, vero mihi per quam simile videtur. meminit *Dicaearchus* de *Moribus Veteris Graeciae*. Sed in ipsa quidem *Comici* χρήσει addidimus a principio, Λευκοὺς, quam voculam agnoscit et-

iam *Falckenburgii* Codex. tum vero post *Cratini* verba: ἔξεστι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους egregie MSS. supplent. *Λευκοὺς* autem πίλους, *pedulia lanea*, quae albi coloris erant. eximie *Lucianus* et ad rem nostram apposite *Rhet. Praec.* ἡ ἐμβὰς σικυωνία πίλοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα. de πίλοις autem et *Hesychius* Πίλοις, πιλωτοῖς· recte vero, nam et πιλωτὰ dicta sunt pedulia. vide *Typicum Irenes Augustae* cap. 28. quamvis ibi non illa tantum, sed et alia quaevis indumenta tegumentaque ex compacta et condensata lana possit designare: πάντα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν τῶν μοναζουσῶν, ἤγουν σάγια, πιλωτὰ, ἐφαπλώματα. *Suidas* etiam: Πίλοις, πιλητοῖς· siquidem et πιλητὰ dicantur ἀπὸ τοῦ πιλεῖν· πλεκτοὶ vero πίλοι qui sint, cuiusve confecturae, commodiori alibi loco.

ἠδονῶν] Vox ἠδονῶν nihili plane hic est. et eximie MS. noster οὐδώνων habet, quo pacto quis *Pollucem* scripsisse dubitet? Vidit id mendae et doctiss. *Leopardus* II. Emend. 2. *Ceterum*, ait, *illa verba ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων ἠδονῶν, vel potius οἰδονῶν, vel οἰδονῶν, pro illis faciunt*, *qui* haedones *vel* oedones *legunt*, *in lemmate Martialis*, *Udones Cilicii*: ubi vir doctus et alia de hisce. nos οὐδώνων MS. credo, tuto retinebimus, qui prorsus Latinum *Udonum* nomen exprimunt, quod *Noster* sine dubio innuit, ut et alia de lingua Romana interdum inspersit. Iung.

ἠδονῶν] Excerpta *Falckenburgiana* ἠδωνῶν· sed, ut restituimus, in melioribus est MSS. scribitur et ὀδώνες et ὀδώνια, ut in veteri quodam *Glossario* MS. legi. ὀδονάρια *Glossae Nomicae*, ex quibus hac de re et voce ad illustrandum *Pollucem* ista emendatiora, quam ibi vulgo leguntur, describere lubet: Ὀδονάρια, τὰ περιαπτόμενα τοῖς ποσὶν ὑφάσματα, ἃ λέγεται ποδόπανα· κατὰ Καθαρῶν· τὰ δὲ ἄλλα πόδια ὡς εἰπεῖν τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν ὀδώνια κέκληται, ἡ βράχαι, χειροπεριτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν· posteriora sunt *Epiphanii* κατὰ Καθαρῶν verba; apud eum legitur βράκαι· utrumque rectum. pro πόδια et in *Glossis* illis et apud *Epiphanium* πέδια, quod ego cum *Salmasio* et *Petavio* mutandum duxi. sed quod et illa vox muccinia designaverit, in quae nares emungerent οἱ εἰς παλάτιον εἰσιόντες συγκλήτικοι in iisdem verborum Iuris interpretamentis legitur: *Udones* Romanis. *Cyrillus*: *Udo*, ἐμπίλιον· *impilia* superius e *Digestis* attulimus, quae vox devoluta est etiam ad Hebraei Iuris Conditores; vide *Auctorem Aruch*. protulit autem egregiam vocabuli notationem Eruditiss. *Vossius* ante

citato loco, quamvis nec illa *Salmasii*, quam ibi reiecit, a *cudendo* sit contemnenda. Postmodum in *Lysippo* pro ἐπιπλεκτὸς restituimus ἐστὶ πλεκτός. τρίμιτος in *Philoxeni Glossis triplex*. sed emendandum aio *trilex*. itaque πῖλοι τρίμιτοι, *trilices pedules*. *Lysippi Bacchae* nominat ex *Athenaeo Suidas*, et *Hesychius* in ἀγερσικυβῆλις.

πίλους τριμίτους, etc.] C. V. πίλους τριμίτους, *A*. *ei*. *l*. *B*. ἀλλὰ τρίμικτός ἐστι πλεκτός· ita C. V. quam lectionem praefero nostris coniecturis in specimine exhibitis. de udonibus vid. *Salmas*. in *Pertinacem* et *Severum*, et supra libr. VII, 91. 92. ἐν Βάκχαις autem in *Bacchis*. eiusdem argumenti puto fuisse *Hedonas Aeschyli*: Ἡδωνοὺς vel Ἡδωνάς, id est, *Hedonas*. *Thressas* praecipue *Baccho* operatas novimus, uti patet ex dictis in specimine. *Hesychius* in Ἄδασμος et αἰγίζειν laudat *Aeschylum* in Ἠδωνοῖς· adde his ex notis *Valesii Hedonas hyemes Claudiani*. Kuehn.

πίλους τριμίτους, etc.] *Lysippi* verba ita scribe ut noster MS. habet, ἀλλὰ τρίμιτός ἐστι πλεκτός. Iung.

51.

περὶ ὀχημάτων, etc.] Quia nulla hic a *Polluce Stapiae* mentio facta, *Hieron. Magius* et aliis rationibus, et inde quoque probat usum illius non adeo vetustum esse. Miscell. II, 14. Seb.

περὶ ὀχημάτων, etc.] C. A. hunc titulum habet περὶ αἰωρουμένου· (*Salm*. π. ἑωρουμενου) dein caput incipit ἀλλὰ μὲν αἰωρήσει etc. *gestatione vehiculorum*. Veteres inter corporis exercitia, quibus valetudo bona firmabatur, numerabant *gestationes*, quae vel equo, vel navi, vel sella gestatoria, vel vehiculis, vel aliis modis fiebant; et quando coelum erat pluvium, domi habebant suas gestationes loco qui ab ipsa re dicebatur *gestatio*. Has gestationes Graeci αἰώρας vel αἰωρήσεις reddunt, et αἰωρίζομαι, *gestor*. unde titulus capitis reddendus περὶ αἰωρουμένου, *de eo qui gestatur*. *Salm*. C. caput incipit ab ἀλλ' εἰ μὲν ἑωρῆσει etc. Kuehn.

περὶ ὀχημάτων, etc.] Capitis sequentis titulus in MS. est: περὶ τοῦ ἑωρουμένου. Et caput ipsum statim incipit: ἀλλ' εἰ μὲν ἑωρήσει etc. sic enim et hic, ut supra alicubi ἑώραν pro αἰώρᾳ adnotabamus. sed variat alias. Praefatiunculam *Pollucis*, qua dicit se de re vestiaria praedixisse iam, nempe libro septimo, omittit MS. Iung.

αἰωρήσει] MS. ἑωρήσει, qua forma et apud *Hesych*. Ἑωρούμενος. κρεμάμενος, ὑψούμενος. Seb.

ἔω] MS. ἑῶ. Iung.

θέους ὄντος] MS. *θέρους ὄντ.* legendum *θεοῦ*, id est, *ἡλίου*· ut est et supra I, 54. et 68. Seb.

θέους ὄντος] *Interpr.* leg. *θέου ὄντὸς*, *Sole oriente*; MSS. *θέρους ὄντος*, *aestate.* et ita *Salmasius* etiam habet. Kuehn.

θέους ὄντος] Tam noster quam *Seberi* MS. *θέρους ὄντος*· *Noster* etiam statim *πρινὶ* quamvis emendatum ad vulgatam lectionem. Sed quod ad *θέρους ὄντος*, germanam hanc *Pollucis* scripturam esse adfirmare non dubito, quam habet et *Flor.* editio, nec possum adsentiri optimo et doctiss. Amico nostro legendum dicenti, *θεοῦ ὄντος*. Nam quod cum ipsius venia dicam, licet Solem saepius ita vocent nude *θεὸν* optimi scriptores, et *Noster* etiam supra, tamen nescio an ita loquuti sint, *περὶ τὴν ἕω θεοῦ ὄντος*· et ut essent locuti, tamen *Pollucem* ita hic scripsisse non credam, ut in uno quasi commatio uteretur voce *θεοῦ* et *ἡλίου* simul. sed certe si *θεοῦ* dixisset, ita addidisset potius, *πριvὴ αὐτὸν περιφλέγειν*. Alias certe ineptissimam audeo adpellare interpunctionem vulgatam, quamvis et in MS. sit. quid enim? *Polluxne τὸν ἥλιον περιφλέγειν τὰ εἴδη ὀχημάτων*· miseros currus qui a sole comburuntur! Sed ne ineptiamus. Locus totus ita scribendus et distinguendus est: *ἀλλ' εἰ μὲν αἰωρήσει τῇ δι' ὀχημάτων χρῷτό τις περὶ τὴν ἕω, θέρους ὄντος, πριvὴ τὸν ἥλιον περιφλέγειν, τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων ἰστέον, εἴτε ἅρματα* etc. *Si quis*, ait, *gestatione vehiculari utatur circa auroram, aestivo tempore*, (nam hyeme neminem adeo delectet rigido aere, et coelo turbido) *priusquam sol flagrare incipiat*, vel, *priusquam solis aestus intendatur*, *scienda sunt genera vehiculorum*, *sive eas ἅρματα*, *sive aliter adpellare oportet.* Hic certe *Pollucis* sensus est, vel valde ego fallor, quod tamen hic non spero. *H. Stephanus* sane hunc locum cruce notaverat ad oram, sine dubio ob absurditarem vulgatae lectionis haerens. Ceterum quod ad *πρινὶ* attinet, ut in MS. nostro fuit, quamvis correctum in *πριvὴ*, eo modo Atticos scribere solere tradidit *Ioan. Grammaticus*, Libello de Dialectis. Sed *H. Stephanus* in Animadversionibus ad istum Libellum Articul. vel Tmem. 4. id esse falsum dicit, et ubicunque ita legatur, ita librariorum errore legi censet. Iung.

θέους ὄντος] Plane sic ut restituimus legit etiam *Falckenburgii* Codex. confuderat in sequentibus non bona distinctio sensum, *πριvὴ τὸν ἥλιον περιφλέγειν τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων*· quam labem eluit opportune *Iungermannus*, et longe a veritate absunt qui aliter sentiunt. Inter vehiculorum

nomina enumerat ὀχοὺς· sed, si et accentuum est habenda ratio, ponendum ὄχους.

τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων.] *Interpr. notandae vehiculorum sunt species*, pro quo malim, *priusquam Sol exurat cultum, speciem vehiculorum;* erant enim illa auro variisque coloribus decorata, quae ornamenta Solis aestus paulatim decoquit extenuatque, ni aestate Solis ortus occupetur. *Salmas.* τὰ εἴδη τ. ὀχημάτων ἰστέον ὅτι. Kuehn.

ὀχοὺς] ὄχους· ut est in MS. Seb.

ὀχοὺς] Textus C. A. ὄχα· superscriptum, ὄχοι, unde facile fit ὄχους. Kuehn.

ὀχοὺς] MS. ὄχους· ut et *Seberi* habet. corrige itaque accentum vulgatum, sic infra segm. 159. Iung.

* λαμπήνας] *Suid.* λαπήνη, ἡ ἅμαξα. At *Sylb.* ἀπήνας legit. Seb.

* λαμπήνας] LXX. ἁμάξας λαμπηνικὰς *Num.* VII. v. 3. in Hebraeo est עגלת צב *plaustra tumentia*, ut quod cameratum est propter convexitatem, protuberare et intumescere solet. *Euseb. Emisenus* apud *Drusium* in *fragmentis Veter. Interpr.* ἁμάξας λαμπηνικὰς διτρόχους (leg. διτρόχους) λέγει, ἅς τινες ζηρώτια καλοῦσι· forte ζιρώτια, pro διρώτια, ut *vehicula birota* designentur. *Esaiae* LXVI. v. 20. בצבים *Theodot.* ἐν λαμπήναις, *Aquila* ἐν σκεπαστοῖς, pro quo *Symmach. lecticas* posuit; vid. eundem l. c. *Suid.* ἅμαξαν βασιλικὴν, ῥέδιον περιφανὲς, ἅρμα σκέπαστον interpretatur. Eadem habet *Hesych.* nisi quod addit ῥαβδίον περὶ κεφαλὴν, quod acceperim de limbo vel nimbo, qui circundat Deorum Sanctorumque capita. *limbus* enim ῥάβδος reddi solet, vel de virgis in camerato plaustro cingentibus capita vectorum. Kuehn.

* λαμπήνας] λαμπήνας et MS. noster habet, et asteriscum tollendum censeo. Adscripserat sane *H. Stephanus* ἀπήνας in suo Codice, ita, credo, emendandum censens. sed nihil temere mutandum contra MSS. consensum, et additur clare λαμπήνη apud *Sophoclem* esse. Et valde miror, cur mutatum voluere. Ipsa sua serie *Hesychius* firmat, Λαμπήνη, scribens, εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται· ἔνιοι ἀπήνη ἢ ἅρμα ἁμάξης (an ἁρμαμάξης forte εἶδος) περιφανοῦς βασιλικῆς· ἢ ῥαβδίον περὶ κεφαλὴν ἐστιν· ἅρμα σκεπαστόν. *Suidas*: Λαμπήνη, ἅμαξα βασιλικὴ· ῥέδιον περιφανές· ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν. an ῥαβδίον περιφανές? caecas coniecturas, credo, inspergimus, quas mirum si tibi prius probem, quam mihi ipsi. Sed de aliis auctoribus nihil promisi tamen. Ad *Pol-*

lucem nostrum pergamus, qui, credo, ideó suos auctores huic voculae addidit, ne in dubium revocaretur. habes et infra segm. 139. in *Posidippi* verbis. *Etymologicum Magnum* eius quoque mentionem facit in ἀρήνη· ὡς, ait, σάσσω σαγῆνα, καὶ λάμπω λαμπήνη. Iung.

*λαμπήνας] Stellulam apposuerat, ubi minime erat opus, *Seberus*. nam bene λαμπῆνας. De isto vehiculi genere si cupis legere, adeundus est *Schefferus* de *Re Vehic.* lib. II. cap, 17. ubi λαμπήνην et ἀπήνην non differre statuit. *Hesychii* locum corruptissimum, qui multimodis a doctis hominibus est tentatus, hic, ut emaculandum puto, adscribam: *Λαμπήνη, εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται· ἔνιοι ἀπήνη, ἢ ἁρμάμαξα περιφανὴς βασιλικὴ, ἢ ῥήδιον περιφανὲς, καὶ ἐστὶν ἅρμα σκεπαστόν· ἴρδιον* in *Suida ῥέδιον* est. posterioris aetatis homines ῥήδιον et ἤρδιον dixerunt scripseruntque. vide *Suidam* in ἤρδιον. quid autem eruditi viri in *Hesychii* verbis sibi velint, cum ἰρήδιον περὶ κεφαλὴν legunt, et accipiunt de corona radiata, penitus ignoro, et persuasissimus sum plurimum a sensu et *Lexicographi* mente abesse. turbas illas dedit καὶ, loco suo motum scriptumque, ut posteriores Graeci pronunciant κε· περι κεφανες, unde natum περὶ κεφαλήν. Porro de λαμπήνῃ videndus *Procop.* ad Reg. lib. I. cap. 26. et *Hieronymus* ad *Iesaiae* c. LXVI. v. 20. nos alibi. De fabulis autem *Nausicaa Sophoclis* et *Piscatoribus Menandri* *Meursius* in *Sophocle* et *Attica Bibliotheca* adnotavit.

52.

ἐν τῇ Σοφοκλ. Ναυσικάᾳ, etc.] Absunt a C. A. usque ad *'Αλιεῦσι*. C. V. pro *Ναυσικάᾳ* leg. *Ναυσί*. Kuehn.

ἐν τῇ Σοφοκλ. Ναυσικάᾳ, etc.] MS. *ἐν τῇ Σοφοκλέους Ναυσὶ καὶ ἐν τοῖς Μεν.* Ex hac corrupta lectione, ut puto, nescio quis in MS. fecit corruptiorem particulae τῇ suprascripto ταῖς, quasi *ἐν ταῖς Ναυσὶ Sophoclem Noster* laudasset. sed nullas *Naves* novi *Sophocleum* drama. et *ἐν Ναυσικάᾳ* etiam apud *Hesych.* in ἀναῤῥοιβδεῖ *Tragicus* citatur, ut in nobili catalogo eius fabularum videre potes apud *Casaubonum τὸν πάνυ* VII. *Athen.* 4. Sane ἀπήνῃ et *Nausicaa* utitur apud *Hom.* *'Οδυσσ. γ.* quam *Sophocli λαμπήνην* fuisse credibile est. nam et lusum sphaericum immiscuisse, qui pariter apud *Homerum* eo loci, patet e loco *Hesychii*. Iung.

ἀλλὰ καὶ τὰ etc.] MS. *ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν ὁ.* sine καὶ, quod videtur omitti posse. recenset iam varia vehiculorum genera, alia esse apta sarcinis, alia aliis. Iung.

σκευοφόρα] Impedimentis sarcinisque vehendis destinata, quibus opponuntur *τὰ ἐνθρόνια*, in quibus est *sella curulis*; *tensa* posses etiam dicere. C. A. leg. *σκευοφόρια*. KUEHN.

τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλῖναι] Absunt a C. A. usque ad *ἐνευναῖα*. C. V. *ἐγκατακλῖναι ἐν εὐναίᾳ·* legerem *τὰ δὲ εἰς τὸ ἐγκατακλῖναι ἐνευναῖα*, *alia ad reclinandum corpus, cubatoria. Hesych.* *Ἐνεύναια* inter alia *ἐγκοίτια*, *quae ad cubile faciunt. lecticas* innui puto a *Polluce*, et ea quibus sternuntur cubandi gratia. KUEHN.

τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλῖναι] MS. *εἰς τὸ ἐγκατακλῖναι·* quod ut significantius vulgato *κατακλῖναι* recipiendum puto. Pro *ἐνευναῖα* vero MS. *ἐν εὐνεία·* ego malim *ἐνεύναια·* ut supra dixi ad VI, 10. IUNG.

τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλῖναι ἐνευναῖα] *ἐνεύναια* reposui. sic *Herodianus*: *Ἐνεύναιον ἱμάτιον, καὶ ἐπιβόλαιον τὸ ἐν τῇ εὐνῇ. Ἐγκατακλῖναι* adscripsit libri sui margini *Kuehnius*, bene; nam et ita MSS. *Σκευεφόρον ὄχον* dixit *Etymologus* in *ἁρμάλιας*. videndus *Schefferus*.

καὶ στεγ. καὶ καμάραι.] *στεγαστὰ ὀχήματα καὶ καμ.* Etiam rectae naves *καμάραι*. *Strabo* lib. XI. f. 541. quae *Eustathio πλοῖα στρογγύλα* ad v. 700. *Dionys. Alexandr.* lat. *Camerae. Tac.* III. Histor. pag. 289. *καμάρα* enim *fornix* est, sive rectum in modum fornicis. *Esai.* XL, 22. *ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν*, forte ut *Ennius cali ingentes fornices* dixit apud *Cic.* III. de Orat. pag. 157. Sed notandum in Hebr. ibi esse דוק quod plerique alii exp. *tenuem pelliculam*, cum *καμάρα* potius a קָמַר *clausit*. quanquam nonnulli pro Germanica voce habeant. *Macrob.* tantum ait *peregrinum verbum esse Saturn.* VI. cap. 4. adducto illo *Virgilii* Georg. III, 15. *Camaris* (*Non.* c. 1. 126. *cameris*) *hirtas sub cornibus aures.* vid. *Lips.* in dictum *Taciti* librum not. 53. *Casaubon.* Animadvers. in *Athen.* libr. IV. cap. 7. maximeque in *Strab.* fol. 168. SEB.

καὶ στεγ. καὶ καμάραι.] C. A. *στεγασταὶ καμάραι ὡς Ἡρόδοτος. Herodot.* in *Clio* de ditioribus Babyloniorum virginibus: *ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι.* KUEHN.

καὶ στεγαστὰ] Ita et MS. et bene; scilicet *ὀχήματα*, manus alia tamen refinxit in *στεγασταί*. IUNG.

καὶ στεγαστὰ] Adduxit hunc *Pollucis* locum *Schefferus* de R. V. lib. II. cap. 17. ubi lege, quae de curribus obtectis commentatur: *καμάρας* autem cum *Livio arcuatos cur–*

rus appellare licet. *Δίφρος κατάστεγος* est apud *Dion.* lib. LX. et alibi apud eundem *σκιμπόδιον κατάστεγον*.

οὕτω γὰρ ὠνόμ. Ἡρόδ. καὶ Ξ.] MS. ita: *οὕτω γὰρ Ἡρόδοτος ὠνόμασεν. Ξενοφῶν δὲ* etc. sine *καὶ*, quod commode absit. Utitur vero eo vocabulo, quod profert *Pollux*, *Herodotus*; ut in *Clione* cap. 199. de Babyloniorum mulieribus ad templum Veneris solemniter proficiscentibus: *πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι, ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι·* et in *Melpomene* cap. 69. de more interficiendi *ψευδομάντεις* apud Scythas: *ἐπεὰν ἅμαξαν καμάρης φρυγάνων πλήρωσι, καὶ ὑποζεύξωσι βοῦς* etc. IUNG.

ἐν τῇ Παιδείᾳ] C. A. *ἐν Παιδείᾳ*· locus est libr. VI. de *Panthea*: *λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατακλίναντες κατεκάλυψαν τῇ σκηνῇ.* *Interpr. Eunuchi atque ancillae acceptam in carrucham deducunt*: ubi per *σκηνὴν* designare videtur *operculum carruchae*, unde hic legendum *τῇ σκηνῇ*. *κατέκλιναν* puto esse ab *Auctore*, qui *ἀπὸ μνήμης* recitavit locum nec singula verba appendere voluit. Caeterum haec verba appendere voluit. Caeterum haec verba *Pollucis*, *τὸ ἐστεγασμένον μέρος ἁμάξης* satis indicant, quod Persarum *ἁρμάμαξαι* non fuerint opertae perpetuo tegumento, sed ex parte saltem aliqua, quo scilicet caput ab iniuriis aëris vindicaretur. Antequam hinc discedam, monendum etiam est, quod C. A. pro *ὑποσημαίνων* legit *δηλῶν*, quod eodem tendit. *Salm.* C. legit *καὶ κατέκλιναν καὶ κατέσκαψαν τὴν σκηνήν*, unde facit: *forte scriptum: καὶ κατεστέγασαν τὴν σκηνήν*· sed verior nostra lectio. mox pro *ἐστεγασμένων* *Salmas.* C. legit *τὸ ἐργασμένον*. KUEHN.

ἐν τῇ Παιδείᾳ] In *Polluce* male edebatur antea *Παιδίᾳ*, et in MS. quoque *Παιδιᾷ* erat: sed bene correxerat et *H. Stephanus* in suo Codice. IUNG.

κατέκλιναν, etc.] MS. *καὶ κατέκ.* bis. SEB.

κατέκλιναν, etc.] MS. *ἔφη, καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν*· sed aliter iste locus paulo apud *Xenophontem* legitur. Est autem sub finem VI. Paediae, de Panthea: *ἐκ τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι, καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατακλίναντες κατεκάλυψαν τῇ σκηνῇ*· et vix putem *τὴν σκηνὴν* *Pollucem* scripsisse. Ad hanc *σκηνὴν* accommodatus valde locus *Plutarchi*, quem de carrucis dormitoriis etiam accepit doctiss. *Baysius*, initio lib. de Vasc. *ἀλλὰ καὶ τὰς ἀγγυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ'*

οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι. Ad has *σκηνὰς* puto respexisse et *Posidippum* in verbis, quae infra segm. 139. IUNG.

κατέκλιναν, κατεκάλυψαν τὴν σκ.] Alia longe in nostris manu scriptis Codicibus est lectio, atque vulgo apud *Xenophontem* editur; neque minus illa mihi quidem videtur proba, etiamsi renitantur doctissimi *Commentatores*, qui in animum inducere non potuerunt, lectionem illam esse veram et opportunam. non enim, puto, ipsam mulierem operiebant hac scena, sed imposita muliere scenam ipsam obtegebant. in ipso sic itaque *Xenophonte* reposuero: *ἐκ τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν· exinde vero eunuchi et ancillae apprehendentes eam abduxerunt ad harmamaxam, et composuerunt in lectulo, scenamque seu tabernaculum obtexerunt*, sindone scilicet aliqua, vel velo, quod scenae tegendae, vel ut huic obduci posset, destinatum erat. pondus opinioni meae accedit a *Plutarchi* verbis, quae protulit *Iungermannus*, unde *σκηνὰς* istas fuisse *κύκλῳ περιπεφραγμένας* liquet, id est, contectas ac undique cinctas velo quodam vel pellibus, ut patet e *Curtio*, qui *ἁρμάμαξαν*, cui *Darium* imposuerat *Bessus*, *vehiculum pellibus undique contectum* exponit; structas enim moles in curru, quae a iumentis trahi debeant, mente velle concipere absonum sit et inauditum. porro aut me fallit animus meus, aut istae scenae curules non absimiles fuerunt cameris, *καμάραις*, quas in vehiculis Babyloniorum commemorat *Herodotus*, ubi de lege Babyloniorum turpissima, qua comparatum erat, ut cunctae mulieres semel in vita sua duntaxat notitiam haberent hominis peregrini: *πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι·* si quae fuerit inter utrasque manifesta differentia, ea tantum fuit, ut camerarum hae, scenarum illae persimiles fuerint figurae. et vix quidem haec ad finem perduxeram, cum non longe diversa *Schefferum* observasse deprehendo. His itaque rationibus permotus genuinam MSS. lectionem in textum revocavi. Egit autem de *Plutarchi Xenophontisque* locis laudatus modo vir doctissimus de *Re vehiculari* lib. II. c. 17. et animi dubius est, quid hac in re certi statuat. scrupulus a me sublatus.

τετράκυκλα] *Currus quatuor rotarum, biroti*, de quibus supra. KUEHN.

τετράκυκλα]. *Herodotus* noster *Euterpe* cap. 63. οἱ μὲν δὴ ὀλίγοι οἱ περὶ τὤγαλμα λελειμμένοι ἕλκουσι τετράκυκλόν ἅμαξαν, ἄγουσαν τὸν νηόν τε καὶ τὸ ἐν τῷ νηῷ ἐνεὸν ἄγαλμα. IUNG.

τετράκυκλα] Τετράκυκλον ἀπήνην *Homerum* usurpasse *Iliad.* Ω. notissima res est, quam monuit etiam *Schefferus* lib. II. cap. 9. ubi et *Pollucis* nostri hunc adducit locum, aliaque ibi, quae ad currus quatuor rotarum et birotas adtinent, legi possunt. τετράκυκλος sine alio adiuncto nomine dixit *Athenaeus* saepius libr. V. sed *Herodotus* non aliter ac τετράκυκλον ἅμαξαν. accedat ad positum a *Iungermanno* locum elegans alius ex *Historici Clione*: τούτου δὲ τοῦ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀργυρέοισι ἀγγείοισι ἕπονται, ὅποι ἂν ἐλαύνοι ἑκάστοτε· ubi legis igitur ἁμάξας τετρακύκλους tractas a mulis, quibus ad vehendos currus Babylonios usos esse plerumque ex sacris quoque literis constare potest. Δίκυκλα in *Glossis* δίτροχα.

53.

ἐπιλέγειν] MS. ἀντιλέγειν. SEB.

ἐπιλέγειν] C. A. ἀντιλέγειν. leg. αὖθις λέγειν, *iterum dicere,* quia de partibus currus actum lib. I. c. 14. omittit C. A. etiam τὸ οἷον. KUEHN.

ἐπιλέγειν] ἐπιλέγειν MS. noster recte habet cum vulgatis. IUNGERM.

σῶστρα, ἐπίσωστρα] MS. σώστρα, ἐπισσώστρα, ἀψ. IUNG.

σῶστρα] De omnibus istis plerisque legendus *Schefferus* de R. V. lib. I. cap. 7. eoque loco *Pollucis* nostri primum librum, ubi scilicet *Onomasticographus* noster illa cuncta plenius exposuit et enucleatius, frequens adducit; σωστρεύματα legimus et apud *Hesychium*. pro πλήμνη est ubi vitiose scribatur πλήμη, ut in *Galeni Glossis*; nam et *Erotianus* habet πλήμνην, et ipse pluribus in locis *Hippocrates*. sic quidem ego censeo; sed dubiam tamen illius vocis scripturam fecisse quosdam veterum in *Scholiis* ad *Apollonium* legisse succurrit.

κνήμας, etc.] MS. ita: κνήμας, κερκίδας, παραξόνια, (παράξονα, παράκυκλα) παρακύκλους, ἄξονας (ἀξόνια) καὶ πάνθ' etc. quae ( ) inclusi, ea MS. habet cum signo, ut textui ibi inserantur. Et παραξόνια nota. unde et παραξόνιον supra I, 145. in MS. ἀξόνια vero quoque addenda videntur, quamvis supra segm. 31. inter μέρη τροχαλίας erant ἀξόνια. supra I, 145. etiam ἀκραξόνια sunt, ut ex MS. legimus. παράξονα vero quod attinet, non capio, nisi quis παράξονας scribendum putet. IUNG.

παραξόνια] Abest a C. A. Kuehn.

παραξόνια] *παράξονα*, quod in MS. *Palatino* margini appositum erat, ut adderetur textui, sic satis commodum videtur vocabulum; pluraque sunt eius formae. super istis autem *Schefferus* adeundus de R. V. lib. I. c. 5. *παραξονίτιδας* etiam invenio in *Commentatore* vetusto ad *Aeschyli Septem contra Thebas*, ibique et *ἀκροξόνια*. *Diaconus* ad *Hesiodi Scutum*: *πλημναὶ, τὰ αὐτὰ ἀκροξόνια*.

ἄξονας, καὶ πάνθ' ὅσα] C. A. *ἀξόνια παράξονα κ. πάνθ' τριῶν ἢ ὅσα τ. περὶ τούτων πμοείρ. ζεῦγος δὲ πᾶν ἂν καλεῖται* etc. *καὶ* etc. praemittit autem *τῷ ζεῦγος* titulum, *περὶ ζεύγων*. Kuehn.

ἄξονας] Hic cum MS. *Palatino* migrare iussi in textum *ἀξόνια*, quod sic apud *Nicetam*. Mox *Iungermanno* iubente incisum post *ἄλλα* posui. neque male tamen legeris: *ἀλλὰ περὶ τούτων* etc. *sed de istis quidem singulatim praedictum est*; praefixo membro, cum *Cicerone* loquor, ante voculam *ἀλλά*.

ἄλλα] MS. *ἀλλά*· sed vulgatum malo, et distinguere, *ἄλλα, περὶ* etc. dixit vero supra lib. I. c. 10. tm. 10. et c. 14. Iungerm.

(*ζεύγη ὀνικά, καὶ*) etc.] E MS. Seb.

(*ζεύγη ὀνικά, καὶ*) etc.] C. A. *ζεύγη ἢ. καὶ που καὶ ἱππικὰ ἀλλὰ τοῖς μὲν σχήμασι* etc. interiectis omissis. C. V. etiam *καί που* habet. Kuehn.

(*ζεύγη ὀνικά, καὶ*) etc.] *ζεύγη ὀνικά, καὶ*, quae noster *Seberus* inseruit, et in MS. *Palatino* sunt. Iung.

καί τοι] MS. *καί που καί*. Seb.

καί τοι] *καί που καὶ ἱππ.* MS. ut et *Seberi*, quod magis placet. Iung.

καί τοι καὶ ἱππικά.] Aptius in MSS. *καί που καὶ ἱππικά*, quod potius in textu conspici placuit. Modo *ζεύγη ὀνικά, καὶ* contextui reposuit uncipulis inclusum *Seberus*: sed, quod *Auctor* hic adferat *ζεῦγος ἡμιονικὸν*, *Grammatici* despiciunt, pro eoque dici iubent *ζεῦγος ὀρικόν*· ita quidem *Thomas Magister*, ut monuimus ad VII, 185. ubi *ὀρικὸν ζεῦγος Noster* inter alia de mulis recensuit. dixit tamen et *Herodotus* isto, quem ex eo superius adduxi locum, *ἅμαξαι ἡμιόνειαι*· neque diffiteri tamen possumus *ζεῦγος ἡμιονικὸν* in puri sermonis Auctoribus haud extare, sed eos scribere potius *ζεῦγος ὀρικόν*· dicto loco pluribus exemplis id ostendimus; addere hic lubet egregium *Isaei* locum *περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου*, unde simul constet ditiores atque potentiores Atheniensium bigam mulorum aluisse: *οὐ μὴν οὐδὲ καθιπποτρόφηκας· ἐπεὶ οὐδὲ ζεῦγος ἐκτήσω ὀρικὸν οὐδεπώποτε ἐπὶ τοσούτοις ἀγροῖς καὶ κτή-*

μασι. Vix monere operae pretium est, scripsisse *Pollucem* nostrum ζεῦγος poni quoque de triga vel quadriga, quod proprie quidem de biga usurpari soleat: ζεῦγος ἡμιόνων, *biga mulorum*, apud *Plutarchum*. *Glossae*: ζεύγη, *bigas*. Sed de triga legisse memini apud *Demosthenem*.

καὶ μονίππῳ] *Equo singulatore utatur, qui motu vehementiori iuvenum instar delectatur*. C. A. haec verba non agnoscit. Kuehn.

δεῖ] MS. male δὴ, sed id tamen correctum est. Iung.

καὶ τοῖς ἡνιόχοις] C. A. ὡς καὶ ἡνιόχοις κ. Kuehn.

καὶ τοῖς ἡνιόχοις] MS. aptius connectit: ὡς καὶ τοῖς ἡνιόχοις etc ut supplendum reor. Iung.

καὶ τοῖς ἡνιόχοις, etc.] Plenius e MSS. ὡς καὶ τοῖς ἡνιόχοις. Cetera, quae sequuntur, flagellorum stimulorumque genera capite singulari *Schefferus* explicuit lib. I, 14. sed ibi ne verbo quidem *Xenophontis* meminit, qui haec pleraque usurpat libello commentario περὶ ἱππικῆς· unde nos itaque, quae huc faciunt, excerpemus. a κέντρον, *stimulus* vel *calcar*, ut in *Gloss.* apud eum est κεντρίζειν, *admonere calcaribus*: pag. 555. μαστιγῶν καὶ κεντρίζων· ubi simul et μαστίζειν habes, *flagellare*, quod idem ἐμβαλεῖν μάστιγα dicit 561. ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἔχων τις μάστιγα ἢ ῥάβδον ἐμβαλέτω ὡς ἰσχυρότατα· ibique mihi virgas simul observa, quibus regebantur atque coercebantur equi. μύωψ apud eundem pag. 551. ὅταν δὲ μέλλῃ πηδᾶν, παισάτω αὐτὸν τῷ μύωπι· sic et interiectis paucis eodem modo. alibi μυωπίζειν· pag. 553. τοῦ μὲν ἕλκειν τε τὸ στόμα τῷ χαλινῷ καὶ μυωπίζειν τε καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον· et sub initium *Hipparchici*: βαδίζων γὰρ ἐν τοῖς λίθοις οὔποτε ἵππος παύσεται, οὔθ᾽ ὅταν ψήχηται, οὔθ᾽ ὅταν μυωπίζηται. in his quidem locis μύωπες et κέντρα sunt calcaria calcibus equitantis alligata, quod de κέντροις calcaribusque *Glossae* docent, et μυωπίζειν, *addere calcaria*, ut et in istis *Polybii* clarissime: ὁ δὲ προσθεὶς τοὺς μύωπας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μηρῶν, ἤλαυνε κατακράτος. sed hic apud *Pollucem*, siquidem aurigis haec tribuat, de stimulis intelligenda, qui calcarium instar habebant sibi praefixum, sicuti bene vidit *Schefferus* adducto superius loco. *Suidas* inter alia μύωπα exponit μάστιγα τοῦ ἵππου, et praeterea τὸ σιδήριον ὃ ἐπὶ τοῦ ποδὸς φέρουσι κεντοῦντες τοὺς ἵππους: pari ratione, ut alii *Grammatici* κέντρον explicant. quam ob causam, me iudice, simpliciter etiam de flagello, quo equi instigantur, intelligi potest, etiamsi calcaris instar non habent adfixum.

μαστίγων, etc.] MS. μάστιγος. Seb.

μαστίγων, etc.] C. V. *μάστιγος*, *μύωπος*, *ἐγκεντρίδος*, ab *ἐγκεντρίζω*, *stimulo*. *Salm*. Codex *κέντου μάστιγος*· leg. *κέντρου*. *μ*. Kuehn.

μαστίγων, etc.] MS. pro tribus pluralibus tria singularia nobis reponit: *μάστιγος*, *μύωπος*, *ἐγκεντρίδος*· *καὶ γὰρ ἐγκεντρίδας* etc. scribens: et *μάστιγος* etiam in MS. *Seberi* fuit. Iung.

64.

ἐν Ἑορταῖς εἴρηκεν.] C. A. non habet. C. V. autem legit *εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς*, et *Athenaeus* etiam laudat. Kuehn.

ἐν Ἑορταῖς εἴρηκεν.] MS. alio ordine: *εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς*. Iungerm.

δέοιτο ἂν] MS. *δέοιτ' ἄν τις*. Seb.

δέοιτο ἂν] MS. ut *Seberi*, et *Noster*: *δέοιτ' ἄν τις*. Iung.

σάγην] *Interpr*. *Sago*. *Suid*. *ἐπίθεμα ὄνου*, *sagmina asini*, *equi*, quae et *strata* dicuntur. *Gl*. *σάγιον*, *lodix*. *Salm*. *σάγην*. Kuehn.

σάγην] *Hesychius* interpretatur *περιβόλαιον*. *Gualtherus* hic non prorsus inepte *sagum*. observant eruditi viri ex *Capitolini Vero equum sagis fuco tinctis coopertum*: *stratum* puriores Latini sermonis auctores dixere. *Suidas* exponit *σάγην*, *τὸ τοῦ ὄνου ἐπίθεμα*, ubi cum de clitellis capit *Aemilius Portus*, et onere asinis imposito, sanequam leviter aberrat, nam et ipsa, quae *Suidas* ibi adducit loca, alter ignoti mihi scriptoris, *ἐπ' αὐτὸν ἐτίθει τὸν γόμον, τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους*, alter *Iosephi*: *Ῥαχίλα δὲ κατατίθησι τοὺς τύπους εἰς τὴν σάγην τῆς φορούσης αὐτὴν καμήλου*, manifeste de stratis sunt intelligenda, quae longe, nisi me fallo, distant a clitellis, quae *σάγματα* Graecis appellantur. Quod sequitur *ἔποχον* est apud *Xenophontem περὶ Ἱππικῆς*, non procul a fine: *χρὴ δὲ τὸ ἔποχον τοιοῦτον ἐῤῥάφθαι, ὡς ἀσφαλέστερόν τε τὸν ἱππέα καθῆσθαι*. In *ἔφιππον* rarius incurras; non tamen damnare velim. *ἐφίππειον* in *Xenophonte*: *δυνατὸν δὲ σὺν τῷ ἐφιππείῳ αὐτὸν σκεπάσαι*· *sedilia* vocat *Nazarius* in *Paneg*. De *κημοῖς* et *φιμοῖς* late *Schefferus* lib. I. c. 13. et *Schottus* obiter ad *Paroemiographum Vaticanum* Cent. I. §. 75. ubi de damnatis capitis dicitur, quod *φιμωθέντες ἀπήγοντο πρὸς τὴν κόλασιν*· at eo quidem loco vir doctissimus *φιμὸν* et *κημὸν* pro iisdem habet, quem utrumque melius distinxit *Schefferus*, qui tamen ex ista *Schotti* dissertatione non pauca hausit. Sequuntur *ψαλία*, quae sic etiam eo accentu occurrunt in fragmine veteris cuiusdam Poëtae apud *Stobensem*. mallet tamen in *Thesauro Stephanus ψάλιον*· ut utrumque videas usitatum. tanti vero non habemus, ut cuiquam de positione accentus altercari animus ferat. sed et

in ipsa huius vocis scriptione Gramatici differunt. *Ammonius* enim *ψάλλιον* per duplex λ exarat, ubi diversitatem eius a ψελλίῳ ostendit, quin et *ψέλλιον* scribitur in *Polluce* nostro lib. I. quod si *Ammonio* restituas, plus ipsi rationis fuerit, earundem literarum vocabuli duplicem notionem bene dispescere. quod autem apud eum additur e *Tryphone*, de ψίλαις et Dorica voce pro nugacibus duco. *Xenophon*: *ῥυταγωγεὺς ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένος. Πνιγεὺς Hesychio*, ὁ φιμὸς τῶν κτηνῶν· *Etymologus* interpretatur τὸν φιμὸν τῶν ὑποζυγίων, additque *Aristophanis* illam χρῆσιν· *Περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα. πνιγέα* Graecis omnino existimo fuisse, quae *postomis Lucilio*: et saepius est, ubi sic capi debet φιμός, quod alibi ostendam.

κημοὺς, φιμοὺς, etc.] Quae sequuntur et supra I, 185. ita iuncta habes fere: *κημοὶ, φημοὶ*, et *ἔποχα, ἐφίππια, σάγη*. Sic enim supra est: ubi tamen quoque *φιμοὶ* legendum dixi. iungit ea *Noster* aliquoties et in alia materia, *κημοὺς* et *φιμοὺς* inquam, ut supra VII, 203. et supra segm. 150. certe per ι MS. et hic habeat, quamvis prius editi *φημοὺς*, quod *Seberus* noster bene mutavit. Ipsa sua serie *Hesychius*: *Φίμα, κημὸς, παραστόμιον, φιμός*· unde verbum *φιμοῦν* ibidem: *ἔφιππον* vero ita et MS. habet, putoque id probum esse, non minus ac *ἐφίππειον*. Iung.

ψαλία] C. A. *ψαλίους*. Kuehn.

ψαλία] *ψαλια* in MS. sine accentu. alia manus *ψάλια* fecit. Apud *Hesychium* etiam *ψαλία* est, et *ψαλίον*. *H. Stephano* placet proparoxytonως scribere vocem, ut in MS. repositum accentum indicavi. Vide eius Thesaurum, ubi plura de his *ψαλίοις* cognosces. Iung.

πνιγέας.] Pro *πνιγέας* legit C. A. *πνίτας ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ φάλαρα παρώτια ἀνθήλια ἐγκεντρίδας δὲ τοῖς ποσὶ κατὰ τὰς πτέρνας*· reliqua capitis absunt. Kuehn.

καὶ γὰρ τὸν πνιγέα] MS. *καὶ τὸν πν.* omisso *γάρ*· non apte, ni fallor. *Hesychius* alias: *Πνιγεὺς, ὁ φιμὸς τῶν κτηνῶν*. Et *H. Stephan.* Thesauro in suo Vet. Lexico addi hunc locum *Aristophanis* ait, *περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα*, exponique *τὸν φιμόν*. Is locus an ex *Anagyro*, vel alia potius Comoedia superstite, ego quidem nescio, qui *τὸν Ἀριστοφάνη οὐ μάλα πεπάτηκα*. Tu de *Ἀναγύρῳ* (ut et hic in MS.) fabula, ut saepius dixi, potes videre *Casaubonum* nostrum IV. *Athen.* 4. Iungerm.

*ἐν * Ἀναγύρῳ*] *Salm.* Codex, *ἐν ἀνύρῳ* male. Kuehn.

* *Ἀναγύρῳ*] Excerpta *Falckenburgii* ἀνάγμῳ· male. de vero fabulae titulo et argumento dictum ad lib. IX.

παρώπια] V. C. *Salmasii* παρώτια, *Suid.* παρώπια. Kuehn.

παρώπια] Sic et MS. quidam tamen in eo suprascripto τ emendare voluit παρώτια. supra I, 140. ubi vulgo παρωτίοις, in MS. quoque παρωπίοις erat. quod nec hic mutandum. Iung.

* *ἀνθήλια*.] Sequitur ἀνθήλια ita et in MS. nostro. supra II, 53. κανθήλια est: sed et ibi καὶ ἀνθήλια cum viris doctis legendum videtur. *Hesychius*: Παρώπια, τὰ τοῖς ἵπποις παρατιθέμενα δέρματα, ἅ τινες ἀνθήλια λέγουσιν, παρὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς· quae satis clara sunt: κανθήλια enim aliud, et σάγματα potius, ut idem exponit in ea voce. Iung.

καὶ ἐγκεντρίδας δὲ etc.] Quae hic sequuntur de calcaribus, ea et *Rhodigin.* IV. Ant. Lect. 11. *Pherecratis* autem Dulodidascalum passim in *Athenaei* Commentariis laudari ait *Casaubon.* noster III. *Athen.* 15. cui accedat iam et *Pollucis* nostri μαρτυρία. Iung.

καὶ ἐγκεντρίδας etc.] Patet itaque duplex fuisse genus ἐγκεντρίδων· ubi enim modo aurigis illas attribuebat, non secus ac κέντρα et μύωπες, de flagellis erant vel stimulis intelligendae. hic vero, quam etiam utraeque illae voces notionem habent, de calcaribus exponit *Auctor.* eadem et ἐγκέντρια. *Hesychius*: Ἐγκεντρίοις, οἷ ἵπποι κεντρίζονται· reponendum aio, οἷς· *quibus equi stimulantur.* et in eodem: Ἐγκέντροις, κέντροις· ὅμοιον καὶ μύωπες. Ἵππον ἐγκεντρίζειν legisse apud *Chrysostomum* in memoriam recurrit.

παρὰ δὲ K. ἐν ταῖς Ἑορταῖς] C. V. rectius: ἐν ταῖς Τόλμαις. *Comici* huius Τόλμας laudat etiam *Athenaeus.* a *Salm.* Codice abfuerunt a Φερεκράτης reliqua capitis. Kuehn.

παρὰ δὲ K. ἐν ταῖς Ἑορταῖς] MS. παρὰ δὲ Κράτη (sed recte emendatum Κράτητι) ἐν ταῖς Τόλμαις καὶ etc. Et fuit quidem *Crates* ἐν Ἑορταῖς, ut vulgo est, supra VII, 92. citatus, ubi tamen MS. noster deficiebat. nec eas, nec Τόλμας invenio apud *Suidam* inter eius dramata. Et hic stat lectionem sequi MS. Codicis, Τόλμαςque reddere *Crateti*, quod et supra faciebamus ex MS. ad IX, 53. ubi nec vulgatus Codex repugnare poterat, sed id, quamvis corruptum, prodebat tamen. Iungerm.

παρὰ δὲ Κράτητι ἐν ταῖς Ἑορταῖς] *Cratetis* Ἑορτὰς et alibi laudavit *Auctor* noster. hic tamen, intercedentibus MSS. retinere consultum non duxi. redditum itaque textui Τόλμαις· vide me ad IX, 53. ubi pro corruptissima vulgata lectione Κρατιτοσιολαῖς ingeniose *Meursius* sic et emendandum iussit in *At-*

tica Bibliotheca sub *Cratete*, quo pacto nos restituimus. *Athenaeus* hanc fabulam non raro citat. argumentum eius, quod ignorare nos superius confitebamur, necdum expiscari licuit. De μάστιγι vero ἀστραγαλωτῇ adeundus omnino *Scheffer*us lib. I. cap. 4. ubi late et erudite de isto flagellorum genere. Sed addere lubet, quae ille non attigit. scilicet in *Hesychio Illustrio*, seu malis *Illustrem* cum quibusdam appellare, retinendum mihi videri ἀστραγαλωτὶ, quod temere mutavit *Iunius*: dictum enim nitidissime ista forma, qua innumera alia elegantiae non vulgaris apud Atticos: ἀκονιτὶ, ἀκηρυκτὶ, ἀπνευστί· et ad ipsum loquendi modum congruit Romanorum illud: *male aliquem accipere*, *verberibus aliquem accipere*. insolentia vocis impulisse librarios videtur, ut et eam in peius mutarent in *Diogene Laërtio*, *Arcesilai Vita*: οὐ λήψεταί τις αὐτὸν, ἔφη, ἀστραγάλῳ· et hic legere malim ἀστραγαλωτί· de talis enim ista cum *Casaubono* et *Interpretibus* intelligere velle, nihil aliud existimo, quam ad clarissimam veritatis lucem oculos occludere. est tamen ubi ἀστράγαλοι pro ipsis tessellatis flagris ponuntur; non aliter enim capiendos iudico in *Diodori Siculi*, quem adferunt eruditi viri, loco: ἐνίους δὲ ἀστραγάλους προσθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλεν· *quosdam eorum tessellis violentius admotis*, sic enim et Romani loquuntur, *summis doloribus affecit*. simul inde *Kuehnii* verissimam opinionem censeo, qui in *Africani* ad *Originem* epistola ἀστραγαλεῖσθαι pro *tessellis flagellare*, sic enim ego potius dicam, accipiat; non tamen in *Hesychio* pertinax obnitar cum *Iunio* sentienti. Est et in *Aeliani* de *Animalibus* afflictus locus, a quo manus abstinuerunt eruditi viri, cui tamen ego hac voce restituta fieri posse medelam duco. lib. X. 27. Ἀπολλωνοπολῖται δὲ Τεντυριτῶν μοῖραι (μοῖρα) σαγηνεύουσι μὲν τοὺς κροκοδείλους, καὶ τῶν περσεῶν (φυτὰ δὲ ἐστιν ἐπιχώρια) ἐξαρτήσαντες μετεώρους, μαστιγοῦσί τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι κνυζομένους καὶ δακρύοντας· in posterioribus istis sic mihi legendum videtur: μαστιγοῦσί τε πολλαῖς (nimirum μάστιξι, quod et, si libuerit, addes) καὶ ταῖς ἐξ ἀστραγάλων ξαίνουσι κν. καὶ δακρ. facilis est illa restitutio. olim ita censebam μάστιξί τε πολλαῖς etc. sed curae posteriores placent; usum autem horum flagellorum apud Barbaros receptum fuisse ex *Posidonii* loco apud *Athenaeum* liquet, ubi regis amicus levissimam ob causam tessellatis flagris percussus narratur; pondus addit emendationi nostrae ξαίνειν· uti patebit e vestigio luculentius. Non aliae videntur fuisse δορκαλίδες, quarum apud *Suidam* mentio: Δορκαλίδες, inquit ille, ὄργα-

νον ἐστὶ κολαστικόν τι, ἢ μάστιγες αἱ ἀπὸ ἱμάντων δορκάδων· vides in ipsa vocis significatione haesitare *Grammat.* illum; sed indicandum, unde haec hauserit, e *Schol.* nimirum antiquo *Nazianz.* ad Stelit. II. ibi sic inquit *Gregor.* vir eloquentissimus: ὁ δὲ ἅπαν τὸ σῶμα δορκαλίσι καταξανθεὶς εἰς βάθος, καὶ μικρὰ πνέων ἔτι τοῖς τραύμασι, τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἐνδιδόναι πρὸς τὰς βασάνους etc. obiter observa illud καταξανθεὶς, quod apprime bene cum *Aeliani* loco convenit. sic et in *Ecclesiae Smyrnensis* literis de *Martyrio Polycarpi:* οἱ μάστιξι μὲν καταξανθέντες· ad ista vetus haec *Commentator* habet: Δορκαλίδες ὄργανά εἰσι κολαστικὰ, ἴσως δὲ αἱ μάστιγες αἱ ἀπὸ ἱμάντων δορκάδος οὕτω λέγονται, ὡς ὑστριχίδες αἱ ἀπὸ τριχῶν ὑός· ἔστι δὲ καὶ ὕστριχις θηρίον τι τρίχας ἔχον ὑὸς, ἃς ἐν τῷ διώκεσθαι ἐξακοντίζει κατὰ τῶν διωκόντων· posteriora de hystrichide ipsissimis illis verbis in Commentariis ad *Aristophanis Equites* leguntur: de δορκαλίσι vero quod statuit homo non ineruditus dubium mibi est. potius enim allubescit δορκαλίδας intelligere de flagellis, quae caprearum talos, δορκαδείους ἀστραγάλους, innexos haberent, quorum insignis fuerit in hac re usus, sicuti et ceteris hi praeferebantur in tessellarum ludo. non penitus tamen illam expositionem damnare velim, nam et *Propertius*: *Verbera pellitus setosa movebat arator.* sed plenius alias; nunc enim iniquitas temporis et spatii me excludit. [De flagellis ἀστραγαλωτοῖς videndus etiam *Lipsius* de *Cruce* lib. II. c. 3. quem diligenter posteriores exscripserunt. *Aeliani* locum opera nostra, cum illa scriberem, resanuisse censebam. nec forte emendatio nostra viris eruditis displicebit. id tamen adnotare non praetereo, nonnullam mihi subortam esse causam, ob quam illum locum ad accuratius examen revocandum esse iudico. hic autem ut id fiat, nec loci nec mei temporis, quod mihi iam contractissimum est et plurimis impeditum negotiis, ratio patitur. sed hoc tamen alibi me debito exsolvam. *Ex Addendis.*]

καὶ ἀστραγαλωτῇ] *Interpr. flagellum nodosum*, malim, *talis obsitum.* erat enim ἐξ ἀστραγάλων ἡ μάστιξ· *Lucian.* de *Dea Syria.* Ergo non vinculorum nodis hinc inde implicitis, sed densis ovium talis plexum erat huiusmodi flagellum, quale gestabant Galli Matris Deum, eoque, si quid commiserant, ad largum usque sanguinem in aede *Cybeles*, vel publice sub omnium oculis se ipsos caedebant. vid. *Apulei.* libr. VIII. *Metamorph. Plutarch.* contra *Colotam* in fine. Apud Parthos Regis amicus et conviva ob levem culpam ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀστραγαλωτοῖς, *virgis et loris taxillatis* male mulctabatur, ut

refert *Posidonius* apud *Athenaeum*. An apud *Africanum Epistola* ad *Originem* Iudaei *ἀστραγαλωμένοι* sint *flagellati loris ἀστραγαλωτοῖς*, doctiores viderint. Illud autem certum est, Salvatorem nostrum non eo flagri genere caesum esse, ut quidam fingunt et pingunt ad exorandos anicularum oculos, ut unam et alteram velint exspuere lachrymulam: nam τὸ σωτήριον πάθος non Phrygiis, non Parthicis, sed Romanis moribus peractum est. Caeterum omne id, quo quis affligitur puniturque, *μάστιξ*, dici solet. Apud *Lucam* cap. V. *αἱμοῤῥοοῦσα* sanata est *ἀπὸ τῆς μάστιγος*. et cap. 3. *ὅσοι εἶχον μάστιγας*· apud *Aeschylum θεία μάστιξ* est *oestrum immissum in Ionem*. *μάστιξ κεραμικὴ Ostracismus* est apud *Hesych.* et *Suid.* *Διὸς μάστιξ*, *fulmen Homero Iliad. μ*. epidemicas calamitates *Aeschylus* vocat *θεοῦ μάστιγα πάγκοινον*, et in *Agamemnone διπλῆν μάστιγα*, *ἣν Ἄρης φιλεῖ*, belli periphrasis est. *Euripidi* dicitur *Panicus terror*, *Πανὸς μάστιξ*. *Glossae Graeco-Latinae*: *μαστίζομαι*, *plector*. et haec obiter dicta sint occasione *μάστιγος ἀστραγαλωτῆς Cratetis Salmas.* monet apud *Suidam* male legi *στραγαλωτή*. Kuehn.

καὶ ἀστραγαλωτὴ] Antea editi: *καὶ ἀστραγαλωτῆτις μάστιξ ὠν*. unde *H. Stephanus* emendavit, ut iam editum est. Et bene, ut videtur legisse et satis firmasse *H. Iunius* in Annot. ad *Hesych.* *Illustrium*, ubi in *Arcesilao* ita: *Ἀρκεσίλαος οὗτος πρὸς τὸν θρασύτερον διαλεγόμενον νεανίσκον, οὐ λήψεταί τις ἔφη τοῦτον ἀστραγαλωτί.* emendat, *ἀστραγαλωτῇ* legens. malim certe ibi et *διαλεγόμενος*, quamvis et alteram lectionem caperem. *Eustathius* ad *Ἰλ. ψ.* nescio tamen an ex *Polluce*, ut *Iunius* putat, ubi de *ἀστραγάλοις τοῖς περὶ πόδας*, *καὶ ὅτι αἱ ἀστραγαλωταὶ μάστιγες, ἐκ τοιούτων τινῶν ἐνειρομένων κατεκροτοῦντο.* MS. noster hic habet: *καὶ ἀστραγαλωτῆτις ἡ μάστιξ ὠνόμ.* Iung.

55.

περὶ ἱππικῶν σκ.] C. *Salmasii* non habuit titulum *περὶ ἱ. σ.* Kuehn.

περὶ ἱππικῶν σκ.] Sequitur caput XIII. quod in MS. ita inscriptum: *περὶ ἱππικὰ σκεύη*· sed *περὶ* addere non debebat, si sic volebat. Iung.

ψῆκτρα] MS. *ψήκτρα*, penacute, ut et mox. supra I, 185. pariter, quamvis alias mendose per *ι*, et emenda ita hic accentum. *Hesych.* *Ψήκτρα, ξύστρα, σπάθη.* Apud *Suidam* quidem *ψῆκτρα* etiam: sed *ψήκτρα* quoque scribendum ipse dicat, in duobus subiectis *χρήσεσιν* habens *ψήκτραν*. Iung.

ψῆκτρα] ψηκτρὰν accentu mutato in textum reposui, quod ita MSS. habuerint: sic et in *Glossis* antiquis: Ψήκτρα, *strigile*: sed in iisdem quoque ψῆκτρα, ut dubia sit accentus ratio: Ψηκτρίον, *strigla*. istis et in balneis usi fuere veteres.

σκορακὶς] σωρακὶς, ut supra I, 185. nec aliter MS. Seb.

σκορακὶς] C. V. σωρακίς. *Glossae*: σώρακος, *qualus*. σωρακὶς videtur fuisse ὄργανον καθάρσεως, quo pili equini excutiebantur, et a pulvere sordibusque repurgabantur, de quo *Xenophon* de *Re Equestri*, ubi et φορβείας ἐπιφατνιδίας meminit. *Salmas.* C. V. σορακίς. Kuehn.

σκορακὶς] Tu emenda, ut MS. noster et *Seberi* habet, σωρακίς· ut et supra I, 185. fuit, quamvis hic alia manus scripto σωρακὶς supraposuit κ, et ad oram etiam addidit: ἄλλως, σκορακίς. Iung.

σκορακὶς] Textus habet, ut in margine sui Codicis reposuit Doctiss. *Kuehnius*, σωρακίς. Φορβεῖαν explicuerunt *Schuttus* et *Schefferus* dictis supra locis.

καὶ κρύφαλος] MSS. recte κεκρύφαλος, *fraeni lorum*. *Xenoph.* l. c. κἂν μὲν δέχηται δηλονότι, περιτιθέναι δεῖ τὸν κεκρύφαλον, *et si receperit* (lupatum) *induendum scilicet fraeni lorum*. Kuehn.

καὶ κρύφαλος] Emendaveram iam in meo Codice κεκρύφαλος· quod prorsus et in MS. scribe itaque, φορβεῖα, κεκρύφαλος, ῥυταγ. supra I, 184. id habuisti, ubi, quod mirere, contra in MS. ita corruptum erat, ut hic vulgo est, καὶ κρύφαλος. Iung.

καὶ κρύφαλος] Error ortus e nova Graecae linguae pronunciatione, qua facile potuit contingere, ut librarius κε primam vocis κεκρύφαλος syllabam exceperit scripseritque pro καί· ut nos reposuimus in textu, sic notaverat in ora sui Codicis *Kuehnius* noster. sed et in *Hesychio* tamen κρύφαλον observant scriptum pro κεκρύφαλον, quod emendationi nostrae non officit. *Xenophon*: κἂν μὲν δέχηται (τὸ στόμιον) δῆλον ὅτι περιτιθέναι δεῖ τὸν κεκρύφαλον. τοὺς τῶν ἵππων κορυφαστῆρας καὶ κορυφαντοὺς *Hesychius* exponit: τούφια vel τούβια dixere recentiores, aliquando et δεσμότριχα. Quod huic subiicitur vocabulum non fuit in vulgatis, sed addidi ex Codice *Falckenburgiano*: admodum enim hic videbatur habere locum. videndus *Hesychius*, cuius in hac voce locus foedissimis maculis obsitus est, quas alibi, ne hic praeter

ram et instituti rationem longiores simus, eluere conabimur. est et in *Aeschyli Persis*. *Etymologus* ἑλκυστὴρ exponit: ἀπὸ ῥυτῆρος θέοντες ἵπποι in *Dione Chrysostomo* Orat. XXXIII. et ἀπαγαγεῖν τὸν ῥυτῆρα rei equestri proprio loquendi modo, *adducere habenas* apud *Arrianum* in *Indicis*. Ῥυταγωγέα et ἀγωγέα utrumque reperio in *Xenophonte*: πρῶτον μὲν τοίνυν τὸν ῥυταγωγέα χρὴ ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον εὐτρεπῆ (alii εὐπρεπῆ) εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν. unde non erit quisquam haud plane harum rerum expers, qui ῥυταγωγέως usum et formam percipere non poterit: alter de ἀγωγεῖ est hic locus: τὸν μὲν γὰρ παντάπασιν ἄπειρον τοῦ διαπηδᾶν, λαβόντα δεῖ τοῦ ἀγωγέως etc. ut itaque fuerit ἀγωγεὺς lorum, quo, qui pedes ibant, equum ducebant; neque equitem hoc usum putem, nam et in *Strattidis*, qui adfertur a *Polluce*, loco, qui adducebat equum, iubetur brevius corripere τὸν ἀγωγέα· quin et nostra tempestate adligatum fraeno lorum saepe conspicias, quo non utantur equitantes, sed equum ductantes. In *Strattidis* χρήσει πόλον erat in vulgatis, quod *Kuehnius* emendavit; et in Excerptis *Falckenburgianis* sic, ut dedimus in textu, legitur. *Comici Chrysippum* citat et *Athenaeus* lib. IV. videturque in ea nescio quid argumenti de equis et equestri studio pertractatum. paria cum *Casaubono* ad *Athenaeum Meursius* habet in *Attica Bibliotheca*. Πῶλος ἄβολος, qui necdum dentem aetatis indicem eiecerit: βάλλειν ὀδόντας id appellat *Plutarchus*, quamvis de bove loquatur. utriusque tamen hac in re par est ratio.

ῥυταγωγεὺς] *Xenoph.* τὸν ῥυταγωγέα χρὴ ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον, εὐπρεπῆ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν· ubi *Interpr.* ῥυταγωγέα reddit, *lorum ductorium*. in *Glossis* ἀγωγεύς, *habena*. Kuehn.

ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρυσ.] Absunt a C. A. versus *Strattidis* ita in ordinem redigerem:

πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν
τὸν ἀγωγέα βραχύτερον· οὐχ ὁρᾷς
ὅτ' ἄβολός ἐστιν; —
adducito pullum, sensimque capito
brevius habenam: nonne tu ipse vides,
quod nondum iecerit dentes? — Kuehn.

ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρυσ.] Ista, ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρ. λ. cum verbis *Comici* usque ad τὴν δὲ ψ. desunt in nostro MS. In iis omnino πῶλον, quod et *Casaubonus* noster habet VII.

Athen. 23. scribendum pro vulgato πόλον· alias nescio an ita forte disponenda:

— πρόσαγε
τὸν πῶλον, ἀτρέμα προσλαβὼν τὸν ἀγωγέα
βραχύτερον· οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἄβολός ἐστι;

De *Chrysippo Strattidis*, ut et aliis eius Poëtae dramatibus *Casaub.* noster VII. *Athen.* 23. Iung.

πόλον] Leg. πῶλον. Seb.

τὴν δὲ ψῆκτραν] MSS. addunt, οὐ μόνον Ἀριστοφάνης etc. dein C. A. ἐν Ἀργύρῳ etc. Kuehn.

τὴν δὲ ψῆκτραν] MS. τὴν δὲ ψήκτραν οὐ μόνον Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ εἴρηκεν, ἀλλὰ etc. et ita supple, et scribe, non ψῆκτραν· paroxytone et antea, ut dixi iam modo, ut et de Ἀναγύρῳ videndum *Casaubonum* nostrum IV. *Athen.* 4. Iungerm.

τὴν δὲ ψῆκτραν Ἀριστ.] Deesse quid in vulgatis, vel ad structurae normam attendas, facile videbis. supplent MSS. τὴν δὲ ψήκτραν οὐ μόνον Ἀριστ. quod igitur recepit contextus *Polluceus*. *Suidas*: Ψῆκτρα (sic enim hoc accentu apud eum editur) ἐργαλεῖον, δι' οὗ τοὺς ἵππους κνήθομεν.

διὰ ψήκτρας etc.] Versus *Sophoclis* absunt a C. A. quos ita formarem:

— διὰ ψήκτρας σ' ὁρῶ
ξανθὴν καθαίρονθ' ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός.
— *strigili te video*
flavam repurgare equam a comae sordibus.

Lectio αὐχμηρᾶς τριχὸς proficiscitur a C. V. Kuehn.

διὰ ψήκτρας etc.] *Casaubonum* de *Oenomao Sophoclis* vide VII. *Athen.* 4. cuius et meminit hinc IX. *Athen.* 18. sed locus ipse *Sophoclis* in MS. nostro rectius habet, ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός· unde ita concipio hos versiculos:

— διὰ ψήκτρας σ' ὁρῶ
ξανθὴν καθαίρονθ' ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός.

Nota fabula de *Oenomai* equabus, de qua et *Pausan.* Ἠλιακῶν β. et certamine cum procis filiae: ad eas forte respexit his versibus, vel ad aliam συναγωνιζομένην. Iung.

διὰ ψήκτρας etc.] Perbona est *Palatini* Codicis lectio, quam textui restitui. veniebat tamen in mentem, si forsitan commode legi possit: Ξανθῆς κ. ἵππου αὐχμηρὰν τρίχα, vel aliter hoc modo: ξανθὴν καθαίροντα ἵππου αὐχμηρᾶς τρίχα. sed quid coniecturas serimus, ubi MSS. aptissima scri-

ptura ad manum est? flavus color et in equis laudatissimis fuit; ξανθότριχες ἵπποι inde. *Sophoclis Oenomaum* passim *Grammatici* citant: *Diogenes* lib. IV. segm. 55. Ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους. ad quae meminit huius *Pollucei* loci *Menagius*: sed ante eum de *Sophoclis Oenomao Meursius* abunde.

56.

μαράγναν] C. A. ἀμαράγαν· C. V. ἀμάραγαν· convenit cum *Chaldaeorum* מרגנין a recto מרגנא. quod enim 1. *Reg.* XII. in textu sacro vocatur עקרבים, id *Chaldaeus* reddit מרגנין. quid Hebraeorum Magistris de hac voce videatur, *Bochartus* ὁ πολύγλωττος dabit parte II. *Hieroz.* pag. 644. ubi recte *Hesych.* in voce μαράγνα emendatur; non enim γῆν, *terram*, sed τὴν ταυρέαν, *tauream seu flagrum ex corio nervove bubulo* notat. ante μαράγνα idem *Hesych.* praemittit μάραινα, et exponitur eodem modo, nempe quod sit μάστιξ, ῥάβδος, ταυρέα. *Bochartus* μάραινα mutat in μαράγνα, eius argumenta excutienda relinquo doctioribus. mihi equidem non videtur movendum μάραινα, ut quod apud *Aeschylum* legitur in Χοηφόροις, ubi inquit:

ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαραίνης
δοῦπος ἱκνεῖται.

Graecus *Scholiastes* h. l. ita explicat, διπλῇ μάστιγι ἐπλήγημεν, eoque digitum forte intendens *Hesychius* annotavit μάραινα. utrumque, tam μάραινα quam μαράγνα, idem significat, nisi quod μάραινα formulam Graecam sapiat aeque, ut τάλαινα, λάκαινα etc. μαράγνα autem suam peregrinitatem ipso sono prodit. nec id *Euripides* in *Rheso* dissimulat, ubi *Hector* vigili minatur:

ἤτοι μαράγνα γ', ἢ καρανιστὴς μόρος
μενεῖ σε δρῶντα τοιάδε.
aut flagellum aut poena capitis
te manebit haec agentem.

Cui *Rhesi* auriga respondet: *quid hisce minaris* etc. βάρβαρος βαρβάρου πλέκων λόγους, alludens inter alia ad vocem μαράγνα. Utrumque retulerim inter λέξεις βαρβαρικὰς, ὧν γέμει διὰ τὰς ἐπιμιξίας ἡ ἑλλὰς γλῶττα, *dictiones gentium exterarum, quibus propter commercia Graeca lingua referta est.* Rabbinorum מרדע *mardang* vel *mardagna* cum Aleph finali, quod notat stimulum, quo tardos boves increpat bubsequa, parum distare videtur a μαράγνα, quae utique non levem quandam scuticam, sed horribile flagellum, plagas et ictus σκορπιώδεις incutiens significat. Kuehn.

μαράγναν] Pro *μαράγναν* MS. noster *ἀμάραγαν* habet. sed vulgatum non sollicitandum videtur. apud *Hesychium* quoque est: *Μάραινα* (*Sylburgius* emendat *μάραγνα*) *μάστιξ, ῥάβδος, γαυρία. Μάραγνα, γῆ ταυρεία.* Et in *Rheso* Tragoedia extat v. 817.

ἤτοι μαράγνα γ', ἢ καρανιστὴς μόρος,
μενεῖ σε δρῶντα τοιάδ'. —

Sed ne MS. nostri scripturam plane frustraneam putemus, scripsisse forte suspicari lubet *Comicum Platonem σμάραγναν*, nam et ita invenitur, nempe a sonitu *σμαραγοῦντος μάστιγος.* Ait enim idem *Hesychius*: *Σμαράγνα, μάστιξ, ῥάβδος· καὶ χωρὶς τοῦ σ.* Quod vero ad *Platonis* drama attinet, *Κλεοφῶν* etiam illa inter alias eius fabulas a *Suida* relata est; et eo tulit tertias sub *Callia* archonte, quum *Aristophanes* cum *Ranis* suis primas retulisset, ut ex hypothesi Graeca altera *Βατράχων* cognoscimus. Quis autem fuerit *Cleophon*, et cur ita inscripserit suum drama *Plato*, vide apud *Scholiastem* in easdem *Ranas* ad istum versum, *φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος.* Iungerm.

μαράγναν] Affinitatem Chaldaeae vocis cum Graeca admonuit etiam *Buxtorfius* in magno opere: sed alterutra tamen alterius sit origo, compertum non habeo. *Hesychius* exponit *μαργαίνων* inter alia *δεσμῶν* siquidem *ἡ μάργας* dicatur *δεσμός*· unde si fluxisse velis existimare *μαράγναν*, non me valde repugnantem habebis: *μάργας* enim si vinculum designaverit, quid impediat, quo minus et de loro seu fune potuerit usurpari, praecipue cum in Asia minori vox haec videatur enata. De *Cleophonte Platonis Meursius* adeundus in *Attica Bibliotheca.*

τινὲς αὐλωτοὶ φιμοὶ] MS. *τ. καὶ αὐλ.* Seb.

τινὲς αὐλωτοὶ φιμοὶ] MSS. *τινὲς καὶ αὐλωτοὶ φιμοί*, quia tibiae instar canebant fiscellae huiusmodi: *suspensae nolae*: vid. *Hesych.* in *Αὐλωτοὶ φιμοί.* Kuehn.

τινὲς αὐλωτοὶ φιμοὶ] MS. *τινὲς καὶ αὐλ.* ut et *Seberi*, plenius. Deinde MS. noster male *φημοὶ* habet, ut et antea vulgati. sed et *H. Stephanus* hic in suo Codice reposuerat *φιμοί*. Iung.

τινὲς αὐλωτοὶ φ.] *καὶ* illud insertum e MSS. tum deinde *Kuehnius* in textu recte *προσηρτημένους*, ut scilicet MSS. praeferunt. *Schefferus ἐπηρτημένους* scripsit, ubi utitur hoc loco lib. I. cap. 15. videndus omnino de his *αὐλωτοῖς φιμοῖς*, quos erudite exponit. sed in explanando *Polluce* rem acu non sane tetigisse videtur vir doctissimus. igitur apponere

hic lubet Latinam, quam ibi concinnavit, verborum horum interpretationem: *Appellantur vero et fiscellae quaedam tibiatae, quia habent appensas codonas, id est, patellas instar cymbalorum aut orificiorum patentium in tubis, quos cum equi hinnientes instant, edunt sonum veluti tubarum.* De tubis certe *Pollux* non loquitur, sed de tibiis, quarum canori sonitum τῶν αὐλωτῶν φιμῶν assimilat. neque etiam capio κώδωνας eo modo, quo *Schefferus*, quod alienum videtur ab *Onomasticographi* mente, sed de quibusdam aeneis instrumentis, quae tintinnabulorum seu κωδώνων instar erant; illaque cum inflarentur, sonitum tibiis similem edebant. et haec habuerunt equi φιμοῖς adpensa. res ipsa loquitur.

ἠπηρτημένους] MS. προσηρτημένους. Seb.

ἠπηρτημένους] MSS. προσηρτημένους· *Salm.* C. pro κώδωνας etiam κνώδας· *Idemque* e *Longino* (c. 20.) τὸ πανταχου κώδωνας ἐξῆφθαι λίαν σοφιστικόν· *nimis sophisticum est, ubique appensa gestare tintinnabula.* Kuehn.

ἠπηρτημένους] Scribe, ut MS. noster et *Seberi*, προσηρτημένους. Vulgatum ἠπηρτημένους nauci non est. ego antequam MS. vidi, ἀπηρτημένους suspicabar; iam sequor MS. scripturam. Iung.

καὶ σπάθην μὲν] MS. καὶ σπάθη μὲν etc. sed vulgatum rectius, eo casu, quo caetera. Iung.

καὶ σπάθην] *Hesychius* ψήκτραν exponit σπάθην, quod an hic habere locum possit, mihi non est exploratum. videtur tamen. de χιλωτῆρι dixit laudato saepius capite *Schefferus*; et en tibi locum *Hesychii*, qui explanabit, quis fuerit χιλωτήρ. Χιλωτὴρ, τὰ τοῖς ὑποζυγίοις ἀπὸ κορυφῆς ἐξηρτώμενον, ἐν ᾧ ἡ τροφή.

καὶ χιλωτῆρα] καὶ abest a C. A. dein καὶ στόμια, στομίδας, ὑποστόμια, et sic in sequentibus coniunctiones omissae sunt. caeterum χιλωτὴρ dicitur saceulus, vel corbis, vel aliud quid quod capiti equino appensum gestat pabulum, praebeturque ad currum iunctis equis. vid. *Hesych.* Kuehn.

στόμια καὶ ἑχ.] MS. omittit καὶ στομίδα, pro quo plurali habet mox, ut dicam; quod magis mihi placet sane. Iungerm.

καὶ στομίδα] MS. στόμια, καὶ στομίδας, καὶ ἐχίνους etc. et placet ita legere. modo καὶ στομίδα enim omittebat MS. Iungerm.

καὶ στομίδα] Ita fuit ante nos, et alio etiam, ac iam vides, ordine; nam vulgo post καὶ στόμια sequebatur καὶ

στομίδα, quod mihi iuxta cum *Iungermanno* displicuit. seriem itaque Codicis *Palatini* sum sequutus. Στόμια, quae modo legebamus, habes et in *Xenophonte*: τὸ δὲ στόμιον τῇ ἀριστερᾷ προσφερέτω· unde partem illam fraeni, quae ori inseritur, quod et ipsum nomen indicat, sic appellatam clarissime liquet. Ἐχίνους etiam ex eo notare lubet p. 553. ubi simul et τροχῶν mentio: πρῶτον μὲν τοίνυν οὐ χρὴ μεῖον δυοῖν χαλινοῖν κεκτῆσθαι· τούτων δὲ ἔστω ὁ μὲν λεῖος, τοὺς τρόχους εὐμεγέθεις ἔχων· ὁ δὲ ἕτερος τοὺς τρόχους καὶ βαρεῖς καὶ ταπεινοὺς, τοὺς δ' ἐχίνους ὀξεῖς· ubi id praeterea venit observandum, quos σκληροὺς καὶ μαλακοὺς χαλινοὺς vocavit *Pollux*, ex *Xenophonte* dici posse λείους, ἢ τραχεῖς, quod ipsum et *Schefferus* observavit. Aliud est, quod tamen ad hanc rem pertineat, στομίας equos dici, qui fraeno non obediunt, notante *Hesychio*. Iam quidem *Auctoris* nostri sequuti filum, ab equorum studio et equestribus instrumentis ad libros eorumque curam nos conferemus.

μαλακοὺς] *Salm.* C. pro μαλακοὺς leg. μαλθακούς. Kuehn.

ἔχεις ἐν τοῖς Ἱππικοῖς.] Absunt a C. A. Kuehn.

ἔχεις ἐν τοῖς Ἱππικοῖς.] Supra libr. I. c. 11. tm. 3. ubi et πριονωτά. Iung.

ἔφη ἐν * Ἀναγύρῳ Ἀρ.] ἐν Ἀργύρῳ C. A. C. V. ἐν Ἀναγύρῳ ἔφη Ἀ. Kuehn

ἔφη ἐν * Ἀναγύρῳ Ἀρ.] MS. alio ordine: ἐν Ἀναγύρῳ ἔφη Ἀριστοφ. Iung.

67.

περὶ βίβλων, etc.] C. A. hunc praefert titulum, περὶ τοῦ βιβλίοις συγγενέσθαι θέλοντος, *de eo qui sibi cum libris rem esse vult.* nec *Salm.* agnoscit vulgatum titulum Kuehn.

περὶ βίβλων, etc.] Huius capitis 14. titulus in MS. hic est: περὶ τοῦ βιβλίοις συγγενέσθαι θέλοντος. Iung.

εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως] *Interpr.* legit ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως, *ab exercitio.* melius C. V. ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως, *a gestatione.* ipse *Auctor* supra c. 12. εἰ μὴν αἰωρήσει τῇ δι' ὀχημάτων χρῷτό τις etc. ubi vide sis. *Plinius* lib. XXVI. c. 3. etiam iungit *ambulationem, gestationes.* Kuehn.

εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως] MS. εἰ δὲ ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως, ἢ καὶ etc. pulcherrime. quod ocyus restituendum est. Quid malum enim sibi hic agit αἱρέσεως? Alterum aptissime hoc caput prioribus connectit. *Si quis a gestatione vehiculari, de qua capite* 12. *dictum est, etc. convertatur ad studendum.* Iungerm.

εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως] Optime MSS. *ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως*, *a gestatione*, a qua plerumque et ambulationibus ad ingenii culturam librorumque lectionem convertere se solebant olim. nec aliter in libri sui margine notaverat *Kuehnius*. Mox editum erat vulgo, *ἀπὸ τινὸς περιπάτου, ἐν στοᾷ, ἐν δρόμῳ, ἐν ἄλσει γενόμενος*, prorsus ineleganter, longe nitidius MSS. quorum et ibi lectionem reposui. Viderat utrumque eo pacto redintegrandum *Salmasius* de *Modo Usurarum* pag. 402. quo loco plurima bona mixta malis vir eruditus habet de *χάρταις, βίβλοις, διφθέραις, γραμματείοις* aliisque similibus. Exinde pro *ὥρα αὐτὸν ἔχειν* venustius in Codice *Palatino ὥρα αὐτῷ ἔχειν, curae ipsi est habere libellos, chartas* etc.

ἐν στοᾷ, etc.] MS. *ἐν στοαῖς, ἢ δρ. ἢ ἄλ.* SEB.

ἐν στοᾷ, etc.] C. A. *ἐν στοαῖς ἢ δρόμῳ, ἢ ἄλσει.* geminat *ἢ* etiam C. V. et *Salmas. δρόμος* est locus, in quo se cursu exercebant: *curricula* posses dicere: *si vero gestatione aut etiam ambulatione quadam in porticibus, aut curriculis, aut nemoribus defunctus, ad libros versandos se aliquis converterit.* KUEHN.

ἐν στοᾷ, etc.] MS. *περιπάτου ἐν στοᾷ, ἢ δρόμῳ, ἢ ἄλσει γ.* et haec ita emendanda puto. nec abit *Seberi* MS. nisi quod *στοαῖς* habeat. IUNG.

τράποιτο] MS. *τρέποιτο·* et mox *ὥ. αὐτῷ ἔχ.* SEB.

τράποιτο] MSS. *τρέποιτο.* C. V. dein, *ὅρα*, male, pro *ὥρα*. C. A. *ὥρα αὐτῷ ἔχειν, tempus est, ut habeas* etc. *ὥρα* hoc loco est *καιρὸς ἐπιτήδειος* secundum *Suidam* in *ὥρα*, ubi huius locutionis plura exempla. KUEHN.

τράποιτο] MS. *τὶς τρέποιτο, ὅρα αὐτῷ ἔχειν* etc. Sed *τράποιτο* et *ὥρα* correctum est ab aliquo. et placet vulgata lectio, nisi quod *ὥρα αὐτῷ ἔχειν β.* legere malim, quem ad modum et *Seberi* MS. habet. loquendi genus elegans, de quo *Budaeum* Comm. Gr. lingu. et *H. Stephan.* Thesaurum adire potes. Adnotabam alicubi, ni fallot, et apud nostrum supra. Amat eo uti et *Heliodorus* suavissimus, ut II. Aethiopicon: *ὥρα σοὶ σαυτὸν ὑπομνῆσαι* etc. Et ibidem: *ἄλλους ὥρα σοὶ ξένε τῶν δὲ ἐπιζητεῖν ὠνητάς.* IUNG.

πέλλας] *πέλλα* vasculum, fundo lato, ore arctiori, qualia sunt mulctra, vel etiam atramentaria: *γραμματεῖα* et *γραμματίδια*, scrinia sunt, in quibus scriptorium instrumentum, quandoque et alia pretiosa asservabantur. *Salmas. πέλλας.* KUEHN.

πέλλας] Ita et MS. sane Grammatici hunc usum eius vocis non explicant, in aliis significatis occupari. Quid tamen dicam nescio. id quidem scio, me non intelligere. Et veniam da mihi, erudite lector, interim, dum mihi eius voculae alium βεβαιωτὴν adducas, suspicandi nostrum *Pollucem* scripsisse ἰττέλας. quod forte scripserat et supra, ubi MS. noster deficiebat, et vulgo erat ἰττέστας VII, 211. τὰς δὲ διφθέρας καλοῦσι καὶ ἰττέλας. Ita hic et illic suspicari, nihil enim temere adfirmo, inducit nos glossatorum eximius *Hesychius*, qui: Ἰττέλαν, διφθέραν exponit. et ἰσσέλα, ait, διφθέρα. Vocabulum quo rariùs, eo magis corruptelae expositum. Iung.

πέλλας] *Iungermannus* acute restituendum coniectabat ἰττέλας. ita scilicet apud *Hesychium*: Ἰττέλα, διφθέρα. et VII, 211. ἰττέστας habebamus, ubi *Falckenburgiani* Codicis lectio erat ἰπτέλας. hic tamen, nam et MSS. suffragio suo πέλλας comprobant, nihil mutandum existimo, parumque abest, quin propter *Falckenburgianae* lectionis similitudinem, ita legendum decernam VII, 211. sed ibi tamen non male putes *Pollucem* scripsisse ἰττέλας, vel ἰζέλας, aut ἰζάλας denique. suspecta enim erat ibi *Hesychiani* loci lectio. Quanquam vero in hanc vocem πέλλη alibi necdum inciderim, omnino tamen habeo persuasum, non aliam eius esse significationem atque διφθέρας. quod in istam me sententiam induxit, similitudo Latini nominis *pellis* est, cuius originem ab hoc fonte petendam existimo. nihil enim quicquam ineptius est tentamentis eruditorum virorum, ubi de propagine vocis *pellis* inquirunt. quod ipsis vero simillimum apparet, est ut a φέλλος deducatur, quae vox *corticem arboris*, *Hesychio* docente, significat; id tamen ab ipsius rei natura plurimum abhorrere, neminem latere potest. me sanequam id summopere offendit, si in indaganda vocum nativitate longis ambagibus utaris, qua ratione ars utilissima sponte sua difficilis et intricata longe difficilior et inaccessa ferme redditur. Perquam opportune *Philoxenus*, *Pellarius*, πελλοράφος. quod tantum abest, ut cum eruditionis variae viro *Gerh. Vossio* a Latina lingua petitum existimem, ut potius ad remotissimam Graeci sermonis antiquitatem pertinere arbitrer. qui triverit istas *Glossas*, ac diligentiori pervolverit oculo, in istis talia reperiri plurima ex medio Graeci sermonis fonte hausta, compertum habebit: neque satis scio, an in toto *Philoxeni Glossario* vel unum occurrat vocabulum, quod native Graecum non sit, nisi cum ipse voce Ro-

mana se profiteatur uti. in aliis *Glossis* id est δερματοράφος. *Interpres atramentaria* vertit, prorsus ἀπροσδιονύσως. respexisse tamen illum existimo ad πελλὸς, qua voce color nigricans designatur; aut potius ad eo nomine vasa mulctoria, quod *Kuehnio* non displicuisse miror. Veteres autem nondum chartarum usu invento in pellibus scripserunt. res notissima, et cui non dictus *Hylas? Herodotus* quae de διφθέραις tradidit in *Terpsichore* a pluribus occupata repetere animus non est, nisi quod et aetate sua multos barbarorum in pellibus scripsisse referat. inde vocis illius usus pro membranis, quae ex pellibus solent confici, creberrimus est. βασιλείους διφθέρας, dixit *Agathias* pag. 62. quas ibi *membranas regias* interpretatur eruditissimus *Bonaventura Vulcanius*, cuius ad eum locum vide notam. in aedibus porro Christianorum sacris membranae, quae divinos Codices continebant, sacrasve cantiones διφθέραι dicebantur. *Gelasius Concil. Nicaen. Diatyp.* Ψάλλειν ἐν ταῖς διφθέραις. vide *Balsamonem* ad cap. 15. *Concilii Laodiceni*, et praestantissimum *Anglum* ad indicatum *Gelasii* locum. Meminit et διφθερῶν peritissimus antiquitatis *Galenus* sub initium lib. III. περὶ δυσπνοίας, ubi Thessalum *Hippocratis* filium paternos commentarios ἐν διφθέραις ἢ δέλτοις invenisse, additisque de sua penu non paucis, in unum collegisse refert: ὡμολόγηται γὰρ οὖν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θέσσαλον τὸν Ἱπποκράτους υἱὸν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διφθέραις τισὶν ἢ δέλτοις εὑρόντα ὑπομνήματα, προσθέντα δέ τινα καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα· ubi sane nihil officit, quo minus intelligas de ipsis pellibus, in quibus *Hippocratis* aetate a plurimis adhucdum gentibus scribi moris fuit. De Cypriis autem quod addam eorumque scribendi more, ex obscuris antiquitatis vestigiis collegi, nimirum eos videri pelles oblevisse cera, in eaque literas exarasse. sic saltem in illorum ludis usu fuit receptum. ludimagistrum enim ab iis διφθεράλοιφον tradit appellatum *Hesychius*: Διφθεράλοιφος, γραμματοδιδάσκαλος παρὰ Κυπρίοις. qua alia de ratione cedo, quam quod illam scribendi consuetudinem usurparent. referendum eo illud ex eodem *Grammatico*: Ἀλειπτήριον, γραφεῖον, Κύπριοι· vox utique tracta ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, vel ἀλείπειν, sicut antiquiores olim Graeci efferebant. unde stylus ἀλειπτήριον, quod in obducta pellibus cera literas effingeret. existimare tamen non sine ratione quis possit, in Cypriis ἀλείπειν vel ἀλείφειν signasse *scribere*, et exinde διφθεράλοιφος, *qui scriberet in pellibus*, et ἀλειπτήριον prorsus idem quod γραφεῖον. Sed alii

diligentius haec et accuratius elaborabunt, quae nos festinantes incomta omnique lumine rerum orationisve destituta proferimus.

διφθέρας] Vid. supra VII, 211. Seb.

δέλτους δελτία. ὥς ἐστιν εἰπεῖν] *ἐστιν* abest a C. A. et *Salm.* C. Kuehn.

δέλτους δελτία. ὥς ἐστιν εἰπεῖν] MS. *δέλτους, δέλτια· ὡς εἰπεῖν, γραμ.* omisso *ἐστιν*, quod mihi non displicere potest, si absit inquam: *δέλτια* vero proparoxytone, ut supra IV, 18. et hic cum MS. scribere possumus. nec enim, credo, ad regulam tam stricte revocanda, ut eiusmodi paroxytonws saltem scribamus. variant certe libri. Iung.

γραμματίδιον δίθ.] *γραμματίδιον δίθυρον*, *tabulae biforis*. *Glossae*, *γραμματεῖον*, *tabula*, nisi legendum ibi, *tabularium* etc. Kuehn.

γραμματίδιον δίθυρον] Transtulit hoc *Pollux* noster e *Menandri Μισογύνῃ*· is enim ex ea fabula versiculus ab *Harpocratione* citatur: *Ἕλκει δὲ γραμματίδιον ἐκεῖσε. δίθυρον.* locus est in *παράστασις*. huc et oculos intendisse reor *Hesychium*: *Δίθυρον γραμματίδιον, δίπτυχον*· sic enim apud eum distingue potius. Idem *Διθύροις, διπτύχοις*. Attici solebant *θυρίδας* pugillarium tabellas, quae *πτύχες* alias, appellare. *Hesychius*: *Θυρίδας, Ἀττικοὶ τὰς τῶν γραμμάτων πτύχας· καὶ δίθυρον λέγουσιν, οὐ τρίθυρον, ἀλλὰ τρίπτυχον*. *Lucianus* in *Nerone*, quamvis illius opusculum illud esse non existimem, sed hominis alicuius, qui non tantum *Neronis* aetate vixit, sed et eummet ipsum vidit: *καὶ γὰρ δὴ δέλτους ἐλεφαντίνους καὶ διθύρους προβεβλημένοι αὐτὰς ὥσπερ ἐγχειρίδια* etc. De *διπτύχοις* adnotavit *Ludov. Carrio* Emendat. lib. II. cap. 6. quamvis et ibi doctissimi viri observationibus naevi adhaeserint. *Symmachus* autem, quem ibi docte et vere emendat, quae ibi *diptycha* dicit, pugillares alibi vocat. *Συνόδους τοῖς ἱεροῖς ἐντάξασθαι διπτύχοις* in *Epistola Petri* ad *Michaëlem*, ubi de scriptis episcoporum literis intellige. Plenius e MSS. mox in *Onomasticographo* nostro *ἢ καὶ πλειόνων πτυχῶν*.

ἢ πλειόνων πτ. etc.] *ἢ καὶ π. π. ἢ κ. Ὁ. π. πυκτόν·* ita C. A. qui et ea, quae sequuntur, non habet usque ad *οὐ μὴν ἀγνοητέον* etc. in *πυκτὸν* consentit *Salm.* Codex. Kuehn.

ἢ πλειόνων πτ.] Scribe particula plenius, ut noster MS. habet, *ἢ καὶ πλ. πτ. Homeri* mox locus et supra adductus est IV, 18. ut indicavit et *Seberus* noster. Quae sequuntur,

καὶ Ἀριστοφ. etc. omnia in MS. desunt, usque ad Κρατῖνος ἐν τῇ Π. Versus *Aristophaneos* autem bene *Sebertis* noster restituit ex dramate ipso, quum antea in vulgatis hic vox δέλτοι deesset, et male σμήλης scriberetur, omniaque ederentur confuse. Iung.

πίνακα πτυκτόν.] Supra IV, 18. Seb.

58.

ἐν Θεσμοφοριαζ.] Vers. 789. Seb.

ἐν ταῖς Φιλλυλίου Π.] Hinc obiter corrigendus *Suidas* in Φιλύλλιος: *Interpr.* eius securus de emendatione nobis extudit ex loco corrupto fabulam huius *Comici* inscriptam, Πόλις φρεώρυχος, *Urbs puteos fodiens*. melius est in *Suida* legere Πόλεις, Φρεώρυχος· hic *Noster* laudat *Philyllii* Comoediam Πόλεις· infra lib. VII. circa finem drama eiusdem Φρεώρυχος inscriptum. Sic ex eo uno dramate fiunt duo longe diversa. Iung.

ἐν ταῖς Φιλλυλίου Π.] Emenda *Comici* nunquam non corruptum nomen, et scribe Φιλυλλίου· dixi aliquoties supra. Quae sequuntur ex eo verba reconcinnanda aliis relinquo. sed ubi *Herodotus* noster κηρὸν vocat, indicandum est. et locum puto hunc esse, qui in extrema *Polymnia* legitur: δελτίον δίπτυχον λαβὼν, τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε, καὶ ἔπειτα ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ δελτίου ἔγραψε τὴν βασιλέως γνώμην· ποιήσας δὲ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα παρέχοι πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων. Tales nimirum tabulas occultas mittit *Demaratus* Lacedaemonem, quibus Graecos edoceat *Xerxem* bellum contra illos decrevisse, quas quum nemo, quid sibi vellent, ibi intelligeret, rem aperit tandem *Gorgo*, *Cleomenis* filia, καὶ τὸν κηρὸν κνᾷν κελεύουσα, καὶ εὑρῆσθαι σφέας γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. Iung.

Φιλλυλίου] In huius *Comici* nomine librarii manus ubique aberravit: Φιλυλλίου scribe, ut saepius alibi monitum. *Philyllii* verba alium ac me postulant *Oedipum*: *Davus* in his sum. illud δωρίζων an *Comici* verbis, an vero *Pollucis* adiungendum sit, non bene perspicio. forsitan autem aliud quid sub illo latet. tum τὰ γράμματα cui bono? istis eiectis sic locum constitueram olim: λέγει γέ τοι· ξύγγραφε οὖν ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως, ὅ τι ἂν λέγοι ἑρμηνεύς· quibus inest sensus. sed hinc discedere satius est quam in tenebris micare. {Produxi meam ego coniecturam, non quod locum ita restitutum existimarem, sed ut vice cotis fungens felicius aliorum ingenium acuerem, et impellerem

ad inquirendam lectionem veram. palma in medio posita est, quam, qui optime conieceerit, auferet. *Ex Addendis.*]

λέγει γέ τοι Δ. etc.] Hic interpungendum, *dicit enim.* postea versus *Comici* ita restituerem:

δωρίζων ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως,
ὅτι κἂν λέγοι τὰ γράμματα, ἑρμηνεύς.

Dorice loquens in tabulis exactissime,
quicquid literae dicant, interpretatus. Kuehn.

Ἡρόδοτος] In fine *Polymniae*, *δελτίον δίπτυχον λαβὼν, τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε·* et iterum, *τὸν κηρὸν κνᾷν κελεύουσα.* Kuehn.

Κρατ. δὲ ἐν τῇ Π.] *Fabulae* huius oeconomiam declarat *Scholiastes* in *Aristoph. Equites. Cratinus*, inquit, cum scriptione fabularum abstinuisset, destitissetque docere coram populo, excitatus est hoc *Aristoph.* scommate p. 519. et, ut *Scholiastes* pergit, *πάλιν γράφει δρᾶμα ἐς ἑαυτόν τε καὶ μέθην, οἰκονομίᾳ κεχρημένος τοιαύτῃ· τὴν Κωμῳδίαν ὁ Κρατῖνος ἐπλάσατο αὐτοῦ εἶναι γυναῖκα, καὶ ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτῷ θέλειν, καὶ κακώσεως αὐτῷ δίκην λαγχάνειν· φίλους δὲ περιτυχόντας τοῦ Κρατίνου μηδὲν προπετὲς περὶ (αὐτὸν) ποιεῖσθαι, καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾷν τὴν αἰτίαν· τὴν δὲ μέμφεσθαι αὐτῷ, ὅτι μὴ κωμῳδοῖ, ἢ μηκέτι σχολάζοι τῇ μέθῃ.* Eundem Poëtam *Aristophanes* perstringit, quasi non potuerit urinam retinere, quod *ἐνουρεῖν* vocat *Scholiastes*: *vestem permingere.* *Cratinus* contra in *Πιτύνῃ* tangebat *Aristophanem*, seque minime *κωφαληρεῖν* ostendebat, et convincebat *Aristophanem* plagii, quod *Eupolidis* carmina compilaret. Caeterum *πιτύνη*, *Suida* teste, est *φλάσκων*, et *flascon* est *vas vinarium*, titulusque convenit argumento. *Valesius* notis MSStis ex *Graeco Scholiaste Aristoph.* Kuehn.

Κρατ. δὲ ἐν τῇ Π.] Sed ad MS. nostrum, qui hic iterum: *καὶ Κρατῖνος ἐν τῇ Πυτίνῃ* etc. de eo dramate et *Casaubonus* noster III. *Athen.* 14. Vicit autem eo dramate *Cratinus*, quum contra cum suis *Νεφέλαις πρώταις Aristophanes* excideret, ut indicat *Scholiastes* in *Protheoria Aristophanis Νεφελῶν*, qui et in *Scholiis* ad *Νεφέλας* de *Clisthene* impudico *Cratini* versus *ἐν Πυτίνῃ* adducit, et oeconomiam dramatis exponit, indeque versus alios profert *Schol.* ad *Ἱππεῖς*, ad ista — *γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον·* et alius ad ista *εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ* et quae sequuntur. Iungo.

59.

ἐν τῷ Γυριτάδῃ] Γηρυτάδῃ scribendum, non Γυριτάδῃ. MS. *Strauchii* Γυρητ. KUHN.

ἐν τῷ Γυριτάδῃ] MS. ἐν τῷ Γηρυτάδῃ etc. et ita scribe, sicut et infra est segm. 75. et alibi saepe. IUNG.

Γυριτάδῃ] Γηρυτάδῃ restituit in sui Codicis ora *Kuehnius*. bene vero. videndus in *Attica Bibliotheca Meursius*; ubi et ille hoc vitii corrigi iussit. ἤσθιον mox cum MSS. malui, quam vulgatam lectionem ἐσθίειν. Tum paucul is interiectis, κατασημαίνεσθαι emendavi, pro κατασημήνασθαι, iubentibus exaratis manu libris. De μάλθη *Salmasius* indicato superius loco, ut et significabamus ad VIII, 16. Pariter ut *Hesychius*, *Suidas* etiam Μάλθη, μεμαλαγμένος κηρός· ut itaque sic proprie fuerit dicta cera macerata atque emollita, quae aptior erat ad recipiendas literas. pro cera tamen quacunque docet usurpatum *Galenus* in *Glossis*: Μαλθώδεα, μαλακτικὰ ἢ κηρώδη· μάλθη γὰρ ὁ κηρὸς, καὶ μάλιστα ὁ μεμαλαγμένος. varia ratione mixtum fuit hoc cerae genus: πισσόκηρον exponunt *Glossae*. et *Festus*: *Maltha dicitur a Graecis pix cum cera mixta*. quibus additam reperi vocem πισσόκηρον in MS. alii etiam aliter conficiunt, et ad alios usus, ut ex *Palladio* docuit et *Plinio* Magnus *Vossius* in *Etymologico*. illam autem ceram, qua ad illinendas tabularum iuncturas ac compages utebantur, amurca fuisse percoctam *Scholiastes Theocriti* ostendit ad Eid. VII. v. 105. Φιλῖνον) inquit ille, ὁ μαλθακός· μαλθακὸς, ὁ τρυφερὸς ἐκ τῆς μάλθης· αὕτη δέ ἐστι κηρὸς ἀμόργῃ συνεψημένος· χρίουσι δὲ αὐτῷ τὰς τῶν σανίδων γομφώσεις· ἀφ' οὗ διὰ τὴν ἔκλυσιν καὶ τὸ τρυφερὸν, καὶ ἐν τῷ βίῳ λοιδόρημα λέγεται· neque dubium igitur esse potest, quin et isti cerae, qua pugillares tabulasque ad usum scribendi obducebant, quiddam fuerit immixtum ad illam emolliendam, ut styli ductus facilius admitteret. Athenienses autem non tantum ceratas adhibebant tabulas, sed et gypsatas, quales erant publicae, in quibus adnotabantur res distractae, emtorumque nomina, aut in quibus senatus consulta proponebantur: ξύλα λελευκωμένα *Scholiastes Aristophanis* appellat, eaeque λευκώματα dictae. meminit *Hesychius* Ἐν λευκώμασιν· sed ibi optimum *Lexicographum* parva corruptela invasit: ἐν σανίσι λευκαῖς· οἱ δὲ πυξίοις κεχρισμένοις λευκῇ γῇ. si animum attendas ad *Paroemiographi Vaticani* locum Cent. I. §. 80. ita restituendum patebit: ἤδη πυξίοις κεχρισμένοις etc. *Salmasio* morem geri non oportet, qui reponi iubet πινακίοις. proprius etiam accedere licet ad

illius *Appendicis Vaticanae* lectionem isto modo: *ἐν σανίσι λευκαῖς ἠδὲ πυξίναις κεχρισμέναις* etc. tum in utrisque *καὶ τὰ ὀνόματα τῶν κτημάτων* legendum. In *Appendice* porro *Vaticana* quae est lacuna, ex *Hesychii* verbis supplendam reor. Simili ratione Romanis *album*, quod apte, qui res Romanas Graeco sermone conscripserat, *λεύκωμα* dixere. *Glossae Nomicae*: *Ἄλβον λέγεται τὸ ἔδικτον, διὰ τὸ γράφεσθαι λευκοῖς γράμμασι· ἐπὶ γὰρ κονιάματος τὰ διατάγματα καὶ τὰς παραγραφὰς ἐξετίθεσαν.*

ἐσθίων.] C. V. et *Vales*. MS. *ἤσθιον*. KUEHN.

ἐσθίων.] MS. *ἤσθιον*· quod quoque pro vulgato placet. est autem integer senarius:

τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον. IUNG.

ἐπιτήδειον] MS. *ἐπιτήδιον*· sed emendatum ad vulgatam scripturam. IUNG.

κατασημήνασθαι] MS. *κατασημαίνεσθαι*. SEB.

κατασημήνασθαι] *Salm*. *εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι*. ita et *Vales*. KUEHN.

κατασημήνασθαι] MS. noster ut *Seberi* *κατασημαίνεσθαι*. IUNGERM.

καὶ ῥύπους] Absunt a C. A. usque ad *ἀνασπάσαι*· locus *Aristophanis* extat non procul a fine *Lysistratae*. KUEHN.

καὶ ῥύπους] MS. *καὶ ῥύπους ἐν A. Ἀ.* sine *ὡς*. Locus *Aristophanis* non longe a fine *Lysistratae* extat. De *rhypo* pro cera sigillari alias hinc meminit *Rhodigin*. XXI. Antiq. Lect. 25. et *Nunnes*. ad *Phrynich*. in *ὁ ῥύπος*. IUNG.

τῷ δὲ παιδὶ] C. A. titulum apponit: *περὶ σκευῶν παιδὸς ἐν διδασκάλου*· *Salm*. Codex: *παιδίων ἐκ διδασκάλου σκεύη*· ita et *Vales*. KUEHN.

τῷ δὲ παιδὶ] Cum istis in MS. novum caput incipit, hoc lemmate: *Παιδίων ἐν διδασκάλου σκεύη*. IUNG.

δέοντ' ἂν] MS. *δέοι ἄν*. SEB.

δέοντ' ἂν] C. A. *δέοι ἂν γ. παραγραφίδια, καλαμίδια κ. εἴρηται γὰρ κ. ἑ. ζ. τοὔνομα ἐν Ἀναξανδρίδου*· *Salm*. *δέον ἂν*· *Vales*. *δέοντο*. KUEHN.

δέοντ' ἂν] MS. *δέοι ἂν πρ.* quod ita et *Seberi* MS. emendandumque ita puto, pro vulgato *δέοιτ'*. IUNG.

δέοντ' ἂν] In minutulis istis praeeuntes bene MSS. sequi melius existimo quam vulgatis lectionibus adhaerere; hic itaque *δέοι ἂν* reposui. *γραφεῖον* in *Colloquiis Scholasticis* grafium est. *καλαμίδα* usurpat *Themistius* Orat. VII. *ἐκ τοῦ μέλανος καὶ καλαμίδος ἐτόλμησεν ἐς νοῦν ἐμβαλέσθαι τὴν Ῥω-*

μαίων ἡγεμονίαν, ad quem locum *Petavius* in his *Pollucis* nostri verbis δέοιτ' ἂν ponit. *Kuehnius* in margine sui libri restituerat e C. A. παραγραφίδια, καλαμίδια, nulla de ratione.

μὲν γὰρ] C. *Salmasii* μὲν γὰρ delet. Kuehn.

ἐπὶ ζωγράφου] MS. ζωγ. τοὔνομα ἐν' Α. Seb.

ἐπὶ ζωγράφου] Supplevit et noster MS. et *Seberi* habet: ζωγράφου τοὔνομα, ἐν etc. Sed pro Ἀλεξανδρίδου MS. noster Ἀναξανδρίδου habet. Sic supra quoque vulgatum *Alexandridem* IX, 59. manuscriptus *Anaxandrides* exturbabat. Adeo ut iam cum MS. nostro *Alexandridem* e *Polluce* plane eiiciamus. in quam sententiam putamus et inclinaturum Magnum *Casaubonum* nostrum, quem alias vide VI. *Athen.* 18. Iung.

ἐπὶ ζωγράφου] Adieci τοὔνομα de MSS. Tum irrepserat in vulgatas editiones Ἀλεξανδρίδου pro Ἀναξανδρίδου, quod ita cum MSS. hic restitui. de utroque dictum a me memini ad lib. IX, 59. ut toto censendus sit aberrare coelo *Meursius*, qui putet in *Bibliotheca Graeca* idem esse *Comici* atque *Historici* nomen, et ubique reponendum Ἀναξανδρίδης· sed id diligentissimo viro facile ignoscimus, qui maculas istas aliarum optimarum rerum luce extinguit. Memoratur et Κλεομένης ὁ Ἀναξάνδρεω in *Herodoti Polymnia*, qui alius ab hoc *Comico*.

ἑκατέρως γὰρ] MS. ἑκατέρωθεν δὲ ἐπ. Seb.

ἑκατέρως γὰρ] C. A. ἑκατέρωθεν γ. ἐπιγράψεται. ita et *Salm.* etc. Kuehn.

60.

οὐδὲν δὲ κ.] οὐδὲν δὲ etc. usque ad κέχρηται absunt a C. A. Kuehn.

Ἀριστοφάνης οὕτω κέχρ.] *Aristophanea* χρῆσις sine dubio fuit a *Polluce* addita, maleque a librariis praetermissa. Indicat et supra IV, 18. πυξίον, inquiens, καὶ πυξίδιον παρὰ Ἀριστοφάνει. Iung.

προσθετέον] E MS. priores editiones προστιθέντων. Seb.

προσθετέον] C. V. προστιθέντων, Attice, loco προστιθέτωσαν, *addant.* Kuehn.

προσθετέον] MS. προστιθέντων τοῖς etc. et ita etiam prioribus in editionibus. quod an tolerari potest Attico more, quo memini et alibi nostrum usum, προστιθέντων, pro προστιθέτωσαν. *Apponant iam dictis*, μέλαν, *cetera.* Sic supra καθηράντων VI, 94. *Seberi* MS. lectio tamen, quae vulgata, magis placeat. Iung.

προσθετέον] Quis merito reiiciat προστιθέντων? quae le-

ctio in MSS. exhibetur. paulo inferius *μελανοδόχον* eosdem sequutus auctores reddidi. non aliter ad oram sui libri *Kuehnius*. quanquam nec alteram lectionem repudiare velim, siquidem et in *Glossis: Atramentarium*, *μελανδόχιον*, et *μελανδοχεῖον*. Tum *ἐθέλεις* erat vulgo, commodius *ἐθέλοις*· *ἀναλόγιον* vel *ἀναλογεῖον* ea notione, qua se non reperisse apud probatae auctoritatis scriptores affirmat *Pollux*, non infrequens est in scriptis Ecclesiasticorum.

μέλαν] *περὶ μέλανος* (*ᾧ γράφομεν*) agit *Dioscor.* libro quinto extremo. vide *Casaubonum* ad *Pers.* III, 13. In sacris ea vox sic usurpata 2 *Cor.* XIII, 3. *Ioh.* Epist. II, 12. et III, 15. Seber.

* *μελανδόχον*] Pro *μελανδόχον* in MS. est *μελανοδόχον*, cum alias dicatur *μελανοδοχεῖον*, pro quo *Anthol.* libro sexto, capite vigesimo sexto, Epigr. 2. — *γραφικοῖο δοχεῖα κελαινοτάτοιο ῥείθρου*· Ep. 4. *κίστῃ μελανδόκος*· Ep. 6. *μέλανος σταθεροῖο δοχήϊον*· Ep. 7. *ἄγγος μελανδόκον*. Seb.

* *μελανδόχον*] MSS. *Salmas.* et *Vales.* cum MS. *Strauchii μελανοδόχον*. Kuehn.

* *μελανδόχον*] MS. *μελανοδόχον*, tam noster quam *Seberi*; quod pro vulgato substituendum videtur. Iung.

καλάμους.] Pro *καλάμους* C. A. *καλαμάριον*. at reliqua capitis non comparent in eodem Codice. Kuehn.

εἰ δὲ καὶ τὸ ἀναλόγιον] MS. *εἰ δὲ καὶ τὸ ἀναλογεῖον ἐθέλοις πρ. οὕτως μὲν ἐπὶ τούτοις βιβλίοις* etc. sic et mox MS. *ἀναλογεῖον*. nota varietas scripturae in his. non tamen male forte hic cum MS. *ἀναλογεῖον ἐθέλοις* scribas. caetera vulgata lectio recte habet. Iung.

ἐπὶ τοῦ τοῖς βιβλ.] C. V. *οὕτως μὲν ἐπὶ* etc. *ita equidem, nempe pro librorum suppositorio, pulpito, apud nullum classicum Auctorem inveni.* Kuehn.

Ἀθήνῃσιν δὲ τὸν ὑπὲρ ὑδρίου τ.] C. V. *τὴν ὑπερυδρίου τινὸς* etc. *ἐπεξεχεῖτο*· unde legerem *Ἀθήνῃσι δὲ τὸ ὑπὲρ κλεψυδρίου τινὸς οὗ τὸ ὕ. ἐπεξεχεῖτο, ποίημα* etc. *Athenis vero quod erat super Clepsydrio quodam, ubi aqua effundebatur, opus et donarium Diogenis, quod et Diogenianum ἀναλόγιον dicebatur. Plinius* de hoc *Diogene statuario* lib. XXXVI. cap. 5. *Agrippae Pantheum decoravit Diogenes Atheniensis. Κλεψύδριον* vel *Κλέψυδρα* fons erat Athenis, cui tubulum fecerat et dedicaverat *Diogenes*, aut modulum, per quem erumpebat aqua. ille a *Diogene* dicebatur *Diogeneum*, vel *ἀναλόγιον Διογένειον*. Codicis *Vossiani* lectionem e suo MS. affert etiam *Valesius*, nisi quod *ἀναλόγειον* habet mox. Kuehn.

'Αθήνησιν δὲ τὸν ὑπὲρ ὑδρίου τ.] MS. *'Αθήνησιν δὲ ἣν ὑπερυδρείου τινὸς, ὅπου ὕδωρ ἐπεξεχεῖτο π.* Et legendum ad MS. scripturam puto: *'Αθήνησι δὲ ἣν ὑπὲρ ὑδρείου τινὸς ὅπου ὕδωρ ἐπεξεχεῖτο, ποίημα καὶ* etc. certe vulgatum *τὴν* mendosum est, *ἣν* etiam in edit. *Flor.* recte editum est. Iung.

'Αθήνησι δὲ τὸν etc.] Locum hunc ad MSS. emendavi: *τὴν* pro *ἣν* fuit ante nos in textu. *ὑδρίου* scribas an *ὑδρείου*, parum refert, posterius tamen, quod ita MSS. haberent, praetuli: *ἐπεξεχεῖτο* pro *ἐπεχεῖτο* apposuerat Codicis sui margini *Kuehnius*.

ἀναλόγιον] MS. iterum *ἀναλογεῖον*· ut scribi et hic potest, sane si modo id receperis. Iung.

ἀναλόγιον] Bene vero. sed MSS. sequi potius consultum duxi, qui *ἀναλογεῖον* et hic et in proximo loco agnoscunt. *ἀναλόγιον* tamen in *Philoxeni Glossis*, exponiturque *manuale*. Ipsa de re nihil amplius alibi legisse succurrit, quam quae tradit *Auctor* noster. et alibi, spero, de *Διογενείῳ ἀναλογείῳ* plura docebant.

'Ερατοσθ. ἐν τοῖς περὶ Κωμῳδίας] *Athenaeus* laudat librum XI. *Eratosthenis περὶ Κωμῳδίας* lib. XI. c. 14. Kuehn.

'Ερατοσθ. ἐν τοῖς π. Κωμ.] Nullum non eruditionis antiquae genus attigerat haud supervacaneo labore vir hic undiquaque doctissimus. huius itaque ingenii monumenta passim adducunt *Grammatici* veteres, quorum tamen munere factum adgnoscimus, ut illorum nihil ferme quicquam ad nostras pervenerit manus; siquidem ex hoc fonte cum sua derivarent certatim, ut illo minus opus esset effecerunt, quod me iudice fuit in causa, ut ipsius *Eratosthenis* scripta cedro dignissima posteri negligentius habuerint, atque interire sint passi. In istis perquam celebres sunt de Comoedia libri, quibus illum de utraque Comoedia, veteri et nova, putamus egisse, eaque de causa saepe citari solitum *Eratosthenem* a *Grammaticis περὶ ἀρχαίας Κωμῳδίαις*, quod et de nova scriptis tradidisset. neque tantum ibi in illam incubuit curam, ut argumenta fabularum persequeretur, quoque docente fuissent in scenam datae, sed et de vocibus in Comoedia veteri obsoletis, quemque tenuerint in novis fingendis modum antiqui, exposuit abunde. vide *Galeni* praefationem ad *Glossas Hippocraticas*, ubi meminit illam rem. petita quoque ex Commentariis istis, quae in altero *Pacis Aristophanis Argumento* leguntur. Sequebatur in vulgatis *ὡς ἔχει μὲν*, satis inepte ad sensum. bene MSS. *ἔχοιμεν*· sic textui reddidi. quamvis e vestigiis istius lectionis struere liceret *ἔχοις μὲν*, prout sequitur *εὕροις ἂν*

τοὔνομα· illaque loci huius emendatio dudum est quod in mentem mihi venerit. Ut MSS. habent, sic et *Kuehnius*.

ὡς ἔχει μέν τινα] Leg. ex C. V. ὡς ἔχοι μέν τινα etc. *Interpr. ut habeat quandam huius nominis abstractionem*, male. *ut habeamus quandam huius nominis auctoritatem*, ad quam provocare et reverti possimus. quid ἀποστροφή, Auctor satis declarat cap. 23. huius libri: οὐ γὰρ ἄχθομαι, inquit ibi, τὰ συνήθη τῶν ὀνομάτων, κἂν παρά τινι τῶν ἧττον κεκριμένων εὕρω, παράγων εἰς χρῆσιν, ἐπειδὰν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα ἀποστροφήν, *vulgaria enim vocabula, quamvis eadem apud quendam non adeo probatum Auctorem invenerim, adhibere usuique tradere nullus gravor, siquidem habuero Auctorem, ad quem confugiam. Salm.* ὃς ἔχει. Kuehn.

ὡς ἔχει μέν τινα] MS. ὡς ἔχοιμέν τινα etc. optime. et ita certe scribendum est: *ut aliquod perfugium huic nomini habeamus*, si quis eo utentes reprehendat. vulgata ἔχει certe sensu carent, non et mendo. Ut restitui, ita et infra loquitur segm. 88. ἐπειδ᾽ ἂν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα ἀποστροφήν. Iung.

61.

περὶ δικαστικῶν σκευῶν.] C. A. δικαστικὰ σκεύη, *instrumentum iudiciale. Salm.* delet etiam vulgatum titulum. Kuehn.

περὶ δικαστικῶν σκευῶν.] Capitis huius titulus in MS. δικαστοῦ σκεύη. Iung.

δικάζειν μὲν οὖν etc.] C. A. δικάζειν μὲν, ὁπόταν δ. σ. ἀ. εἰ. δ. κ. Kuehn.

* προχούδιον] Ita hic MS. quoque. infra vero segm. 70. itidem utrobique προχοΐδιον Seb.

* προχούδιον] C. A. προχοΐδιον. C. V. et *Vales.* omissa diaeresi προχοίδιον, quod nolim. vid. segm. 67. Kuehn.

* προχούδιον] MS. noster προχοίδιον. Non dubito quin scribendum sit προχοΐδιον, sicut et supra fuit VI, 14. et 92. et infra est segm. 67. in MS. et ibid. iterum, et apud *Hesychium*, nec curo quod et apud *Etymologicographum* προχεύδιον legatur in λήκυθος. MS. nostri auctoritas et aliorum locorum potior esse debet. Iung.

* προχούδιον] In Codice *Falckenburgiano* προχύδιον, ut προχύτης ab antiquo χύω· maluero tamen προχοΐδιον cum MSS. et *Kuehnio*: vid. ad segm. 46.

καὶ δίσκοι, etc.] Absunt coniunctiones a C. A. *Salmas.* ex Veteri Codice καιδίσκοι, *forte*, inquit, καδδίσκοι. Kuehn.

καὶ δίσκοι] De δίσκοις quid statuendum sit in dubio haeret animus. sanequam eruditissimus *Iungermannus* se, quem in iudiciis habuerint usum, nescire fatetur. hic tamen reti-

nendos existimo, haberique malim MSS. fidem, quam doctissimorum hominum coniecturis, qui legant *καδίσκοι*. non autem differre *δίσκους* putem a *ψήφοις*, quorum varia fuere nomina, *χοιρίναι*, *σπόνδυλοι*, ut enumeravit *Auctor* noster VIII, 16. non alia ratione et *δίσκοι* appellari potuerunt. *Hesychius* exponit *Δίσκους*. *λίθους στρογγύλους*· quae prima est atque praecipua vocis illius significatio, unde demum translata est ad illud ludi genus, quod iactatis lapidibus, seu discis exercebatur. non tamen dissimulare velim, haud certis me rationibus id assequi, sed sola ductum probabili coniectura, ut si quis magis apposita de discis iudicialibus promere valeat, pedibus me lubentissime in eius sententiam iturum profitear. sanequam non ullus alicuius auctoris occurrit memoriae locus, qui sic usurpaverit, neque temporis articulo urgente inquirere licet. videbunt alii. Hoc mihi tamen homini non satis illarum rerum perito obscurius est, quid *ἧλος*, quem dixerit *ἡλίσκον* in Heroïbus *Aristophanes*, in Attico foro fuerit. de clavo pangendo apud Romanos probe teneo; id tamen nihil ad hunc rhombum. expectandus igitur, qui hoc enunclect, et ipsum porro *Pollucis* intricatum locum.

καὶ ἡλ. ἐπικρούειν κλ.] MS. *καὶ ἡλίσκος ἐπικρούειν τὴν κλ.* sine commate *ἡλίσκος*· qui nimirum huic usui, si recte capio, destinatus erat *εἰς τὸ ἐπικρούειν τὴν κλεψύδραν*. Iung.

καὶ ἡλίσκον etc.] Iterum *καὶ* abest, ut et *κέκληκεν* et *οὕτω*. Kuehn.

οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] MS. *οὐ γὰρ τὰ Ἀττ.* Seb.

οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] C. A. *καὶ γὰρ τὰ Ἀττικά.* C. V. et MS. *Vales.* omisso *οὕτω* legit, *οὐ γὰρ τὰ Ἀττικά*· prius malim. Tum MSS. non habent haec verba *καὶ δίσκοι*. Kuehn.

οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] MS. *κεκλ. οὐ γὰρ τὰ Ἀττικὰ, κῆμοι, καὶ καδίσκοι, καὶ ἐχ.* et *καὶ δίσκοι* sane antea statim fuit, nec repetere, credo, opus. Sed ista *οὐ γὰρ τὰ Ἀττικὰ*, quae et MS. *Seberi* habet ita, non capio. nec vulgata integra videntur. vel certe aliter legenda sunt. Possit loco corruptela inde accidisse, ob male omissam a librariis vel imperito epitomatore *χρῆσιν Aristophaneam*, quam *Pollucem* inseruisse vero simile est. Scribendum alias pro *κῆμοι*, quod et in MS. potius *κημοὶ*, monente *Sebero* nostro etiam, ut supra VIII, 16. eadem haec coniunguntur, *κημὸς*, *καδίσκος*, *ἐχῖνος*. Fateor vero et hoc, quid *δίσκοι*, quod male repetitum dixi in re iudiciaria, me nescire quoque. Cur enim non fatendum est? eo enim docebimur, spero, citius. Iung.

οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] Non mihi dubium est, quin MSS. Codices error librariorum hic commacularit: nullus enim, aut certe ineptus et alienus a *Pollucis* re proposita sensus exoritur e lectione, quam illi continent: commoda vero vulgata, ut plane respondeant *Auctoris* nostri menti: *sic enim Atticae voces*: nam recensuit eiusmodi vocabula, quae litium iudiciorumque instrumenta a quibuscunque usurpata populis denotarent; hic autem, quae Attico sint foro propria, quod equidem non iniuria possis adfirmare de *κημοῖς*, *καδίσκοις* et *ἐχίνοις*, quorum omnium plurima mentio est in antiquorum rhetorum scriptis. *κημοὶ* accentu malo fuit ante nos insignitum: tum sequebatur in vulgatis *καὶ δίσκοι*, quod cum MSS. hic genuinum non habemus, etsi supra calculo nostro voculas istas confirmaverimus, quae, si velis hic repetere, otiosae sunt: eiiciendas itaque curavi. *Καδίσκους* debere scribi potius ad lib. VIII. notavi, et, ne mihimet ipsi pugnarem, hic etiam restitui. qui sint *ἐχῖνοι*, et quam varius illorum usus apud Athenienses, alibi larga manu impertiam. *κιβώτια γραμματοφόρα* non sunt ab echinis diversa. et in istis enim scripta iudicialia fuere reposita.

κῆμοι] *κημοί*. Seb.

καὶ καδδίσκοι] C. V. *καδίσκοι*. Kuehn.

καὶ γραμματεῖα] Absunt coniunctiones a C. A. et caput desinit in *κληρωτήριον*. Kuehn.

καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] MS. *κάλαμοι γραφῆς*. Seb.

καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] C. V. *καὶ* medium non agnoscit: *Salmas*. *γραμματοφόρους*, et tum, *καὶ κάλαμοι γραφεῖς*. Kuehn.

καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] MS. noster *καὶ κάλαμοι γραφεῖς, καὶ κλ.* MS. *Seberi κάλαμοι γραφῆς*. Ego sane hic iterum haereo, et tricas mihi quaero, ut in iudicio solet. an *γραφεῖα*? an *γραφίς*? Sed libet facessere hinc. De *κληρωτηρίῳ* loco habuisti supra IX, 44. Iung.

καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] Utrasque voces opportune coniungunt MSS. quos sequutus sum: *κάλαμος γραφεὺς*, *calamus scriptorius*; nec alio modo locum sollicitandum existimem. fuerit autem fortean, cui magis arridebit edita lectio, aut qui cum *Interprete* praetulerit *γραφεῖα*· ad me tamen quod attinet, ita sum MSS. lectioni addictus, ubi pro ea militat quoquo modo ratio, ut prae hac cetera quaecunque despiciam. *Κληρωτήρια* leguntur in *Aristophanis Ecclesiazusis*: *Τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις;* ubi *Commentator* antiquus

et *Suidas*, me iudice, locum sinistre de κληρωτικαῖς ἀρχαῖς, seu *sortitis magistratibus* exponunt, cum capi debeat de vasculis, in quae sortes coniiciuntur, aut certe de loco, quo κληρωταὶ conveniunt: ea vero de notione, ubi κληρωτήριον usurpetur pro tabulis publicis, e *Foedere Smyrnaeo* adnotavi ad libr. IX, 44. Capitis autem huius extrema politiora fecit MSS. fides: ante nos: ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου ἂν ἁρμόσειεν.

ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἁρμόσειεν.] C. V. τοῦ ἀγγείου ἂν ἐναρμόσειεν· *quadraret etiam de vase sortilegiis adhibito dictum. Valesius* MS. εὐαρμόσειεν. Kuehn.

ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἁρμόσειεν.] MS. plenius: τοῦ ἀγγείου ἂν ἐναρμόσειεν. Iung.

62.

περὶ τῶν ἐν τῷ γ. etc.] Vid. supra libro tertio extr. Seb.

περὶ τῶν ἐν τῷ γ. etc.] C. A. non habet titulum. Kuehn.

περὶ τῶν ἐν τῷ γ. etc.] Capitis huius titulus in MS. hic: περὶ τῶν ἐν γυμνασίῳ. Iung.

ἐπὶ δὲ γυμνάσιον etc.] MS. ἐ. δ. γυμνασίων ἐντ. τραπομένων. Seb.

ἐπὶ δὲ γυμνάσιον etc.] C. A. ἐπὶ δὲ γυμνασίων ἐντεῦθεν τραπομένων· C. V. πραττομένων· *Salmas.* legit τραπομένῳ· *ad Gymnasium dein se convertentibus esto ampulla olearia.* Kuehn.

ἐπὶ δὲ γυμνάσιον etc.] MS. γυμνάσιον· sed quod quis corrigere voluit: dein MS. ἐντ. πραττομένων, et supra πρ scriptum τ, ut facile credam quem voluisse corrigere eo modo, quo in *Seberi* MS. fuisse ex eius Notis disco: ἐπὶ δὲ γυμνασίων ἐντ. τραπομένων· eaque placet fere magis, modo γυμνάσιον retineamus. Iung.

ἐπὶ δὲ γ. ἐντ. τραπομένου] τραπομένων habuisse Codices antiquos apparet, quod inde πραττομένων in nostris MSS. corruptum existat. ita textus habet, quantumvis τραπομένῳ δὲ ἐπὶ τὸ πίνειν caput XIX. incipiat.

* *ἐλεκρατὶς ἔστω.*] MS. ἐλεκράτις. Lego: λήκυθος ἐλαιηρά τις ἔ. sicut ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις VI, 103. et segm. 92. *Anthol.* VII. Epigramm. 88. ἐλαιηρὰ δρόσος ipsius olei periphr. est. De oleo autem ad gymnasia vide quae diffuse *Petr. Faber* e *Galeno* et aliis lib. III. *Agonist.* scribit. Seb.

Lecythus olearia] Ampulla olearia. Seb.

* *ἐλεκρατὶς ἔστω.*] Pro ἐλεκρατὶς ἔστω C. V. ἐλαιηράτις, qua voce divisa fit ἐλαιηρά τις, et ita iam ante ex *Scholiis Aristophanis* legebam, quae dicunt lecythos esse ἐλαιοδόχα ἀγγεῖα· ita ἰχθυηρὸν, οἰνηρὸν, μυρηρὸν σκεῦος dicitur vas,

quo pisces, vinum, unguentum continentur. pro ἔστω C. A. ἐστὶν. *Salm.* ἐλιηρὰ legendum iubet, et putat adhibitum pro ἐλαιηρά. *Vales.* et MS. *Strauchii* nobiscum sunt. Kuehn.

* ἐλεκρατὶς ἔστω.] MS. ἐλεκράτις ἐστὶν, ἡ etc. Istud vocabulum nescio quomodo quis reconcinnare voluit: mihi certe in mentem venit ἐλαιηρὰ, quum κ in medio similiter ac η in nostro MS. scribatur. Et λήκυθος ἐλαιηρά τις, ut *Seberus* noster emendavit, prorsus adprobo, veramque lectionem arbitror. Iung.

* ἐλεκρατὶς] Facili negotio locum illum in integrum restituimus, quippe qui nulli dubitemus cum *Interpretibus* nostris, quin legendum sit ἐλαιηρά τις, haud alia ratione, quam qua legitur VI, 103. ἡ μέν τοι ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις etc. ubi *Kuehnius* etiam corrigendum hunc locum admonuit. ipsissimis illis literis hanc lectionem adnotavit in ora libri sui *Falckenburgius*, seu quod ita legendum duxerit, seu quod ita repererit in MS. Codice. Veteres autem plerique *Grammatici* oleo adservando destinatum hoc vasculi genus fuisse docent, quam ob causam ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον exponit antiquus *Homeri Commentator* ad *Odyss.* VII. Vitreum fuit; sic enim *Hesychius*: Λήκυθος, μυροθήκη, καὶ βήσιον ὑάλινον· quod male sollicitant. auriculis autem, quibus potuerit apprehendi, caruit. ipsum vero vasculum tumidum et ventruosum desinebat in angustias colli, sicuti βομβύλια· qua utraque de re certiorem me fecerunt in *Aristophanis Acharnenses Scholia*: et propter istum eius vasculi tumorem facetissime *Comicus* finxit vocem κομπολάκυθος de homine inflato spirituumque pleno. λήκυθον appellare solebant Byzantii et Cyprii ὄλπην, teste *Clitarcho* apud *Athen.* lib. XI. ubi de πελίκαις, quem ibi divine restituit praestantissimus *Casaubonus*. sic etiam *Commentator* antiquus ad *Theocriti* Eid. II. notavit: Καὶ παρ' ἡμῖν ἐκίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν· ubi ostendit etiam ὄλπην proprie dici τὴν δερματίνην λήκυθον, δι' ἧς ἐστὶν ὀπτήσασθαι τὸ ἔλαιον· quod de origine vocis sicut ineptum, sic alterum e corio frequentissime saltim τὴν ὄλπην constitisse verum est, ut apud Romanos *Scortea*, *Isid. Orig.* lib. XX. c. 7. Est et in Rabbinorum scriptis Chaldaeaque lingua vocabulum אלוחית, unde nonnemo derivandum putabat nomen λήκυθος· non prorsus adprobo; videtur enim illa vox proprie tabulam aliquam seu patinam planam designare, ut in Aethiopica lingua, unde emanavit, usurpari consuevit. ponitur itaque pro Graeca voce πίναξ ab *Interprete Aethiope Matth.* XIV. v. 8. et *Luc.* XI. v. 54. diffiteri tamen nequeo

pro olearia ampulla scripsisse *Chaldaeum Interpretem* 1 *Reg.* XVII. v. 14. Sed de talibus equidem nihil quicquam me dicturum promiseram. ληκύθιον, quod in *Auctore* nostro sequitur, corrupte ληκύνθιον scribitur in *Apophthegmatibus Macarii*, ubi foedissimis fabulis, quarum segetem plenam a primis Christiani cultus temporibus paulo remotior aetas tulit, egregia viri sanctimonia conspurcatur. referunt enim beatissimum hominem conspexisse daemonem, qui visus sit ipsi ὡς στιχάριον φορῶν λινοῦν τρώγλωτον, καὶ κατὰ τρυμαλιὰν ἐκρέματο ληκύνθιον· iterumque mox: καὶ ἵνα τί σοι τὰ ληκύνθια ταῦτα· ad quae respondet malus ille genius: γεύματα ἀποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς· ut itaque non oleum in lecythio reconditum gesserit, sed cibos. utrobique maluero legas ληκύθιον, eademque ratione restituendum, si sic et alibi in posterioris aetatis scriptoribus occurrerit; non enim raro memini corruptum offendisse. Videas tamen et *Suidam* de ληκυθίῳ, qui istum Auctoris alicuius adducit locum: εἶχε δὲ καὶ ἐν τῇ ζώνῃ ληκύθιον παρηρτημένον, ἐν ᾧ τὸ φάρμακον ἦν τὸ θανάσιμον· unde saepissime veteres ad vestem, vel ad zonam adpensam habuisse lecythum constat, quod illa etiam de *Macario* comprobabant. Neque tantum oleum aut cibos in ληκύθοις repositos habebant, sed et argentum, ut ostendit *Harpocratio* in Αὐτολήκυθος· καὶ γὰρ εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύριον· idque demum auctoritate *Diphili* in Ἀποβάτῃ, ut eximie locum restituit *Maussacus*, comprobat. et ibi alia etiam de ληκύθοις, quae iam repetere non licet. Sed dudum nimis in his haereo.

καὶ στλεγγίδες· καὶ ξυστίδας etc.] Sic et MS. *Henricus Stephanus*, *sunt*, inquit, *quibus reponendum videatur* ξυστρὶς, *quod apud Hesych. legitur*. Nam ξυστὶς plerumque significat vestem crocei coloris, quam aurigae in pompa gestare solebant. e *Suid.* et *Schol. Aristoph.* fol. 65. sed ubi ante: ξύστιδα προπαροξυντέον. Pro veste supra extat VII, 49. ubi tamen contra illam distinctionem in MS. ξυστρίς. Seb.

καὶ στλεγγίδες· καὶ ξυστίδας etc.] C. A. iterum coniunctiones omittit, et δὲ post ξυστίδας. C. V. στελγίδες. *Salm.* στεγγίδες male. Kuehn.

καὶ στλεγγίδες· καὶ ξυστίδας etc.] MS. καὶ στελγίδες· καὶ ξυστίδες· quod ultimum tamen emendavit quis suprascripto ας in syllaba ultima. fuere autem στελγίδες non tam cito mutandae, quamvis supra στλεγγίδα habuerimus III, 154. et IV, 120. Et alterum enim dicebant. *Hesychius*: Στέλγει, ξύστρα· (*an* ξύστρᾳ?) Στελγὶς, ξυστρίς· vide et *Suidam* in στελγίδες.

et *Etymologicon τὸ μέγα*· et apud *Artemidorum* lib. I. c. 66. ubi *στεργίδες, καὶ ξύστραι* etc. emenda *στελγίδες*, quod et admonuit ibi *Rigaltius*. IUNG.

καὶ στλεγγίδες·] Saepius id vocabuli in *Polluce* nostro offendis, ut, ad hoc si respiciendum sit, non merito repudiari possit hoc loco. MSS. tamen *στελγίδες*, quam scripturam inconsiderate, qui non intelligebant, mutarunt. restituimus igitur. in fragmine quodam veteris *Glossarii*: *Στελγὶς, στλεγγὶς, ξύστρα*· iunguntur autem hic apte *ταῖς ληκύθοις*· similiter ex *Timaeo Aelian.* H. V. XII, 29. de Acragantinorum splendida luxuria: *λέγει δὲ Τίμαιος καὶ ὅτι ἀργυραῖς ληκύθοις καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο, καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχον ὅλας*· ad quae praestantissimi Commentatores talia similia ex *Athenaeo* et *Diodoro Siculo* adnotant. pari ratione *Apuleius* in *Floridis ampullam* et *strigilem* in balneaticis utensilibus coniunxit: *Ampullam et strigilem ceteraque balnei utensilia nundinis mercari*: quem ego locum acceptum refero viro sagacissimo *Iano Guilhelmo Quaest.* in *Pers. Plauti* c. 1. ad haec *Plautina*:

Cynicam esse gentem oportet parasitum probe,
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium
Marsupium habeat:

quae quidem sic legenda eximio viro plane consentio. *Hesychius* habet *Ξυστρολήκυθον* vocibus utrisque compositis, vas quo se loturi uterentur.

ἔν τε γὰρ ταῖς Ἐπιχ. N.] Absunt a C. A. usque ad *λήκυθον*. KUEHN.

εὕρηται] MS. *εἴρηται* pro *εὕρηται*. IUNG.

καὶ Δίφιλος ἐν Κιθ.] *Diphili* locum ita legit C. V. *Δίφιλος ἐν Κιθαρῳδῷ ἀνδρὶ εἴρηκεν*· *λήκυθον ξύστιν ἔχεις; ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν* leg. *λήκυθον ξύστιδ' ἔχεις* etc. post *Δίφιλος, ποῦ* inserit *Vales.* MS. qui et pro *λήκυθον* leg. *ξύστραν*. KUEHN.

καὶ Δίφιλος ἐν Κιθ.] MS. *Δίφιλός που ἐν Κιθαρῳδῷ ἀνδρὶ εἴρηκεν*· *λήκυθον ξύστιν ἔχεις, ἐγώ τε καὶ ξύστραν*· et pro illo *ξύστραν* ab eadem manu ad oram *λήκυθον*. Quae mihi indicasse sufficit, ut alii excutiant. IUNG.

Δίφιλος ἐν Κιθ.] Facilius huius loci vitia et maculas perspicimus quam tollimus: integrum lubet apponere locum, ut editus fuit ante nos: *καὶ Δίφιλος ἐν Κιθαρῳδῷ, Ἀνδρὶ ἔοικε λήκυθον ξύστιδ' ἔχων, ἐγὼ δὲ καὶ λήκυθον*· quae, cum sententia commoda careant, refecimus e MSS. quamvis et illorum lectio non satis aperta. particulam *ποῦ*, quam inseruimus post *Δίφιλος*, usurpare solet frequenter *Pollux*, si

quid memoriter adducat; quod ipsum tamen, ut alibi saepe invenimus, et huic *Comici* loco obesse potuit, ut non pervenerit ad nos integrior. porro *Diphilum* illam fabulam hoc titulo insignivisse *Κιθαρῳδὸς ἀνήρ*, non difficile fuerit ex his *Pollucis* nostri colligere; Grammatici tamen, et ipse alibi *Pollux* noster *Κιθαρῳδὸν* tantum appellare solent. *Κιθαρῳδὸς ἀνὴρ* autem, ut in Tabulis Nostri Foederis *ἄνδρες ἀδελφοί*, saepissime vero in *Actis Apostolorum*. prorsus eodem modo *Aelianus* de *Animalibus* XIV, 16. *ἄνδρες κυνηγέται*, et *ὑλουργοὶ ἄνδρες*, alibique *ἄνδρες ἁλιεῖς*. neque ipsum *Demosthenem* id loquendi genus refugisse scio. ad *Comici* vero locum quod attinet, sic restituendum duxi, ut in MSS. legebatur, eorumque, me iudice, hic est sensus: *lecythum, radulam habes, ego vero et strigile*: ut itaque discrepasse videamus *ξύστιν* et *ξύστραν*. prior enim eadem quae *στελγὶς*, a qua *ξύστρα* fuisse paululum diversa videtur. sanequam et *Artemidor. Oneirocr.* lib. I. cap. 66. *στελγίδας*, ut emendavit *Rigaltius*, et *ξύστρας*, tanquam instrumenta dissimilia separatim ponit.

καὶ αὐτοληκ. τινὰς Δημοσθένης.] Fol. 729. Seb.

καὶ αὐτοληκ. τινὰς Δημοσθ.] C. V. *κ. α. δέ τινας.* consentit C. A. nisi quod omittat *καί· αὐτολήκυθοι* sunt pauperes, qui non habent servum, qui ipsis ad balnea deferat ampullam oleariam, sed ipsi eam gerentes eunt lavatum, *αὐτοδιάκονοι*. Kuehn.

καὶ αὐτοληκ. τινὰς Δημοσθ.] MS. *καὶ αὐτολ. δέ τινας* etc. plenius. Locus Oratoris est *ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος, αἰκίας*, paulo longius ab initio: *καὶ ἐρεῖν ὡς εἰσὶν ἐν τῇ πόλει πολλοὶ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν υἱεῖς, οἳ παίζοντες οἷα ἄνθρωποι νέοι, σφίσιν αὐτοῖς ἐπωνυμίας πεποίηνται, καὶ καλοῦσι τοὺς μὲν ἰθυφάλλους, τοὺς δὲ αὐτοληκύθους.* etc. Et mox: *ἰθυφάλλοις δὲ καὶ αὐτοληκύθοις συγχωροῦμεν εἶναι τοῖς υἱέσι τοῖς τούτου.* Iungerm.

καὶ αὐτολ. τινὰς Δ.] *καὶ αὐτοληκύθους δέ τινας.* sic bene MSS. additum enim *δὲ* sensum melius perficit. De *αὐτοληκύθοις Demosthenis Harpocratio* pluribus agit; videndus et *Suidas* et *Hesychius*: cui non dictus *Hylas?* ad *Harpocrationum* vero adeundus *Maussacus*, cuius acutissimi viri *Lectionem* libros, ad quos creberrime nos remittit, periisse merito dolemus. ubi melior se dederit locus, alibi hac de voce dicam; nunc enim non vacat.

Κόνωνος] C. A. in *Κόνωνος* finit hoc caput. Kuehn.

ὃ σαφέστερον] C. V. οὖς pro ὅ. *Vales.* MS. pro ὃ leg. οἷς. Kuehn.

ὃ σαφέστερον] Scribe, ut in MS. nostro est: οὓς σαφέστερον etc. Iung.

ὃ σαφέστερον ἄν τις] οὓς rescripsimus e MSS. *Antiphanis Athamantem* titulum tragoediis acceptum referre nemo dubitabit. ea de re dixi saepe. tum λέγοιεν refingendum erat pro vulgato λέγειεν, cui et *Falckenburgii* Codex adstipulatur. In verbis autem *Antiphanis* admodum arrisit *Kuehnii* nostri coniectura reponentis ξυνακόλουθον, quamvis nec abiicere queam *Salmasii* ἀξυνακόλουθος. stare tamen et vulgata possit, quam ego retinui cum *Iungermanno*, ea tamen conditione, ut libero lectoris arbitrio nihil quicquam detractum velim. Ex istis autem *Antiphanis* liquide patere opinor αὐτολήκυθον hominem dici istius conditionis, ut servo uti nequeat, aut nolit, seu pauperiei causa, seu avaritiae ad portandam lecythum ad balneum vel ad palaestram: a qua notione propria, quam confirmat *Hesychius*, ad plurimas alias transferri potuit haec vox. ξηρὸς autem *hominem deparcum* significat; et sic in *Aristophane* legisse memoriae succurrit.

λέγειεν] C. V. λέγοι. *Vales.* MS. λέγοιεν. tum in *Antiphanis* verbis pro ξυνακόλουθος legerem ξυνακόλουθον·

> χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων ξυνακόλουθον,
> ξηρὸς, αὐτολήκυθος. —
> *chlamydemque et hastam loco comitis habens,*
> *aridus, ipse ferens lecythum.* —

Descriptio militis videtur esse, quem etiam *Plautus* in *Mercatore* sistit instructum *chlamyde, machaera, zona et ampulla. Salmasius* ἀξυνακόλουθος. Kuehn.

λέγειεν] MS. λέγοιεν. et ita emendandum est. et quis enim λέγειεν unquam dixit? *Antiphanis* versus ita concipiendos puto:

> — χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων,
> ξυνακόλουθος, ξηρὸς αὐτολήκυθος.

Sed potius ἀξυνακόλουθος emenda cum *Salmasio* nostro, qui sententiam manifeste ait ostendere ita reponi debere: *esse enim qui comites non habet.* Iung.

63.

περὶ τῶν ἐν τῷ β. σκ.] C. A. περὶ τῶν ἐν βαλανείῳ. nec *Salmasius* habuit titulum vulgarem in suo Codice. Kuehn.

περὶ τῶν ἐν τῷ β. σκ.] Caput hoc in MS. praecedenti adnectitur sine titulo. Iung.

καὶ μέν τοι τῶν ἐν τῷ β.] MS. ἐν αὐτῷ τῷ. Seb.

καὶ μέν τοι τῶν ἐν τῷ β.] C. A. καὶ μέν τοι τῶν ἐν αὐτῷ βαλανείῳ etc. Ἀριστοφάνης μὲν etc. *Salmas.* καὶ μὲν τὰ τῶν etc. Kuehn.

καὶ μέν τοι τῶν ἐν τῷ β.] MS. noster, ut *Seberi*, ἐν αὐτῷ τῷ βαλ. Iung.

καὶ μέν τοι τῶν μὲν ἐν τῷ β.] Interserui de MSS. αὐτῷ, quod commodum videretur. De ἀρυβάλλῳ, cuius vocis significationes sunt variae, tetigi supra libr. VII. Ab *Hesychio* Καιάχυτλον exponitur τὸ βαλανευτικὸν σκάφιον. *Aristophanis* ita vertendus videtur locus: *Balnearius autem pulsat haustris.* ὠθεῖν τινὰ, *pulsare aliquem, et verberibus accipere,* loquendi modus non obscurus, nec infrequens, quem adhibuisse *Lucianum* aliosque scio. Ἀρύταινα vero *haustrum.* id nominis reponi volebat Eruditissimus *Reinesius* in *Isidori Glossis* horum loco: *Abartenum inhonestum*, tali ratione, *Arytaena, id est, haustrum*: quamvis id quidem ego non probem, ut alibi docebo. vide tamen eum *Var. Lect.* lib. II. c. 14. ubi et ἀρυβάλλου meminit.

ἀρύταινα, ἀρύβ.] Ista ἀρύταιναν et ἀρύβαλλον quoque supra VII, 166. habes, quodque *Aristophanes* ea dixerit. *Ulpianus* libr. XXV. *argumento.* §. mundus. *Mundus,* ait, *mulieris est, quo mulier mundior sit. Continentur eo specula, matulae,* caetera. Ad illud ultimum ita *Cuiacius* X. Observ. 17. *Matula quoque est in argento balneari,* ἀρύταινα *Polluci, et Glossis, ampulla olearia.* Sed tu de ἀρυταίνᾳ, ἀρυστῆρι etc. cognatis origine vocibus, et eorum usu omnino *Casaubonum* adi ad istud *Theophrasti*, καὶ βάψας ἀρύταιναν, cap. extremo character. περὶ ἀναισχυντίας. Iung.

βαλανεὺς δ' ὠθεῖ] *Interpr. cubicularius impellit cyathis.* malim, *balnearius proturbat haustris, ahenis ad hauriendum destinatis.* vid. *Casaub.* in c. 9. *Theophr.* de *Charact.* Kuehn.

αὖ πάλιν] *Equ.* fol. 248. *Scholiast.* ἀρύβαλλος, πλεκτόν τι βαλλάντιον, ὅπερ ἑλκόμενον κλείεται καὶ ἀνοίγεται, παρὰ τὸ ἀρύειν καὶ βάλλειν. Et fol. praec. ἀρύταινα, χαλκοῦν σκεῦος, ᾧ τὸ ἔλαιον ἐγχέουσιν εἰς λύχνους. Seb.

αὖ πάλιν] Ex Equitibus indicavit esse *Amicus* noster. Is tamen potius de poculo vinario, quam vase balneatorio accipiendus est, ut etiam accepit *Athenaeus* in fragmento

libri XI. quod edidit XI. *Animadv.* 4. *Casaubonus*: Ἀρύβαλλος, ait *Athenaeus*, ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον, ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ σύσπαστα βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους καλοῦσιν. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν· καταοπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν. Iung.

καταοπένδειν] C. A. καταψεύδειν. male. vulgatum retinetur in *Equitibus Aristophanis*: deinde caput perfundere situla. Kuehn.

Εὔπολις] C. V. Εὐπόλιδος. pro Χρυσογένει leg. Χρυσῷ γένει, *in aureo seculo*, vel *aurei seculi genere*; non, ut *Interpr. Chrysogene*, et ita, ut legimus, clare extat in C. A. lib. X. c. 51. pro χρυσογένεσιν. Kuehn.

Εὔπολις] MS. Εὐπόλιδος δὲ ἐν Χρυσογένει. et bene, ni fallor, Εὐπόλιδος, scilicet εἰπόντος. referunt enim certe haec se ad id, quod dixit modo Ἀριστοφάνους μὲν εἰπόντος. De fabulae titulo, qui in libris variat, adeo ut de duplici comoedia suspicere, modo Χρυσογένει, modo Χρυσῷ γένει, *Casaubonus* noster IX. *Athen.* 17. Iung.

Εὔπολις δὲ Χρυσογένει] Integram Codicis *Palatini*, cujus egregiam fidem merito suspicimus, lectionem in textu reposui. De *Eupolideae* fabulae titulo recordor monuisse IX, 26. ubi pariter ac hic corruptus erat vulgo. sic, ut apud *Pollucem* dedimus ubique, emendandum etiam in *Harpocratione* voce Σιπύα. *Etymologi* locum ibi tum adduxi, legendumque docui pro Χρυσογένει, Χρυσῷ γένει, quod confirmatius reddit *Suidas*, apud quem in ἀπόπατος Χρυσογένει. scilicet et hic Χρυσῷ γένει reponere ratio suadet. porro in verbis *Eupolidis* ab *Etymologo* citatis ἐκεῖνος ex *Suida* scribendum potius quam ἐκεῖνα. Reperitur autem intactus fabulae titulus apud *Aristophanis antiquum Commentatorem* ad *Vespas* pag. 496. Σκίῤῥον τὸ ῥυπῶδες ἐπὶ τῶν τυρῶν, ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει. et ad *Aves* pag. 544. ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει· τί σοφῶν, ὦ ῥαψῳδέ. Non discrepat a nobis *Thom. Reinesius* Vir doctissimus *Var. Lect.* libr. III. cap. 3. qui praeeuntem habuit principem in his literis virum *Is. Casaubonum* ad *Athenaeum*. Illa tamen varietas scripturae perpetua homines doctissimos induxit, ut *Chrysogenem* aliquem servum, a quo titulus iste sit derivatus, excogitarint, cum tamen argumentum fabulae aptissimum sit χρυσοῦν γένος, *aetas aurea*. in ista haesit opinione *Meursius* in *Attica Bibl.* qui et ubicunque nos praetulimus Χρυσοῦν γένος, restitutum it Χρυσογένη. sed hac quidem in re virum diligentissimum egregie fefellit ratio, et quibus hoc adstruere optat, debilia

sunt eius argumenta. nam ad *Pollucis* nostri locum quod attinet X. c. 51. ubi legitur in vulgatis Χρυσογένεσιν, MSS. restituendum docent Χρυσῷ γένει. In *Etymologo* vero cum reficere conetur Χρυσογένει α, et inde *Chrysogenem* primum fabricari, refellitur a *Suida*, qui α illud plane non adgnoscit, et nostram emendationem anteferendam persuadet. In *Prisciani* porro, quem adfert, loco, cur non mavelis pro χρυσὸς γένος, facilius et expeditius reponere χρυσοῦν γένος quam Χρυσογένης? cetera scriptorum apud *Meursium* loca ita sunt emaculanda, ut ratio MSSque auctoritas iubent. In ipsa *Comici* χρήσει admodum arrisit *Kuehnii* coniectura καταχύτλου, etiamsi nec alterum abiiciam.

κατάχυτλον] C. A. καταχύτλην· leg. καταχύτλου τὴν ῥ. Ἔ. *bone Iupiter nasiternae nasum habes*, vel, si vulgata lectio retineatur, denotatur nasus catharris obnoxius, et oppilatus adeo, ut nihil olfaciat. *Salm.* etiam καταχύτλου. Kuehn.

κατάχυτλον] MS. καταχύτλον τὴν ῥῖνα Ἔ. sed κατάχυτλον emendatum, ut etiam segmenti huius initio MS. habuit. Male editi antea κατὰ χύτλον· quod et *H. Steph.* in suo Codice correxerat. mutuatur hinc quaedam *Rhodig.* XXX. Ant. Lect. 20. *Eupolidis* versum ita scribi debere vero, ἀλλ' ὦ φίλε Ζεῦ καταχύτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις, nos admonuit *Salmasius* noster. Iung.

Ταξιάρχοις] C. A. Ταξιάρχαις, a Ταξιάρχης· vulgatum est a Ταξίαρχος. Kuehn.

ὅς τις πύελ. ἥκεις ἔχων] C. A. ὤκεις ἔχων καὶ χαλκεῖον· addit C. V. ὥσπερ λεχῶ στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας. *Vales.* ω. λεχώ, etc. versus ita constituerem:

ὅστις πύελον ᾤκεις ἔχων, καὶ χαλκεῖον,
ὥσπερ λεχὼ, στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας.
Alvei qui fueras aheni que incola,
uti puerpera, miles ex Ionia.

Perstringitur miles mollitiei luxuique deditus, quasi in balneis semper habitet et alveis aeneisque instar puerperae, miles non fortis et duris assuetus, sed quasi ex Ionia oriundus. Ionum autem luxus apud omnes scriptores notatur. Ergo *miles ex Ionia* est effoeminatus et exossis, vitamque vivens delicatam. *Salmas.* leg. — ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων, Καὶ χαλκεῖόν, καὶ ἕν τι τῶν λουτηρίων, Ὥσπερ κελεύεις· caeterum verba haec, ἕν τι τῶν λουτηρίων, glossema sapiunt, quo quis explicare voluit in margine, quid hic sit χαλκίον, vel coniungenda sunt cum sequentibus, ut facit C. V. Kuehn.

ὅς τις πύελ. ἥκεις ἔχων] Altera χρῆσις *Eupolidea* vulgo non est integra. MS. ita: ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκεῖον

ὥσπερ λεχὼ στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας. Quae an ita concipienda et legenda:

ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκίον,
ὥσπερ λεχὼ στρατιῶτις ἐξ Ἰωνίας.

Certe χαλκίον legendum vel ea quae sequuntur probant. In iis enim, quum eadem χρήσει *Eupolidis* contineretur, id explicat. Ita enim post haec MS. noster: καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἕν τι τῶν λουτρῶν, ὥσπερ καὶ λέβης, καὶ τρίπους ὁ ἐμπυριβήτης· egregie omnia. tuque prorsus ita restitue, quae in vulgatis mendosissima. quamvis et λουτηρίων vulgatum, id est, λουτήρων, sicut et supra *Noster* docuit segm. 46. et VII, 168. possit locum habere. De tripode empyribete (quamvis hic in MS. erat, ne quid non indicem, ἐνπυριβήτης· sicut et supra IX, 68. ubi notavi) vide supra IX, 68. etc. ubi etiam de lebetibus, et χαλκῷ balneari. Videsis etiam, et si lubet, quae ex *Eustathio* adscripsi. nam et alia tripodum genera fuere, non vero balneis adhibiti, ut empyribetes iste qui dicebatur. Mendam vero in ὥσπερ κελεύεις vulgato dudum odoratus fuit et sagacissimus eruditissimusque *Aristaeneti* editor, pro eo ὥσπερ καὶ λέβης scribendum admonens Notis ad lib. I. Epist. 3. *Aristaeneti*. Iung.

ὅς τις πύελον ἥκεις ἔχων etc.] Magis altera parte pleniorem *Eupolidis* hanc χρῆσιν effecimus e MSS. elegantes sunt illi versiculi, quique nos manu ducunt ad aperiendum fabulae argumentum. titulus a militaribus ταξιάρχοις petitus, quorum est in *Nostro* mentio I, 128. illorum alicuius haec esse verba existimo, quibus militem compellat, seu ex Ionia vere venientem, seu luxu Ionico diffluentem, quod potius credo. Iones autem luxuriae fama perquam fuisse nobiles neminem in literis mediocriter versatum latet, eique rei fidem alias, ubi licebit, faciemus. At enim hoc loco perstringi vitia militis et mollitiem lucide apparet, ut, si ex parte de re tota sit iudicandum, in illam opinionem facile quis incidat, *Comicum* per ministeria ταξιάρχων voluisse notare corruptum et dissolutum rei militaris apud Athenienses aetate sua statum, quod quo potuit elegantiori modo perfici, quam ut varii generis milites coram ordinum ductoribus venirent, ab iisque reprehenderentur? Sed ipsos iam porro *Comici* versiculos, si pote, aliqua luce perfundamus. inducitur miles aliquis ex Ionia, qui πύελον habeat, et χαλκεῖον ὥσπερ λεχὼ, *tanquam puerpera*, quod omne ad declarandam eius mollitiem milite indignam et indecoram facit. quae primum peperit, eamque ob causam lecto adhucdum est affixa, ut bene curetur, solet appellari

λεχώ. *Hesychius*: Λεχὼ, προσφάτως τετοκυῖα. sic *Lycophron* in *Alexandra* v. 185. ἔντοκον λεχώ· et λεχὼ παιδοτρόφος apud *Philen Anim. Hist.* quod etiamsi leve sit et notissimum, eo tamen adnotandum duxi, ut pateret aberrasse viros praestantissimos ad *Callimachi Iovem*, qui in *Hesychio* restituere tentarint λεχωΐς. Ceterum πύελος et χαλκεῖον eximie pertinent ad puerperam. utrumque re quidem vera commemorat *Arrianus* Epict. libr. III. cap. 22. sed nominibus aliis: ἵνα τ' ἄλλα ἀφῶ, δεῖ αὐτὸν κουκκούμιον ἔχειν, ὅπου τὸ θερμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ, ἵν' αὐτὸ λούσῃ εἰς σκάφην, ἐρίδια τεκούσῃ τῇ γυναικὶ, ἔλαιον, κραββάτιον, ποτήριον. Ecce κουκκούμιον et σκάφην, quorum alterum eundem praestat usum ac χαλκεῖον, alterum ac πύελος· sed in istis vertendis insigniter eruditissimus *Wolfius* est lapsus. sic quidem ille: *ut mittam cetera, fornace opus est, ubi puerum calefaciat, ut lavet in alveo*: quae interpretatio nec coelum attingit, nec terram: κουκκούμιον enim est posterioris aevi scriptoribus Graecis, quam *cucumam* Romani appellabant, illaque in *Scholasticis Colloquiis* exponitur θερμοφόρον, quod usum vasculi praecipuum declarat. *Petronius* etiam: *cucumam ingentem foco apposuit*: legitur et in *Cyrilli Gloss.* κούκκουμος. sed in his brevis esse laboro: nihil itaque rei cucumio cum fornace, ubi puerum calefacias, quod ipsum adauget etiam erroris primi gravissimam ignorantiam; sic enim omnia in Latinum sermonem transferenda: *ut cetera mittam, decet ipsum cucumam habere, in qua caldam paret puero, ut ipsum abluat in alveum.* Iamque redeamus e diverticulo in viam.

καὶ χαλκίον etc.] C. V. καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἕν τι τῶν λούτρων ὥσπερ καὶ λέβης καὶ τρίπους ὁ ἐνπυριβήτης, leg. ὁ ἐμπυριβήτης. *Homerus Iliad.* ψ. v. 702. C. A. non habet καὶ χαλκίον etc. usque ad πυριβήτης. *Vales.* MS. καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἀντὶ τ. λουτ. ὥ. κ. λ. (*Strauchii* MS. κελέβη) κ. τρίπ. ὁ ἐνπυριβήτης. Kuehn.

καὶ χαλκίον etc.] Pessime hunc locum habuerunt librarii, quorum munere factum, ut eruditi viri haec *Eupolidis* esse duxerint; non solus enim in hoc luto haesit *Interpres.* sed ipsa tamen illa verba ut sint vitiosa, facile se produnt esse a *Polluce*; multo tamen id iam clarius patet, ubi locum e MSS. emaculavimus: χαλκίον, an χαλκεῖον scribas non discrepat: χαλκίον tamen in *Glossis*: *Caldaria*, χαλκίον θερμοῦ· et *Hesychius*: Χαλκίον, μακρὸν τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν· quod prius μακρὸν me male moratur; cogitabam aliquando ad restituendam μάκτραν· quo pacto acune rem tetigerim, arbi-

tretur eruditus lector. quid enim impediat, quo minus et ex aere possit constare magis? pro λουτρῶν vulgo fuit λουτηρίων. illud autem κελεύεις positum esse pro καὶ λέβης vitio descriptoris, doctissimos homines non fefellit: *Canterus* sic emendandum margini libri sui adscripsit. mox edebatur ante nos ὅθεν καὶ πυριβήτης, quam putidam lectionem quis non illa MSS. visa despiciat?

πυριβήτης] Tripodum apud priscos duo genera fuerunt: ἐμπυριβήτης (*Iliad.* ψ, 702.) qui et λουτροχόος, (*Iliad.* Σ, 346.) et is qui dicebatur κρατὴρ, de quo *Homerus Iliad.* I, 122.

ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας.

Athen. lib. II. fol. 37. vid. et lib. IX. fol. 701. ubi ἀκύρωτος et πυριβήτης opponuntur. Seb.

64.

ἐς δ'] Abest a C. A. Kuehn.

ἐΰξέστας] C. A. pro ἐΰξέστας legit ἐξέστας. C. V. εὐξάστας. Kuehn.

ἐΰξέστας] MS. male εὐξάστας, pro quo tamen recte emendatum εὐξέστας. alias versum prorsus habet, ut *Seberus* recte edidit, qui est in extremo Ἰλ. κ. Antea vulgati mutilate habebant, initio ἐς δ' omisso. De ἀσαμίνθῳ et doctiss. *Rigaltius* ad *Artemidor.* lib. I. *Onirocr.* c. 66. Iung.

καί τοι ἔν γε τοῖς Κρ.] Leg. ἔν τε τοῖς Κ. etc. C. A. haec non habet usque ad ἔκπωμα. Kuehn.

καί τοι ἔν γε τοῖς Κρ.] MS. καί τοι ἔν τε τ. Κρ. Iung.

ἀσάμινθον] Supra VI, 97. Seb.

οἱ δ' ἔκπωμα.] C. V. ἔνιοι δὲ ἔκπωμα. Kuehn.

οἱ δ' ἔκπωμα.] MS. νοοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἔκπ. Iung.

οἱ δ' ἔκπωμα.] Melius MSS. ἔνιοι δέ. De ista vero τῆς ἀσαμίνθου notione, qua *Cratinum* usurpasse pro cistella veterum quidam opinabantur, adnotavit etiam *Hesychius*: Ἀσάμινθος, πύελος, ἢ λίθος εἰς βάθος κεκολαμμένος ἔμβασιν, (εἰς ἔμβασιν existimo reponendum) ἢ λέβης μέγας, καὶ πᾶν τὸ κοῖλον, ἢ κίβωτος. meminit et *Eustathius* ad *Homerum*, ipsumque, nisi me fallo, *Cratini* locum protulit. Principis autem poëtae locum advocavit *Etymologici Magni* pater.

τῶν δὲ γυμνασίοις] Referenda haec putes ad cap. praecedens, tametsi hic ordo etiam in MS. qui γυμνασίῳ. Seb.

τῶν δὲ γυμνασίοις] C. V. τῶν δὲ γυμνασίων etc. C. *Salm.* γυμνασίῳ. Kuehn.

τῶν δὲ γυμνασίοις] Pro γυμνασίοις MS. noster γυμνασίων. sed ad vulgatum textum suprascripto οις ultimae syllabae a quodam. rectius *Seberi* MS. γυμνασίῳ. Iung.

σάκτης ἐστὶ, etc.] C. V. *σάκτας*. C. A. dein *μάρσιππος σάκος*, quod et C. V. habet et *Valesius*. Kuehn.

σάκτης ἐστὶ, etc.] MS. *σκευῶν καὶ σάκτας ἐστὶ, καὶ μ.* et emenda ita. supra III, 155. *τὸν δὲ θύλακον τῶν ἀθλητῶν ἢ σάκον, σάκταν καλοῦσι* etc. ubi quaedam dixi. *Aristophanes Pluto* de sacculo simpliciter:

εἴ που πόπανον εἴη τὶ καταλελειμμένον,
ἔπειτα ταῦθ' ἥγιζεν εἰς σάκταν τινά. Iung.

σάκτης] *σάκτας*, quod e MSS. reduximus adposito *καὶ*, habet et *Hesychius*: *Σάκτας, ὁ θύλακος*. in eodemque *σακτὸς* simili notione. *σαγάδης* ab istis non discrepat: *Σαγάδην, τὸν θύλακον, ἄλλοι δὲ σάκταν λέγουσιν ὁδοιπορικὸν θύλακον*· in quo scilicet iter facturi edulia condebant. non haec itaque apud eundem vitii suspicione carent: *Σαΐκτας, θύλακας* (potius *θυλάκους*) *μαρσίππους, ἔνιοι αὐλοθήκας*. quamvis literarum ordo isti scripturae faveat, malim tamen *σάκτας*. nihil enim succurrit, quod lectionem alteram tueatur. *Μαρσίππους ἱματίων* e *Xenophonte Pollux* observavit. saepe *μάρσυππος*, et *μαρσύππιον*, unde Romani *marsupium* effecerunt: vide *Glossas Nomicas*. De *κυνούχῳ* lubet adscribere quae notat *Hesychius*: *Κυνοῦχος, θυλάκιον, βαλλάτιον, ἢ μαρσίππιον*· ubi legendum *βαλλάντιον*. forsitan in *Polluce* sic scribas melius: *καὶ κυνοῦχος εἰς τὸ ὑποδ.*

καὶ σάκκος] MS. *καὶ σάκος* uno *κ*. quod non temere mutandum. et sic et supra habuit III, 155. MS. ut iam modo adscripsi, et notavi eo loci: est in MS. ita et infra segm. 168. Iung.

καὶ κυνοῦχος] Nominatur et supra V, 31. in instrumentis venatoriis. Seb.

καὶ κυνοῦχος] De *κυνούχῳ* vid. *Casaubonum* nostrum ad *Theophr. Charact. περὶ ἀπιστίας*. Iung.

καίτοι καὶ συρία, (*καὶ σύρα*)] Prior. edit. *σύουρα*· mox *καὶ σύρα* insertum e MS. Seb.

καίτοι καὶ συρία, (*καὶ σύρα*)] MSS. *καί που καὶ συρία, καὶ σύρα*. pro *συρία* legerem *σισύρα*. *Scholia Aristoph.* in *Nubes*: *σισύραι*, inquit, *στερεὰ περιβλήματα παχέα ταῖς καλουμέναις ἐμφερῆ σύραις*. additur, fuisse *φαῦλα καὶ μικρὰ περιβλήματα*. Kuehn.

καίτοι καὶ συρία, (*καὶ σύρα*)] MS. noster: *καίπου καὶ συρία, καὶ σύρα ἢ ἄκναπτος, καὶ* etc. et ita prorsus iam locus videtur restituendus: *καὶ σύρα* et *Seberi* MS. habebat. vulgatum *ἢ καπτὸς* nihili est. Supra vero VII, 69. *ἄκναπτον*. *Hesych. Συρία, ἡ παχεῖα χλαῖνα.* Iung.

καίτοι καὶ συρία] Refecimus e MSS. *καίπου*. Iamque saepe est, quod *καί τοι* loco depulerim, restituerimque vadantibus MSS. *καί που*. meminit autem *σύρας Scholiastes Aristophanis* in *Nubes*: *Σισύρας, στερεὰ περιβλήματα παχέα ταῖς καλουμέναις ἐμφερῆ σύραις*. et idem emendandus in *Vespas*, ubi sic de *σισύρᾳ*· *Σισύρα καλεῖται παρὰ μὲν τισιν ἡ βαίτη· ἔστι δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνεῤῥαμμένων προβάτων ἐχόντων τὰ ἔρια· οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασιν χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἁπλοΐδα· τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σισύρναν*· pro *σισύραν*, ni me fallat ratio, scribendum *σύραν*. id enim volebat, *σισύραν* dici et *σύραν* et *σισύρναν*. nominis originem a Cappadocibus, qui Syri dicantur, et a quibus amictus id genus conficiatur, esse petendam *Hesychius* existimat. Porro *ἡ καπτὸς* egregie MSS. reficiunt in *ἡ ἄκναπτος*. *ἐσθῆτες ἄκναπτοι* monachorum haud ignotae.

ἡ καπτὸς] In MS. vox sequens (*καπτὸς*) non extat. Seberus.

ἡ καπτὸς] C. V. *ἄκναπτος*. *Strauchii* et *Valesii* MSS. *κακτός*. in *Glossis ἄγναφον*, *rude*, *ἄγναφα*, *rudia*, *fullonem non experta*. vid. lib. VII. c. 13. Kuehn.

καὶ κόνεως σπυρὶς] E MS. priores editiones *κόνεως*, *πυρίς*. De usu pulveris in gymnasiis vid. *Petri Fabri Agonist.* libro tertio, c. 22. ubi et, quid sit *ἀκονιτὶ* superare, ostenditur. Seb.

καὶ κόνεως σπυρὶς] In C. A. *καὶ κόνεως σπ. ἁλτῆρες, τροχοὶ, δίσκοι, ἀποτομάδες*· hic desinit caput. eadem lectio est in C. V. et apud *Salm.* Kuehn.

καὶ κόνεως σπυρὶς] Ita et MS. noster. sicque et *H. Stephanus* in suo Codice reposuerat. Iung.

τροχὸς, καὶ δίσκος] MS. *τροχοὶ, καὶ δίσκοι κ.* Seb.

τροχὸς, καὶ δίσκος] MS. *καὶ τροχοὶ, καὶ δίσκοι*, plurali, tam *Noster* quam *Seberi*. quod rectius videtur hic. Iung.

καὶ τροχὸς, καὶ δίσκος] MSS. sequuti *τροχοὶ* et *δίσκοι* reposuimus, ut ceteris haec consentirent.

καὶ ἀποτομάδες] *Salm.* ex *Hesychio*: *Ἀποτομάδα, ἀκόντιον πεντάθλου*. Kuehn.

καὶ ἀποτομάδες] Quid *ἀποτομάδες*, docet nos *Hesychius*: *Ἀποτομάδα, σχίζαν, καὶ ἀκόντιον πεντάθλου*, quamvis male apud ipsum *παντάθλου* sit. Iung.

καὶ ὁμόλινον,] C. V. et *Salm.* *ὠμόλινον*. *Glossae*, *ὠμόλινον*, *crudarium*, *sudarium*, *linteum*. dein sequitur in C. V. *οὐ Κρατίνου μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ, λίνα δὲ σπίσσα ὠμολίνου μακρύτονοι*· leg.

λίνα δὲ, πίσσα, καὶ ὠμολίνου μακροὶ τόνοι, lintea vero, pix, et crudi lini longi ductus, teniae vel *teni*. videtur *Prometheus* his verbis recensere inventa sua, ut qui apud *Aeschylum*, *πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως*, inquit de se ipso in *Prometheo vincto*; scripsit enim *Aeschylus Προμηθέα δεσμώτην, προμηθέα πυρφόρον, Προμηθέα λυόμενον.* hoc loco *Noster Προμηθέα πυρφόρον* dicit *Προμηθέα πυρκαῆ*, ut adeo huius dramatis gemina fuerit inscriptio. eodem tamen sensu infra cap. 23. laudatur *Epicharmus ἐν πυρκαεῖ Προμηθεῖ*. KUEHN.

καὶ ὁμόλινον,] Sequitur *ὁμόλινον*, sed mendose ut et caetera, quae sequuntur, praeterea et mutila. MS. noster ita habet: *καὶ ὠμόλινον· οὐ Κρατίνου μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ· λίνα δὲ, πίσσα καὶ ὠμολίνου μακρότονοι·* quae omnia ita scribenda videntur, nisi quod *μακροὶ τόνοι* vulgatum retinendum censeam potius. et scribendum *ὠμόλινον*, et *ὠμόλινον* semper tenui, in quo MS. variat. Istud *involucrum* interpretatur in re tonsoria e *Plauto* noster *Casaubonus* III. *Athen.* 19. Et apud *Hesychium*, cuius locus forte ad hanc materiam spectat, propius legendum, *Ὠμόλινα, τὰ ἄγρια ὀθόνια·* ut et *Sylburgius* ibi pro vulgato, *ὠμόλια* correxerat. vide et *H. Stephanum* in Thesauro. Emendat *ὠμόλινον* hic et *Salmasius* noster, nobisque indicat exponi in glossis: *ὠμόλινον, Crudarium.* et in *Colloquiis puerilibus* esse *Linteum*: *ἔλαβον ὠμόλινον· accepi linteum. Aeschyli* autem *Prometheum πυρκαία* etiam supra IX, 156. habuisti non corruptum in vulgatis, ut hic. IUNGERM.

καὶ ὁμόλινον,] Contextus habet *ὠμόλινον* e MSS. *Kuehnius* ad oram sui Codicis sic quoque dederat. ista vero *οὐ Κρ. μ. εἰπ. τὸ ὠμόλ.* vulgatis editionibus ante nos aberant, quae nos integra MSS. ope *Polluci* redonavimus. cetera, quae eadem de voce e celebri *Tragico* consequuntur cum ditavi, tum perpurgavi. *Προμηθέα Πυρκαῆ* iam antea ad superiorem librum, quis sit accurate expedivi, aliasque simul fabulas, quas nomine *Promethei* inscriptas ediderat *Aeschylus*. istis autem, quae legimus hic apud *Pollucem*, verbis enumerasse *Promethea* puto, et mortales docuisse, quid materiae terrestris faceret ad conservandum et augendum ignem, quem subdole coelo subduxerat. Id monendum supererat, non retinuisse me MSS. lectionem in *μακρότονοι*, cui quis non sine ratione faveat, sed cum *Iungermanno* maluisse vulgatam.

65.

περὶ τῶν ἐν τῷ σπ.] Titulus abest a C. A. Kuehn.

περὶ τῶν ἐν τῷ σπ.] Capitis huius titulus in MS. hic: *ὅσα μετὰ τὸ βαλανεῖον.* Iung.

εἰσελθ. δὲ μετὰ τὸ γ.] *Domum redeunti ab exercitiis, antequam bibat, sacra facienda sunt, et libandum est.* C. V. *Salm.* et *Vales. εἰ καὶ πρὸ τοῦ π. θ. καὶ σπειστέον.* C. V. *μετὰ γυμνάσιον εἰ καὶ πρὸ τοῦ ποιεῖν*, male. *Salm. ἀπιστέον* etiam male. Kuehn.

εἰσελθ. δὲ μετὰ τὸ γ.] Capitis initium aptius in MS. ita cohaeret: *εἰσελθόντι δὲ μετὰ γυμνάσιον, εἰ καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν, θυτέον τε καὶ σπειστέον*, (quamvis MS. *σπιστέον* habeat) *θυμιατήριον ἄν τίς σοι προσκομίζοι· τὸ δ' αὐτὸ καὶ* etc. habet vero *εἰ καὶ* etiam *Seberi* MS. Iung.

εἰσελθόντι etc.] Sic erant in prioribus huius capitis edita quaedam, ut sensui incommodarent. sed haec, MSS. adiutantibus, perpurgata: *τὸ γυμνάσιον, καὶ πρὸ τοῦ π.* sine *εἰ*, et *θυμιατήριον δ' ἂν τις προσκομίζει*, omnia malae notae ante nos ita legebantur.

καὶ πρὸ τοῦ π.] MS. *εἰ καὶ πρό.* Seb.

θυμιατήριον δ' ἂν τις πρ.] MS. *θυμ. δὲ καὶ ἰσχάριον οἶμαι καλεῖται· ὥς που ἀμέλει.* Seb.

θυμιατήριον δ' ἂν τις πρ.] C. A. *θ. δὲ καὶ ἰσχάριον οἶμαι κέκληται ὡς ποῦ ἀμεχεῖον μείζων βωμός·* C. V. et *Vales. θυμιατήριον ἂν τις σοι προσκομίζοι· afferat tibi aliquis thuribulum* etc. C. *Salm. θυμιατήριον δὲ καὶ ἰσχάριον οἶμαι καλεῖται ὥς που ἀμέλει.* Kuehn.

θυμιατήριον δ' ἂν τις πρ.] MS. noster *ἰσχάριον οἶμαι καλεῖται· ὥς που ἀμ.* ita et *Seberi* MS. Iung.

ἰσχάριον ἂν τις εἴποι.] C. V. *οἶμαι καλεῖσθαι, ὥσπερ που ἀμέλει* etc. *uti scilicet maior foculus, βωμὸς, ara. Interpres, quemadmodum sane ab indiligentibus* etc. male. Kuehn.

ἰσχάριον ἂν τις εἴποι.] Textus e MSS. emaculatus; quorum prae vulgatis lectio facile placet, etiamsi nec illa sensu recto destituantur. *Onomasticon* antiquum: *Ἐσχάριον, foculus. Hesychius* perquam commode: *Ἐσχάριον, κοῖλον θυμιατήριον·* parique significatione occurrit in *Athenaei* libr. V. ubi pompam *Ptolemaei* insignem *Callistratus* exponit. *arulam* etiam appellare licet. *Glossae* MSS. *Arula, vas aeneum quadrangulum, in quo prunas portabant.* Tum *ὥς που* MSS. legunt, quod vulgatae lectioni antepono. multi vero *τῆς ἰσχάρας* meminerunt.

ἰσχάρα.] Abest a C. A. Kuehn.

ἐσχάρᾳ.] Non recte in nostro MS. omittitur *ἐσχάρα*. Iungerm.

ἐπισπένδουσι.] MSSti *ἐπισπένδεις*, leg. *ἐπισπένδοις*, *forte etiam* (afferendum est) *σπονδεῖον*, *quo libare possis.* Kuehn.

ἐπισπένδουσι.] MS. *ἐπισπένδεις*· et sic fere hic alia, *Pollucisque* scripturam eam putem, quamvis alia manus *ἐπισπένδουσιν* in MS. superposuerit. Bene autem *M. Schickeradt* Epist. Critica illud *Apuleii*, *spondeo libat* defendit et explicat hinc. Iung.

ἐπισπένδουσι.] Aptius exarati manu Codicis *ἐπισπένδεις*· tum enim his cum superioribus convenit, ubi lectorem alloquebatur. Iuvat *Hesychii* locum apponere, qui *Pollucis* nostrî verbis quam simillimus est, ut ovum ovo: *Σπονδεῖον, ἐν ᾧ τοῖς εἰδώλοις οἶνον ἐπέσπενδον· λοιβεῖον, ἐν ᾧ ἔλαιον.* e quibus id simul animadvertas *Christi* sacris addictum potius, quam gentilium religioni videri *Hesychium*. *σπονδεῖον* habes et apud *Athenaeum* lib. XI. ibidemque *λοιβάσιον*. *Hesychius* etiam *λοιβίς*. *Λοιβίδες*, *σπονδεῖα*.

λοιβεῖον] E not. *Sylb.* prior. edition. *λειβ.* MS. *λύβιον*. Seberus.

λοιβεῖον] Pro *λοιβεῖον* MSS. *λύβιον*, male. vid. *Suid.* in *λοιβεῖον*. C. *Salm.* *λύβιον*, etc. *τὸ ἔλαιον*, vel *ἔλεον*, ut supra *ἐλεηρά*. Kuehn.

λοιβεῖον] Pro *λοιβεῖον* MS. *λύβιον*· ut et *Seberi* MS. dixi saepius *οι* in *υ* saepius mutatum videri in MSS. libris. *λοιβεῖον* autem istud ab *H. Stephano* est, ita repositum in suo Codice, pro vulgato *λειβεῖον*. eum et in Thesauro ipsius videre potes id confirmantem, de quo quidem non dubitamus. Iungerm.

*καὶ * σφάγιον εἰ θύεις*] Hac forma et *Hesychio* non tantum *πρόβατον, θῦμα*, sed etiam *τόπος ἐν ᾧ τὸ τῶν ἱερείων ὑποδέχεται αἷμα*. Nec aliter infra segm. 97. etiam MS. qui hoc loco *σφάγειον*, cum alias *σφαγεῖον τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον*, *Suid.* Seb.

*καὶ * σφάγιον εἰ θύεις*] C. A. *κ. σ. τὸ, εἰ θύεις, ὑφέξει τις*, *quod si sacrificaveris, supponet aliquis victimarum sanguini excipiendo.* C. V. *σφαγεῖον*. *Vales.* et *Strauch.* MSS. *σφάγεῖον* cum gemino accentu. Kuehn.

*καὶ * σφάγιον εἰ θύεις*] MS. *καὶ σφαγεῖον, εἰ θύεις, ὃ ὑφέξει τὶς* etc. et ita distingue; *σφαγεῖον* vero scribas, sive *σφάγιον*, ut et infra MS. segm. 97. nec ideo tecum litigabo, quum eiusmodi tam crebro etiam in optimis libris varient.

antea male edebatur οὐ ὑφέξει· et in suo Codice iam *H. Stephanus* ὃ ὑφ. emendaverat ad oram, et nuper *Meursius* Comm. in *Lycophron.* ad v. 196. — σφαγείων ἠδὲ χερνίβων πέλας. IUNGERM.

καὶ * σφάγιον] Stellulam indicem corruptelae quid opus apponere, ubi omnia sunt sana? Σφάγιον ab *Hesychio* exponitur in aliis, ἐν ᾧ τὸ τῶν ἱερείων ὑποδέχεται αἷμα· sed ut prae se ferunt MSS. iisdem literis in *Pollucis* textum restitui σφαγεῖον· sic et *Suidas*, Σφαγεῖον, τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ ποιητὴς ἀμνεῖον· videndus et ad *Homerum Eustathius* et *Etymologus*, qui sic: Σφαγεῖον, τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν σφαζομένων ἱερείων δέχονται.

καὶ κανοῦν δὲ etc.] Abest. δὲ a C. A. in χέρνιβας desinit caput. *Nonius Polubrum* reddit χέρνιβα aut *trulleum*. *Gl.* χέρνιβον, *trulleum*, *guttum*, *aquimanile*. forte *aquiminale*. KUEHN.

καὶ χέρνιβας, εἰπ. 'Αντ.] Supple ut MS. habet: καὶ χέρνιβας, καὶ χερνίβιον, εἰπ. 'Αντ. patet ex subiecta χρήσει *Antiphanea*. IUNG.

καὶ χέρνιβας] Quod consequitur καὶ χερνίβιον e MSS. non extitit in vulgatis editionibus. id tamen postulabat *Antiphanis* locus, qui eo, ut χερνίβιον probaret, adducebatur. de eius *Busiride*, aliorumque insignitis hoc titulo fabulis, ubi tempus et locus suaserint, abunde dicam. Βουσίριδι vulgabatur ante *Seberum*, quod vitii in Codice *Falckenburgiano* bene reperi sublatum. χρῆσις eius in vulgatis corrupta aliter in MSS. exhibetur, sed tam obscura, ut aptum nulla ratione sensum assequi possim. *Falckenburgii* Excerpta post πομπῆς adiiciunt ἀφεὶς· sed τῷ ει suprascriptum η, quod congruit itaque cum ceterorum Codicum lectione. *Meursius* in *Att. Biblioth.* sic citavit, uti scilicet versiculum legendum putabat: καὶ τὸ χερνίβιον τοῦτο πομπῆς πρῶτον ᾖ· quam lectionem, modo non obsisterent MSS. lubens amplecterer. sed hic sine fructu moras ago, quae alii forsitan nullo negotio, si sic dederit fortuna, expedient. Sed id observandum porro ad *Pollucis* hunc locum, ab ipsis *Auctoribus* coniungi non raro κανοῦν, quod *canum* et antiqui Romani dicebant, et postea *canistrum*, atque χερνίβας, siquidem sine his utrisque vasis nulla celebrari consueverint sacra. *Demosthenes adversus Androtionem* καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψόμενον appellat, qui rebus sacris initiatus est. similiterque *Aristophanes* in *Avibus*: Παῖ παῖ τὸ κανοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα· quem utrumque suppeditavit locum *Harpocratio*, qui meminisse *Comicos* ait

τῆς χέρνιβος ὡς παραλαμβανομένης εἰς τὰς θυσίας· et qui sacris *Eleusiniis* initiabantur, ablui decebat prius ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος, quod ipsos integros vitae, scelerisque puros reddere putabatur, ut nihil turpitudini magis sit habitum, quam si quis post acceptam sacrorum conditionem indecori quid et inhonesti committeret. [In *Antiphanis* versu, qui senarius est, pedes sibi constant, plenique sunt, quo magis circumspecte in hoc loco est agendum. *Kuehnius* ab *Antiphanis* mente et ipsa veritate non aberravit forte, cum distinctionem ponat post πρῶτον· sed ego, quod non diffiteor, sensum haud satis capio. *Ex Addendis.*]

Βουσίριδι] MS. *Βουσείριδι*· sed vulgatum malim. sic infra segm. 82. *Cratinus* ἐν *Βουσίριδι*, ubi tamen MS. noster etiam *Βουσείριδι*. Iung.

καὶ τὸ χερνίβιον] C. V. τὸ χερνήβιον πρῶτον ἡ πομπὴ σαφής· secundum hanc lectionem esset restituendum: τὸ χερνίβιον πρῶτον· ἡ πομπὴ σαφής, *malluviolum primum: pompa vera prodit*. in *specimine* lectum,

καὶ τὸ χερνίβιον τοῦτο πρῶτον ἦ πομπῆς·
et malluviolum illud erat primum in pompa.

Quasi in solennibus pompis praeiverit *polubrum*, quemadmodum etiam *Plutarchus* in de *Iside* et *Osiride* observavit in pompis *Osiridi* adornatis, τῶν ἱερῶν προπομπεύειν τὸ ὑδρεῖον. poterit et *Antiphanes* in *Busiride* de eadem vel simili pompa loqui. Kuehn.

καὶ τὸ χερνίβιον] *Antiphanea* ita in MS. sunt: καὶ τὸ χερνήβιον πρῶτον ἡ πομπὴ σαφής. Quibus statim adiunguntur sine interposito titulo sequentis capitis verba: τραπουμένῳ etc. Iung.

66.

περὶ τῶν ἐν οἷς θ.] C. A. περὶ τῶν ἀγγείων, ἐν οἷς etc. *de caldariis* etc. Kuehn.

ἐπὶ τὸ πίνειν] C. A. ἐπὶ τοῦ πίνειν, ἵνα τὸ ὕδωρ θ. etc. *Salm.* ἐπὶ τῷ π. Kuehn.

θερμαντῆρες] *Salm.* καὶ θερμαντῆρες. Kuehn.

θερμαυστρίς] Θερμαυστρίς. Seb.

θερμαυστρὶς, θερμαστὶς] C. V. θερμαύστις, θερμαστρίς· C. A. θερμαστρὶς, θερμαστ. *Gl.* θερμηρόν· *miliarium*: θερμοφόρον, *cucuma*: θερμοφόρος, *caldaria*: λέβης, *aeneum*, *caldarium*, *scutra*, *caccabus*. *Phavorin.* exhibet vulgatam lectionem in θερμαντῆρες· ex C. V. legerim, θερμαύστρίς, θερμαστρίς. *Salm.* etiam θερμάστις, θερμαύστρίς. Kuehn.

θερμανστρὶς, θερμαστὶς] Pro *θερμανστρὶς, θερμαστὶς*, MS. noster: *θέρμαυστις, θερμαστρίς·* et *θερμαστρὶς*, pro *θερμαστὶς* vulgato scribendum omnino puto. habes illud et apud *Hesych.* Pro altero vero in MS. quis emendare voluit *θερμανστίς·* tu *θερμανστρὶς* scribe: quod ita hinc quoque citat *Bayfius* de Vasculis, ubi de *ipnolebete* agit, et *ἰπνολεβήτια* hic nos vertere posse *miliaria* opinatur. nec aliter antea editi; et itaque pariter video nostrum *Seberum* iubere ut *Polluci* rescribamus. Scribe itaque *θερμανστρὶς, θερμαστρίς*. Iung.

θερμανστρὶς, θερμαστὶς] Primum vocabulum non magno labore emendavimus e prior. editt. quod enim hic legatur *θερμανσερὶς*, typi vitio accidit. alterum refecerat et *Kuehnius θερμαστρίς·* sic et apud *Hesychium*, qui vasculum non dissimile fuisse refert *τῷ καρκίνῳ, cancro*, quem aurifices usurparint ad aurum, ut puto, liquefaciendum.

καὶ ποτήρια] C. A. *ποτήρια*, et sic deinceps omittuntur coniunctiones usque ad *καὶ τὰ πολλὰ* etc. Kuehn.

καὶ κοτύλαι etc.] MS. *κότυλοι*. Seb.

καὶ κοτύλαι etc.] Pro *κοτύλαι* C. A. *κότυλοι*. *Salm.* *κότυλαι, φύαλαι*. Kuehn.

καὶ κοτύλαι etc.] MS. *καὶ κώθωνες· κώτυλοι, καὶ κωτυλίσκοι, καὶ κ. καὶ κύλικες, καὶ κυλίσκαι* etc. Non probo in illis *κώτυλοι, καὶ κωτ.* *Seberi* MS. *κότυλοι·* de hoc ergo videndum isto sexu potiore: et supra quidem, quo se *Noster* refert VI. 96. *κότυλος* est; ubi tamen MS. deficit: *ῥυτὰ, σκύφοι, κότυλος* ait: ubi quoque plurali *κότυλοι* forte rectius: nam et masculino genere usurpari ibidem segm. 99. ubi et *κοτυλίσκος* sequitur, clarum est, et ex *Athenaeo* aliquot exemplis docuere viri docti: qui lib. XI. *Dipnos.* plura de *κοτύλῳ· κοτύλη* segm. 73. sequitur: potius de mensura, ut et supra *ἐπὶ μέτρῳ* allata fuit VI, 19. VII, 195. *κυλίσκην* vero supra etiam habes in hac materia VI, 95. et *κυλίσκιον* VI, 98. Iung.

καὶ κοτύλαι] Placuit hoc loco MSS. lectio *κότυλοι*, quam textui lubens reposui. neque tamen vulgata est improba, utpote quae simili gaudeat notione, ac *κότυλος*. eadem enim utriusque vocis et origo et usus, siquidem in veteri lingua Graeca *κότυλος* significaverit *cavum, κοῖλον*, ut ostendunt *Athenaeus* et *Etymologus*; indeque et aliae plures notiones profluxerunt, ex quarum vestigiis pristinam illam notionem perfacile colligas, ut apud *Hesychium* et *Suidam* videre licet. poculi quoddam itaque genus, quod unam haberet auriculam, designavit *κοτύλη* et *κότυλος*. quamvis in hoc non nesciam disputare veteres *Grammaticos*, quae certa poculo

huic figura sit adscribenda. sed olim tamen quodvis poculum, non quandam significasse speciem, persuadet originis ratio a cavitate petita, quae quibuscunque poculis est communis: ideo *Etymologus* εἶδος ποτηρίου καὶ εἶδος μέτρου· et ita sumsit *Hesychius*, cum scriberet: Κύλιξ, κοτύλη, ποτήριον. loquendi tamen consuetudo quoddam utriusque nominis discrimen induxit, praecipue si ad Attici sermonis indolem attendas, in qua non dubium est, quin saepissime de mensura, rarius autem de poculo dicatur, quod ipsum et *Athenaeus* adnotavit; adeo ut non sine causa eam ob rationem κοτύλους hic praetulisse *Iungermannus* videatur. De κοτυλίσκοις adeundus *Hesychius*, qui pocula fuisse μόνωτα docet, ut et de κοτύλοις tradit *Athenaeus*. Post pauca ante κυλίσκαι cur fuerit in vulgatis omissa particula coniungens, nulla erat ratio, cum ceteris illam vocibus, quae hic enumerantur, praefixam videas.

κυλίσκαι, etc.] κυλίσκαι καὶ κυλίσκια etiam MS. alias κυλίχναι καὶ κυλίχνια. SEB.

προειρημένα.] Nempe libro VI. cap. 16. IUNG.

67.

ἐν Θρᾴτταις Κρατ.] *Threicias* sive *Thrattas Cratini* passim ab auctoribus laudari ait *Casaub.* XI. *Athen.* 15. sic et apud *Schol. Aristoph.* Σφηξὶν, ubi de *Euathlo:* Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις· ubi itaque viro longe eruditiss. in Notis suis auscultare non possumus, qui potius *Cressas* ibi mavult. IUNG.

πελίχας, ἢ κύλικας] πελίκας apud *Athen.* libr. XI. fol. 495. vid. et *Casaub.* *Anim.* fol. 514. SEB.

πελίχας, ἢ κύλικας] C. A. πέλιχας, ἢ κ. ἢ. KUEHN.

πελίχας, ἢ κύλικας] MS. πέλιχας, ἢ κ. et eo accentu quoque priores editi. Sed πελίχας habet *Casaub.* ad lib. XI. *Athen.* cap. 15. Apud *Athenaeum* enim sunt πελίκαι eundem *Comici Cratini* locum innuentem ex *Callistrati* ὑπομνήμασι Θρᾳττῶν Κρατίνου, et ibidem πελίκη, et e *Seleuco* πελίχναν. An itaque et hic πελίκας scribendum? ut clare apud *Athenaeum* est. IUNG.

πελίχας] Nihil a vulgatis plerique MSS. dissentiunt, nisi quod accentum alio loco ponant ac *Seberus* edidit. ut tamen in hoc scribendo nomine librarii manum aberrasse putem, persuadent Excerpta *Falckenburgiana*, quae τελικὰς adgnoscunt veram *Pollucis* scripturam, si modo πελίκας refeceris; nam τ et π in quibusdam MSS. tam simili sunt figurae ductu, ut alteram ab altera vix possis discernere. sic autem in contextu *Polluceo* reposui, nam et ipse Noster *Auctor*

segm. 75. πελίκην habet, ut legendum docebimus e MSS. et segm. 78. nomen *Aeolicum* πέλικαν seu πελίκαν. a *Boeotis* autem fluxisse vocem ostendit infra *Pollux*, et apud *Athenaeum Seleucus*: quae res induxit me, ut a Phoenicibus acceptam crederem. in Arabica sane lingua פלג et פלגה mensurae quoddam genus designat, a dividendo sic dictum; eandemque vocem simili notione a Syris usurpatam docuit me *Isa Bar Ali*. a Phoenicibus itaque ad Boeotos cum plurimis aliis et hoc translatum fuit ea quidem primum significatione, quam apud eos vocem obtinuisse dixi, unde lapsu temporis, ut fieri consuevit, ad alias notiones, quas parere potuit aut similitudo figurae cum poculis aliis, aut usus etiam vulgaris, est devoluta. videmus itaque *Pollucem* iuxta veteresque Grammaticos dubitasse, calicemne designaverit πελίκη, an potius effundibulum. prius sanequam praestet, si *Seleucus* sit audiendus apud *Athenaeum* lib. XI. Σέλευκος δὲ πελίχναν Βοιωτοῖς μὲν τὴν κύλικα· posteriori vero aptius convenit, quod idem *Athenaeus* e *Cratete* refert, habuisse postea haec vascula figuram οἰνοχόης, non itaque et dissimilem usum, uti puto, cum solerent olim similes esse Panathenaïcis ampullis. Convenit autem *Hesychii* πελάχνη cum Boeotorum πελίχνᾳ. Sic ille: Πελάχνην, τρύβλιον ἐκπέταλον. quamvis autem patulus sit calix, ideoque haec expositio non inepte quadret, et ipse literarum ordo suffragetur, haud potui tamen avertere mentem ab erroris suspicione, quem commisisse puto aut *Hesychium* aut eius notarium, quamvis hoc se neget usum, dum alteruter vel in pravam incidit scripturam, vel rectam minus attente legit. scilicet ita fuerat scribendum: Πεδάχνην vel πετάχνην. sic enim ipse alibi: Πέδαχνα, τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια, ut eximie *Casaubonus* emendavit ad *Athenaeum* libr. XI. cap. 14. ad quae tamen *Hesychiana* nugas fundunt viri summi *Salmasius* et *Guietus*. audi doctissimum *Lexicographum* alio loco: Πέτακνον, ποτήριον ἐκπέταλον· αὐτὸ δὲ καὶ πέταχνον· sic emaculandum. πέταχνον habet *Athenaeus* ex *Alexidis Dropide*, pariterque ποτήριον ἐκπέταλον exponit. inde πεταχνοῦσθαι apud eundem. *Hesychius* diversa scribendi ratione: Πεδαχνοῦται, ἐξυπτίαται, τρυφᾷ· hinc emendanda videri possint illa: Πεταλοῦνται, ἐξυπτοῦνται, τρυφῶσιν, ut et *Sopingius* censuit, et ibi adnotavit. quanquam ego de πεταλοῦνται rationes esse iudicem, quae vulgatam lectionem confirment. nam praeter ordinem literarum paulo superius tale *Lexicographus* egregius excerpserat: Πεταλωτόν, ἀκμαιότατον, εὐειδέστατον. sed reponendum, πε-

ταλώτατον, significatione a foliis virentibus petita. unde si descendat πεταλοῦσθαι, percommode significationem habeat τοῦ τρυφᾷν vel ἐξυπτιᾶσθαι, *supinum et voluptatibus deditum esse*: scribendum enim ἐξυπτιῶνται. Restat alius in eadem voce vitio liberandus *Hesychii* locus: *Πατάνια, τὰ ἐκπέταλα λοπάδια, καὶ τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια, ἃ παιδάχαια καλοῦσι· τινὲς δὲ διὰ τοῦ β βατάνια λέγουσι.* legendum inquam πεδάχνας, vel πέδαχνα, nam quae de πατελλίοις *Sopingius* adfert, inutilia sunt. id omne vero magis communit opinionem meam de πελάχνῃ, cui potest accedere, quod et *Hesychius Πάτανα*, quae cum πεδάχνοις eadem, exponat τρύβλια, ut scilicet πελάχνην. iam vero si consideres Grammaticorum consensum, qui πέδαχνον, ἐκπέταλον ποτήριον exponant, nihil autem de πελίκῃ et πελίχνῃ simile tradant, et cum istis componas *Hesychii* de πελάχνῃ verba, quid id aliud in mentem tibi revocare possit, quam vera esse quae dixi? per me tamen licebit, si quis contra sentiat; in aliorum enim arbitriis dominari nec possim, nec, si possim, velim. Ad sequentia me confero, ubi προχοὰς priores editiones habuerunt. bene MSS. προχοΐδια· ego restitueram olim προχόους ad eundem sensum, vel χόας ex *Athenaeo* et *Nostro* segm. 73.

προχοὰς] MS. προχοΐδια. Seb.

προχοὰς] C. A. προχοΐδια, C. V. προχοΐδια, cum diaeresi: *Salmas.* idem affert. Kuehn.

προχοὰς] *Casaubonus* noster loco dicto προχόους habet, haec proferens. Sed MS. tam noster quam *Seberi* habet προχοΐδια. Sic itaque reponemus. vocula haec et supra segm. 61. corrupta erat. et eam ex *Cratino* ipso habes supra segm. praec. Iung.

Σκηνὰς καταλ.] C. A. *Σκηναῖς καταλαμβάνεις* (leg. καταλαβούσαις) λ. τὸν τ. ἐ. τ. χυτρίαν, εἴρηται δὲ νῦν etc. Kuehn.

Σκηνὰς καταλ.] MS. *Σκηνὰς καταλαμβ.* recte habet, ut semper scribendum docuit *Casaub.* IV. *Athen.* 20. Sed ineptus quis *Σκηναῖς* reposuit, ut vulgati antea habent. Iung.

Σκηνὰς καταλαμβανούσαις] Recte sic edidit *Seberus*, cum ante eum *Σκηναῖς* errore pervulgato editum fuerit. forsitan illa fabula *Comicus* mulierum, quae scenas erant occupaturae, turbas molestissimosque discursus perstrinxerat, et alia, quae ad rem illam attinebant, immiscuerat, ut et ex addito loco patere potest. in illo *Falckenburgii* Codex legit ἐπτακόνδυλον, pro ἐπτακότυλον. sed vulgata mutandi causam non

video, neque quid illud *ἑπτακόνδυλον* velit satis assequor; non enim puto, ad condy barbarici poculi genus confugere licet, aut *κονδύλους* interpretari nodos vasculi, seu volumina, ut *ἑπτακόνδυλος λήκυθος* ampulla fuerit per septem volumina assurgens, cuiusmodi vasculorum genus aut poculorum nec aetate nostra ignotum est. sed haec missa faciam. restitui porro *χυτραίαν*. quamvis enim analogiae *χύτρειος* non adversetur, usu tamen haud comprobatum est. Quod adiecimus e MSS. *ἵν' ἔχοιμι συνθεάτριαν* extat et in *Falckenburgii* Codice. inde vero licet augurari feminam aliquam secum tulisse ampullam, cum ad scenam iret, ideoque illam ampullam *Comica* facetia *συνθεάτριαν* appellat ipsa mulier, quae ludos scilicet secum visura vaderet. Sequebatur vulgo: *εἴρηται δὲ νῦν.* aptius liber *Palatinus γάρ*, quod reposui. *λήκυθον* igitur pro poculo posuit ibi *Aristophanes*, cum significet ampullam oleariam, simili ratione atque *Cratinus ὀξύβαφον* abusus est de vase vinario, cum id proprie sic diceretur quod acetum asservabat, ut *Athenaeus* ostendit libr. XI. et *Colloquia Scholastica: Acetabulum*, *ὀξυβάφιον*. *Antiphanis Μυστίδα* citat *Porphyrius περὶ Ἀποχῆς* lib. II. §. 17. ibique de vero cultu divino egregium inde fragmen habet; videturque *Comicus* praecipuum id in hac fabula tractasse argumentum, ut corruptas sacrorum leges atque ceremonias pungeret occulte et perfricaret, dum interim illa sancta initiataque femina veram religionem cultumque divini numinis castum praeciperet, qui non pompa et sumptibus immensis, sed mente pura frugalique parsimonia constat. omnino legendus ille apud *Porphyrium* locus. *Hesychius: Μυστὶς, μεμυημένη*. *Κεραμέων* cum *Kuehnio* textui reddidi pro *κεραμίων*. *σκεῦος κεραμεοῦν* apud *Nostrum* aliquoties habuimus, et infinitis locis in *Athenaei* lib. XI.

τὴν χυτρίαν, etc.] MS. *χύτριαν, τ. κ. ἣν ἐφερ. ἵν' ἔχοιμι συνθεάτριαν· εἴρηται* etc. Elegans locus, qui versus *Comici* ipsos continet. primum vero *χυτραίαν* legendum puto, id est, *fictilem*. sic supra segm. 30. *τεῦχος κεραμεοῦν*, *γήϊνον*, *χυτραῖον*, *χαλκοῦν*. Iam totum locum ita concipiamus: *καὶ τὴν ἐν Ἀριστοφάνους Σκηνὰς καταλαμβανούσαις λήκυθον*,

τὴν ἑπτακότυλον, τὴν χυτραίαν, τὴν καλήν,
ἣν ἐφερόμην, ἵν' ἔχοιμι συνθεάτριαν.

Eundem hunc locum respiciebat scilicet *Noster* supra, quum *συνθεάτριαν Aristophanem* dixisse diceret IV, 121. et VI, 158. meminit et II, 56. Iung.

εἴρηται δὲ νῦν] C. V. *γάρ.* post *ἐκπώματος* subiicit omissis ceteris C. A. *τὸ δὲ καλούμενον* etc. Kuehn.

εἴρηται δὲ νῦν] MS. *γὰρ νῦν*, pro *δὲ νῦν.* et malim *αἰτιολογικῶς.* Iung.

παρὰ Κρ.] MS. *π. τῷ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνι.* Sed *Πυτίνῃ* vulgatum rectum est, ut segm. 70. quam a *πυτίνη* vinearia, cuius supra fit mentio VI, 14. et ut quidem MS. habet et infra segm. 72. dictam puto, et alias recte etiam in MS. scribitur. Locus *Cratini* supra VI, 23. adfertur et longe plenior apud *Athenaeum* lib. XI. ubi recte *ἐν Πυτίνῃ* etiam. Iungerm.

οἰνηρὸν ὀξύβαφον.] Supra VI, 23. idem hic locus plenior. Seb.

κεραμίων] Legendum ex *Athen.* libr. X. c. 13. *κεραμέων*, ex *fictilibus acetabulis.* Kuehn.

κεραμίων] In *χρήσει Antiphanis* MS. *κεραμέων.* Et sic scribe, est autem senarius:

ἐξ ὀξυβαφίων κεραμέων ἐπίνομεν.

Quem cum aliis habes apud *Athen.* lib. XI. ubi quoque *ἐν Μυστίδι* paroxytonws est. Sed et ibi *Μύστιδι* potius scribamus, ut in libr. X. *Dipnos.* est, ubi X. Animadv. 11. hunc locum adducit *Casaubonus* noster. Iung.

68.

ἐξ ὑαλίνων ἐκπ.] Vid. supra VI, 100. Seb.

ἐκπωμ. καὶ χρυσίνων.] MS. *ἐκπωμάτων καὶ χρυσίδων.* recte *χρυσίδων.* et hoc repone pro vulgato *χρυσίνων.* Locus est non longe ab initio *Acharnensium*:

ξενιζόμενοι δὲ, πρὸς βίαν ἐπίνομεν
ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων, καὶ χρυσίδων
ἄκρατον οἶνον ἡδύν. —

Indicavi et supra VI, 100. ubi non addebatur nomen fabulae. Iung.

ἐκπωμ. καὶ χρυσίνων.] *χρυσίδων* e MS. suo *Aristophanisque* loco restituendum docuit *Iungermannus*, quem sequutus sum. non alia ratione *ἀργυρίδες.*

κυρίλλιον,] C. V. *κυρίδιον.* C. A. *κυρίλιον.* quasi *γυρίλιον* a *γυρὸς*, *rotundus*; est enim vasculum *στρογγυλοειδές.* Kuehn.

πρὸς τὸν Ἀσιανὸν] *Interpr.* haec verba transposuit ad *ἐν τῷ προτρεπτικῷ.* reddit enim, *Hortatoria ad Asianum Oratione.* Melius MSSti *τὸ δὲ καλούμενον κ. πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, quod ab Asiaticis κυρίλιον dicitur, id Antisthenes in Protrep-*

tico βομβύλιον dixit. eandem lectionem affert *Salmasius.* KUEHN.

πρὸς τὸν Ἀσιανὸν] MS. *πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, βομβ.* torsit me hic locus ob malam interpunctionem, quae et in MS. extat. Iam illa dispuncta et MS. lectione recepta, omnia plana. Ita scribe: *τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, βομβύλιον μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ. Asianis vocatum Cyrillium, id Antisthenem dixisse* ait *in Protreptico βομβύλιον, alios vero σύστομον id nominare.* quibus addit et suam opinionem, *forte potius στενόστομον adpellari debere.* De *Antisthene* eadem habuisti et supra VI, 98. sine dubio autem suum *κυρίλλιον* ad sonum, qui editur eo vasculo, dum ex eo bibitur, bilbiente, Asiani finxerunt. De Bombylio vid. *Casaubonum* nostrum VI. *Athen.* 10. IUNGERM.

πρὸς τὸν Ἀσιανὸν] Levicula menda tenebras ingentes huic loco offudit. reficiendus est, ut in Excerptis legitur *Falckenburgianis*: *τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν.* scilicet incolae minoris Asiae poculi quoddam genus *κυρίλλιον* appellarunt, cui *βομβύλιον* adsimilat *Pollux* noster. de *κυριλλίῳ* nihil commemini; videtur certe non, ut *βομβύλιος* a sonitu, sed ab auctore *Cyrillo* nominis originem traxisse. *βομβυλίου* plurima mentio in veterum scriptis est. inter antiquissimos nominat *Hippocrates*, et ex eo *Galenus* in *Glossis ἔκπωμα τὶ στενὸν ἔχον τὸ στόμα·* et amplius *Erotianus*, quem describere non lubet. *Suidas*: *Βομβύλιον, ἔκπωμα στρογγυλοειδές.* sic enim scribendum. *Hesychium* adde et *Etymologum*, qui plura de hoc vase adnotant. insigne *Athenaei* fragmentum, quod ab interitu vindicavit *Is. Casaubonus Anim. in Athen.* XI. cap. 4. *Βομβύλιος, θηρίκλειον ῥοδιακόν· οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησίν· οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ᾽ ἀπαλλαγήσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλίου κατὰ μικρὸν στάζοντες.* quibus angusti fuisse oris vasculum illud lucide satis ostendit *Socrates*, modo ne sit error in isto nomine, ex quo humor destillare saltim possit: contra ea vero *φιάλην* patulam fuisse, ex qua quis ocius quantum voluerit bibat. Sed ex *Suida* hoc porro adferre lubet de *βομβυλίῳ· Βομβύλιος,* inquit, *ζῶον, ἢ τὸ βήσιον λεγόμενον.* quod *βήσιον Aemilius Portus* plane non intellexit. potuisset tamen ex istis *Hesychii*: *Βήσιον, ποτήριον.* qui in *λήκυθος* etiam illa voce utitur, *βήσιον ὑάλινον·* ubi perperam doctissimi viri de *βικμίῳ*, vel *βικίῳ* reponendo cogitant. vetustissimum autem illud nomen posteriori aetate cum pluribus aliis revi-

xit, et in usum abiit: pocula vero *βήσια* vel *βῆσσαι* ab antiquis ob cavitatem nominata, ut et de *κοτύλοις* observavimus. illius pristinae notionis vestigia sunt in vocabulo *βῆσσα*. *Hesychius*: *Βῆσσαι, κοῖλαι καὶ ὑδρηλοὶ τόποι*. adi in *βασσίας*, ut praeteream alios. apud *Alexandrinos* autem *βῆσσα* certam quandam poculi speciem designabat, quod inferius latum atque ventruosum oris erat angusti. illud *Athenaei* nobile fragmentum: *Βῆσσα, ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν*. unde simul apparet optime *Suidam* et apposite *βομβύλιον* exposuisse *βήσιον*. silentio vero non involvendum est Coptos poculum appellare *πίβασα*, vel *πίβησα*. De *βομβυλίῳ* vero id porro notandum, posse nos aptissime Latine dicere *bilbinum*, siquidem in *Glossis Philoxeni*: *Bilbinus*, *εἶδος ἀγγείου*. quod tractum a bilbiente sonitu, quem humor effusus excitat. *Idem*: *Bilbit*, *βομβύζει*. videndus *Casaubonus* illo loco, quem *Iungermannus* monstravit. Sed desistere iam tempus est, neque enim breve spatium, quod includit me, quae mihi de *βομβυλίῳ* aliisque similibus poculis habeo congregata, promere permittit. festinantes inserimus obiter, quibus aliorum studium et operam in istis planius et elegantius expediendis elicere velim. *Antisthenis* Philosophi *Προτρεπτικὸν* adduxit *Noster* lib. VI. ubi itidem de bombylio. scripsisse vero adhortatorium illum sermonem, quo iuvenes a luxu libidinosisque voluptatibus sevocaret, congregaretque cum virtute, ut putemus, vita viri et sapiens institutum facit. habemus et *Galeni*, sed alius argumenti, *λόγον προτρεπτικόν*. vide sis *Isocratem* ad *Demonicum* sub initium.

εὔστομον] Ita dictum, *quod os eius in arctum coëat.* post *ὄνομα* C. A. nihil addit in hoc capite. Kuehn.

αὐτὸ] MS. male *αὐτῷ*, vitio solenni. Iung.

Τηλεκλείδου ψευδέσι] C. V. *ἀψευδέσι μ. ἄ. π. εἰρημένον*. infra iterum legit C. V. *ἀψευδέσι* cap. 24. quae lectio sine dubio verior vulgata. post *εἰπεῖν* distinctio ponenda *ὑποτελεία*. Kuehn.

Τηλεκλείδου ψευδέσι] MS. *Τηλεκλείδου ἀψευδέσιν μετ' ἄλλων πολλῶν εἰρημένον*. Et *εἰρημένον* quidem pro vulgato *εἰρημένων* malim. De *ἀψευδέσιν* vero, qui vulgatis *ψευδέσιν* prorsus contrarii, quid dicamus? Dum alia nos viri docti docent, MS. nostrum sane sequamur, et ita *Pollucem* scripsisse putabimus. Servat enim hanc scripturam MS. et infra segm. 98. denuo *ἐν Τηλεκλείδου Ἀψευδέσιν* habens, ubi et aliquam Poëtae *χρῆσιν* nobis servavit. *Suidas* saltem tres

enumerat fabulas huius *Comici*, et quidem, ut ait, ex *Athenaei Dipnosophistis:* qui sunt *Ἀμφικτύονες*, *Πρυτάνεις*, *Στεῤῥοί*. quorum priores duae etiam a nostro laudantur, Jungerm.

Τηλεκλείδου ψευδέσι] Vitiosa loci scriptura *Meursius* inductus in ceteris *Comici* fabulis *Ψευδεῖς* enumeravit in *Attica Bibliotheca*. nobiscum vero melius agitur, qui in istiusmodi Codices inciderimus, quorum ope atque fide pristinum fabulae titulum habere datur. nimirum *Ἀψευδεῖς Teleclidis* extitit, nulla vero *ψευδεῖς*, quos et infra, MSS. sponsoribus, erademus, neque, quantum in nobis est, mendaces unquam simplicium integrorumque locum obtinere patiemur. Ex hoc autem *Pollucis* nostri loco constat, enumerasse *Teleclidem* plurimas osculorum species, et inter ea *σύστομον*, quod labellis compressis, et ore contracto pangebatur.

εἴρηται τοὔνομα] MS. plenius: *εἴρηται δὲ τοὔνομα*. Jung.

εἴρηται τοὔνομα] Politius liber *Palatinus εἴρηται δέ*, quod ita scripsisse *Pollucem* existimabis. sed illud in vulgatis editionibus turpius erat *ἐπ' ἀμφοτέρων*, in cuius e MSS. locum successit *ἀμφορέως*. *Aeschyli Praecones* Satyros saepissime nominat *Auctor* noster, de quibus in sequentibus et nobis verba erunt facienda. *Στενόστομον* vero non puto fuisse olim certum quoddam vasculi genus; at quodvis vasculum ore angusto *στενόστομον* dictum fuit, unde saepius apud *Grammaticos στενόστομον ἀγγεῖον*, nec aliter in *Aeschylo στενόστομον τεῦχος*: posteriori aetate vero *στενόστομα* fuerunt appellata vascula quaedam oris angusti, sicut ex *Artemidoro*, cuius et ego mihi locum notaveram, post *Casaubonum* observat *Iungermannus*. non isthaec itaque *Pollucea* de *στενοστόμῳ* usquequaque laudare velim et approbare, quippe qui ne *Aeschyli* quidem locum apte satis usurpaverit, in quo non *στενόστομον* solum, quod veteris scriptoris auctoritate muniendum erat, de amphora dicatur, sed *στενόστομον τεῦχος*.

ἐπὶ ἀμφοτέρων] *Casaub.* malim *ἀμφορέων* libr. II. de *Satyr. Poësi* pag. 169. vid. et Anim. in *Athenaeum* X, 7. Seberus.

ἐπὶ ἀμφοτέρων] C. V. *ἐπὶ ἀμφορέως στενόστομον τὸ τεῦχος*. est descriptio amphorae cum angusto ore. Kuehn.

ἐπὶ ἀμφοτέρων] Sed quod sequitur *ἐπὶ ἀμφοτέρων*, plane corruptum est. *Magnus Casaubonus* lib. II. de *Satyrica Poësi* cap. 5. ubi de *Aeschyli* hoc dramate Satyrico, mavult *ἀμφορέων*. Laudanda viri *εὐστοχία*· non poterat proximius scopum. MS. enim noster *ἐπὶ ἀμφορέως* diserte habet. re-

pone itaque MS. scripturam: εἴρηται δὲ τοὔνομα ἐπὶ ἀμφορέως ἐν Σατ. etc. Alias vereor ne quis et *Polluci* obiicere queat, στενόστομον suum quoque generale nimis esse. Nam libet proferre verba *Amici* nostri Magni ex VI. libr. Animadvers. in *Athen.* cap. 18. quum nil melius a nobis possemus tibi largiri, *Fuere in usu et alia quaedam angusti oris pocula, recentioris inventi, de quibus Artemidorus libro primo*, c. 67. ἔστι τινὰ τῶν ποτηρίων στενόστομα οὐ πάλαι ὑπ' ἀνθρώπων εὑρημένα. *at bombylium et antiqui norant.* Iung.

69.

· ἔξεστι δὲ τὴν τράπεζαν] Male in MS. puto omissa ἔξεστι δὲ τὴν τράπεζαν. Iung.

ἐφ' ᾗ τὰ ἐκπώμ. κατάκ.] C. V. ἐφ' οὗ τ. ἐ. κ. τετράπουν τε τράπεζαν etc. quod indicat τὴν τράπεζαν omitti posse. Kuehn.

ἐφ' ᾗ τὰ ἐκπώμ. κατάκ.] MS. ἐφ' οὗ τὰ ἐκπ. κατάκειται. quasi ad τὸ τεῦχος praecedens haec referret. et κατάκειται vulgato κατάκεινται quidem non cedat. Iung.

ἐφ' ᾗ τὰ ἐκπώματα κατάκεινται] Quanquam id haud ita magni sit ponderis, obsecutus tamen MSS. κατάκειται in textu posui, quem esse Graecae linguae frequentissimum morem tirones sciunt. plenius deinde et splendidius τετράπουν τε τράπεζαν εἰπεῖν· τε aberat ante nos. De loci vero sensu egregie disceptat cum eruditissimis hominibus *Iungermannus* noster, quos facile potuisset ab opinione sua retrahere sola vocis ipsius consideratio, quae si sit abacus, in quo calices reponantur, quam analogiae rationem unquam habere possis? haesit tamen in eadem sententia vir eruditissimus *Vossius* in *Etymol.* Apponam verba: *A calix est caliculare, et* κατὰ συγκοπὴν *caliclare, mensa cui calices imponuntur. Gloss.* τραπεζοφέρον, (scr. τραπεζοφόρον) *caliclare. Graecum hoc est et apud Pollucem, qui interpretatur* τράπεζαν, ἐφ' ᾗ τὰ ἐκπώματα κατάκεινται. Et hercle subductis bene rationibus, etiamsi praeclare agat *Iungermannus* noster, scrupuli quiddam in ea re superest, tam quod ad ipsum *Pollucis* locum adtinet, quam quod ad alia. illud in *Glossis* profecto: *Caliclare*, τραπεζοφόρον, quis enim ita scribendum dubitet, uti dudum emendavit *Bonav. Vulcanius*, admodum eorum rationibus favet, qui τραπεζοφόρον apud *Pollucem* de mensa, quae pocula fert et calices, intelligunt; illam enim significationem non esse falsam et improbam demonstrant: nam quod de analogia dixi, haec solet aliquando multis modis inflecti, ut eam in quibusdam frustra requiras. porro con-

suetudine loquendi vulgari vocabuli istius haec notio invaluisse videtur, neque antiquitatis auctoritate fuisse tuta. iamque videamus, annon id ipsum apprime lucide *Pollux* exponat. *Licet autem mensam, inquit, in qua pocula collocantur, et τετράπουν τράπεζαν appellare et μονόπουν*· nomine scilicet a pedibus, quibus innititur, petito. quid aliud expectes iam, quam ut proprium magis illius mensae nomen tradat *Onomasticographus?* tu vero considera num non aptissime haec ita connectantur: *et si quis voluerit studiose aucupari novitatem et insolentiam usus, τραπεζοφόρον*· ubi sanequam ostendit vocis illum usum novum esse, neque ab antiquitate commendari, magis id quidem, quod addat, non invenisse se ea significatione nomen id in *Aristophanis Agricolis*, sed alia multum diversa; at cum τραπεζοφόρος extet, licere abuti istius significatione ad aliam longe rem ac denotat proprie. videntur haec omnino ordine non disiungendo coniuncta. praeterea in *Paulli* loco locum habere non posse videtur illa τοῦ τραπεζοφόρου notio, quam urget *Iungermannus* noster, siquidem ibi mensarum genera, non earum fulcra aut aliud quid nominentur. et attendendum revera sedulo, quid in omni loco quae praeeunt et quae consequuntur, postulent, iisque demum cognitis et perspectis de sensu verborum formularumque loquendi statui potest; ille autem Basilicorum *Interpres*, qui scripserat οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, si Graecam vocem intellexit, et quicquam illa verba ad τραπεζοφόρον declarandum valere possunt, potius ad originem vocis quam ad usum respexit. neque tamen ego prorsus negare velim τραπεζοφόρα vel τραπεζοφόρους de fulcris mensarum unquam esse usurpatos, cum in hanc potius notionem quam in aliam illam priorem et vulgarem origo vocabuli inclinet. et ego sic lubens capere velim in *Artemidori* loco, utpote quod ad personam oeconomi longe sit appositissimum, siquidem ille sit fulcrum et columen domus, sicuti ipsius mensae τραπεζοφόρος· scimus autem somniorum iudicia a talibus argumentis praecipue pendere. Haec omnia cum ad animum revoco, parum abest, quin *Iungermanno* contrarius in sensu loci huius obsistam, diversaeque parti, quos ille omnes vitii insimulat, adsim. lector perpensis rationum momentis ad illam se sententiam aggreget, quam veri simillimam existimat. Alias et apud *Ciceronem trapezophori* mentio lib. VII. Ep. 23. *Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis.* unde tamen quid *Cicero* per *trapezophorum* intellexerit, parum liquet.

τετράπουν τρ.] MS. plenius: *τετράπουν τε τράπ. ε. καὶ μ.* SEBERUS.

φιλοτιμεῖσθαι] *Si quis studiosius sequi voluerit novam significationem, τραπεζοφόρον. Paulus* libr. IV. *ad Sabinum: supellectili legata haec continentur, mensae, trapezophora, delficae* etc. in *Gloss. τραπεζόφορον,* (leg. *τραπεζοφόρον*) *caliclare,* nisi *τραπεζόφορον, quod fertur a mensa,* non *quod fert mensam,* interpreteris. KUEHN.

οὐκ ἐπὶ τούτου γὰρ εὗρον] MS. *οὐκ ἐπὶ τούτου μὲν γὰρ* etc. IUNG.

οὐκ ἐπὶ τούτου γὰρ etc.] Eximius ille Codex *Palatinus,* qui non tantum in summa rerum, sed et plerisque minutis veram *Pollucis* lectionem retinuit, exhibet *ἐπὶ τούτου μὲν γάρ·* quae vocula ad sententiae facit elegantiam. *Aristophanis Agricolarum* creberrima et apud *Nostrum* et apud alios Grammaticos est mentio. adeundum ad *Meursium* in *Attica Bibliotheca.*

τῷ ὀν. ὡς ῥηθέντι] C. V. *ἐκεῖ ῥηθέντι* etc. KUEHN.

τῷ ὀν. ὡς ῥηθέντι] MS. *ἐκεῖ,* pro vulgato *ὡς·* et rectius. Scribe itaque: *τῷ ὀνόματι ἐκεῖ ῥηθέντι,* nempe in *Aristophanis Γεωργοῖς.* Caeterum ad hunc locum videntur doctissimi viri impegisse, quod tamen cum ipsorum diligentiae venia a me dictum esto. Ista enim *Artemidori Onirocrit.* libr. I. cap. 76. ubi ait quod in somnis visae significent *ξέσται* quidem, *θεράποντας· ἀμφορεῖς, τοὺς ὑπηρέτας· τραπεζοφόροι, τοὺς οἰκονόμους,* videntur accipere de ipsis mensis, allato *Paulli* loco e lib. III. de Supell. legata: *Supellectili legata haec continentur, mensae, trapezophora, delficae* etc. trapezophora, aiunt, *abaci e quibus vina ministrantur,* allato e *Gloss.* veteribus, *τραπεζοφόρον, Caliclare.* eoque trahunt ista *Pollucis* hic *ἐφ' οὗ τὰ ἐκπώματα κατάκειντai.* Non recte nec *Pollux,* nec *Artemidorus* hoc protulit de mensis, nisi valde fallor. Et cautius vetus Interpres *Artemidori I. Cornarius: fulcra mensae, trapezophori Graecis dicti.* Non enim de mensis ibi loquitur somniorum iste *ἐξηγητής,* sed de iis, quae mensas continent. In *Polluce* vero nostro clarum est, illum proferre haec verba, *ἐφ' ἧ τὰ ἐκπώματα κατάκειται,* de mensa, quam licet, ait, et *τετράπουν,* et *μονόπουν* dicere, et *τρίπουν* etiam puta, ut in loco *Procopii* apud *Cuiacium* X. Observat. 13. qui et recte de *Delfica* accipit: *τρίποδες* supra VI, 83. *ἐφ' ὧν ἔκειντο τράπεζαι.* Aliter impegit *Leunclavius* eruditissimus Notatorum lib. II. cap. 75. Ille vocem *trapezophora* in dicta libr. III. corruptam esse ait, et scribendum esse *trape-*

zophori, quod in *Basilicis* exstet, cum hac declaratione, οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, *ut intelligantur*, ait, *columellae sive pedes, qui mensas impositas sustinent.* Et hactenus recte quidem: nos vocamus scilicet, das Gestelle: quamvis non causa litigandi magna sit περὶ λήξεως voculae illius, quum multa eiusmodi διττῶς dicantur, et tam *trapezophora* possint esse vera in lib. III. quam τραπεζοφόροι in *Basilicis.* sed quod addit, falsum est. *Nam*, ait, *trapezophora significationem aliam habent*, videlicet τραπεζῶν, ἐφ᾽ ὧν τὰ ἐκπώματα κατάκειντα· *hoc est*, mensarum, in quibus vasa potoria collocantur, *ut Pollux scripsit.* tum profert ex *Gloss.* veteri quoque τραπεζοφόρα, *caliclaria.* Sed ille *Pollucem* mehercle non diligenter inspexit. numquam enim mihi persuaserit ista verba, ἐφ᾽ ὧν (quae prima ipse finxit; *Pollux* enim singulari utitur) τὰ ἐκπώματα κατάκειντα, *Pollucem* de τραπεζοφόροις protulisse. distincte enim tractat *Pollux* de istis, primum de τραπέζῃ τετράποδι, vel μονόποδι, sive *Delfica*, tum de τραπεζοφόρῳ, τῷ τράπεζαν φέροντι. Illis verba ista adiunxit, non huic fulcimento. Eundem errorem et in Thesauro sequuti sunt, eodem ista verba *Pollucis*, quo non debebant, trahentes, et dupliciter itaque τραπεζοφόρον, invito *Polluce*, exponentes. *Bayfius* de Vasculis rectius videtur cepisse, qui *repositoria* exponit, in quibus reponerentur mensae, et inde forte *trapezophora* dicta. *reponere* enim, collocare esse. recte et exponit olim *Rhodiginus* VII. Antiq. 12. quamvis *Pollucis* verba quoque confundat, quasi omnia de mensa, in qua pocula reponerentur, dixerit. Sed ad finem tandem huius capitis. Iung.

τῷ ὀνόματι ὡς ῥηθέντι] Illud ὡς nullius non aures offendat. venuste MSS. ἐκεῖ, quod in textum reduxi. Tum in istis, quae sequuntur, οὐ ἐπῆσαν etc. potius amplectimur ἦ, cuius vestigia MSS. servabant, accentu tamen alieno voculam insignientes. neque alterum illud οὐ sane satis ex ingenio linguae Graecae commodum. in Codice vero *Falckenburgii* pro ἐπῆσαν invenio ἐποίησαν. librum illum saepe, ubi ab omnibus recedit MSS. pristinam adservasse lectionem, uberi documento compertum habemus. hic tamen in illa sani nihil video, vulgatamque malim prae quavis alia. sententia *Pollucis*, quantum quidem ego perspicio, haec est: *Quoniam autem extat* τραπεζοφόρος, etiamsi non ea notione, qua dixi. *licet abuti hoc nomine ibi in Aristophanis Georgis usurpato de eo, qui mensam ferebat, cui impositae erant myrti magistratibus.* Magistratum enim myrtea fuisse redimitum corona egregie docuit ad hunc locum *Iungermannus.* sed id praeterea colli-

gere mihi ea de re videor ex *Pollucis* hoc loco, non coronatos fuisse myrto archontes, nisi cum suo fungerentur munere: ideo pedissequum habuisse, qui mensam portarit, in qua deponere soliti erant myrteas illas coronas, si a publicae rei cura vacarent, cui nomen fuit τραπεζοφόρῳ, quod quamvis non aliunde mihi sit exploratum, hoc tamen e loco satis liquere arbitror. Alias et τραπεζοφόρον fuisse dictam *Minervae* sacerdotem, quae cum altera, cui nomen κοσμοῦς, omnia Deae sacrificia obiret, memoriae produnt *Harpocratio*, *Etymologus* et *Suidas*. Sed de myrteis coronis id porro observare lubet, videri Στεφανοπωλίδας fabulam *Eubuli*, cuius pluribus in locis mentionem facit *Pollux*, istam magistratus obtinendi potentium lubidinem inter Athenienses, quae per fas et nefas plerumque amat procedere, perspicue notasse. quod me in istam deducit opinionem, versus sunt *Eubuli* sanequam elegantes apud *Athenaeum* lib. XV.

στεφάνους ἴσως βούλεσθε· πότερον ἑρπυλλίνους,
ἢ μυρτίνους, ἢ τῶν διηνθισμένων;
τῶν μυρτίνων βουλόμεθα τούτων
οὐ τ' ἄλλα πωλεῖ πάντα πλὴν τῶν μυρτίνων.

Ubi mulier coronaria cuiuscunque generis corollas offert vendendas, quas tamen omnes ut libere distrahat, illi, cum quibus ipsi res erat, facile permittunt, retineat modo myrteas. in his ego tum *Eubuli* acumen demiror, qui venuste istam potentium dominandi cupidinem tetigerit, cum elegantiam in ista repetitione τῶν μυρτίνων· verbum exinde *Comica* construxit facetia μυῤῥινᾷν, quod est *imperii cupiditate flagrare*. quem dedit in notis suis *Hesychii* locum ea de re *Iungermannus*, corruptus est, et in hunc modum restituendus: Μυῤῥινῶν, ὃ δηλοῖ ἐπί τινα ἀρχὴν παρασκευαζόμενον· quod praeteriisse miror diligentiam et sagacitatem *Iungermanni*, praecipue cum ad manum ipsi essent ista *Scholiastae Aristophanis*, καὶ μυῤῥινῶν ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. sed hinc tandem ad sequens caput, quod est de vasculis vinariis, accedamus.

οὗ ἐπῆσαν] C. V. ἣ ἐπῆσαν, leg. ᾗ, *cui mensae* etc. Archontes Athenis coronabantur myrto. *Hesych.* in μυῤῥίνων. Kuehn.

οὗ ἐπῆσαν] MS. noster: ἣ ἐπῆσαν, cetera ut vulgo. an ᾗ ἐπῆσαν etc.? scilicet mensae. Sane de hoc more mihi parum liquet; nisi quod constat, eos, qui in magistratu, corona myrtea redimitos fuisse, quae itaque ad mensam illis praesto erat quoque. Invenio enim in *Hesychio*: Μυῤῥίνων· ὃ δηλοῖ

ἐπί τινα ἀρχὴν παρασκευαζομένων· οὕτως δὲ ἔοικεν ἐσχηματίσθαι διὰ τὸ τοὺς ἄρχοντας ταῖς μυῤῥίναις στέφεσθαι. Et apud *Aristoph. Schol.* in Ἱππεῖς, ibi ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυῤῥίνου ad quae postrema *Schol.* μέχρι τῆς κεφαλῆς· ἐπειδὴ οἱ ἄρχοντες μυῤῥίνῃ ἐστεφανοῦντο. Et iterum ad ea ἐν Σφηξὶ· καὶ μυῤῥίνας καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν· ait: μυῤῥίναις γὰρ ἐστεφανοῦντο οἱ ἄρχοντες· καὶ μυῤῥινῶν, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. Alias μυῤῥίνας, sive myrteos ramos adhibitos mensae, quando σκολιὰ canebant, notum est. et plura de ea re *Aristoph. Schol.* ad Σφῆκας. Videndum vero, an *Pollucis* locus usquequaque integer sit. sed tollamus tandem has mensas cum suo capite, et ad sequens nos transferamus. IUNG.

70.

περὶ οἴνου ἀγγείων.] Supra VI, 14. SEB.

περὶ οἴνου ἀγγείων.] C. A. περὶ τῶν ἐν οἴνοις ἀγγείων. KUEHN.

περὶ οἴνου ἀγγείων.] Hoc quidem caput cum priore ita cohaeret in MS. ut nullus intercurrat titulus. IUNG.

τούτοις] MS. male τούτους· quod tamen quis correxit. IUNGERM.

προσακτέον τὰ τ. οἴν. etc.] *Salm.* προσκτητέον· C. A. καὶ τὰ τῶν οἴνων etc. et sine distinctione iunguntur ἀγγεῖα οἰνοφόρα, et insequentes copulae absunt. KUEHN.

ἀκρατοφόρα] MS. καὶ κρατοφόρα· sed bene quoque emendatum: καὶ ἀκρατοφόρα. IUNG.

καὶ κάδδους, καὶ καδδίσκους.] C. V. κάδους, καδίσκους, κάδον (leg. κάδου) καδίσκου, ubique cum simplici delta. ita et *Salm.* KUEHN.

καὶ κάδδους, καὶ καδδίσκους.] MS. καὶ κάδους, καὶ καδίσκους· et sic fere habet uno δ ubique. IUNG.

καὶ κάδδους, καὶ καδδίσκους. etc.] Hic et ubicunque nomen illud occurrit hoc capite, duplici litera δ vulgatae editiones exhibuerunt. praetuli cum MSS. κάδους, et καδίσκους, de quo mihi tam saepe fuit monendum, ut pigeat ferme; ubicunque vero in posterum inciderit haec vox, ita repraesentabimus in textu, ut semel scribendam constituimus. advertimus autem dubiam in MSS. scribendi fere rationem istorum vocabulorum, quae media litera geminata gaudent; sic κάννα et κάνα, κάνναθρον et κάναθρον in *Hesychio*, σάκκος et σάκος, quod ultimum continuo sic MS. *Palatinus* habet, σάκκιον et σάκιον· et ipsi sanequam veteres promiscue altera similium literarum addita vel demta scripserunt pro re nata, quod ex

carminum modulo perspicimus, cuius exempla *Pollux* ipse infra suppeditabit. De *κάδῳ* vero in *Midianam Demosthenis Ulpianus* observat, quod et dicatur *γυναικεῖον ἀγγεῖον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἀρύσεις τῶν ὑδάτων, ἢ τὰς νῦν σίτλας, situlas*, vel *situlos aquarios*, ut *Cato*. inde *Thomas* et *Ammonius ἀντλητήριον* exponunt. Fuit et in usu *κάδος*, seu *κάδδον* ipsos dixisse malueris, apud Lacedaemonios, adhibitusque ad rem memorandam. cum scilicet admitti postulabat in consortium amicus novus, omnium ea de re voluntatem hoc pacto explorabant: obibat e domo servus, capitique cadum habebat impositum, cui singulus illorum, qui societatem coierant, magdaliam iniiciebat; si laxam et ut acceperat, non se consortium petitoris illius reiicere demonstrabat, sin vero compressam manu, contrariam animo sententiam fovebat. hic vero cum repudiaretur, *κεκαδδεῖσθαι* dici solebat ab illo vase agendique modo. rem posteris prodidit *Plutarchus* in vita *Lycurgi*. sed apud eum forte malis legere *κεκαδδῆσθαι*, vel *κεκαδῆσθαι, reiectum, repudiatum* esse, tanquam a cado deducta verbi ratione, alioque spectare censeas *Hesychiana* de *κεκαδεῖν, κεκαδῆσαι, κεκάδεσθαι* et *κεκαδῶν*, sic enim apud eum scribendum. non occultabo tamen quis animi mei sensus olim super ea re fuerit. Lacones enim iuxta ac antiquiores Graecos habuisse verbum *κεκαδεῖν* existimabam vel *κεκάδειν*, quod fuerit *separare, segregare*, ideoque etiam *laedere*. is autem apud Laconas qui expetita societate fuerat repudiatus, cum diceretur *κεκαδεῖσθαι, reiici, consortiique honore privari*, nam et *στερεῖν* exponit *Hesychius*, cumque cadum in hos usus eo modo, quem explicui, adhiberent, Grammatici putarunt a *κάδῳ* derivari hoc *κεκαδεῖσθαι*, cum tamen similitudo nominis utriusque esset fortuita, neque alteram haec ullo affinitatis iure attingeret. hoc si probaveris, ut certe non minimam veri habet speciem, in *Plutarcho* editam lectionem tutius fuerit retinuisse. neque vero mihi quis hic obiiciat quae *Grammatici* de *κεκάδοντο* apud *Homerum* et *κεκαδησόμεθα*, horumque origine commentantur, ac si propterea *κεκαδεῖν* suspectae possit esse probitatis, siquidem illa omnia cum pluribus aliis sint summe nugacia, quibus unius *Hesychii* auctoritatem oppono, qui ceteris melius istas voces cepit et explicuit. in his, quanquam et alia supersint, non ero longior, ne videar potius digressiones venari quam oblatis uti. De *ἀμφορεῖ* vero et amphora large nuper disseruit vir eruditissimus et amicissimus *Adr. Relandus* in altera Dissertatione de Nummis Samaritanis. *Cratini* verbis ex

eius *Pytina* simillima sunt illa *Strattidis*, ut quidem emendavit *Is. Casaubonus*, apud *Athenaeum* lib. XI.

'Ερμῆς, ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοϊδίου,
οἱ δὲ ἐκ καδίσκου, ἴσον ἴσῳ κεκραμένου.

ubi *Casaubonus* egregie observat, 'Ερμῆν esse potionis nomen.

καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. etc. κάδδον] Vel κάδον· sic apud *Athen.* lib. XI. fol. 472. prior. edit. οὐδ' ἐξ ὀπίων, κάδδον. Seb.

καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. etc.] Absunt a C. A. κάδδον καί. Kuehn.

καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. etc.] *Anacreontis* χρῆσις antea prorsus mendose erat; et *Henr. Stephanus* suo Codici adscripserat: *leg.* οἴνου δ' ἐξέπιον κάδδον· *ex Athenaeo, qui citat hunc locum in* κάδδος. Et ita recte edidit *Seberus*, nisi quod malim cum eo κάδον, unico δ, ut apud *Athenaeum* est, et in nostro MS. Locum pariter ita restituit *Casaub.* XI. *Athen.* 6. In MS. nostro hic omnia ita leguntur: Ἀνακρέων (sine praecedenti καὶ) γ' οὖν ἔφη, οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον. Iung.

καὶ Ἡρόδοτος] *Herodoti* locus extat in *Euterpe* hunc in modum: Φοινικηΐου οἴνου κάδον. Kuehn.

καὶ Ἡρόδοτος] MS. Ἡρόδοτος· (omisso καὶ) καὶ φοινικίου οἴνου κάδον. Κρατ. Eundem locum *Herodoti* ἐν τῇ τρίτῃ quoque citat *Athenaeus* eodem lib. XI. ut quoque adnotavit ibi *Casaubonus*. Integer locus in *Thalia* cap. 20. ubi *Cambyses Ichthyophagos* legat cum donis ad Aethiopas, regi eorum mittens inter alia, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ Φοινικηΐου οἴνου κάδον. Iung.

καὶ Κρατῖν. δὲ ἐν Π. etc.] In *Cratini* verbis τοὺς δ' ἐκ καδίσκου legerim, ut sibi constet senarius. C. A. leg. προχοϊδίου τοὺς δὲ ἐκ καδδίσκους· male. Kuehn.

καὶ Κρατῖν. δὲ ἐν Π. etc.] MS. Κρατῖνος δ' ἐν Πυτίνῃ etc. malim vero in eius verbis προχοϊδίου scribere, ut et in MS. nostro correctum est. in iisdem MS. iterum καδίσκου uno δ, quod sequar potius; et videntur forte ita concipienda haec:

— τοὺς μὲν ἐκ προχοϊδίου
τοὺς δ' ἐκ καδίσκου. —

De cado quaedam collegit et *Hostus* lib. I. de Mensur. c. 5. in *Cadus*. Iung.

ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, etc.] Prior. edit. μετριτ. etiam segm. seq. Seb.

ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, etc.] Absunt a C. A. usque ad ἔφη segm. seq. C. V. legit ita: μετριτὴν τὸν ἀμφορέα κεκλεῖσθαι φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ Φιλύλλιος· σὺ μὲν οὖν τὴν ἀμφορεῦ δίδωμι· legerem μετρητὴν τὸν ἀ. κεκλῆσθαι φησὶν ἐν τῇ δ. φ. σοὶ μὲν οὖν τὴν ἀμφορέως δίδωμι τιμήν. Δωδεκάτῃ cognomen fuit ne-

scio cuius meretriculae, a qua *Philyllius* nomen imposuit dramati, uti et *Anteiam* scripsit comoediam ita dictam a meretrice huius nominis. *Δωδεκάτη* vero meruit cognominari eadem ratione, qua *Cyrene* scortum nobile *δωδεκαμήχανος*· vid. *Suid.* hac voce et in *Φιλύλλιος*. *Vales.* putat *δυοδέκατον* notare *Herculis* laborem duodecimum, quia *Ἡρακλῆς* est inter *fabulas Philyllii.* iudicet Lector eruditus. Kuehn.

ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, etc.] Sequitur in nostro MS. ita: *ἀλλὰ μὴν καὶ μετριτὴν, τὸν ἀμφορέα κεκλεῖσθαι φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ Φυλύλλιος· σὺ μὲν οὖν τὴν ἀμφορεῦ* (sed emendatum *ἀμφορέα*, superposita *εα τῷ ευ*) *δίδωμι τιμήν· π. μ. τ. αὐτέχειν, ὄ. μετριτὴν, μετρ. ἕνεκα.* Insignis locus, quem praefiscini dicam totum me tibi restituturum, MS. ope ista, profiteor. Proponam ut totum scribendum adfirmare non dubito: post quaedam mihi argumenta dicam: *ἀλλὰ μὴν καὶ μετρητὴν τὸν ἀμφορέα κεκλῆσθαί φησιν ἐν τῇ Δωδεκάτῃ Φιλύλλιος·*

— *σοὶ μὲν οὖν τήνδ' ἀμφορεῦ*
δίδωμι τιμήν, πρῶτα μὲν τοῦτ' αὖτ' ἔχειν
ὄνομα μετρητὴν, μετριότητος ἕνεκα.

Elegantissima *χρῆσις*, quae absque MS. fuisset, periisset funditus. *Hunc tibi honorem addo, hoc te honore macto, amphora, primum quidem ut habeas nomen Metreta, propter μετριότητα.* nihil in MS. mutavi fere, nisi quae vitii mihi manifesta: ut illud *σὺ*, ubi *υ* pro *οι* solenni errore subrepsit scilicet. Ineptus autem iste, qui et in MS. substituere conabatur *ἀμφορέα*. Quid haereo in iis, quae iam clara? Saltem addendum, quod loco in vulgatis corrumpendo et discerpendo causam videtur aliquam dedisse vulgatum *ἐν τῷ δυοδεκάτῳ* nimirum. quos libros enim vel historiam ille *Philyllius* scripsit, qui ad eum numerum excreverint? noster MS. verum nomen *ἐν τῇ Δωδεκάτῃ* vero servavit. Et est illud ipsius *Comici* drama ita nuncupatum, ut et *Suidas* nos docet in *Φιλύλλιος*, (quamvis et apud ipsum id vocabulum non recte scribatur *Φιλλύλιὸς*) *Φιλύλλιος, Ἀθηναῖος Κωμικὸς τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν· Αἰγεὺς, Αὐγὴ, Ἄντεια, ἑταίρας ὄνομα, Δωδεκάτη, Ἡρακλῆς*, cetera. Sed illi boni viri, qui corruperunt, putarunt numerum alicuius librorum esse, et itaque quasi *βιβλίῳ* subaudiendum esset, *ἐν τῷ δυοδεκάτῳ* stulte nobis obtruserunt hactenus. Viri doctissimi ad vulgatam lectionem offenderunt, dum scribunt libr. II. de Mens. In Mensuris cubicis definition. 54. *Pollucem* dicere, amphoram metretam a *Cratino* adpellatam. Et quis non ad tam convulsa verba, ut huic loco vulgo accidet? Iung.

ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, etc.] Locus hic in editis *Pollucis* Codicibus miserrime disiectus erat et pessime habitus, quod ut melius cognoscas, et simul, quam egregie loco suppetias ivimus e MSS. perspicias, lectionem, quae fuit ante nos, integram adscribam: *ἀλλὰ καὶ μετρητὴν τὸν ἀμφορέα εἴρηκε· φησὶν ἐν δυοδεκάτῳ Φιλλύλιος, Σοὶ μὲν οὖν τὸν δ' ἀμφορέα δίδωμι τιμήν· πρῶτα μὲν τοῦτ' αὐτ' ἔχειν ὄνομα μετρητὴν, μετριότητος οὕνεκα·* quem elegantissimum *Comici* locum clara luce perfudit *Iungermannus* noster. nos ne moremur, ubi opus non est.

71.

τοῦτ' αὐτὸ ἔχειν ὄνομα] C. V. *τοῦτ' ἔχειν ὄ. μετριτήν*. Kuehn.

Δημοσθένης] *Demosthenis* in ea *πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως* verba sunt: *σὺ δ' ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμους, καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον, πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς σίτου μὲν μεδίμνους πλεῖον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ μετρητὰς ὑπὲρ ὀκτακοσίους*. De metreta alias agit *Hostus* lib. I. de Mensur. c. 5. Iung.

Φιλόχορος] De hoc vid. *Suidam*, qui de eo inter alia: *ἔγραψεν Ἀτθίδος βιβλία ιζ'. περιέχει δὲ τὰς Ἀθηναίων πράξεις, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρξαντας ἕως Ἀντιόχου τοῦ τελευταίου τοῦ προσαγορευθέντος Θεοῦ· ἔστι δὲ πρὸς Δήμωνα*. Iung.

φησι] MS. *φησί*. Iung.

κεκλῆσθαι] MS. *καλεῖσθαι*. Seb.

κεκλῆσθαι κάδδον, etc.] C. A. et C. V. *καλεῖσθαι·* dein C. V. *κάδον, ἡμικάδιον, κάδον, κάδῳ* ubique cum simplici δ. C. A. et *Salm*. *καὶ τὸ ἡμιαφόριον*, male omisso μ. Kuehn.

κεκλῆσθαι κάδδον. etc.] MS. *καλεῖσθαι κάδον, καὶ τὸ ἡμιαμφόριον, ἡμικάδιον·* quae ita reponere possumus. *καλεῖσθαι*, pro vulgato *κεκλῆσθαι*, etiam e suo MS. indicat *Seberus* noster. Iungerm.

κεκλῆσθαι κάδδον.] *καλεῖσθαι κάδον* volentibus ita MSS. in textu restitui, et mox *ἡμικάδιον*. Celeberrimum *Philochori* opus *Ἀτθὶς*, quaque creberrime veteres *Grammatici* sunt usi. vide *Meursii Bibliothecam Atticam*. In istis autem voluminibus totius Atticae regionis sacram profanamque historiam luculenter erat complexus.

Φιλοκνίδῃ] Vide in Indice scriptorum, quos *Pollux* laudat. Seb.

Φιλοκνίδῃ] C. V. *Φιλοκλίνῃ·* C. A. et *Salm*. *Φιλοκρίνῃ·* forte *Φυλοκρίνῃ*, *in Diiudicante*, qui diligenter distinguit inter cognata, cuius exemplum hoc loco producitur. Kuehn.

Φιλοκνίδῃ] MS. *Ἐπίχ. μέντοι ἐν Φιλοκλίνῃ*, non *Φιλοκνίδῃ*. *Seberus* in Indice Auctorum ait suum *Augustanum* MS.

habere *Φιλοκρίνῃ*· ipse *Φιλοκτήτῃ*, quae fabula et apud *Athenaeum Epicharmo* tribuitur, legendum putat. Mihi nostri MS. *Φιλοκλίνης* adblanditur, eumque sequar titulum dum viri docti nos certiora docebunt. Iung.

Φιλοκνίδῃ] Titulum illum falsi convincunt MSS. Codices, quorum lectionem sequi antiquius habui, quam adhaerere vulgatae. *Φιλοκλίνης* autem *Epicharmi* delituit hactenus, neque, quantum ego memini, fuit unquam in lucem protractus. hic MSS. produnt. ille vero *Φιλοκλίνης* personam egisse videtur hominis supini, qui lecto semper erat affixus, ut animo suo pigro et illiberali obsecundaret. non ego tamen temere repudiem *Φιλοκρίνης*, quod in *Augustano* suo reperisse se *Seberus* significat. et videri possit allusisse eo *Pollux* ipse, cum *διακρίνειν* mox adiicit. *Hesychius*: *Φιλοκρινεῖν*, *διαιρεῖν*. Sed hic suo quisque gaudeat arbitrio. quod mihi cum meliori MSS. parte maxime placuit, in textu repositum est. De *δήλεσθαι*, quod idem cum *θέλειν*, *βούλεσθαι*, exponente *Hesychio*, est, videndus *Theocriti* Commentator Eruditissimus *Is. Casaubonus*. [Puram me lectionem adseruisse puto. cuiuscunque ponderis sit *Φιλοκρίνης*, quod alios pensitare velim, non certe constabilitur ex *Hesychii* loco. Venit enim in mentem, scribendum potius in lexicographo *Φυλοκρινεῖν*. saepius ea ratione ab *Hesychio* peccatum. adstipulatur autem huic emendationi ipse *Hesychius*: *Φιλοκρινεῖν*, *τὰς φυλὰς διακρίνειν*· et cummaxime *Etymologici* pater, quem vide. *Ex Addendis.*]

κάδδον] MS. *κάδον*· et plerumque certe in *Polluce* per unum *δ* scribendum cum MS. nostro videtur, hic sane propter versum sequentem. cuius initium ex MS. nostro ita scribe: *οὔτ' ἐν κάδῳ δηλ.* nec potest aliter. Iung.

οὔτε ἐν κάδδῳ] *κάδῳ*, unico *δ* ad metrum aptius. et sic est in MS. infra segm. 185. Seb.

οὔτε ἐν κάδδῳ] C. A. *οὔτ' ἐν κ.* *nec in cado velim ego, neo in amphora. Hesych.* *δήλονται*, *θέλουσι*. *Salm.* C. *δηλοῖ μέν*. Kuehn.

ἐκ δὲ τῶν οἰνοφ. ἀγ.] C. A. *οὐδὲ τῶν* etc. *ἀσκὸς ἀσκίδιον ὡς ἐν Ἀ. Ἀ. καὶ πυτίνη λάγυνος λαγύνιον.* Kuehn.

ἐκ δὲ τῶν οἰνοφ. ἀ. ἀσκὸς] Veteres in utribus habuisse vinum res est non ignota, cuius et in Evangeliis facta est mentio: *Marc.* IX. v. 17. vocabulum *ἀσκὸς* ea notione sumptum *Syrus* interpretatur נקד *σάκκους*, eiusdem saepissime usus. exinde et a verbo *πιλεῖν* ortam existimare licet *pilascam*, quam *Isidori Gl.* *vas vinarium ex corio* reddunt. illam pronunciatione corrupta Graeci peioris aetatis *φλάσκωνα* dixerunt, quod

et alibi me monuisse in memoriam recurrit. *Etymologus* etiam *Magnus* in voce *Δάμασκος* inquit; *καὶ τὰ οἰνοδόχα δὲ δέρματα ἀσκοὺς καλοῦσι.* Ad *Chironis* dextram manum quae stellulae apparent, *θηρίον* vel bestiolam quandam hi dicebant, *τινὲς δὲ ἀσκὸν φασὶν αὐτὸ εἶναι οἴνου, ἐξ οὗ σπένδει τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ θυτήριον·* quae verba sunt *Eratosthenis* in *Catast.* c. 40. Meminerunt et *Arrianus* atque *Curtius* vini in utribus ab *Alexandro* vecti. quibus addenda quae *Donatus* tradit de *Comoedia* et *Tragoedia, Theocritique Scholiastes* in praedictis ad eius *Bucolica*, et *Callistratus* apud *Athenaeum* lib. V. *ἀσκὸς ἐκ παρδαλῶν δερμάτων ἐῤῥαμμένος.* Quam autem *λάγυνον* hic ex *Diphili Hecate Pollux* adnotat, *λάγηνον* appellat *Hero Spirit.* p. 214. scilicet ut Romani lagenam habent; eoque pacto legendum iudico: *Λαγήναρχος, ὁ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ οἴνου,* apud *Hesychium*; nisi malueris etiam vulgatum *λαγίναρχος* retinere.

καὶ ἀσκίδιον, ὡς ἐν Ἀχ.] Inveniet ea fabula id forte oculatior. meos certe oculos fugit illud *ἀσκίδιον* ibi, non et *ἀσκὸς*, quod ibi aliquoties, ut:

ἀκούετε λεῴ, κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοὰς
πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος, ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ
πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

Quae etiam explicat *Suidas* in *ἀσκὸς Κτησιφῶντος* de *ἀσκῷ οἴνου·* et in fine fabulae, *Dicaeopolis*:

ἀπόδοτέ μοι τὸν ἀσκόν.

Repetitque statim, ut et segm. 75. Iung.

72.

δὲ ἄμφω] MS. *δ' ἄμφω.* Iung.

ἐν τῇ Ἑκάτῃ] C. V. *ἑκάστῃ. Diphili Ἑκάτην* laudat et *Athenaeus*, adeoque nihil mutandum. Kuehn.

ἐν τῇ Ἑκάτῃ] De *Diphili Hecate*, eam et ab *Athenaeo* laudari, observavit *Casaubon.* XIV. Anim. 13. Iung.

ἐν Ἀδελφοῖς.] E MS. approbante *Casaub.* in *Athen.* XI. 14. Seb.

ἐν Ἀδελφοῖς.] C. V. *λαγύνιον.* post C. A. et *Salm.* *ἐν Ἀδελφοῖς·* sed *Ἀδελφοῖς* vel *prologus* in *Terentii Adelphos* ab omni suspicione corruptelae vindicaverit. copulae dein absunt. *Diphili ῥῆσιν* exhibet *Athenaeus* libr. XI. cap. 14. ubi verba *Comici* ex Comoedia, quae *Adelphi* inscripta est, hunc in modum constituerem:

— *τὸ τοιχωρύχων*
ἐκεῖνο καὶ τῶν δυναμένων λαγύνιον
ἔχων ὑπὸ μάλης βάδιζ' ἐς τὰ γεύματα,

καὐτὸ πωλεῖ μέχρις ἂν ὥσπερ ἐν ἐράνῳ
εἷς λοιπὸς ᾖ κάπηλος ἠδικημένος
ὑπ' οἰνοπώλου. —

— illam perfossorum parietum
et potentiorum lagenulam
sub ala habens ito in forum, ubi vinum datur degustandum,
et ibi fac venale illud, usque dum unus, ut in coena collatitia,
reliquus sit caupo, iniuria affectus
ab oenopola. —

Sensus verborum mihi quidem is videtur: iubet aliquis indignabundus, ut servus lagenulam improbam dignamque quam parietum perfossores habeant, clam sub ala exportet venumque exponat in ea parte fori, qua cauponibus solet vinum degustandum praeberi, et si non statim nactus ex sententia fuerit emptorem, tam diu in foro desideat, donec dilapsis caeteris unus restet caupo, qui cum oenopola ob fraudem in venditione vini factam expostulet. miscet autem *τοὺς δυναμένους, potentes* in Republica Atheniensi, *perfossoribus parietum,* quia plerique potentiorum Athenis erant aerarii publici fures; vid. *Demosth. Orat.* in *Timocr.* ubi *τοὺς δυναμένους* Athenis recenset ex ordine, qui propter depeculatum in carcerem coniecti fuerunt. Ideoque *τὸ τοιχωρύχων καὶ τῶν δυναμένων λαγύνιον* eadem emphasi dicitur, qua *Nostrates* solent, der diebsfruch, die diebsflásch, nimm die diebsfläsch, und verkauf sie. *Ὥσπερ ἐν ἐράνῳ* significat coena de symbolis peracta, omnibusque, qui una erant, digressis, unum ex iis solum relictum, qui cum hospite, apud quem coenam parandam curaverat, rationem ineat datasque arrhas redimat: hic, ut dixi, sensus huius *ῥήσεως*. *Dalechamp.* ex his verbis cudit nobis *furem scelestum lagunculae, et cauponum defraudatorem,* adeoque non *Diphili,* sed suam lectori mentem exponit. Solet enim ille in locis difficilioribus *Athenaei* facere *intelligendo ut nihil intelligat,* id quod latius exsequemur, si Deus voluerit, in *Paralipomenis in Athenaeum* KUEHN.

ἐν Ἀδελφοῖς.] Sic et MS. noster, ut bene edidit *Seberus* noster et ex suo, corrigente ita *Magno* etiam *Casaubono.* Verba *Diphili* apud *Athenaeum* sunt libr. XI. sed corrupta certe prima: *Οὐδετέρως δέ,* ait, *Δίφιλος ἐν Ἀδελφοῖς εἴρηκεν, ὦ τοιχωρύχον ἐκεῖνο καὶ τῶν δυναμένων λαγύνιον, ἔχον,* et ceteri, adduntur enim plures. *λάγυνος* vero, ut in *Diphili Hecate* saepius extare *Noster* indicat, et in eiusdem *Diphili*

Ἀνασωζομένοις, in hac *χρήσει* apud *Athenaeum* dicto libro legas: *λάγυνον ἔχω κενὸν, ὦ γραῦ, θύλακον δὲ μεστόν*. Iung.

σταμνίον.] De hoc et *Nunnes*. Not. ad *Phrynich*. in *σταμνία*. Iung.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμησεῦσι] Apud *Athen*. libro septimo fol. 308. *ἐν Τελμισσεῦσι*, *Dalec*. in *Telmissensibus*. Sed *Pollux* sibi similis infra segm. 80. *Casaubon*. *Telmessenses* nominat in *Athen*. fol. 339. Seb.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμησεῦσι] Absunt a C. A. usque ad *σταμνάριον εἴρηκεν*. C. V. *ἔν τε τελμισσεῦσι*. Kuehn.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμησεῦσι] MS. *Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῦσιν λέγει*, ut et segm. 82. MS. sed segm. 80. *Τελμισεῦσι* uno σ, ut et supra vulgati VI, 83. et *Harpocratio* in *σιπύα*. Et *Τελμισσεῦσι* etiam apud *Athen*. lib. VII. habes, ubi VII. Animad. 17. huius dramatis mentio quoque fit. Nec dubito ubique reponere *Τελμισσεῖς*· et hic repono audacter cum MS. *Τελμισσεῦσι*. Clare id iubet et qui *Ἐθνικὰ* conscripsit: *Τελμισσὸς, πόλις Καρίας· ὡς δὲ Φίλων καὶ Στράβων, Λυκίας· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρων ὅριον μετὰ Δαίδαλα. ὁ πολίτης Τελμισσεύς· καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τελμισσεῖς*. Clari autem fuerunt isti *ἐπὶ ὀνειροκριτικῇ καὶ τερατοσκοπίᾳ*. Hinc apud *Herodotum* nostrum *Κλειοῖ* c. 78. *Croesus*, portento oblato, *ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμισσέων*· ubi et *τί ἔγνωσαν Τελμισσέες καὶ ὑπεκρίναντο τῷ Κροίσῳ* exponit. Hinc *Ἀριστάνδρου Τελμισσέως* inter *ὀνειροκρίτας* ab *Artemidoro* cum laude, *ὡς ὑποθήκας τὰς πλείστας καὶ ἀρίστας ὑποθεμένου*, fit mentio lib. I. *Onirocr*. c. 33. initio et apud eundem lib. I. c. 82. talis *Ἀπολλόδωρος ὁ Τελμισσεὺς, ἀνὴρ ἐλλόγιμος*· et vide plura de his *Telmissensibus* ex *Cicerone*, *Arriano*, *Tertulliano* apud doctiss. *Rigaltium* nostrum Notis ad lib. I. *Onirocr*. c. 33. *Artemidori*. Nec quis putet nobis adversari, quod *Casaubonus* VII. Animadv. 17. *Telmessenses* vocet, quasi et Graece *Τελμησσεῖς* rectum esset. minime. Ille ita vocat Latinorum more. Sic enim *Cicero* lib. I. de Divin. *Tum Caria tota, praecipueque Telmessenses, etc. in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt*. Sic *Tertullianus* lib. de Anima c. 46. *Telmessenses nulla somnia evacuant etc*. quae loca nobis imputat *Rigaltius*. Sic et *Plinius* lib. V. cap. 27. *Lyciam finit Telmessus*. Sed satis de titulo. Ad ipsam *χρῆσιν*. Iung.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμησεῦσι] Tituli corruptelae medelam ferunt MSS. et ex iis docte *Iungermannus* noster. meminisse saepius huius fabulae *Pollucem* inquit *Meursius* in *Attica Biblioth*. hoc tamen vitii praeteriit sicco pede, cum in *Ety-*

mologo et *Hesychio* pluribus in locis *Τελμισσεῦσι* apprime bene emendaret. Sed in *Comici* verbis pro *μύρου* MSS. restitui iubent *μύρον*. quibus morem gerendum putavi, etiamsi nec edita sine Codicum indicio displicere potuisset. De *στάμνῳ* docte, quem honoris causa nomino, *Adr. Relandus* vir Clarissimus in altera *Dissert.* de *Numm. Samarit. Ion* autem *Chius* cum victor extitisset tragoediarum certamine, singulis Atheniensibus distribuit *Χῖον κεράμειον*, ut *Athenaei Abbreviator* sub initium lib. I. refert, quod utique est *Χίου οἴνου στάμνος*, quem fictilem hinc etiam fuisse patet.

μύρου] C. V. *μύρον*· eodem modo legendum c. 23. et segm. 75. KUEHN.

μύρου.] MS. *μύρον.* et ita scribendum. error proclivis et solens. lege igitur:

οἴνου τε Χίου στάμνον ἥκειν καὶ μύρον.

Nec enim *μύρου στάμνον* dixit Poëta, sed adventare vini Chii stamnum, cum unguento. IUNG.

ἐπὶ τοῦ Χίου στάμνου etc.] MS. noster iterum plenius: *ἐπὶ τοῦ Χίου τὸν στάμνον* etc. IUNG.

ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσι, etc.] MS. *ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν, τὰ Θάσι' ἀμφορίδια.* Nec hoc in *Acharnensibus* hodiernis reperio. Alibi itaque extiterit. Certe et *Suidae* in mentem fuisse puto, quum in *ἀμφορεαφόρους* scribit: *καὶ ἀμφορεῖς, κέραμοι· καὶ Θάσια ἀμφορίδια, τὰ κεράμια.* Alias istud vocabulum ex eodem *Aristophane* profert ibidem: *καὶ Ἀριστοφάνης,* ait, *ἀμφορεῖς λέγει τὰ μέτρα·*

χυτρίδια καὶ σανίδια κἀμφορίδια.

quae in *Εἰρήνῃ* extant. Turbat me vero et hoc, quod de loco *Pollucis* suspicer, quasi corruptus sit, quod de *στάμνῳ* et *σταμνίοις* hic exempla *Noster* adfert, non de *ἀμφορεῖ* vel *ἀμφοριδίοις*. De Thasio sane nihil in *Acharnensibus* nisi hoc invenio: *οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκλῶσι λιπαράμπυκα·* ubi *Scholiastes* ait quosdam dicere *λείπειν τὸ λάγηνον·* quosdam *ῥαφανίδα·* quosdam *Θάσιον βάμμα,* dictum *Θασίαν,* cetera quae ad nostrum locum forte nil pertineant. IUNG.

73.

Εὔπολις δὲ etc.] MS. *Εὔπολις δ' ἐν τῷ Μαρικᾷ καὶ σταμν.* etc. plenius. vide de hoc dramate *Casaubonum* nostrum XV. *Athen.* 12. legitur id apud auctores saepius laudatos, ut apud *Suidam* dicto modo loco in *ἀμφορεαφόρους·* quamvis male *Μαρικᾷ* editi habeant. *Harpocratio* in *Ταμίαι*. *Ethnicographus* *Γάδειρα·* vid. et *Schol. Aristoph.* in *Νεφέλας,* ad verba *Comici*: *Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν* etc.

et ad *Ranas* ait: 'Ὑπέρβολος δὲ, εἰς ὃν καὶ Εὔπολις ἔγραψε τὸν Μαρικᾶν.' Iung.

Εὐπ. δὲ ἐν τῷ Μ. στ.] καὶ interposui ante σταμνάριον· id et in *Luciano* legisse redit in memoriam. Pro βῖκος, quod continuo sequitur, βύκος habet *Falckenburgius*. utramque scripturam in MSS. esse novi.

ἐν δὲ τούτοις ὀνομ. καὶ β.] C. A. σὺν δὲ τ. *Herod.* in *Clio* βίκους Φοινικηΐους κατάγουσι etc. Kuehn.

ἔνιοι μ. τ. χ. καὶ πελίνην] MS. πέλυκιν (an πέλυκα, ut segm. 78.) κεκλήκασιν· πελίνην exp. mensuram Atticam, continentem heminas octo. Seb.

ἔνιοι μ. τ. χ. καὶ πελίνην] C. A. μέντοι τ. X. καὶ πέλεκυν etc. C. V. πελίκην· tum absunt haec verba καὶ εἶναι τ. β. a C. A. *Hesych.* πελικὰν Boeotice, pro πελίκην, leg. πελικήν. *Salmas.* leg. πέλεκυν laudatque *Hesychium* et V. C. qui leg. πελέκην. Kuehn.

ἔνιοι μ. τ. χ. καὶ πελίνην] MS. ἔνιοι μέντοι τὸν χοῦν καὶ πελίκην κεκλήκασιν, καὶ ε. τ. Βοιώτιον· ἀλλὰ etc. Et *Seberi* MS. fere sic, πέλυκιν κεκλήκασιν. Et hic non dubito nostri MS. scripturam πελίκην ut veram asserere, esseque hanc ipsam πελίκην, de qua *Athenaeus* lib. XI. in πελίκαι· Κράτης, ait ibi, δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου γράφει οὕτως· οἱ χόες πελίκαι, καθάπερ εἴπομεν, ὠνομάζοντο. etc. quae ibi potes legere. Et hic *Noster* χοῦν quosdam etiam πελίκην nominare. fortéque et supra segm. 67. πελίκας, ut ibi dixi, legendum sit. Iungerm.

ἔνιοι μὲν τὸν χ. καὶ πελίνην etc.] Sufficit, si me πελίκην restituisse de MSS. admoneam, siquidem ipso de vase aliisque similibus supra segm. 67. large dixerim.

ἀσκοπυτίνη.] C. A. ἀσκαπυτίνη. *Gloss. Veter.* ascora, ἀσκοπυτίνη, ascura. ἀσκοπυτίνη videtur *lagena coriacea* fuisse. quae sequuntur non extant in C. A. usque ad οἴνου. Kuehn.

καὶ γὰρ καὶ etc.] MS. καὶ γὰρ τοῦτ' ἄν τις etc. Iung.

ἀσκοπυτίνη τινὰ etc.] C. V. optime ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγὸν, *ascopytinem quandam siti auxiliatricem.* vid. supra. Kuehn.

ἀσκοπυτίνη τινὰ etc.] Sequitur *Antiphanis* elegans χρῆσις, non vulgo, ubi ea corrupta, sed in MS. nostro, qui ita habet, ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγόν· facete, ut inficete vulgo δίψους ἀγωγόν. Vocat *Antiphanes ascopytinem* δίψους ἀρωγὸν, ut sitim quae arcere queat; credo enim ea plena facile quis sitim sibi depelleret καὶ μάλα διψαλέος. Iung.

ἀσκοπυτίνη τ. δ. ἀγωγόν.] Omni carebat sensu *Antiphanis* ille locus ante nos, quem in integrum reformavimus ope MSS. iamque sententiam continet elegantem: *Pilascam quandam, quae sitim depellat. δίψους ἀρωγὸν σκεῦος* ita mihi lectum apud *Athenaeum*, similique saepius alibi notione *ἀρωγός*. *Antiphanis* autem *Meleagrum* non aliunde quam hoc e loco *Meursius* adnotavit.

καὶ M. δὲ ἐν Χαλκιδωνίῳ] Leg. *Καρχηδονίῳ* ex C. V. *Athenaeus* etiam laudat *Menandrum* in *Καρχηδονίῳ· Schol. Aristoph. ἐν Καρχηδονίοις*, ut notat *Casaubon.* ad *Athen.* lib. IX. cap. 8. *Salmas.* legit: *Χαλκηδονίῳ*. Kuehn.

καὶ M. δὲ ἐν Χαλκιδωνίῳ] MS. *καὶ Μένανδρος δ' ἐν Καρχηδονίῳ·* et apud *Athenaeum* libr. IX. ut adnotavit *Casaubonus* IX. Anim. 8. ubi addit apud *Scholiastem Aristophanis* in *Equitibus* etiam numero multitudinis adduci *Καρχηδονίοις*, et ita quoque in extremis *Schol.* ad *Σφῆκας* legi. Bene quod hic *Carthaginensis* et apud *Pollucem* ope MS. servatus est. Iungerm.

καὶ Μένανδρος δὲ ἐν Χαλκιδωνίῳ] Fefellit huius loci vitium diligentissimum *Meursium*, qui scilicet ex hisce *Pollucis* nostri retulerit *Menandri* fabulam *Χαλκιδόνιον* in numerum dramatum eius. sed eo nos feliciores, quod in eiusmodi libros inciderimus, quorum de fide non sine religione dubitare licet: *Καρχηδονίῳ*, sicut illi, textus habet, cuius et ex *Athenaeo* et *Stobensi* mentionem fecit *Meursius*. sed ille tamen vir doctissimus nonnullam habuit rationem, cur in hoc *Pollucis* loco secure *Χαλκιδόνιον* vel *Χαλκηδόνιον* approbaret, siquidem et illam dramatis inscriptionem offenderet in *Suida* voce *Λιτυέρσης*. *Lexicographi* illa sunt verba: *Μένανδρος Χαλκηδονίῳ· ᾄδοντα λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου τέως*. mihi quidem dubium in istis animum haerere non diffiteor. fabulamne *Χαλκηδόνιον Menandri* agnoscamus? anne potius *Pollucei* loci exemplo restituendum ibi *Καρχηδονίῳ?* sanequam me propendere ad posteriorem sententiam fateor lubens, qui sciam *Καρχηδονίους* et *Χαλκηδονίους* saepius alteros alterorum obtinuisse locum. sunt illa librariis imputanda flagitia. sic apud *Athenaeum* lib. VII. in *Archestrato: Καὶ σκάρον ἐν παράλῳ Καρχηδόνι τὸν μέγαν, ὀπτόν· Casaubonus* egregie reponit *Χαλκηδόνι*, cum vulgata lectione nihil sit absurdius, corruptumque *Καλχηδόνος* pro *Χαλκηδόνος* in *Apollonii Rhodii* antiquo *Commentatore* ad libr. Argon. II. v. 168. pari ratione *Καρχηδόνιοι* pro *Χαλκηδόνιοι* immani et pudendo errore legis apud *Proclum* et *Tzetzem* ad haec *Hesiodea: Πῆμα κα-*

κὸς γείτων· sed ibi et illam mendam sustulit summus vir, nostrique temporis ocellus, dum in vivis erat, *Georg. Graevius*. ego vero emendationem amplius confirmatam habebam e *Polyaeno* lib. VI. c. 25. qui bellum inter sese gessisse refert *Χαλκηδονίους* et *Βυζαντίους*. Ad emendandum *Suidam* magno sanequam argumento *Pollucis* hoc uti possum loco, ubi similem corruptelam MSS. manifeste produnt. [Praecipua vitii origo, quod *Καρχηδόνιοι* et *Χαλκηδόνιοι* saepe reperiantur confusi, prognata est ex diversa vocis *Καρχηδόνιος* scriptura. ostendit enim ad *Sidonium Apollinarem* Vir summus *Iac. Sirmondus* in veterum monumentis et marmoribus *Καλχηδονίους* exarari et *Καρχηδονίους*. *Ex Addendis.*]

τάττοιτο ἂν] MS. *τάττοιτ' ἄν*. Iung.

ὁλκὰς οἴνου.] C. V. *ὕρχας οἴνου*. *Hesych.* "*Υρχας, ἀμφωτον κεράμιον, καὶ βικῶδες τὸ εἶδος, utrinque ansatus urceus et specie repraesentans βῖκον.* Kuehn.

ὁλκὰς οἴνου.] MS. longe aliter: *ἐν ὁλκάσιν ὕρχας οἴνου*· quam lectionem longe veriorem mihi persuadeo, nisi tamen me quis aliunde docuerit *ὁλκὰς* pro vase vinario usurpatum, quod, credo, spisse fiet. *ὁλκάδας οἰναγωγοὺς*, ut *Pherecrates* loquutus est, etiam *Aristophanes* narrare potuit inter alia in illo dramate, de quo *Casaubonum* nostrum III. *Athen.* 12. vide, sed nullas *ὁλκὰς* inter *σκευάρια* puto. *ὁλκαῖον* quidem supra VI, 100. ut et infra segm. 78. sed aliud vas. Scribe ergo *ὕρχας οἴνου*, quas et supra *Noster* VI, 14. in eadem re ex *Comico* adfert: *εἰ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ὠνόμασεν ὕρχας οἴνου* etc. ubi quoque locum *Aristophanis* alium e *Vespis* attuli, in quo etiam illud *ὕρχας* habes. ad hunc tamen respexisse potius illic puto. *Hesychius*: "*Υρχας, ἀμφωτον κεράμιον, καὶ βικῶδες τὸ εἶδος.* *Suidas* etiam de alio usu: "*Υρχας, κεράμια· ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων, δύο ὦτα ἔχοντα.* Iung.

ὁλκὰς οἴνου.] Nihil in *Polluce* tutum erit, si MSS. seponas. illi hic egregie *ὕρχας*· eamque lectionem in textum retuli. quis autem in istis mendam, quae ex similitudine vocabuli praecedentis *Ὁλκάσιν* nata est, sine MSS. indicio fuisset odoratus? ab hac *Aeolica* voce, id enim ipse *Pollux* lib. VI. docuit, Romanorum *orcas* originem trahere *Vossius* in *Etymologico* bene ostendit, quem adire potes, si docta et ampla legere velis de *orcis*. adductis tamen ab ipso locis adiiciendus eximius alius *Auctoris* de *Limitibus* pag. 296. qui et alibi fecit orcarum mentionem.

74.

ἐν δὲ τῷ Γήρᾳ] Abest *Γήρᾳ* a C. V. Kuehn.

ἐφ' ὑδρ. δ. πεντάχουν] Priores editiones *ἐφυδρ.* et mox *πεντέχουν*. vide *Casaubon.* in *Athen.* III, 25. Seb.

ἐφ' ὑδρ. δ. πεντάχουν] C. V. legit *πεντέχουν*, quod et C. A. habet cum *Salm.* Kuehn.

ἐφ' ὑδρ. δ. πεντάχουν] MS. *ἐφυδρίαν δανείζειν πεντέχουν* etc. prorsus ut antea editi, nisi quod illi *δανίζειν* habeant, ut et *Seberi* MS. sed *ἐφυδρίαν* non ideo scribendum puto. MS. enim solet ita in unam vocem confundere quae duabus scribimus, et de *ὑδρίᾳ* se agere statim exponit *Pollux*. Ut edidit noster *Seberus*, ita scribendum indicavit *Casaubonus* noster III. *Athen.* 25. ubi et tituli dramatis meminit. Et hinc in vulgatis Lexicis vocabulum *ἐφυδρίαν* subortum puto, quod et pro certo et probae monetae arripuit *Hostus* dissertatione de hydriarum sex capacitate, n. 12. Iung.

ἐφ' ὑδρίαν δ. πεντάχ. etc.] Neminem offendat *πεντάχουν*, ut *Seberus* ediderat ante nos. malui tamen MSS. obsequi, iisque auctoribus *πεντέχουν* reponere, uti nimirum *πεσσὰ πεντέγραμμα* habuit in *Sophoclis* versiculo *Pollux* IX, 97. pro quo *πεντάγραμμα Eustathium* agnoscere Commentatores ibi demonstrarunt. non aliter Illustriss. *Spanhemius* exhibuit e Codice *Vossiano* ad *Iuliani Caesares* p. 414. ubi et sequentia sic ferme, ut nos in textu reposuimus, apponit.

ὥστε οὐ μόνον ὕδατος] *τε* abest a C. A. Kuehn.

ἀλλὰ καὶ οἴνου etc.] MSS. *καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον* etc. *ἣν* non habet C. A. bene porro C. V. *ἣν καὶ φινακνίδα·* C. A. *φινακνίδ' ἂν* etc. *καὶ φενακίδα·* C. V. *φανακίνδα, ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις.* *Salm.* ita: *ἀλλὰ καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία· ἣν φιδακίνδα ἄν τις εἴπῃ καὶ φενακίδα.* Kuehn.

ἀλλὰ καὶ οἴνου etc.] MS. *ἀλλὰ καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία· ἣν καὶ φινακνίδα ἄν τις εἴποι, καὶ φανακίνδα ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις·* et prima quidem *οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία· ἣν καὶ* etc. rectius ex MS. ita legi non dubito, sicut et *Δημιοπράτοις* omnino scribendum est, ut etiam *Sebero* dictum, quod vocabulum nimis quam saepe occurrit. *Aristoph.* *Σφηξὶν·*

πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς, καὶ δημιόπρατα.

Sed ad voculas ipsas, de quibus hic agitur, quod attinet, viri docti statuent. Alterum *φιδακνίδα*, pro quo antea editi *φιδακίνδα*, noster MS. *φανακίνδα*, recte ex suo MS. edidisse *Seberum* nostrum credo et explicasse. Accedit *Hesychius*, *πρωτότυπον* exponens: *Φιδάκνη, πιθάριον μικρὸν στενόν·* de altero *φενακίδα*, pro quo *φινακνίδα* noster MS. *φενακίνδα Seberi*, aliunde quod alluceat, mihi nil in promptu. Sane vulgatam sanam esse non mihi persuadeo. Iung.

ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀγγ. etc.] Adscribere iubet omnia vulgata, ut, quantum in istis dominata fuerit librariorum petulantia, pernoscere lector possit: *ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀγγεῖον ἢ ὑδρία ἦν· καὶ * φενακίδα ἄν τις εἴποι* etc. In prioribus istis lectio MSS. perquam et commoda et facilis est: in postremis vero etiam dubia. *καὶ φενακνίδα* reponere non dubitavi e MSS. ut scilicet *φιδακνὶς*, sic et *φενακνὶς* ratione non dissimili. sed quod *φανακίνδα* prae se ferant pro *φιδακνίδα*, quod in *Augustano* se Codice *Seberus* invenisse testatur, *Palatinus* et *Vossianus*, equidem id vitio accidisse librariorum duco, qui facilius in istis ignotis vocibus peccare potuerunt. quid tamen, si legeris *φανακνίδα*, ut, quam alii *φενακνίδα* dicerent, in *Demiopratis* *φανακνίδα* appellatam monstrare voluisse *Pollux* putandus sit? sed in hac re obscura nihil decerno, retinuique *Seberianam* lectionem MS. auctoritate ac similitudine vocis *φιδάκνη* munitam, ut ne calidius quid audacter tentasse viderer. *Δημιοπράταις* pro *Δημιοπράτοις* positum erat in vulgatis mox. familiaris est ille error et inveteratus in *Pollucis* hoc libro. nos ope MSS. ubique expulimus.

* *φενακίδα*] MS. *φενακινδα*. *Lexic. Basil.* *φενακὶς, ἴδος, vasis genus.* Seb.

φιδακνίδα] Ita MS. *Scholiast. Aristoph.* a veteribus ait *φιδάκνην* dictam, quae postmodo *πιθάκνη* et quidem *ὑποκοριστικῶς*, hoc est, *μικρὸς πίθος*, fol. 234. Seb.

Δημιοπράταις.] Scr. *Δημιοπράτοις*. vide infra segm. 96. Seberus.

τάχα δὲ καὶ πλ.] MS. *τάχα καὶ* (sine *δὲ*) *πλημοχόην· ἔστι δὲ καὶ κεραμ.* Sed lectio vulgata rectior. Iung.

τάχα δὲ καὶ πλημοχόην.] Videndus de *πλημοχόῃ* *Meursius* libello *Commentario* de Sacris Eleusiniis c. 30.

ἔστι δὲ κ.] C. V. *ἔστι δὲ καὶ* etc. *est vero etiam vas figulinum cum lato fundo.* Kuehn.

ἔχον] Male MS. *ἔχων*. Iung.

πλημοχόην.] C. V. *πλημόχουν*. Kuehn.

πλημοχόην.] Numero multitudinis *πλημοχόας* hanc diem ex *Pamphilo* vocat *Athenaeus* in *πλημοχόη* lib. XI. *χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ· ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ (σκεύους) προσαγορεύουσιν, ὥς φησι Πάμφιλος, πλημοχόας. ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολὰς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀνατρέπουσί τε ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν.* Iung.

ἐν τ. δ. καλοῦσι καὶ ψ. etc.] MS. *ἐν τούτ. δὲ καὶ ψυκτὴρ, ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τ. οἶ. ἔστι δὲ ἀρυστὴρ καὶ ἀρύστιχ. καὶ κύ.* Seb.

ἐν τ. δ. καλοῦσι καὶ ψ. etc.] C. V. ἐν τούτοις δ' ἔστιν καὶ ψυκτήρ· C. A. ἐν τ. δὲ καὶ ψυκτὴρ, ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον· ita et C. V. et *Salmas.* Kuehn.

ἐν τ. δ. καλοῦσι καὶ ψ. etc.] MS. noster: ἐν τούτοις δ' ἔστιν καὶ ψυκτὴρ, ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον, ἔστιν (et ad oram emendatum ἔτι δὲ) ἀρυατὴρ, καὶ ἀρύστιχος, καὶ κύαθος. Ita fere et MS. *Seberi.* Sed vulgata bene habent, nisi ita scripserit *Pollux*: ἐν τούτοις δ' ἔστιν καὶ ψυκτήρ· ᾧ δὲ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον, ἔστιν ἀρυστὴρ, καὶ ἀρύστ. καὶ κ. particulam καὶ et sic interiungendam ex MS. censeo. Sic mox loquitur, ἔστι δ' ἐν τούτοις etc. Certe ψυκτῆρα inter vasa, quibus ἀρύομεν, ut prae se ferunt MSS. *Pollucem* retulisse non credo, nec supra eadem enumerans VI, 19. etc. id fecit; sed inter ἐκπώματα VI, 99. de quo et *Athenaeus* plura lib. XI. quamvis alias non ignorem eiusmodi quaedam interdum diversis usibus destinata, ut λεπάστη, alia. Conqueritur quasi de nostro *Polluce Rhodiginus* VII. Antiq. 8. de hoc vase tractans, quasi cuius meminerit hic *Pollux*, *sed citra nomenclaturam nihil.* in quo ille elaborasse vult videri. Sed non bene ipse meminerat, *Pollucem* hoc iam egisse supra VI, 19. nec necesse habuisse hic repetere ista. Nec alii in aliis *Pollucem* recte mehercle reprehendunt, quod quaedam, quorum nos sumus ignarissimi, saltem ὀνομαστὶ ponere contentus fuit, ἄνευ ἐξηγήσεως. Aliud nimirum *Pollucis* propositum non fuit, quam enumerationem instituere potius quam explicationem. nomenclatorem agit, nec se adstringit ad haec vel illa explicanda, quae ipsius aetate nota satis, non tamen ita ἐπὶ συνόψει collecta, quae minus talia, explicat saepius. Sed ad id quod et nobis proprie propositum est, revertor. Iungerm.

ἐν τούτοις δὲ καλοῦσι καὶ ψυκτῆρα.] Illa mihi inficeta videntur et ingrata prae eleganti MSStae lectionis brevitate: ἐν τούτοις δὲ καὶ ψυκτήρ· id ego textui redonare non sum veritus; neque de bonitate eius dubitabit qui tritas *Pollucis* lectione aures habet. post haec sequebatur ᾧ δὲ ἀρύονται τὸν οἶνον· non improbe quidem, si tantum sententiam, non ipsam etiam *Pollucis* genuinam scripturam quaeras. reddidi cum MSS. ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον· quae iam a prioribus rerum diversitate separata sic bene incipit *Pollux*. Sed illi hercle, qui de *Pollucis* conqueruntur brevitate, an non quae hic *Onomasticographus* de ψυκτῆρι aliisque non habuit, ex aliis hausisse poterant, si sapuissent, et potius veterum auctorum scripta continua lectione et acri iudicio, ut debuerant, scru-

tari voluissent, quam obvia quaevis sine sale in chartam coniicere? Varius illius vasis fuit usus. aut enim adhibebant ψυκτῆρα ad refrigerandum vinum, aut ad bibendum, aut ad abluenda pocula. primum ψυκτῆρι usum fuisse proprium nominis indicat ratio, ideoque et ψυγεὺς dictus, atque aliud in *Hesychio* non dissimile vas ψυγεῖον, ubi aquam refrigerabant. poculi ψυκτῆρος saepissime meminit *Athenaeus*, praecipue vero lib. IX. ubi *Comicorum* plurima producit loca, ut non immerito πολυθρύλλητον vocaverit alicubi ψυκτῆρα *Pollux* noster. ex iis autem quale fuerit id poculum colligere queas; in istis enim *Athenaei* de ψυκτῆρος usu ad potandum praecipuus est sermo, uti et libr. II. ubi ψυκτῆρα petit *Ulpianus*, quem educat. significasse tamen et ψυκτῆρα maius aliquod poculum, quod in media constituebatur mensa, quodque tam artificiose luxuria construxerat, ut per canaliculos vel fistulas emitteret vinum, e *Basilio* didici Oratione sacra in Ebrios. hominis eloquentissimi ista sunt verba: tantum homines ebrietati deditos ore patulo vini excipere inquit ὅσον αὐτοῖς ἄνωθεν ὁ ψυκτὴρ διὰ τῶν ἀργυρέων ὀχετῶν ἐπαφίησι· memineratque superius etiam, dum alia poculorum genera colligeret, ψυκτῆρος in istis: ψυκτῆρας καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας ὡς ἐν πομπῇ τινι καὶ πανηγύρει διατιθέντες etc. inde ψυκτήριον est, quod *Hesychius* interpretatur ποτήριον ὃ ἡμεῖς ψυκτῆρα φαμὲν, et ψυκτηρίδιον apud *Athenaeum*. *Callixenus* autem utraque, ψυκτῆρας et ψυκτήρια, in illa splendidissima vereque regia *Ptolemaei* pompa recensuit, sed ψυκτῆρας quidem tam diversae magnitudinis, ut maximus eorum triginta caperet metretas, minimus autem metretam. Tandem et de vase, in quo pocula purgentur, Grammatici quidam ceperunt, inter quos et *Suidas*. sed ista tamen notione vocem minus ab antiquis scriptoribus usurpatam putem.

75.

ἔστιν ἀρυστὴρ] C. V. ἔστιν ἀρυστὴρ, καὶ ἀρύστιχος, καὶ κύαθος etc. C. A. ἔστι δὲ ἀρυστὴρ καρύστιχος κ. κ. οἰνοχόη· caetera absunt usque ad γευστήριον. Kuhn.

ἔστιν ἀρυστὴρ, ἀρύστιχος] Particulam καὶ, etsi non ita magni ponderis id est, addidi e MSS. ante voces ἀρύστιχος, κύαθος et ἔφηβος· cur enim illae hac sola destituantur, cum omnes aliae sibi καὶ praepositum habeant? de ἀρυστῆρι vero et ἀρυστίχῳ praeter *Lexicographos* adeundus antiquus *Aristophanis Commentator* ad *Vespas*, ubi meminit etiam ἐφήβου, quem non alium usum praestitisse tradit, ac ἀρυστῆρα, dictumque, quod adhiberi soleat ἐφ' ἥβῃ, *ad delicias convivales*: id enim illam vocem apud antiquos fuisse.

ἔφηβος] ἥβην γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ τέμνεσθαι κατὰ τὰς εὐωχίας προσηγόρευον, *Scholiast. Aristoph.* fol. 541. Seb.

ἔφηβος] C. V. καὶ φῆβος. Kuehn.

ἔφηβος] MS. καὶ ἔφηβος· et potest addi ista particula: bene autem ita in MS. est emendatum, quum prius scriptum esset καὶ φῆβος. eius vasis in eadem re supra mentio VI, 19. Iungerm.

καὶ λεπαστή. etc.] C. V. καὶ λεπάστη· ὅτι δὲ ἡ λεπάστη. Kuehn.

καὶ λεπαστή. etc.] Sequitur hic in MS. καὶ λεπάστη· ὅτι δὲ δὲ ἡ λεπάστη etc. utrobique λεπάστη paroxytone. supra VI, 19. sine accentu erat. Utrumque usitatum fuit. Docet *Athenaeus* lib. XI. λεπάστη· οἱ μὲν ὀξύνουσι τὴν τελευταίαν, ὡς καλή· οἱ δὲ παροξύνουσιν, ὡς μεγάλη. Caeterum quod *Noster* ait λεπάστην non esse tantum poculum, in quorum enumeratione supra VI, 95. etiam posuit, sed et haustorium vas, id et *Athenaeus* indicarat, ubi tamen *Dalechampius* graviter lapsus est: Ἀμερίας, ait *Dipnosophistῶn* scriptor, δέ φησι τὴν οἰνοχόην λεπαστὴν καλεῖσθαι. Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος γένος εἶναι κύλικος. Ille vertit: *Amerias scribit eum, qui vinum ministrat, etiam lepasten vocari.* etc. quasi *Athenaeus* τὸν οἰνοχόον scripsisset. Sed hoc nemo unquam dixit, nec *Athenaeo* vel leviter in mentem venit, qui idem quod *Pollux* hic dicit, *Amerian* λεπαστὴν exponere pro vase, quo vinum hauriebant, vel fundebant: alios criticos pro genere poculi. Et utrumque verum. Sic οἰνοχόην *Noster* antea dixit inter vasa haustoria hic mox et supra VI, 19. Et ita duplici modo exposuit optimus glossatorum *Hesychius*: Λεπαστή, κύλιξ. Λεπαστὶς, οἰνοχόη, καὶ εἶδος κύλικος. *Idem:* Οἰνοχόην, τὴν κατάχυσιν, τὸ ἀγγεῖον· οἰνοχόος, ὁ ἐπικέρνης. Videtur scripsisse, ὁ πικέρνης. Latinum *Pincerna* nempe dicit, ut alia talia immiscet ἀλλόγλωσσα passim: alterum tamen ἐπικέρνης et *Suidas* ita in οἰνοχοεῖ. Suo id itaque sibi modo refinxerunt, quasi ἀπὸ τοῦ ἐπικερνᾶν. *Proclus* ad illud *Hesiodi* ἔργ. β.

μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
πινόντων. —

Ὁ μὲν κρατὴρ προὔκειτο κοινὸς ἐν ταῖς τραπέζαις· ἐκ δὲ τῆς οἰνοχόης ἀρυόμενοι ἔπινον οἱ συνδειπνοῦντες. Et ibidem ἄλλως· οἰνοχόην κύαθον λέγουσι. Graeculus *Tzetzes*, ibi ποτήριον ἢ βῖκον exponit. Sed rectius ad usum veterem *Proclus*, cui ille inepte plerumque male dicit, ut ab *Heinsio* nostro merito acerbius notatus sit suo. Sic χρυσῆν οἰνοχόην habes in pompa *Ptolemaei* apud *Athen.* libr. V. ubi *Interpres* recte *trullam*

auream accepisse videtur. Clara haec, et cur moremur diutius? dicendum tamen aliquid fuit, propter *Athenaei* interpretem eruditum. Nomen alias Lepastae et apud *Varronem* restituit Magnus *Scaliger*, pro *Depesta*, *Lepesta*, reponens, *Coniectan.* in lib. V. de ling. Latin. *H. Iunius* in Nomencl. voce *Creterra:* et hunc locum ex *Mario Victorino* adfert depravatum: *Ferunt pulchras aereterras, aureas lepistas:* emendatque primum, *creterras*, pro *aereterras*, bene certe; alterum *Lepista* quid sit, ait se non certo scire, id tamen explicare conatur. Sed ego *Lepestas* puto scribendum, ita locum totum emendatum fore. Iung.

σαφῶς 'Αριστοφ. ἐν τῷ Γ. φησὶ, etc.] C. V. σαφὲς· postea idem ἐν τ. Γ. ποιεῖ, περιφέρει δὲ κύκλῳ λεπάστην ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς ἐνέχει· ἔστω δ' ἐν τούτοις σίφων, versus ita legerim:

περίφερε δὲ κύκλῳ λεπάστην ἡμῖν,
ταχὺ προσφέρων· παῖ ἔγχει. —
Circumfer autem nobis lepastem in circulum,
cito porrigens: puer infunde. — Kuehn.

σαφῶς 'Αριστοφ. ἐν τῷ Γ. φησὶ, etc.] MS. σαφὲς 'Αριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ ποιεῖ, περ. bene quoque. Sed hoc melius, quod χρῆσιν *Aristophaneam* duplo nobis conservaverit integriorem. Ita enim in MS. sequitur: περιφέρει δὲ κύκλῳ λεπάστην ἡμῖν ταχὺς προσφέρων παῖς ἐνέχει. Apud *Athenaeum* adhuc plura lib. XI. in λεπαστή· ἐν δὲ, ait, Γηρυτάδῃ (laudaverat iam *Aristophanem*) ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἑορτὴ, περιέφερε δ' ἐν κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς· ἐνέχει τε σφόδρα κυανοκευθῆ. Et addit: τὸ βάθος παρίστησιν ὁ Κωμικὸς τοῦ ποτηρίου. Iung. Fortasse legendum:

τὸ δ' ἦν ἑορτὴ πρᾶγμα, περιέφερε δὲ παῖς
κύκλῳ λεπαστὴν προσφέρων ἡμῖν ταχὺ,
ἔγχει τε — κυαθοκεύθη σφόδρα.

Toupius.

σαφῶς 'Αριστ. etc.] Venustius in exaratis manu Codicibus σαφὲς etc. ποιεῖ· cuius posterioris locum in vulgatis φησὶ obtinebat. Sed in ipsis *Comici* verbis *Polluci* fidelem operam MSS. praestant; ad eorum igitur lectionem vulgata prorsus emendavi et auxi. sed *Athenaeus* equidem pro περιφέρει legit περιέφερε, ad quod propius accedit ante nos edita scriptura, quam sic olim emaculaveram, neque lectionem illam veriorem dubitem affirmare, siquidem ἐνέχει simili modo sequatur. praeterierat me ferme admonuisse *Falckenburgiani* Codicis Excerpta χρῆσιν illam hoc pacto corruptius aliquantulum exhibere: Περίφερε δὴ κύκλῳ λεπαστὴν ταχὺ ἡμῖν προσφέρων παισὶν ἔχειν. ulti-

ma facile reficias, ut nos dedimus in textu. Meminit autem λεπάστης *Clemens Alexandrinus* Paedag. lib. II. c. 3. ibique Excerpta MSS. quae dedit *Sylburgius*, χυτροειδὲς ἔκπωμα interpretantur, addendaque quae *Commentator* antiquus habet ad *Aristophanis* Εἰρήνην· εἶδος ποτηρίου μεῖζον ἢ κύλιξ· οὕτω Σύμμαχος· ὁ δὲ Παλαμήδης τὸ πιθάριον ἐκδέχεται. *Lepistam* Romani dixerunt, olim vero *depestam*, ut *dachrymas*, quae postea *lachrymae*, notante *Festo*. quapropter Illustrem *Scaligerum* aliud egisse censeo, ubi in *Varrone lepestam* pro *depesta* restitui vellet, quod cum pluribus ostendere proposuissem, illo me labore praecellentis eruditionis virum *Gerh. Vossium* levasse deprehendo in *Etymologico*; quod igitur adibis, addendusque in illa voce *Hesychius*.

ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σ.] A quo verbum σιφωνίζειν, κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν ὑγρῶν τὸ ἀποσπᾷν. Ἀριστοφάνης δὲ κατεχρήσατο, εἰπών· σιφωνίζομεν τὸν οἶνον· ut e *Suida* docet *Cunrad. Rittershusius* ad v. 463. libro quarto Ἁλ. *Oppiani*, ubi accurata, et qualem non facile alibi reperias, *siphonis* descriptio, quam non pigebit hic ascribere:

— ὅτε τις πλείου πειρώμενος ἀμφιφορῆος
αὐλὸν ἔχων ἤρεισεν ὑπὸ στόμα φυσητῆρα·
ἄσθματι δ' αὖ ἐρύει μέθυος ποτὸν ἔμπαλιν ἕλκων
χείλεσιν ἀκροτάτοις· τὸ δ' ἀνατρέχει ἀνδρὸς ἀϋτμῇ. Seb.

ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σ.] MS. ἔστι δ' ἐν τούτοις ὁ σίφων· καὶ τὸ παρ' Ἀριστοφάνει γ. Et particula τὸ apte inseratur, ut et caetera forte potius a *Polluce* ita scripta, nisi quod καὶ vulgatum ante ὁ σίφων loco non movendum videatur. *Aristophanis* χρῆσις in MS. paulo plenior, de qua mox. Iung.

ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σίφων.] *Noster* VI, 19. Mox τὸ afuit in vulgatis.

τρέχ' ἐς τὸν οἶνον] C. V. τρχετὸν οἶνον· versus forte se habuerint hunc in modum ex Codice *Vossiano*:

τρέχ' ἐς τὸν οἶνον ἀμφορέα κενὸν λαβὼν
τὸν ἔνδοθεν, καὶ τὸ βύσμα, καὶ γευστήριον.
Curre ad vini forum, amphoram sumens vacuam
quae intus est, et obturamentum, et gustatorium.

C. V. κοινὸν λ. τ. ἔ. καὶ βύσμα καὶ γ. haec lectio suadet, ut per βύσμα intelligamus aliquid obstruendis amphorae rimis idoneum, vel obturamentum, quo os amphorae clauditur. prius tamen malim. Kuehn.

τρέχ' ἐς τὸν οἶνον] In *Aristophanea* χρήσει ita MS. noster auctior: τρέχ' ἐς τ. ο. ἀ. κοινὸν λ. τῶν ἔ. καὶ βύσμα, καὶ γευστήριον. Iidem versus, duos enim esse facile quis iam videat,

a *Suida* citantur in ἀμφορεαφόρους· et quidem addito dramatis, unde desumpti, titulo, Ἀριστοφάνους ἥρωσι, additusque tertius versiculus:

κἄπειτα μίσθου σαυτὸν ἀμφορεαφορεῖν.

Sed is ad id quidem, quod *Suidas* volebat, addi debebat: *Polluci* nostro non erat necesse. Ad nostros itaque quod pertinet, apud *Suidam* κενὸν est, ut hic vulgo, et τὸν ἔνδοθεν. Sed pro καὶ βύσμα, quod in nostro MS. est, *Suidas* καὶ γεῦμα habet. Sed nos Codicis nostri fidem sequamur tuto, unde et *Suidam* emenda sis, cui hoc tamen debemus, titulum comoediae nos nosse, unde haec deprompta. Scribe itaque et concipe ita *Aristophanea* in nostro *Polluce*:

τρέχ' ἐς τὸν οἶνον, ἀμφορέα κοινὸν λαβὼν
τῶν ἔνδοθεν, καὶ βύσμα, καὶ γευστήριον.

Nisi tamen κενὸν alicui videatur rectius: βύσμα scribendum *Noster* ipse tibi dicat infra segm. 172. eadem repetens, Ἀριστοφάνους εἰπόντος, ait, βύσμα καὶ γευστήριον· idque et βύστραν fuisse adpellatum ab aliis. Quid vero fuerit βύσμα quaeris? ego sane liquido in hoc aliorum scriptorum silentio tibi non dicam, nisi quod suspicer ἐπίθεμα fuisse operculum, quo obturabant, credo, amphorea: βῦσαι, certe, ἐπιθῆναι, exponit etiam *Hesychius*, et βυσσῶσι, φράττωσι. Certe ita usus et *Etymologici* τοῦ μεγάλου πατὴρ· ἐπιλάρκισμα, scribens, λάρκου βύσμα. talis ἐπιθέματος et supra mentio fit in *Hipponactis* χρήσει libr. VI, 19. Et omne obturamentum, vel fasciculus, quo quid obturabant, eo nomine significari e verbo suo patet. Et ita observo etiam in *Amphiarao Aristophanis* apud eius *Scholiastem* in Βατράχους ad versum istum καὶ φλέω χαίροντες ᾠδῆς, ubi talis versiculus profertur ex dicto dramate:

πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ πρωκτῷ φλέων.

Ita enim scrib. quamvis in nupera editione male τὸ pro τῷ editum. Iung.

τρέχ' ἐς τὸν οἶνον ἀμφ. κενὸν] Optime merentur de *Polluce* nostro MSS. quorum ope singulis capitibus infinitas fere mendas eluimus. longe plenius in istis et elegantius *Aristophanis* hi versus leguntur, quorum et in *Falckenburgiano* Codice καὶ βύσμα extat. sic itaque contextus *Polluceus* habet a me, ut in illis inveni. Κενὸν opinabar, antequam MSS. vidissem, esse natum e καινὸν, cuius et alibi in istis *Antiphanis* fuit exemplum, κενὰς τύλας, pro καινὰς τύλας, quod e MSS. verum cognovimus. neque scio, an me poenitere debeat istius coniecturae, cum in MSS. etiam facillimo negotio κοινὰς potuerit exprimi pro καινὰς, praecipue cum et *Suidas* κενὰς habeat,

et ipsi rei apprime bene conveniat. Si quis tamen MSS. obniti religioni ducat, ille *κοινὸν ἀμφορέα*, *communem amphoram* exponet, remque sic capiet, ut si uterque qui colloquuntur hic societatem coierint mercandi, adeoque res suas, amphorasque vinarias communes habuerint: *οἶνον* autem non de *vini foro*, sed *cella vinaria* potius capies. De *βύσματι* vero perdocte scripsit *Iungermannus* noster, neque, quin id sit, quod existimavit, dubito.. sed in eo tamen, quod ita restitui velit apud *Suidam*, dissentio; quis enim humanior ignorat, in pluximis antiquorum auctorum locis diversam extitisse lectionem? cui rei, ut MSS. omittam, fidem abunde conciliant veteres *Scholiastae*, qui ipsi creberrime id adnotare solent. neque non commodum hic est *γεῦμα*, siquidem aliquam vini particulam designet, quae ad gustandum exhibetur, et ex quo de toto vini numero iudicium fieri possit: ἓν itaque διὰ δυοῖν *Comicus* dixisse videri potest. *Hesychius*: *Γεῦμα*, *γεῦσις*, *ἔδεσμα*· posterius scilicet, ut alibi e *Macarii Apophthegmatibus* adtulimus, *γεύματα ἀποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς*. *Γευστήριον* in *Glossis*, *gustatorium*: idem *γεύστρα* et *γευστρίδιον*· hoc *cupillum* in *Philoxeni Gl.* alterum *meraria*, quod inprimis nostro negotio convenit.

καὶ ἡ χώνη] C. A. *ἐκ δὲ τούτων ἡ χώνη ἡ τρύγοικος ὁ σάκκος ἐ. τ. τ. εἰ. καὶ ὁ ὑλιστήρ.* reliqua absunt. Kuehn.

ὅταν] MS. *ὅτ' ἄν.* Iung.

Πεττάλῃ] *Πετάλῃ*, ut supra VII, 163. et apud *Athen.* lib. VIII. fol. 343. et IX. fol. 395. Seb.

Πεττάλῃ] C. V. *Πετάλῃ*· vid. *Athenaeum* lib. VIII. c. 6. et ibi *Casaubonum*, et *Harpocrat.* in *πολωναΐτας*. Kuehn.

Πεττάλῃ] MS. noster *Πετάλῃ*· quomodo emendandum esse et ex aliis locis adnotavit *Seberus*. vid. et *Casaubonum* nostrum VIII. *Athen.* 6. Iung.

Πεττάλῃ] *Meursius* in *Attica Bibliotheca*, ubi *Pollucis* hunc adducit locum, sic fabulae titulum posuit, ut scribendum esse et aliorum Grammaticorum testimonia, et plerique nostri MSS. commonstrant; *Πετάλῃ* scilicet. ita et *Pherecrates ἐν Πετάλῃ* adducitur a *Photio* in *Lexico* MS. sicuti cognosco ex Indice Auctorum, quos adhibuit, quem communicavit mecum vir liberali humanitate non minus, quam insigni eruditione praestantissimus *Scherpezelius*. meminit etiam *Suidas* in *Φερεκράτης*, ubi *Lexicographo* labes adhaesit levicula, quam tollere nullo negotio cuivis erit in promtu. Haec, utut certissima videantur et exploratissima, debilitant tamen eorumque de fide et veritate deterunt *Falckenburgiani* Codicis

Excerpta, quae prae se ferunt *Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσι*. istius libri virtus et praestantia pluribus in locis cognita nobis et spectata, praecipue cum fabularum titulos ex eo restituimus aliquando in superioribus, et porro restituemus in sequentibus, huic maximum ex hoc pondus accedit, quod in antiquis *Grammaticis Pherecratis* fabula *Μεταλλεῖς* non raro advocetur, cui fidem abunde faciet *Meursius* in *Attica Bibliotheca*. praeterea ipsam *Comici* χρῆσιν idem ille Codex sic habet emendatius, me quidem iudice: *Κύλικας οἴνου μέλανος* etc. neque vero aliorum pertimui iudicia, qui in textu me reposuisse temere culparent, siquidem illa lectio sua se commendet venustate. attamen maluerit quis forsitan vulgatam, quocum illa de re non litigabo, quamvis alteram multimodis praeplaceat. Haec universa si colligam et considerem attentius, quae in *Falckenburgianis* Excerptis extat lectio, sola vera videtur et integra; illosque *Μεταλλεῖς* cum olim librarii compendio scripsissent illo modo *Μεταλλ.* degenerasse existimo in *Πετάλην*, fabulam illam quidem *Pherecratis*, sed quam non adhibuit hoc loco *Pollux*. hos itaque cum restituerim in *Polluceo* contextu, non id aegre laturos puto eruditos homines, qui se facile dabunt optimi Codicis fidei. *Μεταλλεῖς* autem unde tituli causam sint nacti, non habeo penitus compertum: forsitan a *μεταλλεῦσι* eorumque furacitate. habebat enim Attica regio varias argenti et aeris fodinas, in quibus hi operabantur: *Xenophon* in *Πόροις*· sed alii melius constituent. *Χώνη* in *Glossis Infundibulum*.

ὁ σάκκος etc.] C. V. *ὁ σάκος, ὑλιστὴρ*· in *Glossis* est *saccus vinarius*, posses dicere et *colum vinarium*, uti apud ICtos, *colum nivarium*. Kuehn.

ὁ σάκκος etc.] MS. *σάκος*, uno *κ*· ut et supra habebat MS. VI, 19. vulgo enim id ibi omissum. Iung.

καὶ ὁ ὑλιστήρ.] Supra VI, 19. Seb.

Ἱππ. δὲ φ. ὥσπερ ἐκτρ. σ.] C. V. *φησὶν στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος*, leg. *ἐκτροπήϊον σ. stillent uti sagum*, quo *vappam*, quae *ἐκτροπίας* dicitur, *percolunt*. *Salm.* leg. *ἐκτρυποιΐον*. Kuehn.

Ἱππ. δὲ φ. ὥσπερ ἐκτρ. σ.] *Hipponactis* χρῆσις mutila est vulgo: MS. ita *στάζουσιν ὥσπερ ἐστροπήϊον σάκος*. Sic itaque versiculus integer fuerit:

Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος.

Quid *τροπήϊον* fuerit sane tibi non explico. Certe vulgatum *ἐκτροποιΐον* nihil puto esse. Illud sane vas videtur fuisse quo utebantur, quando sacco vinum castrarent. Illustrabunt id

clarius ingeniosiores et peritiores: mihi satis MS. lectionem constituisse. *Salmasius* noster vulgata scribenda aiebat ita: — *ὥσπερ ἐκ τρυγοιπίου σάκκος· est, ait, dimidiatus versus χοριαμβικὸς, τρυγοίπιον ὑποκοριστικὸν a τρύγοιπος. Sane omnino necesse est fieri mentionem aut τρυγοίπου, aut τρυγοιπίου, in verbis Hipponactis.* Iam itaque amiciss. iuvenis coniectura et MS. lectione adiutus ita emendo:

στάζουσιν ὥσπερ ἐς τρυγοίπιον σάκος. Iung.

Ἱππῶναξ δέ φησιν etc.] Ipsa Iambici poëtae verba sic erant in vulgatis: *ὥσπερ ἐκτροποιΐον σάκκος*, in quibus nihil inest boni; neque quod inde conficit *Salmasius*, ad sensum est commodum. opitulantur quidem MSS. neque contemnendam hic *Polluci* praestant operam: attamen est et in horum lectione, quod ingenii impetum remoretur et impediat. quid enim, cedo, *ἰστροπήϊον σάκος*; uti in Codice *Palatino* legebatur, quamvis *Vossianus* divisis vocibus, et forte rectius *ἐς τροπήϊον* prae se ferat? et equidem *Iungermannum* miror in posteriori loci huius emendatione, quam e literis *Salmasii* concinnavit, comprobasse *τρυγοίπιον*, quod sanequam mihi non placet: quid enim in istis *Hipponactis τρυγοίπιον* agat, aut qua vi e MSS. lectione eruatur? praeterquam quod evertat sententiam, ut dixi: *Pollux* quod prius appellari *τρύγοιπον* posuerat, tum *σάκκον*, etiam *ὑλιστῆρα* dici adfirmat; quapropter solummodo in verbis *Hipponactis* memorari *σάκκον* sine *τρυγοίπου*, vel *τρυγοιπίου* addita mentione prorsus habeo persuasum, in qua me opinione confirmant MSS. qui in alia omnia abeunt. forte vero veniat in mentem alicui, voluisse *Pollucem* Iambici poëtae verbis ostendere et in neutro genere *τὸ σάκκος*, vel *σάκος* fuisse usurpatum, praedixerat enim *καὶ ὁ σάκκος*· scripsit autem *Hipponax* Ionica dialecto, quae saepius in neutrum genus amat commutare voces, quibus masculo genere Attici sunt usi. sic quidem *ὁ σκότος* et *τὸ σκότος Euripides* in initio *Hecubae*: *σκότου πύλας λιπών*· ubi Commentator antiquus observat: *γράφεται καὶ τὸ σκότος οὐδετέρως, καὶ ὁ σκότος, καὶ τῷ μὲν οὐδετέρῳ χρῶνται μὲν οἱ κοινοὶ, τῷ δ' ἀρσενικῷ οἱ Ἀττικοί*· alibique saepe sic apud *Euripidem*: monuit etiam ea de re *Thomas*. neque pluribus in hoc, quod possem, exemplis utar. hoc autem pacto ad *σάκος* pertinebit *τροπήϊον*, vel *ἰστροπήϊον*· itaque dici potuit *ὑλιστήρ*, seu saccus colatorius, quod vinum liquidum et pellucidum redderet e turbido, semotis faecibus, *ἀπὸ τοῦ τρέπειν* vel *ἰστρέπειν* Ionico. illud autem *ἐς* vel *εἰς* verbis aliquando adiungi solet augendae significationis ergo. si quis in illam

opinionem voluerit concedere, sententiae me non poenitebit: sed inveni tamen, quod magis etiam mihi adblanditur. arduum enim est in tam difficilibus ac implicitis ipsam veritatis viam e vestigio detegere. lubet itaque cum *Vossiano* Codice divellere *ἐς τροπήϊον*, quae *Palatinus* solenni scribendi more coniunxerat: *Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος*. ista cum simili ratione constituebat *Iungermannus*, melius agebat, ac cum assentiretur *Salmasio*: sed ille tamen cum *τροπήϊον* vas exponit, *quo utebantur, quando sacco vinum castrarent*, quo id colore lectori conciliet? an magis appositum id sit futurum, quod proferam, aequi lectoris et eruditi iudicio permitto: *τροπήϊον* scilicet mihi videri ab *Hipponacte* dictum *torcular ἀπὸ τοῦ τρέπειν, a vertendo*, non alia ratione, ac a Romanis *torcular* a *torquendo*: trochleis enim solebat torqueri et converti. *Vitruv*. lib. VI. c. 9. *Torcular, si non trochleis torquetur, sed vectibus et praelo premitur*, atque eam in rem plura reperiuntur in *Catone* et *Varrone* de *Re Rustica*, ubi torcularia describunt, quibusque partibus constare debeant, ostendunt. magis id autem communit similitudo vocis *trapetum*, quam *molam oleariam* exponit *Varro, ἀπὸ τοῦ τρέπειν*, quod in orbem vertatur; parique ratione torcularia quaedam fuere constructa; variam enim eorum structuram fuisse nemo humanior ignorat, ut agitata tanquam molae et in orbem acta uvas exprimerent. denique quod ab omni cavillatione opinionem meam vindicat, hoc est, quod *τραπεῖν* apud Graecos sit *uvas exprimere, uvas in torculari calcare*. *Hesychium* audi: *Τραπεῖν, ληνοπατεῖν*· iterumque: *Τραπέουσι, πατοῦσιν ἐπὶ τῇ ληνῷ. Τραπέοντε, ἐπατοῦντο, παρὰ τὸ τροπὴν λαμβάνειν τὸν βότρυν πατηθέντα*· et hinc deducendum *τραπητὸς*, quae vox vinum designat, quod scilicet in torcularibus exprimatur. laudatus *Lexicographus*: *Τραπητὸς, ὁ οἶνος*. Illa vero quin deriventur a *τρέπειν*, non dubium est ex ipsis *Hesychii* verbis. igitur et hoc pacto *τροπήϊον* Ionice, vel *τροπεῖον* de torculari intelligendum est, quamvis ex istis quae dixi cogitandi quis causam arripiat *τραπήϊον* scripsisse potius *Hipponactem*. antea menti succurrerat, parvula mutatione restitui posse *τρυπήϊον, ἀπὸ τοῦ τρυπᾶν*, quod *Hesychius* interpretatur *τρίβειν*, quae vox eadem esset ac *τριβεῖον*, sicuti dicitur *ἐλαιοτριβεῖον*· sed bene habet *τροπήϊον*, ut satis superque demonstravi. Neque vero quis miretur, voce tam ignota et obscura *Hipponactem* usum fuisse, cum Ionica loquendi forma Iamborum scriptor ab usu plebeio remotas voces captavit adhibere. sanequam *Tzetzes* ad *Lycophronem* quae va-

riis in locis ex eo profert, huius generis vocabulis sunt referta, et *Lycophronem* ille Grammaticus, quamvis iniuriose, culpat rariora nomina ex *Hipponacte* delegisse, et tanquam furem in sua transtulisse. *Hesychius* etiam aliique *Grammatici* quae ex eo nomina producunt, frequenti usu minime sunt trita. Itaque *Hipponactis* omnem locum sic iudico vertendum: *stillant, sicuti saccus colatorius in torculari. εἰς* a Graecis scriptoribus elegantissime pro ἐν adhibetur, uti dudum docuerunt eruditi viri, et nos alibi plenius. licet tamen etiam σάκος ἐς τρώπιον exponere, *saccum colatorium, quem adhibebant in torcularibus,* pariter apprime concinne, loquendique modo Graecis usitato, qui non latebit eruditiores. fefellit igitur doctissimum *Kuehnium* ratio, cum hic de vino ἐκτρωπίᾳ cogitaret, quod sibi locum hic non invenit. *Hipponax* autem qua dixerit occasione, aut de quibus, quod stilleat tanquam saccus colatorius, coniectura non assequor, neque, si forsitan possim, adsequi velim. hac itaque ratione locum commode expeditum opinor.

76.

περὶ τῶν τοῦ ἀποβλ. σκ.] Caput sequens integrum abest a C. A. cum parte capitis κθ. usque ad λέγει. KUEHN.

περὶ τῶν τοῦ ἀποβλ. σκ.] Capitis huius 21. in MS. quoque nullus titulus, sed coniungitur statim praecedentibus verbis. Hoc antequam adgrediamur, *Pollucis* expositio nobis vindicanda est. *Ianus* enim *Parrhasius*, vir undequaque doctissimus, de rebus per epistolam quaesitis, *Epistol.* 36. ubi de Cottaborum lusu agit, postquam totum hoc caput interpretatus est, subiicit quod *Pollucem* redarguat is, quem Graeci nuncupent Ἐτυμολογικὸν, cuius verba subiicit. Scilicet quod *Pollux* ait ὅπερ οἱ πολλοὶ κοτταβίζειν, vel ut MS. noster, ἀποκοτταβίζειν· quum tamen id Atticum sit, non vulgi, *Etymologicographo* nempe scribente: κοτταβίζειν, τὸ τῷ κοττάβῳ χρῆσθαί φασιν Ἀττικοὶ, οὐχὶ τὸ ἐμεῖν, ὥσπερ οἱ νῦν λέγουσιν. Sed uterque vere, tam *Pollux* quam *Etymologici* auctor, nec alter alterum redarguit: optimus *Parrhasius Pollucis* verborum sensum non vero assecutus certo est. Hoc enim ait *Pollux*, ἀποβλύζειν vel ἐξεμεῖν, id iam multos dicere κοτταβίζειν· non, quod *Parrhasius* putat, *lusum cottabicum ludere*, id multos dicere κοτταβίζειν: sed hoc sentit, inquam, κοτταβίζειν, vel ἀποκοτταβίζειν veteres, et Atticos, ut ὁ γράψας τὸ ἐτυμολογικὸν ait, usurpasse tantum de lusu cottaborum, nunquam vero de vomendo, ut iam eo verbo utantur plerique. Eadem dicit *Etymologici* auctor. Clare se ipsum explicavit tamen supra *Pollux* VI, 111.

etc. οὐ μὴν εἴποι ἄν τις τὸ κοτταβίζειν ἐφ' οὗ νῦν, ἀλλὰ ἐμεῖν, ἢ ἀποβλύζειν· nec esse exemplum, ubi *evomere* dixerint more hodierno κοτταβίζειν, nisi quis, quod ludens *Aristophanes* ita usurparit κατεκοττάβιζεν, velit arripere, quasi serio id ita dicere liceret. Medicus quis apud *Athenaeum* lib. XV. initio, iniecta ζητήσει περὶ κοττάβων καὶ τῶν κοτταβιζόντων, quoque arbitratus esse eorum, qui ἀπὸ βαλανείου καθάρσεως ἕνεκα τοῦ στομάχου πίνοντες ἄμυστιν ἀποβλύζουσι, ab *Ulpiano* ibi itaque perstringitur et castigatur, edoceturque de cottaborum apud veteres usu. Ita est, *Parrhasius* toto lapsus coelo est, qui omnia, quae hic *Pollux* ait, de cottabo accipit, quum mihi certissimum sit ne verbo quidem de cottabo hoc toto capite egisse, sed tantum de vomitu ebriorum, imo inquam de vasis, quibus vomentes vel evomentes florem Liberi nimis epotum utebantur. de vasculis vero pro cottabis faciendis satis supra dictum ab ipso fuit lib. VI. cap. 19. extremo. Sed ad *Pollucis* caput ipsum tandem. IUNG.

πιόντι] C. V. παίοντι. KUEHN.

πιόντι] MS. ἀποβλ. παίοντι· sed mutandi causam vulgatum πιόντι non video. IUNG.

καὶ ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ π. καλ.] *Etymolog.* κοτταβίζειν, τὸ τῷ κοττάβῳ χρῆσθαί φασιν Ἀττικοὶ, οὐχὶ τὸ ἐμεῖν ὥσπερ οἱ νῦν λέγουσιν· ὁ δὲ κότταβος ἦν τοιοῦτόν τι λεκάνιον ἐν τῷ μέσῳ κείμενον τοῦ συμποσίου, ἔχον ἐπιπλέον ἕτερον σμικρὸν, ὃ ἔδει καταδῦσαι τὸν πέμψαντα τὸ περιττὸν τοῦ πόματος· ἦν δὲ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἐρᾶσθαι ὑπὸ γυναικὸς ἢ παίδων· καὶ ἆθλα οἱ νικῶντες ἐλάμβανον πλακουντίσκους, πυραμοῦντας ἢ σησαμοῦντας, ἅπερ κοττάβια ἔλεγον· ὁ ἦχος δὲ ἐκαλεῖτο λάταξ· καὶ ἀποκοτταβίζειν, τὸ ἀπὸ τοῦ ποτηρίου τὸ ὑπολειπόμενον πόμα ἐξαίρειν. Refer haec eadem ad finem capite decimo nono, libro sexto, additis quae *Jan. Parrhasius* addit epist. 56. SEB.

καὶ ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ π. καλ.] C. V. καὶ ἀνεμεῖν ὅ. οἱ π. ἀποκοτταβίζειν κ. εὐτρεπιστέα τ. λ. τ. etc. κοτταβίζειν pro ἐμεῖν fuit supra in fine cap. 19. lib. VI. *Scholia Graeca* in *Luciani* T. I. κοττίζειν, ubi malim κοτταβίζειν. *Interpr.* putavit ἀποβλύζειν hic significare τὸ *exscreare*: verum ex allegato loco lib. VI. apparet, ἀποβλύζειν et ἐμεῖν esse synonyma, et utroque significari *vomitum*. versio loci talis esset: *At si quis consuevit haustum potum evomere, quod vulgus κοτταβίζειν vocat, illi praeparanda est pelvis quaedam ad excipiendum exundantem potum.* illa pars potus superflua et redundans, quae vomitu egeritur, dicitur τὸ ἐπάνω πλέον τοῦ ποτοῦ· τὸ ἐπάνω πλέον,

supernatans. C. V. ἐπαναπλέον. *Interpr.* cum scriberet, *pelvis quispiam superius aqua repletus*, aliud egisse videtur. KUEHN.

καὶ ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ π. καλ.] MS. καὶ ἀνεμεῖν, ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀποκοτταβίζειν καλοῦσιν etc. Sed vulgata lectio bona satis est, neç tamen dicere queam utra verior: tantum utramque bonam esse. IUNG.

καὶ ἐξεμεῖν] Quamvis edita lectio nihil omnino aut sensui aut rei contrarium foveat, praeferendam tamen Codicum antiquorum scripturam duxi, qui ἀπεμεῖν hic, et mox ἀποκοτταβίζειν legunt, quod posterius sic et *Kuehnius* emendavit. utitur autem τῷ ἐξεμεῖν paulo postea *Pollux*, καὶ γάρ ἵνα ἐξεμοῦσι, et in *Polyzeli* loco ἐνεξεμεῖν. alia notione non parum diversa adnotat ἀποκοτταβίζειν *Hesychius*, scilicet, postquam quis biberat, quod erat in poculo residuum eiicere; et sic usurpari a *Xenophonte* ibi *Sopingius* observavit. sunt qui illum philosophi locum male ceperunt.

pelvis quispiam] Pro quaepiam. Sed ascribam capitis huius versionem ex epistola 56. *Iani Parrhasii*, quae sic habet: *quem delectat in potu* ἀποβλύζειν, id est, *singultare*, καὶ ἐξεμεῖν, *id est*, *evomere* (*quod plerique omnes* κοτταβίζειν *dicunt*) *huic apta pelvis est ad excipiendum*, *quod exuberante potu defluit. Etenim* λεκάνην, *id est*, *trullam*, *vas appellant*, *in quod reiicitur*, *ut vocat in Horis* Cratinus: *singultune contutitur? actutum aliquis afferat huc trullam.* Polyzelus *in* Mimo Tyndarei, *in trulleo primum lavabis*, *vomes*, *implebis. Itaque vas hoc*, λεκάνιον, *id est*, *trulleum*, *proprie dicitur. Licet et* λέβητα καὶ λεβήτιον, (*id est*, *pelvim pelviculamque*) *vocitare*: σκάφον *quoque* (*id est*, *scapham*) *dixit* Aristophanes *in* Anagyro. SEB.

εὐπρεπεστέρα] Hic vero vulgata mala est et falsa, tuque pro εὐπρεπεστέρα scribe, ut MS. noster habet, εὐπρεπεστία τούτῳ etc. *huic paranda pelvis*, *huic adesse debet vel adaptari pelvis.* IUNG.

εὐπρεπεστέρα] Optime MSS. εὐπρεπεστία, quod, probante *Iungermanno*, in contextum recepi. mox ἐπαναπλέον eleganter libri MSS. et ita *Kuehnius* ad Codicis sui marginem adscripsit: *Apuleius* id concinne *redundare potum* simili modo dixit. Paulo post, cum pari consensu MSS. habeant οἰνόμαζον, sic fuit reponendum. Λεκάνην illa notione, quam hic *Pollux* adnotat, *Artemidorus* usurpavit.

τὸ ἐπάνω πλέον] MS. τὸ ἐπαναπλέον τοῦ πότου· et ita malim, nisi quod ποτοῦ potius, ut vulgo, retinendum. su-

pra VI, 23. etiam erat, ἔστι δ' εἰπεῖν, ἐπανέπλει τὸ ποτὸν, καὶ ἐπανῄει. sed alia ibi puto significatione, quasi de potu ad aliquem redeunte quasi in orbem. hic certe de nimio vino, quo quis se ingurgitavit, quasi refluente et superfluente per guttur accipiendum videtur. *Interpres*, ut forte video, prorsus deliravit, vel aquam potavit nimiam, qua et pelvim repletam adponit. Iung.

καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμ.] *Nam et id, in quod vomunt, λεκάνη vocatur.* alias usus vocis λεκάνη latius patet, et patinam lancemque significat. Kuehn.

καλοῦσιν.] MS. ὠνόμαζον, pro καλοῦσιν, quod perinde est. Sic autem et apud Latinos poscebant *pelvim* nauseabundi, ut Graeci λεκάνην. Ita forte accipiendum illud e *Caecilii Foeneratore* apud *Nonium* in *Pelvis*. *Pelvim sibi poposcit*. Caeterum pelvi et pinna iuncta, ut mox in *Cratini* verbis, *ad provocandum* nimirum stomachum, *ut vinum nimia copia sumptum reiicerent*, ait *Casaub*. XI. *Athen*. 10. et alibi se dixisse de isto more veterum. Ego adnotabam et ista *Aristoph. Acharn.*

— *Di*. φέρε νῦν ἀπὸ τοῦ κράνους μοι τὸ πτερόν.
Lam. τουτὶ πτίλον σοι. *Di*. τῆς κεφαλῆς νῦν μου λαβοῦ,
ἵν' ἐξεμέσω, βδελύττομαι γὰρ τοὺς λόφους.
La. οὗτος τί δράσεις, τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμεῖν;

ubi *Schol. Vetus*: Πτερὸν αἰτεῖ ἵνα ἐξεμέσῃ· εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμεῖς πτερῷ χρῆσθαι. Quae *Suidas* descripsit: φέρε νῦν ἀπὸ etc. Iung.

Κρ. μὲν ἐν Ὧ. ἔφη, Μῶν βδ. etc.] C. V. Ὥραις ἐφ' ἡ μῶν βδελυγμίας ἔχει. unde legendum ἐν Ὥραις ἔφη

— μῶν βδελυγμίας ἔχει; πτερὸν
ταχέως τις καὶ λεκάνην εἰσενεγκάτω.
— *num fastidio laborat? pinnam*
celeriter aliquis et pelvim intro ferat.

Pinna in fauces demissa provocabant vomitum antiqui. C. V. ἐνεγκάτω. Kuehn.

Κρ. μὲν ἐν Ὧ. ἔφη, Μῶν βδ. etc.] MS. ἐφ' ἡμῶν βδελυγμίας ἔχει, πτ. τ. τὶς καὶ λ. ἐνεγκάτω· ni fallor, veram scripturam huius χρήσεως nos docens, quam post ἔφη, quod certe *Pollucis* est, ita concipiendam putem:

— μῶν βδελυγμίας ἔχει;
πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

Optime βδελυγμίας. Noster *Pollux* id ipse explicat supra VI, 44. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ κόρῳ δυσχεραίνειν, βδελυγμίαν Ξενοφῶν καλεῖ.

nausea nimirum ex repleto nimis stomacho. claro verbo, unde Latinum profluxisse credo, usus est *Hesychius*: *Βδελυγμίαι*, *ναυσίαι* dicens: et *Ναυσίασις, βδελυγμός*. adeo ut non probare possim *Parrhasii* interpretationem *singultum* interpretantis vulgatum *βδέλυγμα*. non ob singultum, sed ob nauseam pelvim poscat quis. Nec eo verbo etiam proprie mihi τὸ *ἀποβλύζειν* initio capitis videtur expressisse, pariter *singultare* vertens. Potius *cum singultu* vel *singultantem*, ut vomentes solent, *eiicere* vel *reiicere*, dicendum puto, et hoc enim *ἀναβλύζειν*. *Hesych.* *Ἀποβλύζων, ἀναβάλλων, τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ἀναφλύων· ἔστι δὲ ἡ λέξις τῶν πεποιημένων.* Scilicet ex sonitu τῶν *ἐμούντων* puto. clarum illud *οἴνου ἀποβλύζων Homeri*, quod *Etymologici* auctor in *βλιμάζειν* recte exponit, *ἀπεμῶν· ὁ τρόπος ὀνοματοποιΐα*, addit. Ita et in *Athenaei* verbis habuisti, quae indoctus caetera medicus de cottabo proferebat lib. XV. initio. Alias ad locum vulgatum *Cratini H. Stephanus* hic monuit similem locum esse apud *Plutarchum*: et iterum: *σήμανον mal au cuere, et nota pennam provocare vomitum. Plutarchi* locum et adscripsit ex *Politic. Praecept.* hunc: *καὶ πάλιν, αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν ὅπως ἐμέσῃ*. Iung.

Κρατ. μὲν ἐν Ὥραις etc.] Ista *Cratini* fabula saepius utuntur *Grammatici*; diversis etiam in locis *Photius*, ut ex Indice Auctorum, quos citat, cognosco. egit in hac fabula de Atticae regionis fertilitate, et quos fructus singulis anni partibus produceret, in eaque re varie lusit. inde a Grammaticis diversarum frugum nomina ex hac comoedia deprehendes allata. *Ὥρας* autem, quem fabulae titulum inscripsit, anni esse tempora pluribus in locis ostendit *Galenus*, ut *περὶ τροφῶν δυνάμεως* lib. II. et lib. IV. ad VI. *Ἐπιδημιῶν Hippocratis*. sic et apud *Aristaenetum* et *Aelianum* *ὡρῶν εὐκρασία*. et *Anonymus* ad *Ptolemaei Tetrabiblon* Commentator *περὶ Ὡρῶν τοῦ ἔτους* scripturum se promittit, agitque tum de quatuor anni temporibus. vide, si plura cupis et elegantiora, praestantissimum *Graevium Lect. Hesiod. Casaubonus* autem in *Athenaeum* libr. IX. cap. 4. in errorem incidit vitiosa *Commentatoris Aristophanei* lectione deceptus, ubi censet integrum fabulae fuisse titulum *Πυλαῖαι Ὧραι*. in istius enim *Grammatici* verbis, quibus utitur, emendandum existimo: *Κρατῖνος δηλοῖ Χείρωσι, Πυλαίᾳ καὶ Ὥραις*, pro *Πυλαίαις Ὥραις*. *Πυλαία* enim *Cratini* Comoedia nobilis est in antiquis auctoribus. Protenus in ipso *Cratini* loco MSS. lectionem reduxi. quid enim *βδέλυγμ᾽ ἔχει*,

ut fuit vulgatum? *βδελύσσεσθαι* inter alia *Suidas* exponit *ναυτιᾷν*. tum *εἰς* in *εἰσενεγκάτω*, sic enim editum fuit ante nos, inducendum esse ceteris consentit MSS. *Falckenburgii* Codex.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τινδαρέῳ] *Τυνδ.* Seb.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τινδαρέῳ] C. V. *ἐν Δημοτυνδαρέῳ*. malim, *Δημοτυνδάρεῳ*, a recto, *Δημοτυνδάρεως*, quam fabulam recenset et *Suidas* in *Πολύζηλος*, quo dramate actum videtur de populi Attici restitutione in integrum, ut in fabulis celebrata est *ἡ Τυνδάρεω ἀνάστασις*. vid. *Suid.* in *ἀναβιῶναι*. *Tyndari resurrectionem* tangit et *Lucianus* de *Saltat.* ubi *Interpr.* obscure, *instaurationem Tyndari*. Kuehn.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τινδαρέῳ] Sed ad ea quae restant; ubi profecto quis adhuc pelvim poscere debeat, propter *Polyzeli χρῆσιν*. Sed MS. lectionem indicabo, nec te morabor. Primum titulus in MS. dramatis longe alius est quam vulgo, hic nimirum: *Πολύζηλος δὲ ἐν Δημοτυνδαρέῳ*. verissime. ita repone. vulgata lectio *ἀποβλυστέα*. *Suidas*: *Πολύζηλος, Κωμικός· δράματα αὐτοῦ· Νίπτρα, Δημοτυνδάρεως*, caetera. Iungerm.

Πολύζ. δὲ ἐν μίμῳ Τινδαρέῳ] *Kuehnius* in libri sui margine *Δημοτυνδάρεῳ*· sic scilicet MSS. quos sequutus ego, portentum illud vulgatae lectionis eieci. *Polyzeli Demotyndareum* cum aliis huius poëtae fabulis *Suidam* recensuisse *Iungermannus* auctor est. meminit etiam *Etymologus* in *'Εννεάκρουνος*, ubi tamen verbis *Comici* damnum est datum, quod qua potuit reficere *Sylburgius* aggressus est, non iudico quam dextre: melius forte loco consulas, si sic reformaveris: *Πολύζηλος Δημοτυνδάρεῳ· ἵξε δὲ πηγὴν ἐς ἐννεάκρουνον· ἔνυδρον τόπον, ῥητορική*. sed satius est tantisper expectare, dum libros emendatiores nanciscamur, qui nodum istum dissolvant. Idem in *ἐπάκριος Polyzeli Μουσῶν γονὰς* adducit, et *Polluce* nostro atque *Athenaeo* lib. IX. nominatas. scripserat autem talis ingenii alias etiam fabulas, de quarum indole et argumento alibi dicam. Alium vero hunc *Comicum* ab *Historico* esse duco, quanquam rationes non habeam id prorsus affirmandi, cum extitisse quosdam constet, qui scribundis simul Comoediis et Historiis animum appulerint. historiam autem qui conscripserint *Polyzelos* binos reperio, alterum Messenium, qui Ibyci pater a quibusdam fuerat habitus, tradente *Suida* in *Ἴβυκος*, ubi *ἱστοριόγραφον* illum appellat, Rhodium vero alterum, qui res

patrias integro volumine luculente complexus est. opus id inscriptum *Ῥοδιακά*, quarum est in *Athenaeo* mentio lib. VIII, indidemque petita, quae ex *Polyzelo* Rhodio commemorat *Hyginus Astron.* cap. 14. an et alia plura protulerit in lucem, non perspicue cognovi, certe *Plutarchus* in Vita *Solonis* illum advocat testem in re longe diversa a Rhodiis Rhodiorumve republica. si quis itaque historicorum comoedias etiam composuerit, illum esse *Polyzelum Rhodium* existimo, quamvis hac in re nihil sedulo nec negare velim nec affirmare. id autem veterum lectione facile sibi quis observare potuit, patriam significari saepissime, si citent historicos, rarissime vero eam nominibus *Comicorum* apponi, ut mirum non sit *Polyzelum*, qui fabulas scripsit, *Rhodium*, aut cuiuscunque tandem gentis fuerit, non dici. Sed ad *Polyzeli* χρῆσιν veniendum, quam emaculavimus e MSS. et explevimus. addit et *Falckenburgii* Codex ἐναποβάσεις post ἐνεκπλήσεις. sic enim ante nos vulgatum pro ἐνεκπλυνεῖς. omnem vero locum recte constituisse *Iungermannum* existimo, etsi sit ipse dubius et incertus; praecipue quidem quod adtinet ad *Κυανία*. *Kuehnius* profecto mihi non placet, cum reponere studet κυάνεια, uti fecerat et in ora libri sui.

λεκανίῳ etc.] Versus *Polyzeli Comici* ita legit C. V. λ. γ. π. μὲν ἀπονίψεις ἐν ἐξέμεις ἐν ἐκπλύνεις ἐν ἀπεβάσεις κυάνεια. ex quibus fierent hi versus:

— λεκανίῳ γὰρ
πρῶτον μὲν ἐναπονίψεις, ἐνεξεμέσεις,
ἐνεκπλυνεῖς, ἐναποβάψεις κυάνεια.
— *In pelvi enim*
primum quidem lavabis, evomes,
elues, intinges vestes sordidas vel nigras. Kuehn.

λεκανίῳ etc.] Ipsa χρῆσις ita in MS. nostro est, valde varians et auctior tamen: λεκανίῳ γὰρ πρῶτον μὲν ἀπονίψεις, ἐν ἐξέμεις ἐν ἐκπλύνεις· ἐν ἀποβάσεις κυάνια. ut solet scilicet, pro ἐνεξέμεις, ἐνεκπλύνεις, ἐναποβάσεις· τὸ ἀπονίψεις in medio ita ι repositum habet, priore litera, quae η, aut si alia fuit, prorsus erasa. an forte itaque ἐναπονίψεις, ἐνεξεμεῖς, ἐνεκπλυνεῖς, ἐναποβάσεις, Κυάνια· ut hoc ultimum sit nomen proprium. Sed mehercle ego haec non constituo, et lubens hanc pelvim do aliis, quum diu frustra ad eam nauseem. Iung.

λεκτέον.] C. V. κλητέον. quod eodem tendit. Kuehn.

λεκτέον.] MS. κλητέον· ἔξεστι δ' αὐτὸ etc. pro λεκτέον. etc. Iung.

λευκέν.] MSS. obsecundavi, qui omnes εἴρηκεν.

εἶπεν ἐν τῷ Ἀν. Ἀριστ.] Desunt in MS. εἶπεν ἐν τ. Ἀναγ. Ἀριστοφάνης· et post σκάφην statim sequitur ταὐτὸν δ' ἂν etc. Sine titulo interposito connectuntur omnia. Iung.

εἶπεν ἐν τῷ Ἀναγύρῳ Ἀρ.] De *Aristophanis* hac fabula, veroque eius titulo et argumento large dixi ad lib. IX. ex MSS. autem *Pollucis* nostri Codicibus patuit, quam varie corrupta fuerit haec inscriptio. illam ubique nativam habet *Photius* in *Lexico*. Ipsa *Comici* verba in plerisque MSS. deperierunt: *Pollucem* tamen apposuisse indicio sunt Excerpta *Falckenburgiana*, quae χρῆσιν istam tam corruptam continent et deformem, ut non sine quodam animi cruciatu possim relegere, cum Codicem omnium revera principem tam foede commaculatum a librariis video. ecce vero, ut habeant, ubi coniectandi felicitatem et ingenium eruditi viri experiantur: καὶ ἡμισκάφης δ' ὡς ἐν τε ἐνποδιλονίων ἐμοῦμεν. ego vero, ut aliorum industriam provocem et excitem, proponere in animum induxi, quid cogitaverim ad hunc locum poliendum, etsi id omne invita forsitan fiet *Minerva*, σκάφην in istis verbis, cuius vocabuli gratia locus erat allatus, et ἐμοῦμεν etiam, quid sit cognoscimus; cetera sunt disiecta et quam maxime incerta. diversis ego tentamentis hunc locum versavi, nulla tamen hac coniectura potior est visa: Καὶ ἡμῖν σκάφη 'στι, ὡς ἂν ἐν τῇ ποτοῦ οἶνον ἐμῶμεν. *Et nobis adest scapha seu pelvis, ut in ea convivii vinum evomamus*: seu malit aliquis, τὸν ποτὸν οἶνον, *vinum epotum*; quod alteri ferme anteposuero. parum equidem a vestigiis corruptae lectionis recedo, neque dubito, quin nemo non facili negotio sit animadversurus, quodcunque ex illa scriptura poteram, studiose servasse. porro id quivis etiam videt, egregie *Pollucis* menti satisfieri, si nostram emendationem admiseris; quid enim in his liquidius quam σκάφην tale fuisse vasculum, in quod evomerent? Reddidi vero in contextu illam lectionem, quae mihi fuit melior visa, quamvis id fortean a plerorumque sententia abhorreat, non eo sane quod illam indubitate veram existimarem, sed quod aptius videretur in textu talem exhiberi scripturam, quae intelligi possit, neque menti *Auctoris* sit incommoda, quam monstrosam. Σκάφην autem sic usurpavit etiam *Basilius* in *Homilia* adversus Ebrios.

77.

ταυτὸ δ' ἄν τις etc.] Sic itaque MS. ταὐτὸν δ' ἂν τις et εἴποι τοῦτο καὶ περὶ etc. Iung.

ἐναπονιπτέον.] Pro *ἐνάποονιπτέον* MS. *ἐναπονιπτόμεθα*, quod mihi magis placet quam vulgatum. Iung.

ἐναπονιπτέον] Commode MSS. *ἐναπονιπτόμεθα*. ita restitui in contextu. dicit autem *Pollux* ᾧ *ἐναπονιπτόμεθα*, uti *Polyzelus* praecedenti capite: *Αἰσχύλῳ μὲν γὰρ πρῶτον ἐναπονίψεις.* ubi simul observa, *λεκάνη* vel *λεκανίῳ* fuisse veteres usos ad corpus abluendum aut pedes, quod hic de *λεκάνη* *Pollux* adnotat. Sed addendum obiter de istorum hominum ineptiis, qui in capita distinxerunt hoc *Pollucis* volumen. quamvis enim ubique eorum imperitia eluceat, hic praecipue tamen, cum haec a praecedentibus, cum quibus indissolubili nexu sunt coniuncta, separarunt. In *Aeschyli* vertendo loco sic se gessit *Interpres*, ut plane dubitem, an quis, si id etiam ageret consulto, futilius vertere possit. ibi vero offendit me *θεοφόρων ποδῶν*. vide, num potius legendum *θεοφρόνων*, id est, *θείων*, quae loquendi formula tragico cothurno conveniens. *Hesychius*: *Θεόφρονος*, *θείου*. extarent ista modo in MS. eorum calculo haud dubie coniecturam meam haberem confirmatam. *σκάφη* vero *λεοντοβάμων*, quae leonibus innititur. ad eundem sensum nescio quo loco legerim *τράπεζαν ἀργυροβάμονα*, *quae pedibus argenteis esset suffulta.*

Ὁμήρου εἰπόντος] MS. *λέβητα, καθ' Ὅμηρον*. Versus *Homeri* sunt omissi. Iung.

ὥς ἄρ' ἔφη, etc.] *Odyss.* *τ*, 386. Seb.

κατ' Αἰσχύλον] MS. *καὶ τὰ Αἰσχ.* Sed id recte emendatum ibi. Iung.

που σκ.] MS. *ποῦ σκ.* *Aeschyli* *χρῆσις* in MS. nostro omissa est quoque. videntur autem post *χαλκήλατος* nota interrogationis signanda. Iung.

78.

καὶ ποδονιπτὴρ etc.] C. V. *καὶ ποδανιπτὴρ οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις· ὑδρία τις ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης· τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον ἢ λούτριον ἢ ποδάνιπτρον.* *Herodotus* in *Euterpe*, *φασὶ ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τἄγαλμα γεγονέναι.* *Dioclis* versus hic forsan fuit:

ὑδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης.
hydria quaedam et aeneus pedibus abluendis lebes.

Λούτριον firmat *Hesychius* in h. v. *πλυντήριον* in hac notione vix reperietur. *λεοντοβάμων σκάφη* est *scapha leonibus aeneis insistens*, loco pedum. Kuehn.

καὶ ποδονιπτὴρ] In quo modo defecit noster MS. id insigniter explet, duobus auctorum nominibus nobis largiens rursus cum *χρήσει*, quae quod ad vulgatos perierant funditus. integra enim linea deest. tu itaque sic restitue versum penultimum ut in MS. est: *καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτὴρ, οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις·*

ὑδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης.

Τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ, νίπτρον, ἢ λούτριον, ἢ ποδάνιπτρον, ὡς ἐν Ἥρωσιν etc. egregie, ni fallor, omnia. Illustrabimus porro. Primum *ποδανιπτὴρ*, non ut vulgo *ποδονιπτὴρ*, scribendum confirmant subiectae *χρήσεις*. *Herodótea* haec est, quam *Noster* saltem innuit, *Euterpe* c. 172. de *Amasi*: *ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος· ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενίζατο.* *Diocles Comicus* et alibi a *Polluce* citatur, sed hic in *Bacchis*. *Suidas*: *Διοκλῆς, Ἀθηναῖος, ἢ Φλιάσιος, ἀρχαῖος Κωμικός· σύγχρονος Σαννυρίωνι καὶ Φιλυλλίῳ·* (ita scribe, non *Φιλλυλίῳ*) *δράματα αὐτοῦ Θάλαττα, Μέλιτται, Ὄνειροι, Βάκχαι· Θυέστης β'.* In eo *ὑδρία* et *χαλκοῦς* scripsi, credo, non temere, quamvis in MS. illud sine accentu *υδρια* esset, hoc vero oxytonωs *χαλκούς·* quod tamen indicare volui. Sequitur post exemplum e *Diocle* de aqua, qua pedes lavamus. ubi *λούτριον* ex MS. habet. rectissime, credo: *χρῆσιν* ex *Aristophanis Heroïbus* supra habuisti VII, 167. ubi etiam *λούτριον* MS. et id probavi etiam ex *Hesychio*. ibi in ea *χρήσει* et *ἀπόνιπτρον*, cuius et hic mentionem fecisse mihi valde verisimile est. nam et supra VII, 40. ait: *νίπτρα μὲν Αἰσχύλος, Ἀριστοφάνης δὲ ἀπόνιπτρον*. ubi vides et *Aeschyli χρῆσιν* innuisse, quem hic modo attulit. quare, ut dixi, credo omnino et hic allatum. non tamen *ποδάνιπτρον*, ut ex MS. scripsi, eiiciendum est. potest et illud fuisse ibi, et satis magno teste *Homero* nititur, qui in *Ὀδυσσ.* τ. bis, vers. 343.

οὐδέ τι μοι ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ
γίγνεται. —

et ibid. v. 504.

οἰσομένη ποδάνιπτρα· τὰ γὰρ πρότερ' ἔκχυτο πάντα.

Sic de *ἀπονίπτρῳ* in *Acharnensibus Aristophanes*:

ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας.

Quem locum et *Eustathius* innuit, ubi ad prius allatum *Homeri* versum 343. ita commentatur: *ποδάνιπτρα δὲ ἢ αὐτὴν λέ-*

γεν τὴν νίψιν τῶν ποδῶν, ἢ τὸ ὕδωρ οἷ πόδας νίπτονται, ὃ καὶ ἀπόνιπτρον ἔλεγον· ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν Ἀχαρνεῦσι δηλοῖ· ne quis putet illud *ἀπόνιπτρον* aliis usibus potius destinatum quam pedibus, de quorum *ἀπονίψει* hic potissimum agitur. Eundem *Comici* locum attulit et *Suidas* in *ἀπόνιπτρον*, ubi et adfert morem proclamandi, ne in quem progredientem effunderetur: *Ἀπόνιπτρον. Ἀριστοφάνης· ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας· εἰώθασι δὲ οἱ ἀρχαῖοι εἴποτε ἐκχέοιτο ἀπόνιπτρον ἀπὸ τῶν θυρίδων, ἵνα μή τις βραχῇ, λέγειν τῶν παριόντων ἔξιστω·* quae ideo tota adscripsi, uti veterum morem, si possem restituere. Ipsa enim formula, ni fallor, in *Suida* periit, et ultima disiecta sunt. Ego ita restituendum puto: *ἵνα μή τις βραχῇ τῶν παριόντων, λέγειν ἔξιστω. ne quis aspergeretur, dum effunderent, praecedentium ad aedes, proclamasse eos, Recede*, vel *Cavè: ἔξιστω*, pro *ἐξίστασο*, notum. Vix dubitabis de hoc, si legeris totum *Aristophanis* locum, ad quem dum ista scriberet respexit. Estque hic:

> — ἀλλ᾽ ὁ Κοισύρας, καὶ Λάμαχος,
> οἷς ὑπὲρ ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρώην ποτὲ,
> ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας,
> ἅπαντες ἔξιστων παρῄνουν οἱ φίλοι.

Ubi et *Scholiastes*, unde sua *Suidas* descripsit, in eadem formula emaculandus videtur: *εἰώθεισαν εἴ ποτε ἐκχέοιτο ἀπόνιπτρα ἐκ τῶν θυρίδων, ἵνα μή τις βραχῇ τῶν παριόντων, ἔξω λέγειν.* Pro *ἔξω* nimirum *ἔξιστω* lego, nam statim subiicit: *παίζει οὖν πρὸς τὸ ἔξιστω ὄνομα, ὁμώνυμον ὂν τῷ, ἐκχώρησον.* Sed ne me nimis *ἐξίστασθαι* dicas *ταύτης τῆς ὁδοῦ εἰς πάροδον*, pergam. Iung.

καὶ ποδονιπτὴρ etc.] Adiiciam omnem, sicuti ante nos fuit editus, *Polluois* locum, ut cum istis, quae reposuimus e MSS. componere possis, et quid distent aera lupinis iudicare: *καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτὴρ· λέβης τὸ δὲ ἀπ᾽ αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον, πλυντήριον ἢ ποδόνιπτρον* etc. Splendidiora longe et pleniora quae de MSS. dedi. Plurimos autem in veterum monumentis commemorari *Diocles* ex solo *Meursio* didiceris in *Bibliotheca Graeca*. Hunc vero *Comicum Suidas*, cuius verba retulit *Iungermannus*, Atheniensem gente aut Phliasium fuisse tradit, vel quod ipsi patria fuerit dubia, vel quod oriundus Phliunte praecipuam tamen aetatis partem Athenis egerit, quam rem saepius in causa fuisse, ut duplici quis patria censeretur ortus, alibi exemplis similibus luculente demonstrabo. alias sane et *Diogenes* inter Phi-

losophiae *Pythagoricae* columina *Dioclem* Phliasium enumerat, quem ego tamen diversum existimo a *Comico* nostro. Ad fabulam eius *Bacchas* quod attinet, eam et singulo numero *Βάκχη* appellatam reperio. sic quidem apud *Photium* in *Κακὰ κακῶν*, *Διοκλῆς Βάκχῃ*, itaque legendum apud *Suidam* in illa voce. *Pollux* vero noster et alibi *Βάκχας* eius nominavit, et *Μελίττας*, nam haec quoque *Dioclis* est Comoedia *Athenaeo* etiam laudata, qua forsitan apum solertiam et sedulam industriam, quae constitutam bene rempublicam imitaretur, exposuit, quemadmodum in *Avibus* suis alia ratione in re non longe diversa *Aristophanes*. meminit eius et *Hesychius* in *Τίγγα*· *Διοκλῆς ἐν Μελίτταις*. ubi *Sopingius* inauspicato ἢ *μίλτος* restituere cogitat, quem viri non indocti errorem castigavit *Berkelius* in notulis ad *Hesychium* MSS. *Non procedit* Sopingii *emendatio; nam* Diocles *Atheniensis in Μελίτταις citatur a* Suida. *Diversus est a* Diocle *medico*, *quem* Hesychius *citat in λεπάρας et συγκομιστός*. Ista de *Μελίτταις* hic addere volui, ut simul omnia de *Diocle Comico* illiusque fabulis, quantum ad *Pollucem*, complecterer. *Ποδόνιπτρον* est in hoc Adagio, *Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον*. quo de videndus *Zenobius* Cent. III.

πέλυν] C. V. *πέλλιν*. *Hesych.* *Πελλὰς* ἢ *πελλὶς*, *λεκάνη*. *Salmas.* V. Θ. *πέλθην*. legendum, *πέλλην*. KUEHN.

πέλυν] Pro *πέλυν* MS. *πέλλιν*. et vulgatum quidem *πέλυν* sinam alios quaerere. mihi stat adhaerere lectioni vetustae, quam noster *Palatinus* servavit. Eam enim firmat glossarius princeps *Hesychius*: *Πελλὶς*, ἢ *πελλὰς*, *λεκάνη*, satis clare, ut *Noster*, *λεκάνην*, id vocabuli exponens. Ceterum *pelvis* vocabulum, *a pedis lavatione*, ut *pedeluis* *Varro* libr. IV. de ling. Latin. Sed viri docti fere dissentiunt, et ab hoc Graeco, quod hic noster *Pollux* refert, esse aiunt, ut *Bayf.* de Vasc. ut Magnus *Scaliger* Coniectan. ad eum locum, ut *Ursinus* Adpendice ad *Triclin.* apud quem in verbis *Pollucis* male est, *πέλυκα dici a Tragicis τὴν λεκάνην· οἱ δὲ Αἰολεῖς*, inquit, *πέλυκα μ. τ. ξ. λέγουσιν*. IUNG.

πέλυν] Optime MSS. *πέλλιν*, quam scripturam, favente *Iungermanno*, in contextum reduxi. in veteri *Glossario* MS. *πέλλις*, *pelvis*: opportune; videturque sane Auctor istius *Glossarii* originem Romanae vocis veram agnovisse. scilicet antiqui non solebant fere duplicare easdem literas, ut marmora testantur et vetustissimi Codices, in quibus plerasque illas voces, quae duplici litera eadem solent apud nos scribi, unica tantum exaratas deprehendimus. istius rei capi pos-

sunt exempla e *Pollucis* nostri Codicibus MSS. iamque monuisse subit memoriae de σάκω et σάκκω similibusque aliis. hoc igitur pacto πέλις pro πέλλις olim scriptum erat., sic in *Etymologo* πέλος, quod *Hesychio* aliisque πέλλος. *Aeolicum* interponas digamma πέλFις, et ipsissimam e vestigio vocem Romanam habebis, ut αἰὼν, ἀιὼν, αἰϝὼν, *aevum* etc. Adeundus in *Etymologico Vossius*, qui plurimos adducit illam originem amplexos; sed ipse cum omnibus istis vulgatam eamque pravam *Pollucis* scripturam retinet, neque rem satis accurate enucleat: in sequentibus etiam librariorum supina negligentia *Polluci* damnum dederat, ubi nobis prò πέλικαν vel πελίκαν a πελίκη, vel *Aeolice* πελίκα obtrudebatur πέλυκα. illam autem praecipue ligneam fuisse ex notatione vocis ostendit *Pollux*, ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι· quibus ducibus obsequutus sum. hoc ipsum de πέλλαις *Etymologus* tradit, quas exponit ξύλινα ἀγγεῖα, quaeque profecto quiddam habent cum τῇ πέλλι commune. sed de πελίκης origine aliud ego longe diversum e lingua Phoenicia protulisse memini supra, quod multo maiorem veritatis habet speciem. ad πέλλας vero quod adtinet, qui ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι deducendas aiunt summe nugantur, etsi et in ea sit opinione *Eustathius*. Apud *Hesychium* autem πεπελεκῆσθαι ut reponatur pro πεπελεκίσθαι, non ego equidem necessarium duco, quamquam haud clam me sit, quid de πελεκεῖν et πελεκίζειν *Grammatici* statuant, quae utut plerumque ita recte procedant, non ubique tamen sic se habent. sed πελεκεῖν vero frequentissimum, quod sane non tantum de lignis, sed et lapidibus dici consuevit. οἱ ἑβδομήκοντα Βασιλ. Γ. κ. ϛ. Καὶ ἐπελέκησαν οἱ υἱοὶ Σαλομών. *Philoxenus*: Πελεκῶ, *dolo*, *fomeo*: et in eodem πελεκῷν· Πελεκῷ, *dolat*; hinc πελεκητὴς, *dolator*, et πελέκημα, *fomes*, *assula*. λίθους ἀπελεκήτους habent dicto loco LXX. viri, et ἀπελεκήτους alibi solummodo, non addita voce λίθος. igitur ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι πελίκη, quod dolata sit et polita. Sed in istis iam ego nunc nimis diu commoror.

πέλυκα] MS. πέλικαν. *Hesychio*, πελίκαν, (ita enim legit *Casaubonus* pro πελεκὰν) εἶδος ποτηρίου ξυλίνου, διὰ τὸ πεπελεκίσθαι. Sed hic ἐπὶ λεκάνης dicitur. Seb.

πέλυκα] C. V. πέλικαν. C. A. πέλλυκα, ni fallit fugiens scriptura illius Codicis. *Salmas.* etiam legit πέλικαν. Kuhn.

πέλυκα] MS. οἱ δὲ Αἰολεῖς πέλικα, per ι in medio. ultima tamen litera quae post α sequebatur penitus erasa, sine dubio ν fuerit, et scriptum perinde ac in *Seberi* MS. fuit, πέλικαν· et ita restituendum fuerit. Certe noli dubitare huc spectare *Hesychiana*: Πελικὰν, εἶδος ποτηρίου ξυλίνου, διὰ τὸ

κεκελεκίσθαι· ἄλλοι ξυλίνη λεκάνη. en quam clare ξυλίνη λεκάνη· non lac lacti similius, quam hoc *Nostri* verbo, μάλιστα τὴν ξυλίνην, quae sequuntur. Eiusmodi diversis usibus inservisse saepe et adhibita, tralatitium notare est. unde tam multa a nostro *Polluce* in diverso instrumento repetuntur vocabula. Apud *Hesych.* vero πέλικα, vel πελίκαν scribendum putat Magnus *Casaubonus* XI. *Athen.* 13. Iung.

ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι.] MS. πεπελεκῆσθαι. *Eustath. Odyss.* fol. 219. πελεκᾷ μὲν ἐπὶ ξύλων· πελεκίζω δὲ ἐπὶ προβάτων, καὶ ὅλως ζώων. Seb.

ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι.] C. A. ἦν ἀπὸ τοῦ πελεκίσασθαι. C. V. ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. *Salm.* πεπελεκίσθαι legit ex V. C. alius eiusdem Codex πεπελεκεκῶσθαι· malim πεπελεκίσθαι, *quod securi sit excisa*, a πελεκίζομαι. Kuehn.

ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι.] Ante ἀπὸ in MS. vocula ita penitus erasa est, ut, quae fuerit, coniici non possit. videtur ἦν fuisse. sed magis quadrat ὡς vel οἷον vel tale. pro πεπελεκηκέναι tam noster MS. quam *Seberi* πεπελεκῆσθαι, ut scribendum certe est. et ita quoque apud *Hesychium* in πελικᾶν scribendum videtur pro πεπελεκίσθαι. Est et apud *Etymologicographum* ita per η in πέλλας. vid. *Eustath.* ad Ὀδυσσ. ι. et *Suidam* in πελεκᾶ. Iung.

ἵνα δὲ ἀποπλ.] MS. ἐναποπλύνεται. Seb.

ἵνα δὲ ἀποπλ.] C. A. ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται ἐκπώματα etc. Kuehn.

ἵνα δὲ ἀποπλ.] Scribe ut in MS. nostro et *Seberi* est: ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται· quamvis *Noster* suo fere more ἐν ἀποπλ. duabus vocibus. Idem *Noster* deinde omittit τά. Iung.

ἵνα δὲ ἀποπλύνεται etc.] Nostris Codicibus obtemperavi, qui ἐναποπλύνεται, quod est efficacius. Quod ad ὁλκαῖον autem, *Polybius* ὁλκίον habet, uti scriptura diversa, sic et significatione: πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἤλειφοντο κροκίνῳ μύρῳ· non quod in ὁλκίοις unguentum asservari soleret, sed ut ostendat *Antiochi Epiphanis* profusissimam luxuriam, qui in illa splendidissima pompa, quam describit *Polybius*, homines unguento perfundi voluerit ex ὁλκίοις. Est et ὁλκεῖον in ista *Ptolemaei Philadelphi* vere regia pompa, quam accurate descriptam reliquit *Callixenus* apud *Athenaeum* lib. V. inter alia praeferuntur βῖκοι δέκα, ὁλκεῖα δύο, ἑκάτερον χωροῦν μετρητὰς πέντε.

ὁλκαῖον] MS. ὁλκαῖον habet. Inveniri nempe et cum tenui spiritu haec notarunt iam viri docti. *Hesychius*: Ὀλκαῖον, λεκάνη, νιπτὴρ, κρατήρ· et Ὄλκιον, μέγας κρατήρ. Habuisti

id et supra, ubi tamen MS. erat defectus VI, 100. ubi quoque spiritu leni est. Id Gallice *raniès* dici ait *Bayf.* de Vasc. Iungerm.

λουτήριον.] *Gl.* λουτὴρ, *labrum*. λουτηρίσκος, *labellum*. vid. *Hesych.* in Ὁλμίσκον. Kuehn.

79.

τάχα δὲ καὶ ὑπόστ.] C. A. et *Salm.* τάχα καὶ ὑ. κ. τ. ἐ. τ. Δημιοκράτοις· et sic ultimum habet et C. V. nec mutat ullibi, eadem est lectio *Salmasii.* Kuehn.

τάχα δὲ καὶ ὑπόστ.] Sic et in MS. nostro fuit, sed δὲ penitus erasum est, et bene, ut videtur. Iung.

τάχα δὲ καὶ ὑπόστατον κλ. etc.] Modo fuit in vulgatis insertum culpa librarii δέ· τὸ δὲ ὑπόθημα, quod delevi, mox enim proprio loco τάχα δὲ etc. Superius ad hunc librum dixi de ὑποστάτῳ, atque ὑποστάτην etiam appellari, ut ibi erat in vulgatis, monstravi. addendum hic eadem et ὑποστήματα dici a *Callistrato*: Δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες ὑποστήματα ἔχοντες. Idemque alibi βάσεις. Ego vero non ita stricte ac *Iungermannus* haec ὑπόστατα capiam, sed de quibuscunque suppositoriis. alias orbiculos illos, quibus in mensis ad imponenda vasa mensaria veteres utebantur, appellare licet *cesticellos* vel *arculos*, quos proprie dicebant circulos impositos capiti ad ferenda facilius onera, indeque explicare soleo *Isidorum* in *Glossis* sic scribentem, *Arculis, circulis.* Videndus in utraque voce *Festus.*

Δημιοπράταις] Δημιοκράτοις, ut et infra segm. 81. Seb.

Δημιοπράταις] MS. Δημιοπράτοις, et semper ita scribendum. supra segm. 46. habuisti eadem, ubi illud ὑπόστατον quoque ex MS. restitui. Et hinc discimus quid sit ὑπόστατον, a *Lexicographis* nescio an adhuc explicatum: ὑπόστατον, ὑπόθημα est ἐκπωμάτων, *Homero* ὑπόκυκλον, simili ratione ut κύκλον mox explicat ἐπίθημα τρίποδος. *Hesychius*: Ὑπόκυκλα· τοὺς ἀστραγάλους τοὺς ὑποτιθεμένους τῷ πυθμένι τῶν τριπόδων. Locus autem *Homeri* Ἰλ. σ. quem eundem et *Noster* et *Hesychius* respexit, utrique ὑπόκυκλα una voce legentes, est de tripodibus illis αὐτομάτοις, quos *Vulcanus* fabricat. cuius lectionis mirum *Eustathium* non mentionem facere, sed saltem illam, quae ὑπὸ κύκλα habet, explicare. A tripodibus hoc ad vasa potoria noster *Pollux* non inepte, credo, transfert. Vel valde vero fallor, vel tale quid apud Latinos fuit, scilicet et illos usos fuisse orbiculis, cui vasa escaria et potoria imponerentur, ne mappam foedarent. Hodie sane moris id est adhuc, praesertim in magnatum mensis. Id genus

στυφαρίου *Basili* Trebatio dictum adnotavit *Iunius Nomenclatore*, nempe l. 100. *haeres*. §. 5. D. de Legat. 5. *Cui Corinthia vasa legata essent, et βάσεις quoque eorum vasorum collocandorum causa parandas deberi, Trebatius respondit: Labeo autem id non probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuit. Proculus vero recte ait, si aeneae quidem sint, non autem Corinthiae, non deberi.* Certe ad maculas mapparum impressas mihi sunt in mentem illa *Martialis* lib. XIV. Epigr. 158.

Gausapa villosa, vel mantile.
Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum:
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Ubi *circulus* labes est impressa a paropside vel poculo, ut et *Turnebus* IX. advers. 24. explicavit. Hinc vero patet, quod hoc non recte acceperit idem *H. Iunius* ad nescio quod Chirurgicum instrumentum. Excipulum, ait in *Nomencl. ego vocitabo, pace eruditorum bona, vasculum quod subiicitur a Chirurgis, dum sanguinem detrahant scalpello, ab eius vasculi usu, quod subiicitur doliorum fistulis*: ὑπόθημα *Poll.* ὑπόστατον, ὑπόκυκλον. si enim *Pollux* tale vasculum intellexisset, capite 20. antecedente, ubi quae πρὸς πλίνθους exsequebatur, id nominasset et explicasset, sat scio. Iung.

ἐπὶ πάντων] C. A. ἐπεὸν π. ὑ. Kuehn.

χρύσεα δέ σφ' ὑπόκ.] *Iliad.* Σ. 375. ubi quaedam exemplaria: ὑπὸ κύκλα ἐκ. ut sit tmesis pro ὑπέθηκε, *supposuerat*: ὑπόκυκλον autem συνθέτως legitur *Odyss.* δ, 131. Seb.

χρύσεα δέ σφ' ὑπόκ.] C. A. χρυσεῖα σφὺ ὑπόκυκλα etc. Kuehn.

καὶ πύνδακα] E MS. priores editiones πίνδ. Seber.

καὶ πύνδακα] C. V. πύνδα, omissa κα. C. A. in πύνδακα finit hoc caput. Kuehn.

καὶ πύνδακα] MS. καὶ πύνδα καὶ ἄλλοι, etc. sed mendose, ut quivis videt. hoc tamen recte, quod prima syllaba υ est, quum antea vulgati ubique male ι hic habebant, quod recte a *Sebero* nostro eiectum, illo substituto. *Pherecratis* Ἀῆροι et ab *Athenaeo* laudantur, ut adnotavit *Casaubonus* III. *Athen.* 15. Versus *Pherecratis* in MS. desunt: possunt autem ita reconcinnari;

λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύνδακα
εἰσέκρουσεν. Iung.

εἰσέκρουσεν.] *Introrsum adegit*, ut ita minor fieret mensura. et hoc ipsum paulo post ex *Aristophane* dicitur ἐκκρού-

μετρεῖν τ. π. loco metreῖσθαι fundum mensuratum: μέτρον τὸν πύνδακα ἐκκεκρουμένον vocat *Theophrastus Ethic. Charact.* c. 12. ubi *Casauboni* emendatione nil opus est. Kuehn.

Ἀριστοφ. γοῦν ἐν Δρ. etc.] MS. ita habet: ἐν Λήροις, καὶ Ἀριστοφάνης κεκλήκασιν iterum omissis his, γοῦν ἐν Δρ. ἢ Κ. ἐνηλῷ τ. πλ. εἴρηκε. Et sane τὸ κεκλήκασιν in vulgatis forte reponendum hinc videtur potius sane, quam subaudiendum, ut legimus nempe ἐν Λήροις κεκλήκασιν, λαβοῦσα etc. *Pherecratis* versiculum illustrat *Casaub.* noster ad *Theophr. Charact.* περὶ βδελυρ. quem vide. posset et post ἄλλοι τε poni. De *Aristophanis* Dramate aut Centauro vid. *Casaubonum* nostrum VII. *Athen.* 14. ubi et pro ἐκκρουσαμένους forte emendandum arbitratur ἐκκρουσάμενος. Iung.

Τριπολέμῳ] C. V. bene Τριπτολέμῳ laudat et *Athenaeus Sophoclis Triptolemum.* Kuehn.

Τριπολέμῳ] MS. Τριπτολέμῳ Σοφ. et ita omnino scribendum est. illud τ adpendulum τῷ π oculos descriptorum effugit facile, ut notavimus et alibi. *Tripolemum* nullum *Sophocles* scripsit, nescio an non et alius nemo. De *Triptolemo* vide, qui laudant, multos bonosque apud *Casaubonum* nostrum Catalogo Dramatum *Sophocleorum* VII. *Athen.* 4. ubi non aliter habet in hoc loco, quem profert, indeque restituit corruptam *Sophoclis* χρῆσιν apud *Etymologicographum* in ἀπυνδάκωτος. Iung.

Τριπολέμῳ Σ.] Uti restituit e MSS. ad oram sui Codicis Doctiss. *Kuehnius*, sic et in suo *Sophocle Meursius Pollucis* adduxit verba. bene habet igitur Τριπτολέμῳ, quod praeter MSS. lucide patet etiam ex isto *Hesychii* loco: Ἀπυνδάκωτος, ἀπύθμενος. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ· ἐν δὲ Ἰφιγενείᾳ πύνδακα τοῦ ξίφους τὴν λαβὴν ἔφη. in verbis autem summi *Tragici* insolentiam illius verbi τραπεζοῦσθαι attende, quod alibi haud temere reperias. Sed de πύνδακι hoc amplius adnotare lubet, videri scilicet extitisse apud antiquos Graecos πύνδος, eiusdem utique notionis ac πύνδαξ, indeque manasse Romanam vocem *fundus*, in cuius incunabulis inquirendis oleum et operam perdiderunt eruditi viri, ne quid gravius dicam. consule *Vossium* in *Etymologico.* π mutatum in *f*, quod tam est perspicuum et usitatum, ut exemplis ad illam rem abuti nolim. significavit autem cuiuscunque rei imum proprie vocabulum istud, eaque de ratione πύνδακα τοῦ ξίφους *ensis capulum* appellavit *Sophocles*: quod ipsum et *Eustathius* observavit e *Pausania* ad *Il. Λ. Hesychius*: Πύνδαξ, πυθμήν.

ἀπ. οὐ τραπεζοῦται κ.] *Salm.* in mensa sisti non potest aut stare. Kuehn.

ἀπ. οὐ τραπεζοῦται κ.] Ea χρῆσις, ἀπυνδάκ. οὐ τραπεζ. κτλ. in MS. nostro omissa est, statim additis verbis capitis sequentis, sine titulo interiecto. Adfertur ea et a *Suida* in πύνδαξ· quae tamen αὐτολεξεὶ descripta ex *Eustathii* παρεκβολαῖς ad *Il.* λ. qui παροιμίαν esse ait, et ἀπυνδάκωτον exponit ἀπυθμένιστον. Sed ad sequens caput, cuius initium et suis inserit *Rhodig.* VIII. Antiq. Lect. 15. Iung.

80.

περὶ τραπ.] C. A. in margine, ut semper fere tituli sunt marginales, Περὶ τῆς ἐν ὄψοις ὑποκειμένης τραπέζης· ubi ἐν ablatum vellem. nec *Salm.* titulum vulgatum legit. Kuehn.

ἡ δὲ] *Salm.* ἡ δὲ non legit. Kuehn.

καὶ τρίπ. ἂν κτλ.] C. A. omissis interiectis pergit τὸ δὲ ἐπίθεμα τῆς τρίποδος etc. Kuehn.

καὶ τρίπ. ἂν κτλ.] Laudat haec *Rigaltius* noster ad ista *Artemidori* lib. I. *Onirocr.* c. 76. τράπεζα δὲ τρίποδος οὐδὲν διαφέρει· οὐδὲ ἄλλο τὶ σκεῦος, ᾧ τις ἐπιδειπνεῖ· nempe in re *Onirocritica.* Iung.

εἴρηκε γοῦν] MS. εἴρηκεν γ' οὖν. Iung.

Τελμησεῦσι] MS. Τελμισεῦσι· emenda: Τελμισσεῦσι, ut supra MS. segm. 72. ubi probavi pluribus, locum hunc respicit et supra VI, 83. Iung.

Τελμησεῦσι] Τελμισσεῦσι restitui cum *Kuehnio*, et de scriptura superius affatim est actum. In *Aristophanis* autem altera χρήσει corrigendum putavi τὼ τρίποδ' ἐξένεγκε, sicut in ipso *Comico Iungermannus* extare docuit. *Callistratus* apud *Athenaeum* lib. V. plus una vice mentionem iniicit τριπόδων Δελφικῶν, ubi non *tripodes Delphicos* intellige, sed *Delphicas mensas.*

καὶ τὸν τρίπουν etc.] MS. καὶ τῷ τρίποδ' ἐξένεγκε etc. sed pro τῷ videtur quis τὸν reponere voluisse. Sed MS. ut est apud *Comicum* ipsum habet. malim tamen τὼ, scilicet τὼ τρίποδε. Scribe itaque: καὶ τὼ τρίποδ' ἐξένεγκε καὶ τὴν λήκυθον. Ita prorsus enim et apud *Comicum* in *Ecclesiazusis* est, nisi quod editio *Raphaleng.* τῷ habet, quod σφάλμα τυπογράφων, credo. Iung.

καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τῇ 'Αναβ.] *Xenophontis* locus est 'Αναβάσ. lib. VII. in convivio Seuthae: τρίποδες εἰσηνέχθησαν πᾶσιν· οὗτοι δ' ὅσον εἴκοσι κρεῶν μεστοὶ νενεμημένων etc. Iung.

ὥσπερ καὶ τριπόδια, καὶ πράγματα.] C. V. ὡς ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου, τὰς δ' ἐκ μέσου τριπόδια καὶ πραγήματα· leg. τραγήματα, ut in *Equisone Menandri*:

τὰ δ' ἐκ μέσου τρ. καὶ τραγήματα.

Illos tolle e medio parvos tripodas et bellaria. Kuehn.

ὥσπερ καὶ τριπόδια, καὶ πράγματα.] Mendosa ista καὶ πράγματα, ut facile quivis suspicetur. locus praeterea mutilus, qui in MS. nostro integer, et auctior χρήσει e *Menandro*, ita ergo restitue, ut MS. habet: ὥσπερ καὶ τριπόδια, ὡς ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου·

τὰ δ' ἐκ μέσου τριπόδια καὶ τραγήματα.

τὸ δ' ἐπίθημα etc. *Menandri* Ἱπποκόμος et infra laudatur segm. 98. Iung.

ὥσπερ καὶ τριπόδια] Elegantem *Menandri* locum MSS. conservarunt, quem omnem, eiectis vulgatis καὶ πράγματα, in textum revocavimus *Kuehnio* favente. Ἱπποκόμον *Menandri* et *Athenaeus* aliique adducunt, ut *Meursius* in fabularum eius Indice significavit. Sed de τριποδίοις tamen hoc *Comici* loco cogitandum: τραγήματα certe, seu bellaria, mensis imponuntur, cum quibus mireris ita coniungi τριπόδια· nisi sumseris de cesticillis tripedibus, qui sustinere solebant vasa mensaria. quaedam de istis superius adnotata. nescio an huc spectet *Cyrilli* τριπόδιον, *tripodium*, an alio potius referri debeat, ut opinantur eruditi viri.

81.

τοῦ τρίποδος] C. A. τῆς τρίποδος· *tripodes mensae fuerunt in templo Delphici Apollinis, quibus superpositae Phoebades vaticinabantur.* ὅλμον huius tripodis *cortinam* dici existimes iure merito ex iis, quae *Servius* habet de *Cortina* ad illud *Virgilii*, *neque te Phoebi cortina fefellit.* vid. *Gloss.* in *Cortina.* Kuehn.

δεῖ] MS. ὅλ. προσήκει κ. Seb.

δεῖ] C. A. pro δεῖ leg. προσήκει. Kuehn.

δεῖ] προσήκει MS. noster, ut *Seberi*, pro vulgato δεῖ habet. Iung.

δεῖ καλεῖν.] Recte quidem, et quis mutandum censeret? sed omnes ad unum MSS. προσήκει, quos non sequi religioni duco, etiam si quid saltim vulgatae lectioni par prae se ferant. Ὅλμον autem Delphici tripodis pluribus explicuit Illustriss. *Spanhemius* ad *Callimachum*, allato etiam *Pollucis* nostri loco, ubi et alia pleraque, quae ad *cortinam* pertinent, non praeteriit eruditissimus vir. nos alio loco.

ᾧ ἐγκ. ἡ προφῆτις] Schol. Aristoph. ad Plut. princ. ἡ δὲ Πυθία ἐπὶ τρίποδος καθημένη χρησμῳδεῖ· καλεῖται δὲ τὸ μέρος, ἐν ᾧ κάθηται, ὅλμος. Eidem tamen alibi (fol. 319.) ὅλμος etiam ipse ille τρίπους, quem Diodor. Sicul. nominatum scribit, quod fuerit μηχανὴ τρεῖς ἔχουσα βάσεις, libro decimo sexto, fol. 428. W. Seb.

ᾧ ἐγκ. ἡ προφῆτις] MS. προφήτης. Sed correctum est προφῆτις. Illum ὅλμον Delphicum Cortinam a Prudentio putat vocari Gifanius, quem vid. Collectan. Lucret. in Praestringere. Iung.

γάστρα] Odyss. θ, 437. vide et supra II, 168. Seb.

γάστρα] Gifanius in verbis Pollucis dicto loco hic non recte γαστέρα habet, ut et Rhodigin. VIII. Antiq. Lect. 15. gastera hinc. γάστρα dicitur a nostro Polluce, τῆς γάστρας· quod Homerus Ionice γάστρην vocat. Noster eodem modo et supra II, 168. Lubet ipsum versiculum ex Ὀδυσσ. θ. adscribere etiam e Sebero nostro indicatum, etiam hic, licet et supra II, 168. a nostro allatum:

γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε, θέρμετο δ' ὕδωρ.

ἔμπυρον vero hic vocat Pollux, quem ibi Homerus λοετροχόον τρίποδα vocat, eundem nempe cum ἐμπυριβήτῃ, de quo supra ad IX, 68. Iung.

γάστρα κατ' Ὅμηρον] Ita recte Seberus, ante quem γαστέρα lectum fuit. id ego vitii et in Falckenburgianis Excerptis sublatum reperi. Desultorem autem huius vocis τρίπους agere Pollucem liquet, siquidem alio iam, mox alio modo de τρίποδι loquebatur. Γάστρα vocem usurpat Callistratus laudato saepius loco: ταῦτα δ' εἶχεν ἄνω τε ἀκρωτήρια καὶ ἐν ταῖς γάστραις κύκλῳ. de κυλικίοις quibusdam sermo est, quae inter cetera ditissimam neque minus splendidam Ptolemaei pompam instruebant. neque multo post iterum de binis crateribus Corinthiacis: οὗτοι δὲ εἶχον ἄνωθεν καθήμενα περιφανῆ ἢ τετορνευμένα ζῶα, καὶ ἐν τῷ τραχήλῳ καὶ ἐν ταῖς γάστραις πρόστυπα ἐπιμελῶς πεποιημένα· egregie vero τράχηλον prius, tum γάστρας nominat; primum enim occurrit poculorum collum seu τράχηλος· post ἡ γάστρα, denique vero βάσις. haec quidem eruditi viri ignorarunt, qui γαστραν secus ac par erat interpretabantur. manet apud Rabbinos אגנא et in Talmude גסטרא, de quodam vasculo testaceo, procul dubio quod ventruosum esset, adeoque potius a γαστὴρ deducenda quam a γάστρα, cuius significatio dissimilis, quamvis in ea re non disputavero. videndus in opere laborioso Buxtorfius.

ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράταις] Absunt a C. A. usque ad πέπραται. τράπεζα μονόκυκλος, mensa unicum habens orbem. KUEHN.

ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράταις] MS. Δημιοπράτοις, et sic emenda ubique. dein non recte, puto, Noster habet, καὶ τράπεζα μὲν ὁ κύκλος τὶς πέπραται· melius, credo, vulgati: τράπεζα μονόκυκλος, credo, quae unam laminam superpositam habet, non duplicem. κύκλος enim certe τὸ ἐπίθημα, ut Noster ait, Germanice die taffel. IUNG.

ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράταις] Solens id est in Polluce nostro vitium, ut Δημιοπράταις scriptum videamus pro Δημιοπράτοις· nos ubique sic restituimus, ut ipsa res MSSrumque consensus, quamvis et hi in illa voce peccent aliquando, postulabant. Hesychius: Δημιόπρατα, τὰ δημευθέντα κτήματα καὶ ὑπὸ δήμου πιπρασκόμενα. adde Suidam et Aristophanis Interpretem. ista vero, quae vendebantur populi iussu, in tabulis adscripta servari solebant. de Δημιοπράτοις autem alias, ubi otium fuerit, opportunius agam. τράπεζαν μονόκυκλον, si habuerint olim, extitisse colligas hinc δίκυκλον, τρίκυκλον, τετράκυκλον. Mox ἐπιθέμενα vulgati. melius antiqui libri ἐπιτιθέμενα. Illa vero notione, quam tradit hic Pollux, τράπεζα nihil est aliud ac κύκλος.

ἐπιθέμενα] MS. ἐπιτιθέμενα. SEB.

ἐπιθέμενα] MS. ἐπιτιθέμενα, ut et Seberi, sicque malim, et Stephanus etiam ita reposuit in suo Codice. supra VI, 83. αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν· ubi nisi particula ἃς debet abesse, alia corruptela locum affectum puto tamen. MS. noster ibi deficiebat. IUNGERM.

τράπεζαι καλοῦνται] C. A. στράπεζαι κ. μαγγίδες. Hesych. μαγίδες. quae sequuntur non comparent in C. A. et Salmasii C. usque ad λύχνον. KUEHN.

ὅς κ. χ. λέγοιτο κ. ὀ. κυριωθέντι] C. V. κυρίως ῥηθέντι, proprie dicto de mactra etc. KUEHN.

ὅς κ. χ. λέγοιτο. κ. ὀ. κυριωθέντι] Scribe ut MS. noster habet: ὅς τις χρῆσθαι βούλοιτο τῷ ὀνόματι, κυρίως ῥηθέντι ἐπὶ τῆς μάκτρας etc. Vulgata λέγοιτο et κυριωθέντι (quod antea adhuc per ο κυριοθέντι legebatur, reposueratque in suo Codice H. Stephanus ω) corrupta esse nemo certe negare poterit. IUNG.

ὅς τις χρῆσθαι λέγοιτο] Turpissimis maculis locus hic ante nos fuit foedatus, quas omnes ope MSS. funditus erasi-

minus.' quid enim hic *λέγοιτο τῷ ὀν. κειρωθέντι*, et max *ἡ ἐπὶ τὰ ἱερὰ δ. ἡ ἐπὶ τὰ πρ. θ. φερόμενα?* prorsus haec erant contraria *Pollucis* menti. *Kuehnius* ad *λέγοιτο* adscripserat *f. ἔλοιτο·* cetera minus apte, quae Codices antiqui egregie. *Etymologus*: *Μαγὶς, ἡ τράπεζα ἔνθα τὰ μεμαγμένα.* inde si de quavis mensa velis usurpare, splendori sermonis non te consulere dicam, quod et animadvertisse *Pollux* videtur, siquidem illum vocis abusum aegre permittat. sed hic tamen et de mensa sacra, cui prosecta aliaque peragendo sacrificio imponebantur, proprie dici affirmat: tales autem in templis extitisse mensas humaniorem paulo latere nequit. Vocabulum autem hoc et aliis gaudet notionibus. *Hesychius*: *Μαγίδες, οἷς ἀπομάττουσι καὶ καθαίρουσι καὶ μάζας καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες.* graviter in multis et occulta labe hic locus laborat. priora legebam: *αἷς ἀπομάττουσι καὶ καθαίρουσι·* profecto distinguendum post *καθαίρουσι·* sed quod ad *οἷς* attinet, me revocat *Etymologus*: *λέγονται δὲ μαγίδες καὶ οἱ μετάπολλοι, ὡς ἀπομάττουσι καὶ καθαίρουσι.* quid ista nos voce *μετάπολλοι* faciamus cum Eruditiss. *Sylburgio* animi sum dubius, quanquam ille sensum non male cepisse videatur de peniculis aut panniculis, nisi mavelis de *ἀπομαγδαλιᾷ* intelligere, quam ad abstergendas purgandasque manus adhibere solebant coci. et hoc potius placet, *Etymologum* de adipis isto genere locutum fuisse. non audeam certe restituere: *καὶ αἱ ἀπομαγδαλιαὶ*, etsi supersint istius nominis vestigia in *μετάπολλοι.* videbunt eruditiores, et nos expedient; forsitan et benignior quaedam hora commodius aliquid suppeditabit. suspicor tamen ex hoc *Etymologi* loco *Hesychium* esse mutilum, illoque carere vocabulo, quod reponendum pro *μετάπολλοι*, qualecunque fuerit. Id porro liquidum existimo, in *Etymologi* verbis pro *ὡς* emendandum *οἷς*, ut apud *Hesychium* legitur; simili vitio *ὥσπερ* in *Ctesiae* fragmentis pro *οἷσπερ* irrepsit: *καὶ νόμοισι χρῶνται, ὥσπερ καὶ Ἰνδοὶ* pag. 26. Componenda cum istis, quae scribunt de *ἀπομαγδαλιᾷ Hesychius*, *Suidas* et *Aristophanis Scholiastes* ad *Equites*, qui posterior emendandus, *ὅταν, ὃ ἀπομάττονται οἱ μάγειροι·* lege, *εἰς ᾧ* e *Suida*. tantillum tamen vitii quosdam in errorem praecipitavit. *Galeni Glossae*: *Μαγίδα, τό τε οἷον μάγμα καὶ φύραμα, καὶ τὴν χειροπληθῆ μαγδαλιάν.* Porro in *Hesychii* loco, cuius gratia haec a nobis sunt prolata, ita legendum: *καὶ μάζαι, ἃς καταφέρουσιν* etc. *Etymologus* aperte: *ἔτι μαγίδες, μάζαι, τουτέστιν ἄρτοι, οὓς καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες.*

ἢ ἐπὶ τὰ ἱερὰ δ. etc.] In C. V. *ἐπὶ* abest; et tum habet *φερούσης* pro *φερόμενα*· quod suadet ut post *μάκτρας* legamus *ἢ μάζης*, *vel de maza, quae ad sacras coenas, vel ad sacrificia pertinet*. Kuehn.

ἢ ἐπὶ τὰ ἱερὰ δ. etc.] MS. *ἢ ἐπὶ τῆς τὰ ἱερὰ δεῖπνα, ἢ τὰ πρὸς θυσίαν φερούσης, ὡς* etc. Et haec vera *Pollucis* scriptura, ad quam vulgatam non dubitabis reformare. Iung.

Ἑκαταίας μ. δ.] Supra VI, 85. idem hic locus mendose leg. Seb.

Ἑκαταίας μ. δ.] C. V. *τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπου*· *Hecates magidas coena*, a *δορπέομαι*, quod idem cum *δειπνέω*. Kuehn.

Ἑκαταίας μ. δ.] Hic *Sophoclea χρῆσις* in MS. nostro ita habet: *τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπων*· ut supra VI, 83. etiam vulgati habuere: ubi *H. Stephanus*, *τὰς Ἑκαταίας μαγίδος* emendabat, hoc loco adducto e lib. X. quia hic vulgati *μαγίδος δόρπον* habent. Sed nescio an satius MS. scripturae adhaerere, dum quid certius habeamus. Iung.

Ἑκαταίας μαγίδος δόρπον.] MSS. bene praeeuntes sequutus sum: *Ἑκαταίας μαγίδας δορπῶν*· quod elegantia Tragicis usitata tantundem est ac *Ἑκαταίων μαγίδας δορπεῖν*. talia dudum est quod alii notaverint. *Kuehnius Ἑκαταίας μαγίδας δόρπου* non bene ad sui Codicis oram. *Sophoclem* vero ibi intellexisse puto istam coenam *Hecataeam*, quam novilunio tanquam sacrificium quoddam ditiores in triviis *Hecatae* apparabant, et cum pauperculi homines cibos illos consumsissent, Hecate coenasse dicebatur. isto de ritu latius commentatur *Aristophanis Interpres* ad *Plutum* v. 596. ubi *Comicus* ipse planissimis verbis eam rem declarat. Non dispar est, quod in Apocryphis libris de *Daniele* refertur illum arguisse sacerdotum *Beli* scelera et mendacia, qui, cum ipsi devorarent dapes apparatas *Belo* singulis diebus Deum adfuisse convivio dictitabant.

82.

Κρ. δὲ ἐν Βουσίριδι] MS. hic *Κρ. δ' ἐν Βουσίριδι ε.* Iung.

καὶ τἄλφιτα.] In versu *Cratini* legit C. V. *κατάλφιτα*, leg. *κἆτ' ἄλφιτα*, *ad postremum farina hordeacea*, nam *κατάλφιτον farina obsitum esset*, ni mendum suberit. Kuehn.

καὶ τἄλφιτα.] MS. *μαγὶς, κατάλφιτα.* Iung.

καὶ τἄλφιτα.] Nihil e MSS. scriptura poterat expeditius concinnari quam *κἆτ' ἄλφιτα* quod restitui. Sed in hoc loco *μαγὶς* sanequam de *μάκτρᾳ* est capienda, quanquam id

haud voluisse *Pollux* videatur; mox enim in *Epicharmo* illam ἀνθρωπίνην et vulgarem χρῆσιν observat.

πυρκαεῖ Προμηθεῖ] C. V. Πύῤῥα ἢ male: vid. supra IX, 156. quamvis, ut verum fatear, lectionem vulgatam habeat *Athenaeus*. margo equidem et ibi lib. III. c. 7. legit ἐν Πυρκαεῖ Προμαθεῖ et *Casaub*. in *Animadv*. Ego vero valde dubito, an textus *Athenaei* et *Pollucis* sit sollicitandus; cur enim non possit unius dramatis gemina esse inscriptio? idque videtur suadere res ipsa; uti enim ex luto *Promethei*, ita ex lapidibus a *Pyrrha* retrorsum iactis homines factos fabulantur, ideoque malim apud *Athenaeum* legere: ἐν Πύῤῥᾳ ἢ καὶ Προμ. Kuehn.

πυρκαεῖ Προμηθεῖ] Hic vero MS. aliter longe: Πύῤῥα ἢ Προμηθεῖ· et supposito accentu priori voce quis fecit, quasi esset Πύῤῥᾳ ἢ Προμηθεῖ. Et observandus hic librorum veterum *Pollucis* cum *Athenaei* consensus: nam lib. III. Dipnos. πᾶθ' ὁ Ἐπίχαρμος ἐν Πύῤῥᾳ καὶ Προμαθεῖ φησί· ubi tamen Magnus *Casaubonus* emendat ἐν Πυρκαεῖ Προμηθεῖ et hunc locum *Pollucis* ut vulgatur adducit. A tanto viro temere dissentiendum numquam putavi. Scrupulum tamen mihi adhuc movet, quod si *Epicharmus* ediderit drama hoc nomine, cur *Noster* supra IX, 156. de nomine Πυρκαεὺς agens, ad id firmandum non attulerit vel meminerit *Epicharmeae* fabulae ita, ut vulgo quidem est, inscriptae, quum tamen *Aeschyli* Προμηθέα et Ναύπλιον *Sophoclis* utrumque Πυρκαῆ inscriptum adducat. Iung.

πυρκαεῖ Προμηθεῖ] Nihil ab instituto meo magis abest quam MSS. refragari, etiamsi nec clare satis perspiciam quid habeat eorum lectio reconditum. hic profecto Πύῤῥᾳ ἢ Προμηθεῖ MSS. adductus auctoritate reposui, contra ac Magnus *Casaubonus* iudicavit, qui apud *Athenaeum* e vulgata *Pollucis* lectione titulum huius fabulae reficere voluit. de ea tamen viri summi sententia admodum honeste et perite dubitat *Iungermannus*, *Kuehnius* autem eam docte refellit. verus igitur *Epicharmi* fabulae titulus: Πύῤῥα ἢ Προμαθεύς, apud *Athenaeum* enim optime Προμαθεῖ· Siculum enim *Epicharmum* et Dorica scripsisse dialecto meminisse debemus. Solent autem *Grammatici* non raro altera tituli parte omissa Comoediam illam advocare. *Etymologus* in Στατὴρ, ubi optimam illam exinde χρῆσιν habet: Πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες οὐδ' ἂν εἷς· Ἐπίχαρμος Προμηθεῖ. Πύῤῥαν appellat *Athenaeus* lib. X. καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Πύῤῥᾳ εὐωνίστερον ἔφη. id ipsum et contigit alteri Siculi Poëtae fabulae, quae Κωμασταὶ ap-

pellari solet a *Grammaticis* et a *Photio* in *Lexico* MS. cum tamen integer titulus fuerit: Ἥφαιστος, ἢ Κωμασταί. Egisse vero *Epicharmum* in ista fabula de hominum origine, uti vel a *Prometheo* vel a *Pyrrha* traduntur producti, manifestum est e *Pindari Scholiaste* ad Εἰδ. *Olympion.* θ. Πύῤῥα δὲ ἡ Δευκαλίωνος γυνὴ, θυγάτηρ Ἐπιμηθέως· καὶ ὁ μὲν Ἐπίχαρμος ἀπὸ τῶν λίθων λάους τοὺς ὄχλους φησὶν ὠνομάσθαι· hic enim eruditum *Interpretem Pyrrham Epicharmi* fabulam innuere, mihi perspicue constat. dimanavit itaque ab *Epicharmo* celebris illa vocabuli λάος notatio ἀπὸ τῶν λαῶν, a lapidibus, quam ille ludendo forsan ibi finxerit. eam et *Hyginus* fab. CLIII. observat, ubi vide *Munckerum*, qui *Servii* et *Hygini* editam scripturam non recte mutare captat, siquidem et λάος *lapis* dicatur. habes et apud *Hesychium*: Λᾶνον, λίθον. Ex istis patere satis arbitror, illam inscriptionem fabulae, quam MSS. incolumem servarunt, haud sine ratione a nobis in textum esse revocatam. Vix dum ista scriptis mandaveram, cum aliud acturus *Meursii* Commentarium arripio in *Helladii Besantinoi Chrestomathiam*, et in eum forte locum incido, ubi *Epicharmi* fabulas studiose collegit. ibi illum adhibuisse reperio ipsissima ista auctorum antiquorum loca, quibus usus fueram ego, hoc tamen discrimine, quod ille sinisterrime binas ex una procudat fabulas, ego, nisi me mea fallit opinio, rectissime cum *Kuehnio* et *Iungermanno* genuinum Comoediae titulum restituam.

σκεύη δὲ etc.] C. A. σκεύη τραπεζῶν cum titulo: περὶ τῶν πρὸς τροφῆς ὑπηρεσίαν σκευῶν· *de vasis escariis, vel idoneis ad cibum subministrandum.* Kuehn.

χεύματα] C. V. τεύχματα. *Hesych.* Τεῦχος, ἄγγος, σκεῦος. Kuehn.

χεύματα] MS. noster τεύχματα habet, et vide quaeso an non sic, vel τεύγματα potius, legendum sit, idem cum praecedente τεύχη. Sed supra VI, 84. quoque χεύματα, et quamvis MS. ibi deficiebat, iis tamen satis magnum testem addidimus *Herodotum*, adeo ut et hic errorem librarii credam e praecedente voce initium sequentis corrumpentis. Iung.

κοῖλοι πίνακες] Ita MS. nec aliter supra VI, 84. etiam editi. Hic autem prior. edit. κύλοι, πίνακες· et *Interpr. cyli, lances patulas.* Seb.

κοῖλοι πίνακες] C. A. κοῖλοι πίνακες ἐκπέταλοι etc. mihi videtur et κοῖλοι, et ἐκπέταλοι coniungi debere cum πίνακες, nam κοῖλοι πίνακες sunt *lances cavas, profundas*, ἐκπέταλοι,

latae, patulae, ὕπτιοι, supinae. Salm. κοῖλοι πίνακες, πίνακες ἐκπέταλοι. Kuehn.

κοῖλοι πίνακες] Sequitur κοῖλοι πίνακες, ut recte *Seberus* edidit. sed noster MS. adhuc auctior: κοῖλοι πίνακες, πίνακες ἐκπέταλοι, ἢ etc. quo pacto supplendum credo. omnia eo planiora erunt. Iung.

κοῖλοι πίνακες, ἐκπέταλοι] Plenius e MSS. in textu dedi πίνακες ἐκπέταλοι. haec pleraque saepius occurrunt apud *Athenaeum* libr. XI. unde quisque sibi petat, cui libuerit. Sed de χεύμασι quid aias? MSS. legunt τεύχματα, neque tamen improba lectio vulgata. *Hesychius*: Χεύμασι, προχόῃ· restitue: Χεύματι, προχόῃ. suspicor equidem utrumque *Pollucem* scripsisse, τεύγματα, χεύματα· sic textus a me. neque enim videbatur lectio MSS. spernenda, neque temere reiiciendum vulgatum. rarissime autem, puto, τεῦγμα invenies.

πινακίσκοι τ. ἰχθυηροί.] *Aristoph. Pluto*:

— τοὺς δὲ πινακίσκους τοὺς σαπροὺς
τοὺς ἰχθυηροὺς, ἀργυροῦς πάρεσθ' ὁρᾷν.

ubi *Scholiastes Graecus* ἰχθυηροὺς interpretatur τοὺς ἐπιτηδείους ἰχθῦν χωρῆσαι· *patellas idoneas ad capiendos pisces.* in quibus pisces coquuntur vel apponuntur. Kuehn.

πινακίσκοι τ. ἰχθυηροί.] MS. πινακίσκοι τινὲς ἰ. Idem alias supra VI, 84. ubi tamen quoque auctorem non addit. Is vero est, quo nescio an alium frequentius *Noster* adducere soleat, *Aristophanes*, in cuius *Pluto* legas, ubi servus Cario narrat quam omnia in aedibus adveniente *Pluto* immutata:

— τοὺς δὲ πινακίσκους τοὺς σαπροὺς,
τοὺς ἰχθυηροὺς, ἀργυροῦς πάρεσθ' ὁρᾷν. Iung.

ἀπύρους πινακίσκους] Vide supra segm. 63. Seb.

ἀπύρους πινακίσκους] C. V. ἀπύρους καὶ ἐμπύρους π. *distinguere videtur patellas ignem non expertas ab iis, quae igni admoventur.* Verba haec Ἀριστοφάνης etc. non extant in C. A. usque ad ἰχθυηρόν. Kuehn.

ἀπύρους πινακίσκους] MS. δ' ἔοικεν διαιρεῖν τινὰς ἀπύρους καὶ ἐμπύρους πινακ. auctius, ut vides, nec dubitabis ita supplere vulgatum. Iung.

ἀπύρους πινακίσκους] Facile se vitium attendenti prodit. non est enim in vulgatis, ubi alterum ab altero possis discernere et διαιρεῖν· ergo MSS. opportune post ἀπύρους interserunt καὶ ἐμπύρους· quod si addideris, tum demum sensus perfectus evadit ac plenus. de utroque *Iungermannus* egregium ex *Eustathio* locum produxit ad lib. IX. c. 7. ubi λέβητος ἐμπυριβήτου fecerat mentionem *Pollux*. Pertinet ad hunc *Diony-*

sum illud *Hesychii*: *'Απύρωτον, καινὴν ἢ ἀναθηματικήν.* Vas scilicet *ἀπύρωτον* dici ostendit vel recens, quod igni necdum fuit admotum, vel quod ornamenti gratia suspenditur, neque ad domesticos usus adhibetur, *κόσμου ἕνεκα ἀνακείμενον*, uti legitur in voce *'Απύρους τρίποδας*. sic et in *Theodori Monachi* Sermonibus *ἄπυρα κεράμια* recensentur in monasteriorum supellectile. In *Aristophaneae* fabulae titulo restituendo MSS. Codicibus obsequuti sumus, eumque antea iam saepe emendavimus: *πινακίσκος ἰχθυηρός*, in quo pisces apponuntur, sicut *ἀγγεῖον οἰνηρὸν, μελιτηρὸν*, vas in quo vinum vel mel reconditum adservatur, pauloque inferius *πίνακες μαζηροί*, ut e MSS. restituemus.

Τελμησεῦσι] C. V. *Τελμισσεῦσι*, ut iam supra notatum. Kuehn.

Τελμησεῦσι] MS. *ὡς ὅτ' ἂν φῇ ἐν Τελμισσεῦσιν*· et ita nomen Comoediae corrige, ut satis supra ad segm. 72. dixi. Meminit et *Casaub.* VII. *Athen.* 17. fabulae hic citatae. Iung.

ἰχθυηρόν.] C. V. *ἰχυηρὸν*, male. Kuehn.

83.

τάχα δ' ἂν εἴποις καὶ πινάκια.] MS. *τάχα δ' εἴποι τὶς ἄν.* Seber.

τάχα δ' ἂν εἴποις καὶ πινάκια.] C. V. *τάχα δ' εἴποι τὶς ἂν καὶ πινακίσκον ἄπυρον.* Kuehn.

τάχα δ' ἂν εἴποις καὶ πινάκια.] MS. *τάχα δ' εἴποι τὶς ἂν καὶ π.* ut et *Seberi* nostri habuit. Iung.

τάχα δ' ἂν εἴποις] Non male quidem. sed MSS. lectionem quis aspernetur.

ἐπὶ μὲν γὰρ etc.] C. A. *ἐπὶ μὲν οὖν τ. δ. σ. οὐ μέμνηται* etc. Kuehn.

οὐ μέμνηται] C. V. *οὐκ οἶδα που παρά τινι εὑρών.* Kuehn.

οὐ μέμνημαι] MS. *σκευῶν οὐκ οἶδα οὐ μέμνημαι παρά τινι* etc. quod quid est aliud quam bis idem dicere? nisi putes legi posse, *οὐκ οἶδε εἰ μέμνημαι π.* Iung.

παρὰ τοῖς ζ.] *τοῖς* abest a C. A. Kuehn.

Σωκράτους] MS. *'Ισοκρ.* Kuehn.

Σωκράτους] C. A. legit *'Ισοκράτους*, quod facit et C. V. cum *Salmasio.* locus est initio *Orationis περὶ ἀντιδόσεως*· *ὥσπερ ἄν*, inquit, *εἴ τις Φειδίαν τὸν τὸ τῆς 'Αθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον ἢ Ζεύξιδα καὶ Παῤῥάσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν τέχνην φαίη τοῖς τὰ πινάκια γράφουσι*: *ut si quis Phidiam, qui Minervae simulachrum fecit, puparium artificem ausit dicere, aut Zeuxidem vel Parrhasium eandem habere ar-*

tem affirmarit cum iis, qui tabellas pingunt, et pinacothecas implent picturis parvi pretii. Kuehn.

Σωκράτους] MS. noster, ut *Seberi*, *'Ισοκράτους*, non *Σωκράτους*· et illud verum esse non dubito. sic emendari iubeo. locus Oratoris idem a *Nostro* et supra intellectus, ubi in pictorio instrumento VII, 182. *καὶ πινάκια, καὶ ὥς' Ισοκράτης, κηρὸς* scribit. Est autem is initio Orat. *περὶ ἀντιδόσεως· ἢ Ζεύξιδα καὶ Παῤῥάσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν τέχνην φαίη τοῖς πινάκια γράφουσιν*. Iung.

Σωκράτους εἶπε. etc.] Eximie *Kuehnius* et *Iungermannus* e MSS. ipsoque Rhetoris egregii producto loco legendum docuerunt *'Ισοκράτους*· sic et in Excerptis *Falckenburgianis* invenio scriptum, in quibus et bene mox *ὑποκόρισμα* pro *ὑποκόρημα*, quod ante *Seberum* fuerat impressum. In textu vero me reposuisse *'Ισοκράτους* pro corrupta priori lectione nemo conviciabitur.

οὐδὲν κ. ὑπ. πινάκων εἶναι] C. A. *οὐδὲν δὲ κ. ὑ. τῶν π. εἶ. κατὰ τὴν ὑ. τ. σ. γνῶσιν* etc. Kuehn.

οὐδὲν κ. ὑπ. πινάκων εἶναι] MS. *τῶν πινάκων* plenius. distinguendum vero est: *πινάκια, οὐδὲν κωλύει ὑποκόρισμα τῶν πινάκων* etc. Sic vero in Excerpt. et variis *Gloss. Catinum, πινάκιον*. Iung.

χρῆσιν καὶ γνῶσιν] C. V. non habet *χρῆσιν καί*· ut nec C. A. quod vidimus. Kuehn.

χρῆσιν καὶ γνῶσιν] MS. *συνηθείας γνῶσιν εἰς χρῆσιν* etc. Et videntur sane ista vulgata *χρῆσιν καὶ* superfluere. Iung.

χρῆσιν καὶ γνῶσιν] Delevi cum MSS. *χρῆσιν καί*· quae nulli prorsus hic erant utilitati.

ἐπὶ τοῖς ὄψοις] MSSti *ὑπὸ τοῖς ὄψοις δηλοῦσιν ἀγγεῖον*· et sic etiam *Salmasius* etc. Kuehn.

ἐπὶ τοῖς ὄψοις] MS. *τὸ ὑπὸ τοῖς ὄψοις ἀ.* quo pacto scribas significantius quam vulgo *ἐπί*· *lances subiectae epulis*. Iungerm.

ἐπὶ τοῖς ὄψοις] Concinnius exarati Codices *ὑπὸ*, quod reponendum iudicavi: *ἀγγεῖον ὑπὸ τοῖς ὄψοις*, *vas in quo pulpamentum apponitur*. quis autem expediat, quid *ἀγγεῖον ἐπὶ τοῖς ὄψοις* sit?

'Ομήρῳ] Cuius loca nobis indicare facile, ductu Indicis *Seberi* nostri, qui profecto in ea re praeclarissimam operam posuisse existimandus est. et ab isto Poëtarum principe rite auspiciis factis, sic et in aliis porro remp. literariam demerere studebit, nec nos diu morabitur, ut alii quidem nescio quid operosi molientes, et elephantinos partus, quos parturiunt tamen

semper, parituri forte nunquam. ubi itaque δέλτον vocat, id est 'Ιλ. ζ. v. 169. De *Bellerophontis* literis, quas *Pratus* scripsit:

γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

idem scilicet a *Nostro* supra IV, 18. et paulo ante segm. 57. laudatum. Pro σανίδι vero ἀλύτῳ, puto 'Οδυσσ. μ. v. 67.

ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν.

Ubi *Eustathius*, πίνακες δὲ νεῶν, σανίδες, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· dixerat nimirum ad 'Οδυσσ. α. ad κρειῶν πίνακας. IUNG.

84.

καί τοι καὶ τὰ τ. ζ. κ.] MS. καί που καὶ τῶν ζω. π. ὡς καὶ ἐν τ. SEB.

καί τοι καὶ τὰ τ. ζ. κ.] MSS. καί που, ut et V. C. *Salm.* KUEHN.

καί τοι καὶ τὰ τ. ζ. κ.] MS. καί που καὶ τὰ τ. ζ. π. ὡς καὶ ἐν etc. quo pacto et *Seberi* MS. ita scribamus ergo. IUNG.

καί τοι καὶ τὰ τῶν ζ. πιν.] Saepe librarios in *Polluce* reposuisse καί τοι male pro καί που e MSS. patet, quibus in genuina vocula reducenda morem gessi. protenus in vulgatis solenni errore Δημιοπράταις editum erat ante nos.

ἐν τοῖς Δημιοπράταις] MS. Δημιοπράτοις. SEB.

ἐν τοῖς Δημιοπράταις] MSS. ὡς καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράτοις etc. Sic et *Salm.* Codex. KUEHN.

ἐν τοῖς Δημιοπράταις] MS. etiam hic Δημιοπράταις ἐστιν. Sed Δημιοπράτοις scribendum admonuit hic etiam noster *Seberus*. IUNG.

ἀπὸ γραφῆς] Verba sunt ex catalogo publice venditorum descripta, quae meliora fieri possunt ex C. V. ille enim legit ποικίλος ἀπ' ὀροφῆς, *variegatus a summo, ad imum* scilicet, vel e *lacunari* variisque picturis plena tabula, *et alia tabula picta. Salm.* ex V. C. ἀποῤῥοφῆς, ex quo etiam facit ἀπ' ὀροφῆς. KUEHN.

ἀπὸ γραφῆς] MS. καὶ πίναξ ποικίλος ἀποροφῆς· egregie. scribendum enim est ἀπ' ὀροφῆς· quod inepti in γραφῆς mutarunt; id quod alias intelligitur in ποικίλος· ἀπ' ὀροφῆς, *a tecto, vel superiori contignatione, a lacunari*, ubi collocata ista tabula picta, aedificii ornandi, quod ad eum adiectum facilius etiam emptores alliceret, ut mox καὶ ἕτερος πίναξ γεγραμμένος, *et alia quaedam tabula picta*, non tamen ἀπ' ὀροφῆς· prorsus haec auctionem publicatorum bonorum nobis exhibent, quibus titulis proclamarentur, quae deinde ita inscribebantur columnis. IUNG.

ἀπὸ γραφῆς] Originem vitii haud difficulter adsequor. de

tabulis scilicet pictorum hic loqui *Pollucem* manifestum est, quod scioli quidam cum in illa vera MSS. lectione πίναξ ποικίλος ἀπ' ὀροφῆς non reperire possent, mutandum censuerunt in ἀπὸ γραφῆς· est enim quoddam hominum genus, qui, quaecunque non capiunt, e vestigio audacissime immutare non verentur, illique sane veteres auctores haud leviter afflixerunt et etiamnum affligunt: sed istis male sit. πίναξ ποικίλος est *tabula picta*, qua notione saepius occurrit. non vero mihi morari lubet, ubi rem bene constituit *Iungermannus*: id tantum, *Hesychium* exponere Μαίανδρον inter alia, κόσμον τινα ὀροφικὸν, quod omnino ad hos πίνακας ποικίλους, quibus lacunaria erant adornata, pertinere videtur. *Horatius: neque aureum Mea renidet in domo lacunar:* ubi *lacunar aureum* est auro *Maeandrique* pictura distinctum. Πίναξ vero de tabula pictoria usitatissimum est: σκιὰς ἐναλεῖψαι ἐν πίνακι λελευκωμένῳ apud *Athenaeum*. et *Callistratus*: πίνακες τῶν Σικυωνικῶν ζωγράφων, uti legendum cum *Casaubono* censeo. *Cebetis* Πίναξ, quod picturam earum, quas ingeniosissime describit, rerum contineret.

μαζηλοὶ] MS. μαζηροί. Seb.

μαζηλοὶ] MSSti μαζηροί· *lanx in qua apponebantur mazae*, ut ante πίνακες ἰχθυηροί. ita et *Salm*. Kuehn.

μαζηλοὶ] MS. μαζηροί· quod et *Seberi Augustanus* habuit. Ita etiam emendavit *Salmasius* noster, *ut ἰχθυηροὶ πίνακες et similia*, ait, *hac pag*. Egregie. Μαζηροὶ, puto, ἀπὸ τῆς μάζης, cui inserviebant, ut aliae aliis. Iung.

μαζηλοὶ] Optime MSS. μαζηροί· uti superius ex *Aristophanis Telmessensibus* πινακίσκος ἰχθυηρός. De *Antiphanis* Ἀφροδίτης Γοναῖς dixisse memini supra.

Ἀντιφάνους] Abest Ἀντιφάνης a C. A. Kuehn.

Ἀντιφάνους] Ἀντιφάνης nomen omissum in MS. non recte, nisi fallor. Iung.

πινακίσκιον] C. A. μοναῖς καὶ π. etc. sed lectio vulgata melior est. Nam et *Athenaeus* non semel laudat *Antiphanis* drama, Ἀφροδίτης Γοναὶ, *Veneris nativitas*, inscriptum. *Salm*. καὶ πινακίσκιον. Kuehn.

πινακίσκιον] MS. Ἀφρ. Γ. καὶ πινακίσκιον ἔστι ε. Iung.

λεκάναι, etc.] MS. λεκάνας, λεκάνια, λ. Seb.

λεκάναι, etc.] C. A. et *Salm*. λεκάνια, λεκανίσκας. ita et *Hesych*. Kuehn.

λεκάναι, etc.] MS. λεκάνας, λεκάνια, λεκανίδια, λεκανίσκας. Ut autem λεκανίδας hic non temere moveam, ita λεκάνια et λεκανίδια ex MS. nostro, ut et *Seberi*, quoque inferenda arbitror,

quorum primum et supra VI, 85. fuit, ubi et *λεκανίδας* quoque habuisti. *Suidas*: *Λεκάνια, καὶ λεκανίδια, λεκάνια, καὶ λεκανίδες, τὰ μείζονα τῶν ὀξυβάφων καὶ ἐκπέταλα.* ultimum vero *λεκανίσκας* MS. vel ideo magis placet quam vulgatum *λεκανίσκους*, quod VI, 86. *λεκανίσκην* ex *Aristophane* eodem genere supra attulerit. *Hesychius*: *Λεκανίσκη, τὸ ἐκ πετάλων τριβλίον* (scrib. *τρυβλίον*) *ἡ λεκάνη*. Iung.

λεκάναι, λεκανίδας, etc.] Non omittendae sunt illae voces *λεκάνια, λεκανίδια*, quae interseruntur a MSS. videndus pluribus in locis *Athenaeus*. *Λεκάνιον* in *Glossis patella*. *Grammatici* cum de cottabo scribunt, fuisse *λεκάνιον* quoddam affirmant in medio positum. *λεκανίδας* habet et *Hesychius*: *Λεκανίδες, κεράμεαι λοπάδες, ἐν αἷς ἔνθρυπτα ἔφερον τοῖς νεογάμοις*. et *Etymologus*: *Κυλιχναὶ, λεκανίδες καὶ τρύβλια*. Sed *λεκανίσκους*, quos editi *Polluces* habuerunt, e MSS. configendos esse et expellendos cognoscimus. neque illi forte alibi atque hoc loco apparent. recte *Palatinus* itaque *λεκανίσκας*, quam lectionem *Pollucis* ipsius et *Hesychii* consensu *Iungermannus* adserit. scilicet illa solent sequi primorum nominum, unde derivantur, genus et formam: *οὐρανὸς, οὐρανίσκος, Σάτυρος, σατυρίσκος, κρατὴρ, κρατηρίσκος, στέφανος, στεφανίσκος, νέανος, νεανίσκος, παῖς, παιδίσκη, πίναξ, πινακίσκος, ἀσπὶς, ἀσπιδίσκη* apud *Hesychium*. plura congerere non lubet.

μαζονομεῖα.] Ita et MS. supra VI, 87. *μαζονόμια*. Seb.

μαζονομεῖα.] C. A. *μαζονεῖα*· male. *μαζονόμον Athenaeus* vocat lib. IV. dicitque fuisse *χαλκᾶ κανᾶ, aenea canistra*, quibus impositae mazae inferebantur mensae. a *μαζονόμος, μαζονομεῖον*. *Hesych.* *Μαζονόμενον*· (leg. *μαζονόμιον*) idem et *μαζοφορὶς* et *μαζοφόρον*. *Suid.* *μαζανομεῖον*, ut sunt fere desinentia in *εῖον διφορούμενα*. Kuehn.

μαζονομεῖα.] MS. *μαζονόμεια*. ut vulgo est, ita et in suo MS. fuisse ait *Seberus*, *μαζονομεῖα*· et supra fuisse *μαζανόμια* VI, 87. ubi MS. noster deficiebat. *Hesych.* *Μαζονόμενον, κύκλον ἢ ξύλινον πίνακα*· ubi *Sylburgius* reposuit *μαζονόμιον*. Sed scripturae vulgatae propius, *μαζονόμειον* possumus scribere, ut hic MS. noster. *Suidas*, ut hic vulgati, *Μαζονομεῖον, ἀγγεῖόν τι*. et *Etymolog.* *Μαζονομεῖον, ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἡ μάζα φυρᾶται· ἢ ξύλινον πινάκιον καὶ κανοῦν*· ubi *πινάκιον* ita usurpat de patella, ut id vocabulum *κατὰ τὴν ὑπὸ τῆς συνηθείας γνῶσιν εἰς χρῆσιν ἐλθεῖν* licere *Pollux* dixit. Sed accidit praeterea labes huic loco in vulgatis: nam mutilus est: MS. ita enim habet: *μαζονόμεια· τὰ μὲν μαζονόμεια Ἀριστοφάνους ε. ἐ. Ὁ.* rectissime. *masonomiis* testem adfert *Aristophanem*: *κανάστροις* mox alium, qui plane vulgo

omissus est. mox enim ita MS. οὕς τινας Ἡσιόδῳ προσνέμουσιν· λέγει γ' οὖν· εὖδε περανθεῖεν κότυλοι, καὶ πάντα κάνασπρα. egregium MS. nactos esse nos an vane gloriari solemus? quam probe nobis hic versiculum illius poëmatis auctoris, quod *Hesiodo* attribui ait, conservavit. pro εὖδε vero legendum puto: εὖ δὲ περανθεῖεν etc. nec dubito ita *Pollucem* scripsisse. Accedant itaque et hic κεραμέες catalogo τῶν ὑπὸ Ἡσιόδου πεποιημένων, ἤγουν εἰς αὐτὸν ἀναφερομένων. IUNGERM.

μαζονομεῖα. Ἀριστ. etc.] Perbene MSS. lacunam in vulgatis, parvam quidem illam, sed turpem tamen, supplent. alias enim, modo attenderis ad Graece loquendi normam, sibi locus hic non constat; tum veró concinne, si cum MSS. et nobiscum legas: τὰ μὲν μαζονομεῖα Ἀριστ. quibus illa quae sequuntur respondent τὰ δὲ κάνασπρα etc. De μαζονομίῳ ad hunc locum ex *Etymologo, Suida* et *Hesychio* quaedam *Iungermannus* observat. sed in *Hesychio* maluero cum *Casaubono* ad *Athen.* IV. cap. 13. restituere μαζονόμον quam μαζονόμιον aut μαζονομεῖον, quanquam, ad significationem quod attinet, parum intersit; sed illa vitii est origo: scripserat aberrante manu librarius Μαζονόμιν, cuius vocabuli syllabae posteriori emendandi causa lector aliquis adscripserat ον, quod tandem male cum ipsa voce coaluit. *Athenaei* vero ista, seu potius *Harmodii* dicam, siquidem ex eo quae ponam excerpserit *Athenaeus*, ad quae Summus Animadversor ea commentatur, utpote quae ad hanc rem pertineant, proferre lubet: μάζα νόμου χάριν ἐπὶ χαλκῶν κανῶν, τῶν παρά τισι καλουμένων μαζονόμων ἀπὸ τῆς χρείας εἰληφότων τὴν ἐπωνυμίαν· scilicet ita dicti μαζονόμοι, quod in iis massae distribuerentur convivis: *Lances* Romani appellarunt. de *lance satura* res est non ignota; bene itaque in *Glossis* antiquis et *Colloquiis Scholasticis Lances*, μαζονόμοι. In illustrissima *Ptolemaei Philadelphi* pompa pueros tulisse refert *Callistratus* λιβανωτὸν καὶ σμύρναν, ἔτι δὲ κρόκον ἐπὶ χρυσῶν μαζονόμων, neque μαζονόμων tantum in istius pompae descriptione meminit, sed et μαζονομίων· μαζονόμια πεντήκοντα· unde haec in eo vox alibi restituenda μαζονομίαι εἴκοσι πέντε, quod et diligentissima *Casauboni* cura praecepit. *Interpres* ubique non male *mazonoma* dixit, cum *Varro* vel *mazonomum*, vel ut alii Codices, *mazonomium* usurpet, uti notavit ad *Athenaeum Casaubonus* et ex eo *Vossius* in *Etymologico*.

85.

τὰ δὲ κάναστρα etc.] *Interpr.* haec coniungit cum praecedentibus, quasi haec verba sint ipsius *Aristophanis*. malim haec *Ἀριστοφάνους* etc. referre ad *μαζονομεῖον*. post sequitur, cuius sit vox *κάναστρα*, nempe *τοῦ ποιήσαντος τοὺς κεραμέας*, *eius*, *qui fecit poëma*, *quod inscriptum est*, *Κεραμεῖς*, *figuli*, *οὓς τινας τῷ Ἡσιόδῳ προσνέμουσι*: ita C. V. C. A. *οὓς τινας προσνέμονται*, *quos tribuunt Hesiodo*, ut auctori. C. V. postea plenius: *εὖ δὲ πέραν θεῖεν κότυλοι καὶ πάντα κάναστρα*. legerem: *Εὖ δὲ περανθεῖεν κότυλοι καὶ πάντα κάναστρα*· inquit adhuc tractans de cotylo:

bene autem perficerentur cotyli et omnia canistra.

Videtur Poëta vasa figulina *κατὰ τάξιν* descripsisse, et ubi et ex qua terra optime conficerentur indicasse versibus heroicis. Kuehn.

τὰ δὲ κάναστρα etc.] Si usquam de Codicum nostrorum singulari praestantia et adoranda fide gloriari licuit, hic revera licet. sic enim egregie disiectum *Pollucis* locum et pulchra parte mutilum restituunt et perficiunt, ut pro vilibus et aereis aurea vere supponere dici possint. ecce, quaeso, quid fuerit ante nos editum, ut cognoscas, erudite Lector, quae et quanta cum *Polluce* nos MSS. accepta referamus: *οὓς τινὰς προσνέμουσι*· *λέγει γοῦν ἔτι ἐν κοτύλῳ καὶ πάντα κάναστρα*. quam illa sunt a libris nostris dissona atque diversa, quorum ego omnem lectionem fideliter in ipso textu repraesentavi. eandem fovent Excerpta *Falckenburgiana*, sed paulo commaculatius, qua ego de re saepe conquestus sum, ita tamen ut veri vestigia facile perspicias: *Οὓς τινὰς Ἡσιόδῳ προσνέμουσι*· *λέγει γοῦν ἔντε περανοεῖν ἐν κοτύλῳ καὶ πάντα κάναστρα*. simul ex his odoramur, qua ratione fuerit ad istam corruptelam, quae editos invasit Codices, perventum. pro *τινας* vero non incommode fortean *τινες* scripseris. Sed alia porro nobis in hoc loco sunt agenda; non enim desides esse nos oportet, ubi tam bene se gerunt MSS. Primum itaque laudatur *ὁ ποιήσας τοὺς Κεραμέας*, cuius Auctorem incertum esse hoc loquendi modo declarat *Pollux*; quosdam tamen illud *Hesiodo* tribuere. antiquis autem *Grammaticis* fuit in more positum scriptorem alicuius operis dubium, et de quo, quis esset, sub iudice lis erat, hoc ferme pacto nominare: *ὁ τοῦτο τὸ βιβλίον γεγραφὼς*, *πεποιηκὼς*, *ἢ ποιήσας*. sic apud *Clementem Alexandrinum*, hominem eruditissimum, in *Protreptico* adducitur *ὁ τὰ Κυπριακὰ πεποιηκὼς*, vel *ὁ τὰ Κυπριακὰ*

ποιήματα γράψας. *Προσίτω δὲ*, inquit, *ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας*, ibique tum de *Polluce* et *Castore* versiculos binos elegantes et nitidos ponit. Poëtam enim illum nec arte nec ingenio fuisse destitutum ex fragminibus egregiis, quae hinc inde apud antiquos sunt dispersa, licet augurari. nimirum de parente vero poëmatis istius *Critici* veteres disceptabant. Hegesiam hi, alii Stasimum vel Stasinum dicebant. *Athen. Deipnos.* lib. VIII. *καὶ ὅτι ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη, εἴτε Κύπριός τις ἐστι, εἴτε Στασῖνος, ἢ ὅς τις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος* etc. alter est et egregius super ea re locus apud eundem lib. XV. c. 5. quem librariorum negligentia corrupit: *ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται καὶ ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας ἢ Στασῖνος· Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια· Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναι φησὶ ποιήματα.* quid ad ista restituenda cogitaverit *Is. Casaubonus*, equidem non ignoro, a quo sane iudicii exactissimi viro dissentire religioni duco. cum bona tamen eius venia, quae mihi venerint in mentem proferre lubet. post *Στασῖνος* addendum iudico *ὁ Κύπριος.* *) Cyprium enim fuisse Stasinum illum e *Photio Casaubonus* ostendit. tum in sequentibus, *περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, οὐ Κυπρίου, Ἁλικαρνασσέως δὲ* etc. Stasinum dixerat Cyprium *Athenaeus*, sic scilicet opinatus, contra ac *Demodamas* tradiderat, Stasini non Cyprii illa fuisse poëmata, sed Halicarnassensis. sensum, uti puto, opportunum minima mutatione dedi. Quem vero Stasinum appellat hic *Athenaeus*, alii Stasimum dicunt, ut in dubio res ista sit, Stasinusne potius an Stasimus sit appellandus. Stasimum profecto vocant eruditi viri ad *Clementem* et *Michaël Apostolius* Cent. X. §. 56. *Ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς) Στασίμου ἡ γνώμη τοῦ ποιητοῦ, ὅς οὕτω φησί· Ζῆνα δὲ τὸν ῥέξαντα, καὶ ὅς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν Οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν· ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.* notandus obiter elegantissimus *Schottus* ad *Diogenianum*, qui *Homericam* esse illam paroemiam existimavit. Ego vero potius Stasinum dixero cum meliori antiquorum parte, eadem utique nominis ratione, quae est in alterius poëtae nomine apud *Nostrum Περσῖνος.* parum itaque abest, quin emendandum iudicem in *Apostolio*, et sicubi *Στάσιμος* reperiatur,

---

*) Non addendum *ὁ Κύπριος.* Est enim *Κύπριος* nomen alterius viri e Cypro. Quod plane distinguit Athenaeus apud Fabricium Biblioth. Gr. vol. I. p. 282. *Εἴτε Κύπριός τις ἐστι, ἢ Στασῖνος.* Toup.

Στασῖνος. certe in brevibus ad *Homerum Scholiis* ad *Ἰλ. α.* *παρὰ Ταρασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι* vitiose scriptum est pro *Στασίνῳ*. alibi tamen ille *Grammaticus* ad *Ῥαψ. π. ἡ ἱστορία παρὰ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι*. *Tzetzes* autem ad *Lycophronem* v. 511. *Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς*. ex quibus omnibus id etiam patet, praestantissimos veterum Criticos *Stasinum* carminis istius auctorem iudicasse. alias et sine scriptoris nomine adiecto ab *Aristophanis* et *Sophoclis Commentatoribus* antiquis *Κύπρια ἔπη* vel *ὁ τὰ Κυπριακὰ συγγραψάμενος* laudantur. de operis argumento videndus ad *Aelianum* H. V. IX. cap. 15. *Iac. Perizonius*, vir eruditissimus. Simili vero ratione idem ille patrum Doctissimus *Strom.* lib. I. laudat *τὸν τὴν Φορωνίδα ποιήσαντα*, qui *Apollonii Rhodii Scholiastae ὁ τὴν Φορωνίδα συνθεὶς, τὸν τὴν Εὐρωπίαν ποιήσαντα, τὸν τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότα*, qui sic et *Aristoteli* nominatur *περὶ Ποιητικῆς*, *ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα ποιήσας*, ex quo summi Philosophi loco colligere licet omne carminis istius argumentum. existimatur autem ille *Lesches* fuisse. *Tzetzes* ad *Alexandram Lycophronis*: *Λέσχης δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκώς·* et alibi, *ὡς ὁ Λέσχης φησὶν, Ἦνίκα νὺξ μὲν ἔην μέση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη.* sed illum tu versum ex *Clemente* sic restitue: *Νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη.* *Alexandrinus* ille: *Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.* *Pausaniae* vero in *Phocicis* cap. 26. et 27. *Λέσχεως* dicitur. Unicum addam *Athenaei* locum de Ageni dramate Satyrico, cuius scriptores ferebantur varii, lib. XIII. *συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ Σατυρικὸν δρᾶμα γεγραφὼς* etc. *εἴτε Πύθων ἦν ὁ Καταναῖος ἢ ὁ Βυζάντινος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς*. sed in istis ne diutius haeream; volumen enim esset contexendum, si illa complecti animus esset scripta, de quorum Auctore et parente *Critici* litigant. id apparet ex iis quae dixi, consuevisse veteres, si quis alicuius operis genuinus auctor lateret, illud ita citare, ut in hoc loco fecit *Pollux*, *ὁ ποιήσας τοὺς Κεραμέας*. *Κεραμέας* autem, utut de illorum auctore non perspicue constaret, *Hesiodo* quosdam tribuisse docet *Pollux*, qui itaque iam ad Indicem carminum *Hesiodi* hactenus ignorati accedunt e *Polluce* nostro, quem sibi egregio beneficio MSS. redditis *Κεραμεῦσι* obstringunt, sed ad quem auctorem praeterea relati *Κεραμεῖς* argumento probabili, ut discerni nequeat, qui verus sit. eos et *Homero* adscriptos rebus vincam necessariis, ut et alia quaedam fuerunt, de quibus *Homerine* essent an *Hesiodi*, dubitavere *Grammatici*

veteres. *Herodotus* auctor gravissimus in *Homeri* vita narrat, figulos quosdam Samios *Homerum* forte praetereuntem ad se vocasse, et ab eo, cum sapientem illum esse cognovissent, petiisse, praemio promisso, ut sibi carmen accineret; composuisse tum ac cecinisse *Homerum* illa carmina, quae vocantur *Κάμινος*. istorum primus est ille versiculus: *Εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω, ὦ κεραμῆες*· ex quo certe lucide apparere arbitror titulum istius carminis non minus commodum esse *Κεραμεῖς* quam *κάμινον*, quod et ipsa illa *Herodoti* narratio aperte demonstrat. magis tamen ad hoc existimandum me movet, quod iste versiculus integer, quem ex *Hesiodi Κεραμεῦσι* producit *Pollux* noster, in isto *Homeri* poëmate pauca oppido differentia reperiatur. tertius est ab initio. sed ut rem omnem facilius et expeditius pernoscas, hic versiculos istos habeto:

εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω, ὦ κεραμῆες·
δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη, καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνου,
εὖ δὲ μελανθεῖεν κότυλοι καὶ πάντα μάλ' ἱρά. etc.

Ego cum haec ostendissem viro cuidam amicissimo et eruditissimo, non dubitare se mox affirmabat, quin idem esset versiculus iste apud *Herodotum Homeri* et hic *Hesiodi* apud *Pollucem* nostrum. Sed de isto *περανθεῖεν* et *μελανθεῖεν* utrum alteri sit anteponendum, non equidem constituo, sic opportune utrumque loco convenit. saepius autem a *Grammaticis* adnotatas esse binas in aliquo scriptoris loco lectiones, quarum utrarumque bonitas et praestantia mentem alicuius, si velit eligere, in dubio retineat, alibi iam ad *Pollucem* observavi. probavero tamen *περανθεῖεν*. illud autem *μάλ' ἱρά* futile est atque ineptum; unde factum ut improba lectio peiorem pepererit versionem. quis in istis locus sit *ἱεροῖς*, *sacris sanctisque rebus*, neminem intellecturum arbitror, ut hic sane quin reponenda sint *κάναστρα*, omnino dubitari nequeat: *κάναστρα* vero tam fictilia fuerunt olim, quam e vimine plexa, ut *Pollux* monet. *Hesychius*: *Κάναστρον, ὄστρακον, τρύβλιον, κανοῦν. τρύβλια* sane fictilia, neque aliter exponit *Eustathius*. Sed satis in hac re diu substitimus; id tamen non praetereundum, virum iuvenem ingeniosissimum *Berglerum*, qui *Polluceos* Indices quam accuratissime concinnavit, in eandem illam mecum opinionem incidisse de hoc *Hesiodi* versiculo, quam pluribus exposui. [Haec scripseram in prima nota, quae nescio quo pacto sint rescissa, neque typis repraesentata: Oculos ego forte, dum

his animum attendo, in Interpretem conieci, cuius hominis imprudentiam an ignorantiam magis mirer nondum equidem constitui, qui ad *Pollucem* vertendum ab omni eruditione Graeca imparatus accesserit, itaque in ea re se gesserit, ut postea provectior aetate rerumque cognitione versionem illam ingenii superbientis abortum fateri sit coactus. in his profecto ut in omnibus se turpiter dedit, cum *Aristophanis* esse verba sentiat: τὰ δὲ κάναστρα etc. quod a *Pollucis* consilio abhorrere facile sine MSS. quis animadvertisset. nec sane monuissem ea de re, nisi in hoc eodem erroris luto doctos homines haesisse intelligerem, quos vitium deceperat Interpretis. attamen non severissime castigandi sunt, aut culpandi, qui, cum MSS. ope fideli destituerentur, in hoc Auctore nostro minus dextre versari potuerunt. Postmodum adductus est a me *Leschis* versiculus e *Tzetze* ad *Lycophronem*: Ἥνικα νὺξ μὲν ἔην μέση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη. si μέση induxeris, integer erit versus. sed mihi persuadeo illud ἥνικα esse a *Tzetzis* manu, qui parum attentus aut a memoria deceptus illud adiecerit. nusquam enim alibi in hoc extat versiculo. de *Lesche* vero et *Iliade* parva adeundus etiam vir insigni eruditione et diligentia *Ioh. Alb. Fabricius* in *Biblioth. Graec.* pag. 280. Porro, quamvis meam de Κεραμεῦσι et Καμίνῳ coniecturam sine controversia certissimam esse existimem, adiungam tamen mantissae loco argumentum pro mea opinione validissimum. *Suidas* inter *Homeri*, quae enumerat, scripta, refert Κεραμὶς, nec in illa enumeratione, quod in primis attendendum videtur, Καμίνου meminit, cum tamen postea ipsum illud carmen producat. hic primum in *Suida* emendari velim Κεραμεῖς, de qua emasculatione neminem equidem dubitaturum puto. deinde facili negotio conficio, *Suidam* Κεραμεῖς et Κάμινον pro uno eodemque habuisse poëmate. haec autem mea non mediocriter adiuvantur iudicio doctissimi *Fabricii*, qui Κάμινον *Herodoti* et Κεραμεῖς *Suidae* memoratos non diversum esse carmen censuit. hoc autem etsi rectissime *Fabricius* pronunciaverit, vera nihilominus videtur emendatio loci viro praestantissimo latuisse. *Ex Addendis.*]

"ὅτι δὲ γίγνεται etc.] C. V. γίγνεται δ' οὐ κεραμέα μόνον ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης, ὥσπερ οἱ κότυλοι, ὅτι καὶ ἀργυροὶ ἐγίγνοντο, ἱκανὸς etc. leg. κεράμεια. *fit autem non* (canistrum) *figulinum tantum, verum etiam ex alia materia, quemadmodum et cotyli, quod etiam hi argentei fiebant, idoneus Aristophanes index est* etc. Kuehn.

ὅτι δὲ γίγνεται etc.] Sed nondum desinit optimus MS. sed adhuc plura nobis largitur vulgo omissa. Ita enim pergit: *γίγνεται δ' οὐ κεραμέα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης ὥσπερ οἱ κότυλοι, ὅτι καὶ ἀργυροὶ ἐγίγνοντο, ἱκανὸς μηνῦσαι Ἀριστ. ἐν* etc. ubi tamen scribe potius *κεράμεα* et *ἀργυροῖ*. Ait *κάναστρα* non tantum fuisse fictilia, sed et ex alia materia, quemadmodum et cotylos, qui et ex argento fiebant. in quam rem adfert *Aristophanis* testimonium de cotylo, argenteo nimirum, unde ducentas drachmas quis possit lucrari, vel pro quo inops facile mutuo accipiat tot drachmas. Eum locum *Comici* et in mente habuit *Athenaeus* libr. XI. in *κότυλος*, ubi quoque *Aristophanes ἐν Βαβυλωνίοις* adducitur, licet ipsa *χρήσει* non prolata. Iung.

ὅτι δὲ γίγνεται etc.] Totam MSS. lectionem in his restituimus, quae plane elegans est et apposita, cum ita vulgo perfide quibusdam defectis ederetur: *ὅτι δὲ γίγνεται οὐ κεραμεοῦν μόνον τοῦτο ἱκανὸς Ἀριστοφάνης* etc. De *Κοτύλοις* superius adnotavimus, et videndus, quem et ibi adduxi, *Athenaeus* lib. XI.

πόθεν οὖν γένοιτ' ἂν] MS. *πόθεν ἂν γένοιτ' ἄν*. Sed vulgatum rectius videtur. Iung.

πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν;] Optime *Iungermannus* locum distinxit, MSSque lectionem in ordinem digessit. sic itaque, ut ille voluit, in textu restituendum iudicavi. scilicet aliquis desiderabat ducentas drachmas, quas unde nancisceretur, penitus ignorabat. inquit alter: tecum illam lancem argenteam aufer, quae isto procul dubio pretio censeri potuit.

φέρειν] C. V. *φέρε* in his versibus:

— *δεῖ διακοσίων δραχμῶν·*
πόθεν οὖν γένοιτ' ἂν τὸν κότυλον τοῦτον φέρειν;

Kuehn.

φέρειν] MS. *φέρε*. quod verius vulgato *φέρειν*. Iam totum locum libet simul adscribere, ut ex MS. restituendum puto: *τοῖς δὲ ἀγγείοις προσαριθμητέον λεκάναι, λεκάνια, λεκανίδια, λεκανίδας, λεκανίσκας, κάναστρα, μαζονόμεια (sive μαζονομεῖα), τὰ μὲν μαζονόμεια Ἀριστοφάνους εἰπόντος ἐν Ὁλκάσι, τὰ δὲ κάναστρα, τοῦ ποιήσαντος τοὺς Κεραμέας, οὕς τινας Ἡσιόδῳ προσνέμουσι· λέγει γοῦν,*

εὖ δὲ περανθεῖεν κότυλοι καὶ πάντα κάναστρα.

Γίγνεται δ' οὐ κεράμεα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης· ὥσπερ οἱ

κότυλοι ὅτι καὶ ἀργυροῖ ἐγίγνοντο, Ἱκανὸς μηνῦσαι Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις εἰπὼν,

— δεῖ διακοσίων δραχμῶν·
πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν; τὸν κότυλον τοῦτον φέρε. IUNG.

φελλώδεις, τ. πιν. etc.] C. A. φελώδεις· *leves instar suberis corticiseve.* KUEHN.

φελλώδεις τ. πιν. etc.] Sic κάναστρα et *Moschopulus*, forte hinc, explicat, ut *Brodaeus* notavit *Schol.* ad libr. II. *Antholog.* cap. 47. ad carmen Macedonis. IUNG.

κανάξαι] κανάξαι et ἐκκανάξαι, pro *evacuare* et *exinanire*, unde *Canacheni Arnobio* libr. VI. fures. *Meursius* I. Animadvers. Miscell. 5. Sed *Goldastus Collectan.* in *Valerian. Cimeliens.* de *Bon. Misc. Coll.* ait se in membranis, quae continebant *Hardilonis* Monachi dicta patrum, invenisse illo loco *Arnobii Canactae*, quod adhuc propius accedit ad verbum κανάξαι. Ego addo et emendo *Hesychii* locum, in quo est: Ἐκκενάξειν, ἐκκενώσειν, ἀπὸ τοῦ κανοῦ, θορυβήσειν. legendum enim ἐκκανάξειν ordo literarum ostendat, quum praecedant ab ἐκκα incipientia et sequantur. et clarum est dicere ἀπὸ τοῦ κανοῦ. Distingue etiam ita: Ἐκκανάξειν, ἐκκενώσειν, ἀπὸ τοῦ κανοῦ, θορυβήσειν. nam illud θορυβήσειν, alia significatio est verbi ἐκκανάξειν· sic κανάξας idem *Hesychius* ταράξας exponit; quod quid aliud est quam θορυβήσας. IUNG.

κανάξαι] κάναστρον profecto ab alia voce κανοῦν existimo fluxisse; unde Romani *canistrum* fecerunt, sicut a κατάνη, *patina*. quosdam itaque *canistrum* a Graeco sermone manasse qui putarint, refert *Isidorus*, cum alii, quod ex viminibus esset contextum, arcesserent a cannis. *Pollux* cum illam originem τοῦ καναστρου agnosceret, τὸ κανάσσειν deduxit ἀπὸ τοῦ κανάστρου. qua quidem in re magis eum probavero quam *Eustathium*, qui contra haec ἀπὸ τοῦ κανάσσειν derivat κάναστρον. locus est ad *A. Odyss.* Τὸ δὲ οἰνοχοεύειν καὶ οἰνοχοεῖν οὐ μόνον κιρνᾷν λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐγκανάσσειν· ὡς τὸ, ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολύν· ὅθεν καὶ κάναστρον, τρύβλιον, ὡς ἐν παλαιῷ κεῖται ῥητορικῷ Λεξικῷ. *Hesych.* Ἐγκάναξον, ἔγχει, ἔκπιε. ubi sane ἐγκανάσσειν bene exponitur ἐγχεῖν· sed ἐκπιεῖν est ἐκκανάξαι, uti quidem ipse *Pollux* docet, adeo ut in illo *Lexicographi* loco utriusque verbi ἐγκανάσσειν et ἐκκανάσσειν significatio confundatur. De *Eupolidis Amicis Meursius* in *Attica Bibliotheca.* in istius *Comici* verbis αὐτὸς e MSS. restitui pro αὐτοῖς. Porro Δημιόπρατοις errore pervulgato mox fuit ante nos editum. in istis seu tabulis seu

columnis invenisse se non tantum *κάναστρον*, sed et *κάνυστρον* *Pollux* affirmat. recte, me quidem iudice, quamquam *Salmasius* notaverit *κάνιστρον*, ad formam scilicet Latini nominis.

ἐκκανάξαι] Pro *ἐκκανάξαι* legit *Hesych.* *ἐκκενάξαι*, sed malim ibi *ἐκκανάξαι* a *κανοῦν*, *ἐκκενῶσαι*· proprie enim est *deplere canistrum*, dein latius se fudit significatio. Kuehn.

ὡς Εὔπολις] MS. *ὡς καὶ Εὔπολις* etc. plenius. Dramatis *Φίλων* et alii meminere, ut adnotavit *Casaub.* VI. *Athen.* 19. Iungerm.

τὴν δ' αὐτοῖς etc.] Verba *Eupolidis* non habet C. A. in illis leg. C. V. *αὐτός*· ita et *Salm.* Kuehn.

τὴν δ' αὐτοῖς etc.] Sic *χρῆσιν* restitue ut MS. noster habet: *τὴν δ' αὐτὸς ἐκκανάξει.* Iung.

86.

Δημιοπράταις] Semper MSSti *Δημιοπράτοις*· quod rectum. *Salm.* *κάνιστρον.* Kuehn.

Δημιοπράταις] MS. *ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις* etc. ita scribe. Iungerm.

λεκάρια] Supra VI, 85. coniung. *ἐμβάφια*, *λεκάρια*, *λεκάνια*, etc. Seb.

Acetabulum] *ὀξύβαφον* hoc loco ex numero *τῶν εἰς τὴν ἐδώδιμον χρείαν*, ut et in sequente *Phrynichi* loco. ubi *κἂν* ex *καὶ ἂν* contractum, non ex *καὶ ἐν*, quomodo *Interpr.* accepit. Seb.

κοτταβικῶν] C. V. *κοτταβίτων*· leg. *κοτταβιτῶν*, de *acetabulis cottaborum* ludo adhibitis. C. A. post omittit *εἴρηται*, et addit, *καὶ τὰ ὀ.* etc. *χρείαν ε. ο.* *Ἀριστοφάνους*. Kuehn.

κοτταβικῶν] MS. *κοτταβιτῶν*, *εἴρηται τὰ ὀξύβ.* et bene inseras *τά*. Sed vulgatum *κοτταβικῶν* bonum videtur: scilicet *ἀγγείων*. Iung.

κοτταβικῶν εἴρ. ὀξύβ.] *τὰ ὀξύβαφα* plenius et expressius e MSS.

εἰς τὴν ἐδ.] *Interpr.* recte: *ἐδωδίμων*, *eduliorum*. Kuehn.

εἰς τὴν ἐδ.] MS. *ἐστὶν ἐδωδ.* sed emendatum, *ἐς τήν*. Iungerm.

ἐν Ὄρνισιν Ἀριστ.] Fol. 382. sed tam in textu quam *Scholiast.* *τρύβλιον* proparoxyt. ut et supra VI, 85. in MS. quoque, qui hic editis similiter. Seb.

ἐν Ὄρνισιν Ἀριστ.] Quae post *Ἀριστοφάνους* extant non habentur in C. A. usque ad segm. 89. *κρέα*. Kuehn.

ἐνταυθοῖ] MS. ἐνταυθεν εἰ. Ceterum τρυβλίον, et antea τρυβλία etiam MS. habet noster hic paroxytone, quod sequi placet. Iung.

Φρυνίχου Μούσαις] MS. *Βρουνίχου*? nempe U litera initiali, ut β in MS. scribitur. unde quis in MS. mendosius fecit, *Φρηνίχου*. *Phrynichi Musae* et a *Nostro* supra laudabantur, et apud *Athenaeum*, ut adnotavit *Casaub.* II. *Athen.* 20. Iung.

κἂν ὀξυβ. τρεῖς χ. etc.] C. V. καὶ ὀξυβάφῳ χρεῖσθαι· unde legerem:

κἂν ὀξύβαφον χρῆσαι ἢ χοίνικας δύ' ἀλεύρων.

Vel acetabulum commoda aut duos farinae choenices. Kuehn.

κἂν ὀξυβ. τρεῖς χ. etc.] χρῆσις *Comici* ita in MS. habet: καὶ ὀξυβάφῳ χρεῖσθαι τρεῖς χοίνικας, ἡδυαλεύρων· an κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσθαι τρεῖς etc. ut vulgo est. sed alii rectius reconcinnabunt. Iung.

κἂν ὀξυβάφων etc.] Omnem MSS. lectionem litera tenus in textu reposui, nisi quod pro καὶ dederim κἂν, ita iubente sensu, qui facilis omnino est, neque mutandum mea sententia quicquam: *et in oxybapho accipere mutua tres choenices aut duos farinae*: quo loco revera satis lucide comprobat *Pollux* ὀξύβαφον etiam usurpari ἐπὶ τῶν εἰς τὴν ἐδώδιμον χρείαν. In *Glossis* et *Colloquiis Scholasticis*: Ὀξύβαφον et ὀξυβάφιον, *acetabulum*, *acetarium*.

καὶ λεκίδας] MS. καὶ λεκίδα δέ· et recte, in χρήσει enim subiecta singulari ponitur: λεκίδα itaque dixit *Epicharmus*, non λεκίδας. Iung.

καὶ λεκίδας etc.] Reduxi MSS. lectionem λεκίδα, quae ex ipso *Siculi Poetae* loco confirmatur.

ἐν Νιόβης γάμῳ] C. V. ἐν Ἥβης γάμῳ, *in Hebes nuptiis*, quod drama laudat *Athenaeus* passim, adeoque praetulerim lectionem MSti. tum C. V. λεκίνδα αἰν κᾳφία δύο· ἐν δὲ Σκίρωνι καὶ πελήνων λεκίς· *patellam et labra duo*: in *Scirone etiam ex figulinorum genere est pelvis*. quod convenit cum his *Hesych.* Λεκανίδες, κεράμεαι λοπάδες· καφίον *labrum*, quia Laconibus καφὰ est λουτήρ apud *Hesych.* si quis autem vulgatum maluerit, non repugnabo. *Salmas.* πηλίνη λεκίς. Kuehn.

ἐν Νιόβης γάμῳ] MS. Ἐπίχαρμος εἴρηκεν ἐν Ἥβης γάμῳ. nempe emendandum pro volgato Νιόβης γάμῳ est Ἥβης γάμῳ· sic enim et apud *Athenaeum* lib. III. *Epicharmus* ἐν Ἥβης γάμῳ, περὶ τῶν ἐχίνων laudatur. ubi Clariss. *Casaubonus* III. *Athen.* 15. notat eam fabulam plenam fuisse no-

minibus omne genus ciborum. Ipsa verba *Epicharmi* in MS. hic ita habent: λεκίνδα κενβαφία δύο. Sed scribendum, λεκίδα κ' ἐμβάφια δύο. Sequitur in MS. ἐν δὲ Σκίρωνι, καὶ πιλήνων λεκίς. Et primum Σκίρωνι, sic pro vulgato Σκύρωνι videtur reponendum, ut eiusdemmodi nomine fabulam *Epicharmus* conscripserit, quo *Euripides* supra IX, 75. Alterum vero nescio an vulgatum retineamus, an potius MS. ductum sequentes καὶ πηλίνων λεκὶς scribamus, id est, λεκὶς τῶν πηλίνων, λεκὶς ἐκ πηλοῦ, χοϊκὴ, ut *Hesychius* explicat vocem πήλινος. Eadem forma loquendi videtur, quod infra ex Γήρᾳ *Aristophanis*, κονίδι τῶν μαγειρικῶν· segm. 104. in MS. nam vulgo frustra quaeres. Sed noster *Salmasius* malebat, πηλίνη λεκὶς hic legere. IUNG.

ἐν Νιόβης γάμῳ] De fabularum titulis, ut ordine singula dicamus, primo loco, tum ipsa de re monendum erit. Νιόβης γάμον in hoc *Pollucis* loco librariorum imperitia condidit; qua inscriptione fabulam *Epicharmi* nullam a quoquam esse adductam certi sumus. accredidit *Meursius*, et *Niobes nuptias* inter *Epicharmi* fabulas enumeravit ex solo *Polluce* ad *Helladium Besantinoum*, cum ipsi tamen ad manus esset Ἥβης γάμος ex *Athenaeo* et *Tzetze* ad *Hesiodum*, cuius et locum mihi notaveram. et profecto si animum attendas, quae *Niobes* nuptiae a veteribus celebratae, ut *Epicharmus* inde et titulum et argumentum fabulae petere potuerit? Optime MSS. Ἥβης γάμῳ. *Hebes* nuptiae celeberrimae, neque de istis quicquam adnotare lubet. sic itaque cum MSS. in textu reposui. Altera *Siculi Poëtae* Comoedia Σκύρων erat in vulgatis, neque aliter in illo indice, quem dixi, *Meursius*. prave tamen; Codices enim nostri Σκίρωνι, quod equidem dudum ante hos visos ex similitudine Σκίρωνος *Euripidei* animadverteram. Porro Δημιοκράτοις emendavi. sed diligentissimi *Meursii* error et ἀκρισία est observanda, qui fabulam nobis *Epicharmi* Δημιοκράτας ex hoc *Pollucis* loco confinxit et in isto Comoediarum eius indice reposuit. miror sane, cum in hoc decimo *Pollucis* libro tam frequenter Δημιόκρατα citentur. sed non eadem est omnium horarum fortuna, et ut aliis errantibus facile ignoscimus, sic et illam nobis ab aequo lectore veniam oramus. Ad priora recurrendum, ubi in *Epicharmi* χρήσει extitit ante nos καὶ ἐμβάφια. Praestantissimus ille Codex *Palatinus*, quem ut sospitatorem *Pollucis* admirari soleo, κένβαφια egregie scribit. scilicet ἐνβάφια consuevere veteres, non ἐμβάφια, quam tu scribendi rationem in vetustissimis marmoribus expressam invenies. simili

modo *Pollux* e *Demiopratis* adnotavit *ἐνμόχλια*, ut quidem e MSS. ad literam reddidimus. supra vero *ἐμβάφια* iam posuit *Auctor* noster, *ἐμβάφια*, *λεκάρια*. emaculandum *Hesychium* arbitror, apud quem editur, *Ἐμβαφίαι, λοπάδες βαθεῖαι· ἀπὸ τοῦ βάπτειν ἐν βάθει·* scribe: *Ἐμβάφια*. Idem: *Ἐμβάφιον, ὀξύβαφον παρὰ Ἱππώνακτι*. *Herodotus Musa* secunda, ubi de Festis Aegyptiorum, de lampadibus, quas illi tota nocte habebant accensas, inquit: *τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια·* quibus innuit, non disparem lampadum earum et *ἐμβαφίων* fuisse figuram. In altero *Siculi Poëtae* loco itidem MSS. libros sequutus sum, illamque lectionem opportune *Iungermannus* exposuit. ita *τῶν ξυλίνων τράπεζα*, *lignea mensa*, legisse certus sum, etsi loci non meminerim.

87.

Δημιοπράταις] Scribe, ut MS. habet, *Δημιοπράτοις*. Iungerm.

Ἱππώv. δ. εἰπ. καὶ λέκος π.] Pro quo alibi *λέχος πυρῶν*, *catinus* seu *scutella tritici*. *Henr. Stephan.* Seb.

Ἱππών. δ. εἰπ. καὶ λέκος π.] *Hesych.* *Λεκὰς*, quod cum *λεκὶς* convenit magis. *δὲ* medium abest a C. V. qui et ante *λέκος πυροῦ* legit *καλειφαρόδινον ἡδὺ*, leg. *κἄλειφαρ ῥόδινον ἡδὺ*, *et unguentum roseum suave*. et ita legendum supra lib. VI. cap. 19. v. 20. ubi *ῥόδιον* est pro *ῥόδινον*. vid. *Athenaeum* lib. XV. cap. 11. nisi quis ibi voluerit *ῥόδιον* accipere de unguento crocino, cuius nomen a Rhodo celebre erat, ut iterum *Athenaeus* docet l. c. malim tamen prius. Kuehn.

Ἱππών. δ. εἰπ. καὶ λέκος π.] MS. nobis verba *Hipponactis* non mutila, sed integra proponit: *Ἱππώνακτος εἰπόντος* (sine *δὲ*) *καλειφαρόδινον· ἡδὺ καὶ λέκος πυροῦ*. Unde ita locum restituo: *Δημιοπράτοις*, *λέκος εὑρίσκομεν*, *Ἱππώνακτος εἰπόντος*,

κἄλειφα ῥοδινὸν ἡδὺ, *καὶ λέκος πυροῦ*.

Elegans mehercle *χρῆσις· ἄλειφα* pro *ἄλειφαρ ἤγουν ἄλειμμα*, *τὸ μύρον*. *Etymologicon* Magnum saepius: *ἄλειφα*, *σημαίνει τὸ ἄλειμμα· ἀπὸ τοῦ ἀλείφω ἄλειφαρ. καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ἄλειφα·* et statim in *ἀλείπτης· ἄλειφα*, *ἄλειμμα·* et in *κάρη· ἰστέον ὅτι*, *ὡς λέγει ὁ τεχνικὸς*, *τὸ κάρα*, *λίπα*, *ἄλειφα*, *ἀποκοπή ἐστιν· τεχνικὸς*, puta *Herodianus* Grammaticus. *Eustath.* ad *Ὀδυσσ. ζ.* *Ἡρωδιανὸς μέντοι ἄλλως αὐτὸ σχηματίζων*, *φησὶν ὅτι τοῦ ἄλειφα καὶ λίπα ἡ κατάληξις οὐκ ἀήθης· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄλειφα ὥσπερ θένω θέναρ καὶ κείρω κέρας*, *οὕτω καὶ αὐτὸ ἐκ τοῦ ἀλείφω*. *ἄλειφαρ ἢ ἄλειφας· καὶ ὑποστολῇ τοῦ ρ ἢ τοῦ σίγμα ἄλειφα*.

Et *Callimachi* versus apud *Etymologicographum* in ὀστλιγγες· παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ πρώτῳ,

αἰπῶν ἀπ' ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει.

Ubi non dubio sequi *Sylburgii* emendationem: πρώτῳ Αἰτιῶν, — ἀπ' ὀ. eodem. Iυɴɢ.

'Ιππών. δ. εἰπ. καὶ λ. π.] Eximie MSS. nitidam *Hipponactis* χρῆσιν hic *Pollucei* nobisque reddunt: Κἄλειφα ῥόδινον, ἡδὺ, καὶ λέκος πυροῦ. Quiddam etiam huius scripturae veteris asservarunt Excerpta *Falckenburgii*: φαροδινὸν ἡδὺ καὶ λέκος πυροῦ. in *Basileensi* fuit editione πηροῦ· sed in istis quid desit, facile cognoscas ab aliis adiutus MSS. quibus si destitueremur, in tenebris micandum esset. Perbene *Iungermannus* de forma vocis ἄλειφα, quam et ita posuit *Empedocles* apud *Aristotelem*, parique modo *Alcaeus* apud *Hephaestionem* ὕδω pro ὕδας· sic enim veteres, quod postea mutatum in ὕδωρ. *Hesychius*: 'Αλεῖφαρ, στέαρ, μύρον, χρίσμα, ἔλαιον. *Homerus Il.* ψ. 'Εν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας· *Schol.* ἀλείμματος, ἐλαίου· apud Ionas nimirum creberrime ἀλείφειν est μυρίζειν, unguento delibuere. *Simonides* apud *Clementem*: Κἀλείφομεν μύροισι καὶ θυμιάμασι Καὶ βάκκαρι· paululum aliter apud *Athenaeum* lib. XV. versiculus ille legitur: κ' ἠλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι καὶ βάκκαρι. sic ego *Simonidem* existimo scripsisse: Κ' ἀλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι Καὶ βάκκαρι· ἀλειφόμην Poëtice pro ἠλειφόμην. *Hesychius*: Θύωμα, μῦρον, ἄρωμα· sed res illa protrita. 'Ροδίνου μύρου compositionem pluribus apud Medicos descriptam reperies, qui omnes uno ore gratissimum fuisse et suaveolens tradunt, ut non sine ratione ἡδὺ dixerit *Hipponax*. meminit et huius *Homerus Il.* ψ. — ῥοδόεντι δὲ χρίεν ἐλαίῳ· 'Αμβροσίῳ — ubi *brevia Scholia*: τῷ ῥοδίνῳ· sed *Eustathius* ad eum locum late, et *Athenaeus* libr. XV. qui simul ubi praestantissimum extiterit unguentum rosatum docet. Sed de vasculo λέκει vel λεκῷ sic et *Hesychius*: Λεκὸς, λύκιον, λυκάριον, τρύβλιον, οἱ δὲ λυκάριον· ego totum locum ita reformandum arbitror: Λεκὸς (vel λέκος, ut apud *Pollucem* nostrum) λέκιον, λεκάριον, τρύβλιον, οἱ δὲ λεκάνιον· non enim altera vice λεκάριον, quod opinabantur eruditi viri, recurrit commode, cum illa vox priorum explicationem continere debeat. apud eundem et λεκὶς· Λεκὶς, παροψὶς, λέκκη, χλαῖνα· sed et in his prava distinctio binas in unum confudit voces, quas ita separabis: Λεκὶς, παροψίς. Λέκκη, χλαῖνα· inde λεκίσκος et λεκάριον, quod posterius iam modo *Pollux* enumeraverat: ἐμβάφια, λεκάρια. λεκάριον πισάνης est apud

Hermeam lib. II. de *Apolline Gryneo.* itaque si ista loca componas, in quibus occurrit λέκος vel λεκάριον, praecipue frumento recipiendo vasculum id destinatum animadvertes. liberandus hic a prava *Nunnesii*, doctissimi hominis, crisi *Phrynichus.* is de paropside sic tradit: *Παροψὶς, τὸ ὄψον, οὐχὶ δὲ τὸ ἀγγεῖον, ὥς τινές· τοῦτο δὲ τρύβλιον ἢ λεκάριον καλοῦσι·* ibi restitutum it *Nunnesius*, a cuius sententia nec alienus est *Hoeschelius*, λεκάνιον· id vocis in *Hesychio* nobis monentibus habuit locum, hic minime. cui enim non pateat ex dictis λεκάριον in *Phrynicho* retinendum? Porro ab hac origine deduxerim etiam λεκάνην, quod cum ἀπὸ τοῦ λευκὸς *Grammatici* repetunt, mihi nugari videntur, ut plerumque solent, si de fonte vocis illi quaerant.

Ἱπποκράτης δὲ] MS. *Ἱπποκράτης ἐν* etc. sine *δέ*. Quod vero *H. Stephanus* in suo Thesauro adfert λέσχος πυροῦ, corruptus certe est. hodie ille *Phoenicia* versus in *Athenaei* libr. VIII. ita editur: τῇ παιδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ λέχος πυρῶν, pariter corrupte: nec possum vel leviter dubitare, quin vera sit lectio: ἢ λέκος πυρῶν· pari modo ut *Hipponax* λέκος πυροῦ dixerit. nec dubito viros undiquaque doctissimos hanc sententiam nostram adprobaturos. Iung.

ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδ. δ.] *In libro adversus opiniones Cnidias. Interpr. Cnidiam* nobis fecit nomen proprium hominis. liber hodie inscribitur, περὶ διαίτης ὀξέων. *Athenaeus* libr. III. triplicem libri affert inscriptionem, περὶ διαίτης, dein περὶ (διαίτης) ὀξέων νοσημάτων, tertio πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας. locus ipse extat in fine libri, ubi hodie est, λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον. Kuehn.

ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας] Incertum esse *Meursius* fatetur ad *Chalcidium* p. 6. cuius hoc opus πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας censendum sit. cum *Kuehnio* nostro *Hippocratis* Medici esse non dubitaverim. *Foesius* itaque non male *Pollucem* videri legisse λεκίσκον apud *Hippocratem* dixit.

λεκίσκον] *Foesius Oecon. Hippocr.* adfert in λεκίσκιον binos ex *Hippocrate* locos, unum de Rat. Vict. in Morb. Acut. μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὁκόσον λεκίσκιον· et ibidem alterum: μηκώνιον, λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον· et addit, *Pollucem* hic apud *Hippocr.* legisse videri λεκίσκον. Sed non est opus ut sic videatur. nam λεκίσκιον potius videtur in illis *Hippocratis* locis ne mutari quidem posse; et λεκίσκος a se iterum peperit ὑποκοριστικὸν, λεκίσκιον· quibus utrisque *Hippocrates* usus fuerit: λεκίσκου voce ἐν τῷ πρὸς Κνιδίας δόξας nimirum, ut *Noster* ait. Iung.

τὰς δὲ παροψίδας] Vid. supra VI, 56. Seb.

τὰς δὲ παροψίδας] De quaestione super duplici usu vocabuli *παροψίδος* vid. *Bayf.* de Vasc. *Brod.* V. Miscell. 30. *Nunnes.* Not. in *Phrynich.* in *παροψίς*· *F. Ursin. Adpend.* ad *Triclinium Ciacconii* non longe a fine. Iung.

μάζης] *Massam*, *Interpres* et *Glossae Veterum μάζαν*, *massam* explicant. redditur et *offa*. Kuehn.

ἢ ζωμοῦ τινος, ἢ ἐπὶ ἐδ. εὐτ.] C. V. omisso *ἐπὶ* leg. *ἐντελοῦς*· male. *ἔδεσμα εὐτελὲς* est *cibus vilis*, qui cum aliis obiter coquitur et editur. Kuehn.

ἢ ζωμοῦ τινός, ἢ ἐπὶ ἐδ. εὐτ.] MS. *τινὸς, ἢ ἐδέσματος ἐντελοῦς, ὅ ἐστι παροψήσασθαι τ.* et *ἐπὶ* alterum sane abesse potest. Sed quid ad *ἐντελοῦς* MS. pro quo vulgo *εὐτελοῦς*, dicamus? mihi vulgatum videtur rectum, nec mutandum facile. quod etiam profert *Casaub.* noster IX. *Ath.* 2. Iung.

καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον θυηλίσιον.] C. V. *κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν*· *veruntamen et ad ipsum vasculum appellatio paropsidis trahenda est.* sic e textu furcillatur nihili vocabulum *θυηλίσιον*, quod certe hic non quadrat, a mala manu temere inculcatum, hic et infra mox. Kuehn.

καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον θυηλίσιον.] Hic vero monstra et piacula *Pollucem* invaserunt: quis enim confinxit nobis *θυηλίσιον*, ut et paulo post? quisquis fuit, ineptum facinus patravit. Tu repone sis MS. lectionem optimam, quae haec est: *οὐ μὴν ἀλλὰ κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν*· *οὐ γὰρ* etc. optime et sine omni dubitatione sic ita *Pollucem* scripsisse. Suspicati sunt sine dubio viri docti de illo *θυηλίσιον*· ut *Bayfius* et *Ursinus*, quorum uterque vulgata verba laudat usque ad vocabulum *θυηλίσιον*, eo omisso. Illud autem, infirmo teste nixi, vulgato Codice nimirum, inter vasa sacra alii hinc retulere in sua sacrorum sacrificiorumque gentilium descriptione. In *Lexicis* vero inter vasa mensaria hinc quoque retulere:. nos in malam rem facessere posthac iubemus. nec firmat id ne leviter quidem sequens *Metagenis* locus, qui longe aliter legendus est ac editi habent, ut statim dicam. Iung.

καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον θυηλίσιον.] Quis non ambabus, quod aiunt, ulnis vetustorum Codicum amplectatur scripturam? eam integram in textu reposui. de ista duplici significatione *τῆς παροψίδος* luculenter *Athenaeus* lib. IX. Romani de catino plerumque solent usurpare: apud eos autem dubia scriptura, siquidem non tantum *paropsis*, sed et *parapsis* exaratur. *Glossae* MSS. *Parapsis*, *acetabulum maius*, *aliqui et catinum appellant.* et aliae in *Psalmos*: *Parapsys*, *gabata*,

catinus, acetabulum maius, vel vas quadrangulum vel quadrilaterum id est, parapsys a paribus absidis. ex istis emendandum *Isidori Glossarium: Parapsis, granata vel catunis.* integrius in *Excerptis Pythoeanis: Parapsis, gavata, catinus. gavata* pro *gabatha.* sed quod magis mirere, apud *Suidam* et *Hesychium: Παροψίδες ἡ παροψίδες* legitur, cum tamen apud Graecos de ista discrepantia nihil quicquam compertum habeam. Sed illa de re, si lubet, plura leges apud ingenii politissimi virum *Nicolaum Heinsium* ad *Psychomachiam Prudentii. Casaubonus* ad *Athenaeum* elegantes istos e *Pherecratis Chirone* producit versiculos:

νὴ τὸν Δί' ὥσπερ αἱ παροψίδες
τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων.

Ubi profecto de catino usurpatur, ut in pluribus auctorum locis apud *Athenaeum*, eam tamen notionem Attici sermonis magistri damnant, me quidem iudice immerito, quamvis apud *Xenophontem Cyrop.* libr. I. virum disertissimum, de opsonio sit intelligendum, quem etiam locum notavit *Hoeschelius* ad *Phrynichum.* neque rationis video quicquam, ob quam in dubium in illis *Xenophontis* verbis notionem illam τῆς παροψίδος trahat *Athenaeus*, cum propter adiuncta παντοδαπὰ ἐμβάμματα res mihi videatur clara. de utraque porro παροψίδος significatione legendus ad *Iliad.* λ. *Eustathius.*

88.

ἧττον] MS. ἧττων. Sed bene emendatum in ἧττον. Iung.

ἀποστροφήν.] Sic supra segm 60. ὡς ἔχοιμεν τινα τοῦ ὀνόματος ἀποστροφήν. Iung.

κἂν πολλαῖς π. etc.] C. V. ὡς ἂν πολλαῖσι παρόψισι καὶ καινοῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον, leg. παροψίσι, *ut multis pariter novisque paropsidibus theatrum excipiam lauteque tractem.* Kuehn.

κἂν πολλαῖς π. etc.] Sed ad *Metagenis* χρῆσιν, ut porro illud θυηλίσιον pessum eat. ea ita in MS. habet: *Μεταγ. Φιλοθύτῃ*, ὡς ἂν πολλαῖσι παροψίσι καὶ καιναῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον· quae optimum sensum habent, nec dubitabimus in locum vulgatorum restituere, qui perinepte κεναῖς etiam habebant. pro παροψίσι in MS. quoque aliquis reposuerat παροψίσι, quoniam mox ita sequatur, credo. *Metagenis* drama hoc inter alia eius recensetur a *Suida* in *Μεταγένης*· laudatur etiam ab *Athenaeo* lib. ult. ut adnotavit *Casaub.* ult. *Athen.* ult. Iung.

κἂν πολλαῖς etc.] Cui de tantis librariorum flagitiis vel levis oboriretur suspicio sine MSS. indicibus? Ita legebant priores editiones: κἂν πολλαῖς παροψίσι, καὶ κεναῖς θυηλίσιος

τὸ θέατρον· qua scriptura nihil est absurdius. caute vero *Pollux* se scire ait *Metagenis* illud esse ἀμφίβολον· dubites enim revera, utra sit in hoc loco praeferenda significatio. ego tamen intellexero ἐπὶ μάζης, de *opsonio*, non de catinis. quis enim, qui curate loqui studet, dicere velit εὐωχεῖν τινα παροψίσι πολλαῖς καὶ καιναῖς, *aliquem excipere multis novisque paropsidibus seu catinis*. De *Metagene* vero alibi forsitan ad *Pollucem* dicendi locus. Saepius autem τὸ θέατρον εὐωχεῖν fuere soliti, qui certamine fabularum superiores abierant. *Athen.* lib. I.

οἶδ' ὅτι ἔστιν] MS. οἶδ' ὅτι ἔστιν ἀ. Iung.

ἐν δὲ τῇ 'Αντ. Β.] MS. concinnius: τὸ δὲ ἐν 'Αντιφ. Βοιωτίᾳ. Idem hoc citat *Athenaeus* lib. IX. apud quem tamen male Βοιωτίῳ est. Sed Βοιωτίᾳ ex nostro *Polluce* restituendum admonuerunt iam *Bayf.* de Vasc. et *Casaub.* IX. *Athen.* 2. qui et III. *Athen.* 8. ubique ita apud *Athen.* scribendum monet. nec aliter adgnovit Magnus *Scaliger Coniectan.* in libr. V. *Varron.* de ling. Lat. fere extremis, ubi ait Aelii Boeotiam ex *Antiphanis* translatam fuisse. Iung.

καλέσασθαι] Legendum καλέσασα, ex *Athen.* lib. IX. fol. 367. vid *Laz. Bayfii* lib. de Vasc. pag. 252. Seb.

καλέσασθαι] C. V. καλέσας τε etc. *et invitans apponit in paropsidibus bulbos.* *Salm.* καλέσας καὶ παρατίθησι. Kuehn.

καλέσασθαι] καλέσασα *Athen. initio libr.* IX. sic adscripsit ad suum Codicem *H. Stephanus*, et dudum ita emendavit ex *Athenaeo* etiam *Bayf.* de Vasc. et ita hinc citat *Ursin. Adpend.* ad *Triclin. Ciacc.* Et in noviss. editione *Athenaei* hodie ita editur:

καλέσασα τε παρατίθησιν ἐν παροψίσι.

Hactenus enim habet *Athenaeus*. Et sane ad *Athenaeum* nihil intricamus. De *Polluce* nostro, lectionem MS. proponere debemus tamen, quae ita habet: καλέσας τε παρατίθησιν ἐν παροψίσι βολβούς· cui certe quoque inhaerere possumus, et ita concipere versus:

καλέσας τε παρατίθησιν ἐν παροψίσι
βολβούς.— Iung.

καλέσασθαι] Error hic a pronunciatione vulgari manavit. potuit enim librarius, si praelegentem aliquem audierit, haud difficilius exarasse καλέσασθαι quam καλέσας τε, quae vera lectio et e MSS. a nobis restituta. forsitan tamen verius *Athenaeus* καλέσασα· et de meretrice, quae aliquem ad coenam vocasset, intelligebam propter appositos in paropsidibus bulbos. Sed eam rem non curabimus.

καὶ κυλίχνας etc.] *Hesych.* vide in *κυλίχνη* et *κυλιχνίδες*. *Festus* in *Culigna*, *vas potorium*, *vas vinarium*, *a Graeco diota*, *quam illi dicunt κύλικα*· dein C. V. *ἀγγεῖον ὀψοφόρον* *i. T. δόξειεν ἂν Ἀρ.* Kuehn.

καὶ κυλίχνας etc.] MS. *καὶ κυλίχνας δὲ ἀγγεῖον ὀψοφόρον*· alterum et infra segm. 91. et 106. *Tagenistarum Aristophanis* et apud *Athenaeum* mentio, ut adnotavit *Casaubonus* III. *Athen.* 16. Iung.

καὶ κυλίχνας ἀγγ. παροψ.] *καὶ κυλ. δὲ* nitidius MSS. quibus etiam ducibus ineptum illud *παροψοφόρον* eiectum est sua sede. non tamen latet, quid ille, qui sic corrupit, cogitaverit: scilicet ad *παροψίδας* animum advertit, de quibus tamen hic auctor noster loqui desiit. itaque commode *ὀψοφόρον*· sic saepius apud *Athenaeum* et *Grammaticos ἀγγεῖον ὀψοφόρον*. Mox et elegantius *δόξειεν ἂν Ἀριστ.* Sed et in *Comici* loco MSS. emendatius *παφλάζον*· quod non sine ratione cum *Iungermanno* praetulimus *τῷ παμφλάζον*. *Lycophron*: *Ἅιδου παφλάζοντος ἐκ βυθοῦ φλογὶ Κρατῆρος.* —

δόξειεν Ἀριστ.] MS. *δόξειεν ἂν Ἀριστοφάνεις λ.* et bene interseras *ἂν*. Iung.

καὶ τουτὶ παμφλάζον.] C. V. *τοῦτο παφλάζον*, omisso *καὶ* praecedente. *Hesych.* *Παφλάζει, βράζει, ἀναζεῖ.* Kuehn.

καὶ τουτὶ παμφλάζον.] MS. *τουτὶ θ. καὶ τ. παφλάζον*· et emenda *παφλάζον*· quo *Aristophanes* et alibi utitur. altero forte nemo usus est. Iung.

89.

χρηστέον καὶ μυστιλαῖς, ἢ μ.] *μυστίλαις* (vid. supra VI, 87.) *ἢ μυστίλλοις*. Seb.

χρηστέον καὶ μυστιλαῖς] MS. *χρηστέον δὲ καὶ μυστίλαις, ἢ μυστίλοις*· plenius et rectius. *μυστίλη* et supra VI, 87. quamvis primum MS. non haberet, dein absque accentu haberet. Sed *μυστίλαις* et *Seberi* MS: credo habuisse. *μυστίλη* et *Hesych.* habet, et *Suidas μυστίλην*· *μυστίλλας* *Etymologicon τὸ μέγα* in *μύστρον*. Iung.

ἢ γλώσσαις, ἢ μ.] MS. *ἢ γλώτταις, καὶ μυστιλαρίοις.* etc. Iungerm.

καὶ μαχ. μ. etc.] MS. *καὶ μαχαίραι, ἢ μαχαιρίῳ*. Scin' quomodo emendari debet? *ι* adpingi solet non sub litera, sed ad literam in MS. hinc ac hic mendose exaratum. et emenda itaque *καὶ μαχαίρᾳ, ἢ μαχαιρίῳ*. Iung.

καὶ μαχαίραις, μ. etc.] Etsi sensus lectionis vulgatae et a nobis iam restitutae non discrepet, elegantia tamen dispar est. ut enim MSS. habent cuncta sibi conveniunt. mo-

nere puto operae non est pretium ante nos afuisse δὲ in istis *χρηστέον καὶ μυστίλαις*. Sed ad alia pergamus graviora.

καὶ μαχαίροις μὲν etc.] *H. Stephanus* dubitat an non exemplaria hic mentiantur. Seb.

καὶ μαχαίροις μὲν etc.] C. V. *ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος· ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης ἐν Κραπεττάλλοις φῇ, μάχαιραν ἀρενέθηκά σου τι μ' εἰργάσαι ἀμάχαιρος ἐπεβόεια νοστήσω κρέα ἀνὴρ γέρων ἀνόδον ἀπὸ νοῦν* (*Salmas.* leg. *ἀπὸ γοῦν μ.*) *τῆς μαχαίρας* etc. haec lectio nos manuducit ad veram, vulgata enim et eius versio nil sani habet, uti textum inspicienti patebit. legendum igitur: *Ἐν Κραπατάλλοις φῇ·*

μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τί μ' εἰργάσω;
ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα,
ἀνὴρ γέρων, ἀνόδων τε. —

ἐπὶ τῆς μαχαίρας κ. τ. μ. κ. τ. μ. χ. unde haec versio nascitur: *μαχαιρὶς equidem ut plurimum de cultro tonsorio dicitur; verum quando dixit Pherecrates in Crapatallis:*

cultrum posui pignori tuum; quid mihi fecisti?
sine cultro ad bubulas redibo carnes,
vir senex et edentulus? —

De cultro usurpanda sunt μαχαίριον et *μαχαιρίς*. Huc scilicet ibat auctor: quamvis usus obtinuerit, ut *μαχαιρίς*, adde et *μαχαίριον*, notet *novaculam*, *tonsorium cultrum*; nihilominus tamen auctoritate *Pherecratis*, qui cultrum communem *μάχαιραν* dixit, posse adhiberi vocabulum *μάχαιρα* de cultro non tonsorio, sed coenatorio. *Glossae: μαχαίρια κουρέως, cultra: μαχαίρια κουρικὰ, cultri: μάχαιρα, τὸ παραμήριον, sica, gladius, culter, cultellus.* C. A. legit *ἀπὸ γοῦν τῆς μ.* etc. hic enim iterum pergit Codex ille. ita et *Salmas.* Kuehn.

καὶ μαχαίροις μὲν etc.] Iure dubitavit hic *H. Stephanus* ob vitiosum *μαχαΐροις*, an inde *μάχαιρος* inter legitima vocabula censeri deberet. locus enim vulgo mutilus est et mendosus. ex MS. ita restitue: *ἢ μαχαιρίδι, ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος·* nisi quod MS. *μαχαίριδι* accentu pravo habet. et *ἐπὶ τὸ πολὺ* forte non necesse est ita, ut semper fere in MS. tribus voculis perscribere. Videtur tamen adhuc verbum aliquod desiderari, *τίθεται*, vel tale. vix enim tam concise loqui solet, quamvis id subintelligatur: *μαχαιρὶς quidem plerumque de cultro tonsorio usurpatur*.

sed quum Pherecrates *dixerit* μάχαιραν *ita et de cultro mensario vel cibario; inde nobis et* μαχαιρίῳ *et* μαχαιρίδι *licet itidem uti.* Hic enim sensus mox tibi elucet, postquam elegantem χρῆσιν *Pherecratis* ex MS. adscribemus, vulgo prorsus corruptam. Prius tantum adnotandum videtur, quod de μαχαιρίδι dixit, eam plerumque de cultro tonsorio usurpari, ut ex MS. supplevi; id non solum a *Nostro* supra II, 32, dictum quoque legi, sed et infra repetitum et confirmatum segm. 139. 140. Nunc ad *Pherecratem*: quae ita in nostro MS. ἀλλ' ὅτ' ἂν Φερεκράτης ἐν Κρεπαταλλοις φῇ, μάχαιραν ἀρενεεθηκάσου τι μ' εἴργασαι ἀμάχαιρος ἐπιβόεια νοστήσω κρέα, ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος· ἀπὸ τῆς μαχαίρας etc. elegans χρῆσις iterum dico, depravata mirum in modum vulgo, nec ullus absque melioris Codicis, qualem nostrum non vane hactenus depraedicavimus, ope constituat. Scribe autem prius *Κραπαταλλοις*, fabula saepe laudata nostro. Iam cetera ita videntur concipienda, μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τί μ' εἴργασαι· ἀμ. ἐπὶ βόεια ν. κρ. *cultrum tuum condidi*, ait unus, respondet alter senex edentulus: *Quid facis? quo me subigis?* cetera, quae clara. Et lubet totum locum iam adscribere, ut eum ex MS. constituendum putem, quo viri docti, si quid minus recte vel concinne, porro corrigant et concinnent: ἡ μαχαιρὶς μὲν γάρ, ὡς ἐπιτοπολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος· ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις φῇ,

μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τί μ' εἴργασαι;
ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα,
ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος· —

ἀπὸ τῆς μαχ. etc. quae respondent illis ἀλλ' ὅταν Φ. Sed in primo versu potius lege: μάχ. ἄρ' ἐνέθηκας; οὗτοι μ', ε. Illud ἀνόδοντος in MS. scriptum erat ἀνόδον superposita τ, cuius temo impositus longior solito, quo istud τος significatur. quae res mihi loci apud fastuosissimum illum Graeculorum *Tzetzem* in memoriam revocat, ab operis, qui hoc nesciebant, corruptum. Est is in eius ἐξηγήσει ad lib. I. ἔργ. *Hesiodi*, ubi de *Prometheo* μυθολογεῖ μακρὰν ἀλληγορίαν καὶ ποικίλην ἀποτείνας· οἶδα, ait, καὶ ψυχικῶς Προμηθέα, τὸ τῶν ἀνθρώπων προβούλευμα καὶ τὴν πρόγνωσιν, Ἰαπετοῦ καὶ κινήσεως λογισμοῦ παῖδα λεγόμενον etc. mox subiicit τοῦ Προμηθέως οὖν προβούλευμα τούτου πατὴρ, ὡς ἔφην, ἡ τοῦ λογισμοῦ κίνησις; καὶ περιεκτικωτάτη περιστροφή· Ἰαπετὸς δὲ λέγεται, παρὰ τὸ ἰέναι etc. ubi non dubito scribendum, οὖν προβουλεύματος τούτου, scriptum autem fuisse προβούλευμα imposita τῷ α litera τ, quae τος significaret, unde locus corru-

ptus. sed id tanti non erat forte ut a *Polluce* digrederemur. Hoc adnotandum magis, quo stabilitur locus supra a me restitutus, nempe II, 96. ἀνόδοντος, αἰξ Φερεκράτης, ita enim in MS. esse dixi ibi. idem nimirum locus. Imo ultimum versiculum adhuc una voce plenius servavit nobis *Suidas* in ἀνόδοντον, scribens κοριάννοις· Φερεκράτης· ἀνὴρ γέρων, ἀνόδοντος ἀλήθει. Ubi et hoc notandum, eum quasi ex κοριαννοῖ *Pherecratea* adferre. ita enim emendandum, vel Κραπατάλλοις ex nostro *Polluce* reponendum. Iung.

καὶ μαχαίροις μὲν ὡς ἐπ. ἀλλ' ὅταν Φ.] Afflixit librariorum segnis incuria hunc locum. et quaeso te, qui rei *Criticae* animum appulisti, ut ex hoc aliisque pluribus apud *Pollucem* nostrum locis sedulo perspicias, qua ratione atque via pervenerint auctores praestantissimi ad istas, quibus deturpati sunt, sordes. et illum vero oleum et operam non esse perditurum spondeo, qui contulerit mendas et labes priorum editionum cum hac nostra. Sed euge! sic plerique MSS. in hoc loco: ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ κουρίδος. perpaullum in Codice *Falckenburgiano* aliter: καὶ μαχαιρὶς μὲν γὰρ etc. scribendum igitur καὶ ἡ μ. In sequentibus supplevi post Φερεκράτης, ἐν Κραπατάλλοις· in *Falckenburgianis* ita: Φερεκράτης φῇ ἐν Κραπ. ea de fabula dixi ad superiorem librum. in *Photii* Lexico Κραπατάλοις· sic et alibi vitiose. Sed animo allubescit *Pherecratis*, ut ante nos evulgata fuerunt, verba apponere: Μάχαιραν ἄῤῥεν ἔθηκας, οὗτοι με εἴργασε ἡ μάχαιρος· ἐπεὶ βοῇ ἀναστήσω κρέα. in Excerptis *Falckenburgii* legitur et ἀμάχαιρος et ἐπὶ additum ad finem etiam reperio, ἀνὴρ γέρων, ἀνόδοντος. Locus ita distinguendus, ut fecit apposite *Iungermannus*: in isto νοστήσω simplici notione capiendum pro *veniam*: cetera clara.

μαχαιρίδι] MS. iterum vitiose accentum μαχαίριδι habet. Iung.

Δημιοκράταις] MSSti Δημιοκράτοις. dein C. A. μ. ἐ. καὶ κεράτινα· *cultelli cum manubriis eburneis et corneis*. Kuehn.

Δημιοκράταις] Emenda Δημιοκράτοις, ut et hic MS. constanter habet. Iung.

90.

καὶ χέρνιβα etc.] C. A. χέρνιβα λέβητρα πρόχους· χέρνιβον ῥητέον δὲ καὶ χειρόνιπτρον. C. V. post χερνίβιον addit, ἀναγκαῖα, *necessaria sunt, idque ex Homeri usu* etc. Kuehn.

πρόχους] πρόχουν. Seb.

πρόχους] Noster *Seberus* in suis notis *πρόχουν*, et videtur sane ita *σύνταξις* ceterorum poscere. Sed MS. et antecedens habet casu recto, *καὶ λέβητες, καὶ πρόχους, καὶ χ.* quid itaque si dicamus neutro plurali *Pollucem* illo versu *Homeri*, apud quem certe et *χέρνιβον* invenimus, accepisse, et MS. nostri itaque scripturam veram esse, quae tota ita habet, auctior etiam vulgata: *καὶ χερνιβα* (sine accentu) *δὲ καὶ λέβητες, καὶ πρόχους, καὶ χερνίβιον, ἀναγκαῖα καὶ ταῦτα ἐκ τ. π. Ὁ. χ.* IUNG.

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος etc.] *Odyss. α,* 136.

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα.

Iliad. autem *ω,* 304.

χέρνιβον ἀμφίπολος προχ. ἅ. χ. ἔ. SEB.

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος etc.] C. V. *ἀμφίπολις προχόων τ' ἐν χερσὶν ἔ.* KUEHN.

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος etc.] In versu ipso *Homeri*, MS. *χέρνιβα δ' ἀμφ. προχόων τ' ἐν χερσὶν ἔ.* habet. quae adhuc magis videntur confirmare quod dixi de *χέρνιβα*. Iste enim versus *'Il. ω,* 304. hodie ita legitur:

— *ἡ δὲ παρέστη*

χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.

Nec alium putem *Pollucem* nostrum respexisse. *Etymologicon* Magnum: *λέβης, τὸ χέρνιβον.* etc. Et ex *Synesio* adferunt, *τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα.* Ego tamen nil temere adfirmo, sed MS. lectionem fideliter indicare volui, iudicium viris doctis permittere. IUNG.

χέρνιβα δ' ἀμφ. etc.] Illam versiculi *Homerici* lectionem in textu reposui, quae comparebat in MSS. quorum eorundem auctoritate *ἀναγκαῖα* modo adieci.

ῥητέον δὲ αὐτὸ καὶ χ.] MS. *ῥητέον δὲ ἂν καὶ χειρόνιπτρον, εἰπόντων* (sed *ος* supra scriptum alia manu) *Εὐπόλιδος ἐν Κόλαξι, Φρ.* IUNG.

Εὐπόλιδος εἰπόντος] C. A. omittit verba *Eupolidis*, statimque subiicit ad *εἰπόντος, οἷς ἐπακτέον* etc. KUEHN.

καὶ κανᾶ] Absunt et copulae a C. A. usque ad *καὶ κανίσκια κανοῦν δ' ἀρτοφόρον εἴποις ἄν, κίστην ὀψοφόρον* etc. interiecta autem absunt. KUEHN.

καὶ κανᾶ] MS. *κανᾶ* (sine praecedenti *καὶ*) *καὶ κάνητα, καὶ κανήτια, καὶ κανίσκια*, caeteris omissis usque ad *Καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφ.* Sed in vulgatis me male habet illud, *'Αριστοφάνης δ' ἐν 'Αχαρνεῦσι, κάνητος.* et audeam adfirmare in toto eo dramate ita non extare, nisi forte plus oculi quam oculus videbunt. Suspicor interim de mendo, quum MS. hic

deficiat. κανοῦν quidem reperio, quod tamen mox nominat, in ea fabula:

κὐτάθου τὸ κανοῦν ὦ θύγατερ, ἵν' ἀπαρξώμεθα.

Et:

ἄγ' ὦ θύγατερ, ὅπως τὸ κανοῦν καλὴ καλῶς
οἴσεις. —

Suspicor itaque titulum vulgatum mendosum esse, et Nostrum illud κάνητος ex alio dramate Comici protulisse. Iung.

καὶ κανᾶ, καὶ κάνητα] Rarissima, puto, sunt illa κάνητα et κανήτια. huc tamen pertinent haec Suidae: Κάνης, ὁ ψίαθος· καὶ κλίνεται κάνητος. inde vero κάνητα et κανήτια, si modo haec ita se recte habeant, quo de subdubito. in Hesychio lego: Κανίτρον, κανίσκιον. ibi tu repones aut κανήσκιον, a quo literarum ordo non abludit, aut κάνιστρον, quod forte quis magis probet. sed κάνητα vero et κανήτια, quod, sicut ipsae storeae, e viminibus erant plexae. At ab his levibus ad graviora pergendum. post illa Κράτης ἐν Ἥρωσιν εἶπεν Falckenburgii Codex singulari beneficio nos sibi obstringit, siquidem ipsam Cratetis χρῆσιν, quae ab omnibus aliis abest MSS. contineat hoc pacto: ὁ κανὶς δὲ τῆς κύτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ. ut emendandum iudicabam, et facilis erat emendatio, in textu sic collocavi, τὰ κανίσκια δὲ τῆς κοίτης ὑ. μ. δ. forsitan maluerit aliquis τὸ κανίσκιον, sed potius alterum probavero; etenim ipse Pollux, καὶ κανίσκια μὲν Κράτης etc. Κύτης pro κοίτης. simili vitio idem vocabulum etiam mox in hoc Codice est scriptum. [Cratetis versiculum, ut cum metri norma non disconveniat, ita compone: Τὰ κανίσκια vel simpliciter Κανίσκια τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ. Ex Addendis.]

91.

ἄλλος δ' εἰσέφερε κλ. etc.] Salm. versus ita forte distinguendos ait: ἄλλος δὲ πλεκτῷ εἰσέφερε κανισκίῳ Ἄρτ. π. θ. Kuehn.

καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφόρον.] C. V. καὶ κ. δὲ ἀ. ὅθεν καὶ μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει περίβαλλε ἐδωδὴν· καί που etc. ego ὅθεν καὶ M. δ. ἐ. κ. ἐ. περικαλλέ' ἐδωδήν. mater vero cistae imponebat pulcherrima ciborum. versus est Homeri Odyss. ζ. ubi hoc loco est μενοεικέ' ἐ. quia vero hunc versum apposuit ἀπὸ μνήμης, vicinum περικαλλέα posuit pro μενοεικέα· alias pro κίστῃ dicitur et κίστις, κοιτὶς et κοιτίδιον. Kuehn.

καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφόρον.] MS. ita: καὶ καν. δὲ ἀρτοφόρον· ὅθεν καὶ μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει περικάλλε' ἐδωδήν· καίπου etc. omissis vulgatis quibusdam, et integro versu repo-

sito. Sed nec illa omittenda, nec hic non restituendus. Sic itaque locum restituendum reor: *καὶ κανοῦν δ᾽ ἀρτοφόρον· εἴποις δ᾽ ἂν καὶ κίστην ὀψοφόρον, ὅθεν καὶ*

μήτηρ δ᾽ ἐν κίστῃ ἐτίθει περικαλλέ᾽ ἐδωδήν.

Est id *Homerica* χρῆσις, quae extat Ὀδυσσ. ζ. v. 76. quamvis in editis sit *μενοεικέ᾽ ἐδωδήν*. Sequitur autem illum statim hic versus:

παντοίην· ἐν δ᾽ ὄψα τίθει. —

Unde vides bene nostrum ὀψοφόρον κίστην vocare, ut et supra VI, 13. et ὀψοφόροι κίσται infra segm. 180. Sportulis interdum obsonia coenarum ferri solita, quum ad aliquem coenatum irent, docet *Turneb.* VI. Advers. 1. κίστας ὀψοφόρους et σπυρίδας hinc adducens. Iungo.

καὶ κανοῦν δ᾽ ἀρτοφόρον. etc.] *Panarium* exponunt *Glossae Philoxeni*. abiit autem in usum vulgarem posteriori aetate vox illa apud Graecos. ἀρτοφόριον exponit *Sextus Empiricus* adversus *Mathem.* c. 11. forsitan ibi melius ἀρτοφόρον· sed illa de re ne solliciti simus. De κίστῃ ὀψοφόρῳ, restituimus illam χρῆσιν e MSS. quam ex *Homero Pollux* attulerat. eam et religiose servavit liber *Falckenburgii*: *καὶ κανοῦν ἀρτοφόρον· ὅθεν καὶ μήτηρ ἐν κίστῃ ἐτίθετο περικαλλέ᾽ ἐδωδήν· καί που καὶ κύτην·* miror equidem, qua ratione absint a MSS. nostris εἴποις δ᾽ ἂν καὶ κίστην ὀψοφόρον, cum ea sensum sustineant. ibi vero in *Homeri* loco cum *Auctor* noster περικαλλέ᾽ ἐδωδήν scribat, an eius mens forsitan haesit in isto, qui inde non procul abest, versiculo: *Αἱ δ᾽ ὅτε δὴ ποταμοῖο ῥόον περικαλλέ᾽ ἵκοντο.* *Eustathius* certe vulgatam retinet, neque alterius lectionis facit mentionem. Sed de κίστῃ vero, *Eustathius* ad illum *Homeri* locum ἐδεσματοθήκην a veteribus expositam refert, ubi quidem non dubito, quin illa minora *Scholia*, quae in nostris versantur manibus, innuat, suaque necdum aetate hanc vocis illius notionem obsolevisse. *Hesychius* ad rem praesentem commode: *Κίστη, ἀγγεῖον πλεκτὸν, εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο ἢ ἱμάτια, κιβωτὸς, ἢ ἀπαλός·* non minus igitur aptum fuit cibis recondendis ac vestibus, quamvis *Scholiastes Aristophanis* ad *Equites* in eo differre velit κίστην a κιβωτῷ, ὅτι ἡ μὲν εἰς ὑποδοχὴν ἐστὶν ἐδεσμάτων, ἡ δὲ ἱματίων καὶ χρυσοῦ ἡ κιβωτός· in *Aristophanis*, ad quem haec commentatur, loco da cibi repositorio κίστη est capienda. sed diversa tamen aliorum est Grammaticorum sententia, qui ligneam fuisse κιβωτὸν statuunt, κίστην vero plexam. *Ammonium* et *Thomam* vide. et id ego ferme a scriptoribus probatissimis observari animadverti.

ὡς ἐν τοῖς Β.] Sequitur in MS. *καὶ που καὶ κοίτην, ὡς ἔν τε τοῖς Β.* bene. huic *τε* mox respondet *καὶ ἐν Φερ.* Iung.

ἀλλὰ καὶ τὰς κοίτας etc.] In verbis *Eupolidis* abest *ἀλλὰ* a C. A. *καὶ* vero a C. V. qui et pro *οὐκ* legit *γ'*. *Salm.* *'Αλλὰ κοίτας οὐκ ἔχ.* Kuehn.

ἀλλὰ καὶ τὰς κοίτας etc.] MS *ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι π. σ.* Bene: vulgo plane contrario sensu inepte, nec ita ut versiculos concinnares facile. Iam vero id non difficile:

— *ἀλλὰ τὰς*
κοίτας γ' ἔχουσι πλουσίως σεσαγμένας.

Nostri Germani Graecissantes dicerent, Sie haben sich wohl besackt: quid enim vetat tale quid immiscere? an nos soli nostram linguam contemnere debemus, et eius idiotismos non indicare quoque liceat, ut aliis suae vel in maiori opere? Iungerm.

ἀλλὰ καὶ τὰς κ. οὐκ ἔχ. etc.] Contrarius est his in MSS. lectione sensus. reposuimus eam tamen, siquidem et *Iungermannus* comprobaverit. *Falckenburgius*, aut quicunque alius, e suo libro notavit pro *κοίτας*, *κοπάς*· scilicet *ι* et *τ* ita fuerunt quadam elegantia scribendi colligatae, ut dignosci non potuerint. pari modo in fine libri septimi notatum fuit pro *ἰττέοτας* ex hoc Codice *πτέλας*, nisi me fallo, pro *ἰττέλας*. Sed de ista *τῆς κοίτης* significatione, quam hic *Pollux* adnotat, *Hesychius* opportune: *Κοίτη, κίστη, ἐν ᾗ τὰ βρώματα ἔφερον· αἱ δὲ μικραί, κοιτίδες*· ubi *Palmerius* toto aberrat coelo, cum restituendum opinatur *ἀβρώματα*, quae vox est spuria. ipse vir summus ad *Athenaeum* aut veterem consuetudinem esse aut librariorum errorem exstimat scribere *κοίτη* pro *κίστη*· ego vero satis tutam existimo *Pollucis* auctoritate vocis huius eam notionem, siquidem ex spectatis scriptoribus illam hauserit. non itaque apud *Athenaeum* in *Menandri* loco *κίστας* ego pro *κοίτας* reponendas iudicavero.

Μυρμηκανθρώποις] Cetera C. A. non habet usque ad capitis finem. Kuehn.

Μυρμηκανθρώποις] Male MS. *μυρμηκανθρώπους.* Iung.

ἀλλὰ καὶ κ. τὰς ἐν ἐμοί.] *Interpr.* legit *παρ' ἐμοί, penes me.* quid si legamus: *τὰς ἐν ἐμοῖς, quae in meis rebus sunt,* vel, *τὰς ἐμοῦ· quae domi meae sunt.* Kuehn.

ἀλλὰ καὶ κ. τὰς ἐν ἐμοί.] *χρῆσις Pherecratea* in MS. deest ista, *ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοί*· quam profecto sanam esse non credo, forte nec integram. Iung.

ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοί.] Acute profecto *Iungermannus* noster, qui sanam esse non credidit hanc *χρῆσιν,*

forte nec integram. integra certe non est, uti nobis e Codicis *Falckenburgiani* Excerptis manifeste constat, quippe quae adiiciant: *ἀποβάνθ' ἃ μέλλομεν ἀριστῆσειν*· posteriora plana sunt et emendatu facilia: *ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν*· sed illud *ἀποβάνθ'* quid esse censeas? non dubitandum est, quin ad priora pertineat, sed illa peraeque, me iudice, corrupta atque haec vox. nihil autem in istis subsidii aut a ceteris MSS. aut a *Falckenburgii* Codice, qui tantum pro *κοίταις* scribit *κύτας*. Emaculandum existimo: *Ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμοὶ ἀποκεῖνθ', ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν*. Hic institi quam mihi antea proposui viam, ut restituerem scilicet haec ut emendaram in textum. forsitan alii felicius. sed adverte animum ad *μέλλομεν ἀριστήσειν*· concinnum enim. [Ita lege *Pherecratis χρῆσιν*· — *ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμοὶ* (vel *ἐμοῦ*) *Ἀποκεῖνθ' ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν*. operam illi perituram puto, si quis ultra haec nostra quicquam tentaverit. *Ex Addendis.*]

92.

θυλακίσκη ὠνόμασται] C. V. *παρασκευὴν, θύλακος, σάγη ὠνόμασται*· forte composita voce *θυλακοσάγη*, ut *σακκοπήρα*. *Salm.* *θυλακίσκιον*. Kuehn.

θυλακίσκη ὠνόμασται] MS. ita: *ἐν δ. τ. Ἰ. Ἀλκμήνη, ὁ εἰς τ. τ. τρ. π. ἦν θύλακος, σάγη ὠνόμασται*· quae sane videtur vera lectio, et vulgata satis mire corrupta: *σάγη* de pera vel tali sacculo cibario. Sic *σαγὶς, πήρα* apud *Hesychium*. Hoc nempe adnotare operae pretium videbatur nostro *Polluci*, non *θυλακίσκην* aliquam. Iung.

θυλακίσκη] Vera sine dubio scriptura, quam Codices nostri MSS. conservarunt: *θύλακος, σάγη*· quid itaque *Bentleius*, vir doctissimus, ad *Millium* pag. 54. *Repone ex Cod. Vossiano*: *ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν θυλακίσκος ὠνόμασται*· aliud egit profecto homo sagacissimus; sic enim exaratum in Codice *Vossiano*, ut nos expressimus in textu, nisi fallunt Excerpta. Sed restat scrupulus in *ἦν*, quod delevi. duplicem in antiquis libris fuisse lectionem existimo, aut eam quam reddidi e C. V. aut hanc, *ὃς ἐ. τ. τ. τρ. π. ἦν θ.*

καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] Vide an *ὀψῶνα* malis. *Hesych.* *Ὀψῶν, ἡ πρὸς τὸ ὀψωνεῖν σπυρίς.* Seb.

Obsoniorum] Quasi legeretur *ὄψων*· vid. not. text. Gr. Seberus.

καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] C. V. *καὶ σπ. δὲ ὀψωνοδόκων πλε-*

κτὴν σχοῖνον. leg. ὀψωνιοδόκον πλεκτὴν σχοίνων, *sportulam obsoniorum capacem, ex iuncis plexam.* Kuehn.

καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] MS. καὶ σπυρίδα δὲ ὀψωναδόκων πλεκτὴν σχοῖνον ἐν Ἀμφιαρίῳ Ἀριστοφάνης ἔφη ἐν. Quae viri docti extricabunt. Sane mihi omnino persuadeo verum esse, quod *Seberus* noster coniecit σπυρίδα ὀψῶνα hic latere, ex *Hesychio* adducens, Ὀψών, ἡ πρὸς τὸ ὀψωνεῖν σπυρίς· et vulgatum πλεκτὴν σχοίνων esset πλεκτὴν διὰ vel ἐκ σχοίνων. sed quid δόκων faciam, non liquet. licet enim, quod obvium, in δοκῶν vertam, tamen mihi non satis fit. Sed in sequenti feliciores erimus. ubi non mirum, quod opt. amicus noster haeret, Codice vulgato vitioso. Iung.

καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] Non sine ratione profecto haesit in hoc loco doctissimus *Iangermannus*, neque nos illum facile novimus expedire. ideo vero praecipue esse allatum, ut in eo σπυρίδα *Pollux* ostenderet, ex istis, quae sequuntur, ἐν δὲ Ἀχαρνεῦσι σπυρίδιον, lucide patet, ut inde difficile non sit colligere, reliqua, quae post σπυρίδα legimus, *Aristophanis* ipsius esse. simul hinc clarum est, ὀψῶνα, quem *Seberus* hic latere existimabat, alienum esse a loco. non enim quis temere diceret, σπυρὶς ὀψών. Coniectabam aliquando σπυρίδα δὲ ὀψῶν ἀδίκων, πλεκτὴν σχοῖνον, vel σχοίνων· nemini tamen illam lectionem tanquam veram obtrudere velim. *Kuehnius* in textu ὀψωνιοδόκον, πλεκτὴν σχοίνων· ego, cum nihil habeam melius, et quod ad lectionem MSS. accedat propius, sic in textu reponendum iudicavi, nisi quod πλεκτὴ σχοῖνος vel πλεκτὴν σχοῖνον e MSS. retinuisse consultum videbatur, sic enim et *Falckenburgius*. neque id sua caret elegantia, quod σπυρὶς dicatur πλεκτὴ σχοῖνος, quanquam nec ego vulgatam scripturam, quae forsitan aeque quibusdam placebit, temere reiecero. non dissimili ratione *Archestratus* apud *Athen.* libr. VII. fiscum vocat — πλεκτὸν ὕφασμα Σχοίνου ἑλειοτρόφου —· pro ὀψωνιοδόκον mallem equidem ὀψοδόκον, si per MSS. liceret. dubitant enim Grammatici de ὀψωνίῳ an vox illa vere sit Attica. Porro MSS. Ἀριστοφάνης ἔφη pro εἴρηκεν. sed ἐν Ἀμφιαράῳ saepius a nostro citatur. in *Photii Lexico* vitiose scriptum ex Indice animadverto Ἀμφαράῳ.

ὃ καὶ πλ. εἴρ. παρὰ τραγῳδῷ.] An, πλεκτὴ εἴρηται? aut apud quem Tragoedum *Aristophanes?* Seb.

ὃ καὶ πλ. εἴρ. παρὰ τραγῳδῷ.] C. V. παρατραγῳδῶν. scribendum, παρατραγῳδῶν, *paratragoediatus.* Kuehn.

ὃ καὶ πλ. εἴρ. παρὰ τραγῳδῷ.] MS. noster ita: ἐν δὲ

Ἀχαρνεῦσι, σπυρίδιον· ὃ καὶ πλεκτὸν εἴρηκε, παρατραγῳδῶν. Cetera, ut vulgo, nisi quod ultimum recte. Tu, si ὃ καὶ πλέκος εἴρηκε παρατραγῳδῶν scribas, locum iam posthac tibi omni mendo carere affirmo. En *Aristophanis* χρῆσις, quam innuit, ex indicato dramate:

δός μοι σπυρίδιον, διακεκαυμένον λύχνῳ.

Sic *Dicaeopolis* ad *Euripidem*, cui Tragicus apud *Comicum* quamvis tragica φράσει respondet, ut is semper ibi et aliis dramatibus *Aristophanis* inducitur:

τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος.

En πλέκος vocat, nempe παρατραγῳδῶν ex *Euripide Aristophanes*, quod prius σπυρίδιον. Sumsit enim istud e *Telepho Euripidis*. Non dubito hunc locum nos vere restituisse. Eadem χρῆσις apud *Suidam* emendanda: prior, inquam. Habes apud eum: σπυρίδιον, διακεκαυμένῳ λύχνῳ· οἱ γὰρ πρεσβύτεροι διὰ τὸ μόλις βαδίζειν, ἐν σπυρίδι ἔκρυπτον τὸν λύχνον, ὥστε σώζειν τὸ πῦρ. Occurrit illud πλέκος et in *Εἰρήνῃ* eiusdem *Aristophanis*: ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον πλέκος· ubi, ni fallor, explicat *Scholiastes* πλέγμα σκευοφόρον στρατιωτικόν. Sed restant insigniora fere. Iung.

ὃ καὶ πλεκτὸν etc.] Ubi ratio MSStos revincit, eorum lectioni obtemperandum non duco. noster *Iungermannus* tam aperte πλέκος hic debere scribi commonstravit, ut ea de re plane dubitare nequeat qui quicquam habet salis. ego me ipsius rationibus dedidi, et, ut ille censuit, in textu reposui. *Hesychius*: Πλέκος, πλέγμα· nihil itaque facit ad hunc rhombum πλεκτόν. Sed tum MSS. eximie, quod pro παρὰ τραγῳδῷ praeferant παρατραγῳδῶν· saepius ista loquendi ratione usus est *Auctor* noster.

τῶν ἐδεσμάτων.] Scribe cum MS. nostro: καὶ τὰ μὲν τῶν ἡδυσμάτων ἀγ. non ἐδεσμάτων· vasa escaria enim iam explicavit, non et condimentorum vel aromatum, quales κυψέλαι. Ipse tibi clare dicat supra VI, 13. ἵνα δὲ ἔγκειται τὰ τῶν ἡδυσμάτων ἀγγεῖα, κυψέλη. Talia hic sequuntur ὀξίδες, ἐλαιηρὰ ἐπιχύσις etc. Et supra enim habuisti VI, 65. τὰ δὲ ἡδύσματα ἔλαιον, ὄξος. Clara haec. Sed quod ad ὀξίδες, sicut et in nostro MS. antea ὀξύδες edebatur. et quidem utrumque se invenire ait noster *Casaub*. II. *Athen*. 26. et quidem, ut lacunam ibi in *Athenaeo* explet, adfirmare videtur iste Auctor ὀξύδας semper per υ scribendum, in quibus nimirum τὸ ὀξὺ acetum. Sed ὀξίδας et apud nostrum supra VI, 85. habes, ut et in prior. edit. et segm. 122. ὀξίς· quod ita et apud *Etymolog*. et *Suidam*, qui in loco *Aristophanis* e *Pluto* ita

quoque agnoscit. Apud *Hesych.* est: Ὀξίδαι, λαγύνια μικρὰ, ἢ ὀξύβαφα· ubi tamen *Sylburg.* recte ὀξίδες videtur emendasse. Iung.

ἐδεσμάτων] Recte MSS. ἡδυσμάτων. Alibi dicam luculente de ἡδύσμασι.

ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν] *Vas, quo oleum affunditur*, in *Gloss. suffusorium, infundibulum*, per quod oleum infunditur ampullae. Kuehn.

ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν] MS. ἐλεηρὰν· male, et errore solemni. Iung.

μακρὸν ἀγγεῖον ὠνόμασεν] C. V. χαλκίον ὠνόμασεν· καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι ἔφη καταχεῖς ὕπαιτ' οὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου· τὸ δὲ ὄνομα, ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσι· ἐν δὲ Ταγηνισταῖς ὠνόμασταί τι καὶ μελιτήριον ἄγγος· εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσματοθήκην, κυμινοδόκον Νικοχάρους εἰπόντος. locus *Aristophanis* extat in *Acharnensibus*:

καταχεῖ σὺ παῖ τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκίῳ.

Ubi malim ex MSto legi, ἐκ τοῦ χαλκίου· *suffunde tu puer oleum ex suffusorio.* deinde malim, μελιτηρὸν ἄγγος, *vas melli servando aptum*, ut supra οἰνηρὸν, ἐλαιηρὸν, ἰχθυηρὸν etc. ἐδεσματοθήκην vocant cistam *Scholia brevia* in *Homeri Odyss.* nec tamen improbaverim lectionem MSti, quae habet ἡδυσματοθήκην, *thecam aromatariam. Valesius* notis, quas fronti et calci editionis *Seberianae* adscripserat, etiam legit Νικοχάρους, ex *Scholiis Graecis* in *Aristoph. Plutum*, ubi ex ea fabula citatur hic versus de *Philonide Melitensi*:

ἤδ' ἔτι ἀπαιδευτερος εἶ Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως. Kuehn.

μακρὸν ἀγγεῖον ὠνόμασεν] MS. longe auctior: μακρὸν χαλκίον ὠνόμασεν· καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη καταχεῖς ὕπαιτ' οὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου· τὸ δὲ ὄνομα ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσιν· egregie. tu totum locum ita concipe ergo: καὶ τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν, ἣν Εὔπολις μακρὸν χαλκίον ὠνόμασεν, καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη·

καταχεῖ σὺ παῖ τοὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου.

Τὸ δὲ ὄνομα ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσιν· ἐν δὲ Ταγην. Locus eximius iterum. Primum μακρὸν χαλκίον scribendum, non ἀγγεῖον· et illud ita dixisse *Eupolim*, non aliunde tibi probemus rectius quam ex *Nostro* ipso supra VI, 105. ἡ μέντοι ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις χαλκεῖόν ἐστι μακρὸν, ἣν χαλκίον Εὔπολις ὠνόμασε, quae et *Hesychium* respexisse credibile est: Χαλκίον, μακρὸν, τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν· et malim itaque apud eum χαλκίον μακρὸν, τὴν etc. non interpo-

sito commate post χαλκίον scribere. Deinde *Aristophanis* locum, auxilio vulgatorum Codicum *Comici*, ex MS. recte constituimus, qui tamen hodie ita legitur, non longe a fine *Acharnensium*, et verba *Lamachi* sunt:

κατάχει σὺ παῖ τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκίῳ.

Nostri *Pollucis* lectio melior videtur. Quod in vulgatis ἀνάκερμα est, corruptum remansisse credo ex Ἀχαρνεῦσι. Iungerm.

μακρὸν ἀγγεῖον] χαλκίον omnes MSS. et Excerpta *Falckenburgiana*, quorum conspiratio facile veritatem illius lectionis persuadet. Sed *Kuehnius* hic ad marginem adscripserat, sibi videri forte legendum pro μακρὸν, Μαρικᾷ, quod nomen est *Eupolideae* fabulae, quam et adducit cap. XX. sed non ea me inducunt, ut contra MSS. sentiam, quorum scriptura est apprime bona. Hic vero quae porro e MSS. reddidimus sunt egregia. ita fuit ante nos post ὠνόμασεν· ἀνάκερμα δ' ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους εἴρηται. in istis nihil est, quod eruditum lectorem remorari possit. sed ferme praeterieram in Excerptis *Falckenburgianis* extare, ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους ἡ ἐπίχυσις εἴρηται.

93.

μελιτηρὸν ἀγγεῖον.] MS. μελιτήριον ἄγγος. Si χρῆσιν ipsam haberemus, facile forte ex versu diiudicaremus, hocne an vulgatum μελιτηρὸν ἀγγεῖον verius esset. Iung.

μελιτηρὸν ἀγγεῖον] Non contemsi MSS. lectionem μελιτήριον ἄγγος. Forsitan et illa vox restituenda sit apud *Hesychium*: Μελιτήμερον, ἡδὺ, γλυκύ. nisi malueris μελιτηρὸν et in *Pollucis* hoc et *Hesychii* loco, quod nec ego aspernor.

εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἰδεοματ. etc.] Quod sane sequitur ex MS. non dubitabis restituere, ita habente: εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσματοθήκην, κυμινοδόκον, Νικοχάρους εἰπόντος· eleganter ἡδυσματοθήκην· nam κύμινον inter ἡδύσματα· supra VI, 86. et in ἡδυσμάτων καταλόγῳ et *Alexidis* pariter diversis dramatibus apud *Athen.* lib. IV. habes similiter. Et κυμινοδόκον scribendum vel ex subiecta χρήσει clarum, quamvis ea in MS. omissa. vulgatum enim κυμινοθήκη mox suo loco sequitur ex *Demiopratis*. Tandem Νικοχάρους verum nomen ab MS. conservatum: *Nicocharmon* nullum novimus, et ut peregrinum eiicimus. Ille *Nicochares* et alias a nostro saepius citatur, Φιλωνίδου, ut *Suidas* scribit, τοῦ Κωμικοῦ, Ἀθηναῖος Κωμικὸς, σύγχρονος Ἀριστοφάνους· τῶν δραμάτων αὐτοῦ· Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, cetera. quarum ultima, ut vides, hic a *Polluce* adducitur. Eiusdem dramatis

mentio et apud *Scholiast. Aristoph.* in *Plut.* ubi de *Philonide* stulto adducitur Νικοχάρης Γαλατείᾳ, ubi libet optimum *Scholiastem* emendare, quum id facere neglexerint qui alias sua *Scholia* miscuere. *Philonidem* nempe traductum ob stultitiam et staturam enormem a *Comicis* narrat: et inter alia: περὶ δὲ τοῦ μεγέθους, φύλλιός φησιν· ἥτις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην. Scribe: Φιλύλλιος φησιν. *Comici* nomen et in *Polluce* corruptum saepius, ut dictum aliquoties:

ἥτις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην.

Sed Νικόχαρις ἐν Γαλατείᾳ apud eundem *Scholiastem* ibidem paulo inferius iterum laudatur in re eadem. Et ibidem paulo ante parilis nominis Γαλάτεια ab eo refertur alius et quidem Tragici, *Philoxeni Siculi.* Iung.

εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἰδεσμαι.] ἡδυσματοθήκην opportune MSS. et κυμινοδόκον pro κυμινοθήκην, quod ipsa *Nicocharis* χρῆσις confirmat, ubi κυμινοδόκον scripsi, quamvis ferme non intersit κυμινοδόκον an κυμινοδόχον ponas. Sed quis ille *Nicocharmus* in vulgatis: Νικοχάρμου εἰπόντος. optime Νικοχάρους MSS. et sic reposuimus: viderat et *Meursius* in *Attica Bibliotheca* Νικοχάρους emendandum, neque doctissimi viri diligentiam illa *Scholiastae Aristophanis* loca, quibus usus est *Iungermannus* noster, effugerunt. λεπτὰ καδίσκια sunt μικρὰ, *parva*, uti bene *Interpres. Anacreon*: Ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτὸν ἀποκλάς. Sed ego non possum non hic profiteri quod haud mediocri gaudio afficiar, cum *Iungermannum* video Φύλλιος in *Aristophanis Scholiaste* corruptum nomen mutare in Φιλύλλιος. idem enim et mihi venerat in mentem ad libr. VII, 192. In sequentibus paullulum ad sensum distinctionem mutavi, quae male vulgo posita *Pollucis* verba cum loco *Nicocharis* confundebat.

ἐν Γαλατείᾳ, Σοφαῖς π. etc.] Duo sunt senarii:

σοφαῖς παλάμαις τέκτονος εἰργασμένον
πολλὰ ἐν αὐτῷ λεπτὰ ἔχον καδδίσκια
κυμινοδόκον. —
Scitis elaboratum manibus fabri
multos exiguos cados in se continens,
cymini capsula etc. —

καὶ κυμινοδόχη pertinet ad seq. Kuehn.

ἐν Γαλατείᾳ, σοφαῖς π. etc.] Sed desunt in MS. ista, ἐν Γαλατείᾳ, σοφαῖς etc. usque ad καὶ κυμινοθήκη. Ea quoque constituere tentabimus. certe τὸ πολλὰ vel καὶ πολλὰ, vel

alio modo legendum, quo eruditioribus videbitur, versiculorum concinnandorum. tum ista *καὶ κυμινοδόχην* separandum a verbis *Comici*, ad quae non pertinent. et possunt iungi cum *κυμινοθήκην*. ita enim sequitur in MS. prioribus, ut dixi, omissis, *καὶ κυμινοθήκην δὲ, ἐν τοῖς Δημιοπράτοις*. Scilicet *εἴποις*, ut antea dictum fuit, omittit enim MS. *ἐστὶν εἰρημένη*. Si vero istud *κυμινοδόχην Pollux* scripsit, forte etiam *κυμινοδόκην* scripsit; ut *κυμινοδόκον* ex *Nicochare* adfert, quemadmodum MS. noster habet. Sed id non moramur, quum utrumque rectum sit: *κυμινοδόκην* tamen in verbis *Nicocharis* cum nostro MS. retinere volumus. Locum totum ita ex iis, quae tum in MS. tum quae in vulgatis solum, ut indicatum, restituendum suspicor partim, partim scio. nam ubi MS. lectio in promptu, suspicari non opus: *εἴποις δ' ἂν καὶ ἡδυσματοθήκην κυμινοδόκον, Νικοχάρους εἰπόντος ἐν Γαλατείᾳ,*

σοφαῖς παλάμαις τέκτονος εἰργασμένον,
(καὶ) πόλλ' ἐν αὐτῷ λέπτ' ἔχον καδίσκια.
κυμινοδόκον. —

καὶ κυμινοδόχην, καὶ κυμινοθήκην δὲ, ἐν τοῖς Δημιοπράτοις, sive vulgatam hic lectionem retinere velis, *Δημιοπράτοις* tamen omnino scribere debes. Sed ne aegre feras tamen me hic immorari, ista ultima ita putem vere restituenda, ut etiam augeamus, et nihil fere mutemus in vulgatis: *καὶ κυμινοδόκην, καὶ κυμινοθήκην·* (scilicet *εἴποις*) *καὶ κυμινοθήκη δὲ, ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἐστὶν εἰρημένη· ἐν δὲ* etc. En iam *κυμινοδόκην* quoque scribere non dubito. Ita enim iubet mox MS. ut audies. Caeterum ita prorsus et *Salmasius* noster *Nicocharis* versus a se conceptos ad me perscripsit, quod gavisus sum. Iung.

κυμινοδόχιον] *Casaubonus* in *Theophrast. Charact.* pag. 299. Seb.

Γελῴου 'Απολλ.] C. V. *Γελοίου*, male. non dubium est quin legendum *Γελῴου· Athenaeus* alium *Apollodorum Carystium* facit, siquidem alius fuit origine *Carystius*, alius *Gelous*. *Casaubon.* in *Athenaeum* lib. III. cap. 35. laudat *Apollodorum* in *ἀπολιπούσῃ* et *fortasse*, inquit, *scribendum est ἐν ἀπολιπούσῃ· reperio namque laudari hunc Poetam in Καρυστίοις ἀπολιπούσῃ. exemplum habes apud Suidam in ἐγκομβώσασθαι.* Festinavit vir doctissimus cum haec scriberet, alias enim facile animadvertisset mendum esse in *Suida*, legendumque esse *'Απολλόδωρος Καρύστιος ἀπολιπούσῃ.* emendationem firmat *Photius* Epist. 156. ubi hanc ipsam fabu-

lam dat *Apollodoro Geloo. Noster* infra c. 31. *Geloum* distinguit a *Carystio.* Kuehn.

Γελῴου 'Απολλ.] MS. *Γελοΐου 'Απολλ. Γραμματοποιῷ* ridicule. Sed voluit, credo, scribere *Γελωΐου*, iota ad latus adfixo, ut solet. Iung.

Γελῴου 'Απολλ. Γραμματοποιῷ] Cognovimus e MSS. lib. VII, 190. *Apollodori* fabulam esse *Γραμματιδιοποιὸν*, quam et ex veteri Codice *Athenaei Casaubonus* eruit, cum vulgo corrupte *Γραμματιδοποιὸς* legeretur: *Γραμματοποιὸν* vero fabulam *Apollodori* qui laudet, nemo est. sed *Γραμματόδειπνον*, quod sane a *Γραμματοποιῷ* non multum discrepat, enumerat in *Apollodori Geloi* fabulis *Suidas*, itaque legisse in hoc *Pollucis* loco *Meursium* existimo. viri doctissimi *Bibliothecam Graecam* adi. sed cum *Casaubono* et *Commentatoribus* eruditissimis *Γραμματιδιοποιῷ* hic restitui probem, praecipue cum et ipse *Kuehnius* in Codicis sui margine reposuerit. neque mirum adeo in re aliqua levicula vulgatis erroribus MSS. consentire. Quia vero plures fuerunt *Apollodori Comici*, dubium est plerumque, si *Apollodori* citetur fabula, cui sit illa tribuenda. *Γραμματιδιοποιὸν Apollodoro Carystio* quidam adscribunt, ut monuit ad *Athenaeum Casaubonus*. Sed ad *Apollodori χρῆσιν* accedamus, quae tanta labe fuit in vulgatis obruta, ut agnosci non posset. quis enim ista, etiamsi praeclare doctus, caperet? *κυμινοθήκη μεταξὺ τῶν λόγων τούτων εἶναι μοὶ δοκεῖ* sed nec ea, quae MSS. restituunt, omni difficultate carent. eorum itaque curam commendat eruditioribus *Iungermannus*. nobis lux quaedam affulget, an scrupulus iniicitur potius a Codice *Falckenburgiano*; ibi enim post *δοκεῖ* ista reperio: *κυμηνοθήκην οὐ γραμματιῶν περιφέρει* · scribendum nemo dubitabit *γραμματεῖον*. haec utique vulgatam *κυμινοθήκην* confirmant, quod eo nos magis sollicitos habet, quo de praestantia Codicis istius exploratius constat. attamen rationibus bene collectis *κυμινοδόκη* aptius est atque tempestivius: *κυμινοδόκον* enim, *κυμινοδόχην* et *κυμινοθήκην* enumerarat, ut nihil restet amplius quam *κυμινοδόκη*. igitur ita scribendum duxi cum plerisque MSS. in ceteris autem Excerpta libri *Falckenburgiani* fidelius existimo conservasse veterem scripturam aliis MSS. constituendi versus ergo videmus ipsum *Iungermannum* ita tentantem reficere: *γραμματεῖον περιφέρειν*, quod parum abest ab illa vera *Falckenburgiani* libri lectione, cuius ope totam *Apollodori χρῆσιν* ita refingo:

μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ·
κυμινοδόκην, οὐ γραμματεῖον περιφέρει.

Utuntur antiqui illa loquendi formula *μεταξὺ τῶν λόγων*, si ab illo, quem instituerunt, sermone abeant, et alia diversi generis interiiciant. sic occurrit apud *Platonem*. verborum itaque haec est sententia: *Interea vero dum haec loquimur, illud mihi videtur: cymini repositorium, non tabulam iudicialem circumportat*. haec nimirum ad excitandum risum sic solent aliquando interponi. Sed quod *Casaubonus* in ea fabula recoctum aliquem formularium aut litium procuratorem perstrictum velit, ego verissimum censeo vel ex hoc loco ubi *γραμματεῖον* fit mentio. *γραμματεῖα* vero litium esse instrumenta in scriptoribus Atticis notissimum est. videndae *Glossae*. nec obstat quod *Kuehnius* observet artifices ea comoedia tactos, siquidem sub *γραμματιδιοποιοῦ* persona egregie potuerit istiusmodi litium procurator exagitari. Porro in isto *Suidae* loco, quem *Kuehnius* noster egregie restituit, multis rationibus erratum est a doctissimis Viris *Heinsio*, *Croio*, *Casaubono*, qui cum ad *Apollodori* patriam non attenderent, tituli partem esse *Καρυστίοις* existimarunt. sed illos erudite correxit et de *Apollodoro* eiusque fabulis et hoc ipso *Pollucis* loco perbene disputavit *Gatakerus* Adv. libr. I. cap. IX. quem omnino legendum duco: verba hic ponerem, nisi longiora essent.

Γραμματοποιῷ] Vid. supra IV, 19. Seb.

Γραμματοποιῷ] *Γραμματιδιοποιῷ* legendum ex *Athenaeo* libr. VII. cap. 6. *Casaubono* annotante, qui et per hoc vocabulum videt *recoctum aliquem formularium aut litium procuratorem traduxisse ea fabula Poetam*; verum ex *Pollucis* lib. VII. cap. 33. sect. 30. patet, artifices inprimis scrinarios isto dramate tactos esse ab *Apollodoro*, ideoque inter artifices manuarios recensetur *Γραμματιδιοποιός* huius Poetae, conf. et lib. IV. cap. 2. C. V. servat *Γραμματοποιῷ*. *Salmas. Γραμματειοποιῷ*. Kuehn.

Γραμματοποιῷ] *Γραμματοποιῷ* hic MS. habet ut vulgo, supra IV, 19. *Γραμματιδιοποιός* est. et hic certe *Γραμματιδοποιῷ*, vel potius *Γραμματιδιοποιῷ*. vid. de hoc, ut et de *Apollodoro* plura apud *Casaub.* nostrum VII. *Athen.* 6. Iung.

κυμινοθήκη etc.] Ita habet C. V. *μηνοδόκη μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ κυμινοδόκει οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν·* ex quibus legerem, *κυμινοδόκη·*

— *μεταξὺ τῶν λόγων τῶνδε, τουτί μοι δοκεῖ*
κυμινοδόκην, οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν.

κυμινοδόκη dixit his verbis:

— inter hos sermones hocce videtur mihi
cymini docham, non γραμματεῖον in se continere.

Sic optime cohaeret locus alias mutilus, et verba *καὶ κυμινοδόχη* suo videntur restituta loco iure postliminii. Kuehn.

κυμινοθήκη etc.] MS. *κυμηνοδόκη μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ κυμινοδόκει οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν· εἰ δὲ* etc. En iterum praeclaram *χρῆσιν*, in qua vocabulum *γραμματείου*, nominis Comoediae *Γραμματιδοποιοῦ*, vel *Γραμματιδιοποιοῦ* potius cum *Casaubono* nostro, a litium instrumentis, dictae admonet. Sed ista inhaerentes MS. lectioni ita constituemus, quamvis non prorsus iis acquiescimus, sed a viris doctis in melius reformari possunt. Ita iuxta MS. tutissime nos: *κυμινοδόκη·* (sc. dicitur in *Apollodori* fabula):

μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ
κυμινοδόκη οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν.

Quamvis in ultimo malim *κυμινοδόκην οὐ γραμματεῖ' ἐμπεριφέρειν·* vel *γραμματεῖον περιφέρειν*. Sed de hoc eruditiores viderint. *κυμινοδόκη* certe scribendum fuit, pro quo nimis saepe vulgatus Codex nobis, ut coccyx, semper *κυμινοθήκην* recinebat, mendose satis tinniens. Iung.

94.

εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις] C. V. *εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστιάσεσιν ἔν τι τ. ἀ. καὶ ἡ ῥ. εἴρηται μ. ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης τοὺς ἀ.* etc. *si vero in conviviis necessariorum numero pars quaedam est ῥιπὶς, dictum quidem est de eo flabello, quod carbones animat etc. Gloss. ῥιπίζει, flabellat, ventilat. ῥιπιστήριον, flabellum. ῥιπιστὴς, flabellum.* ubi malim *ῥιπίς*. Kuehn.

εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις] MS. *εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστιάσεσιν ἔν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ ἡ ῥιπὶς* etc. Scribendum forte, *εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ἑστίας ἐστιν ἔν* etc. sed quid meis coniecturis indulgeo? MS. lectio vera est. *Si in convivationibus et necessarium flabellum est*, ut est certe, quo faciamus delicatis ventulum, vel muscis repellendis, *id quidem*, ait *Noster*, *dictum a Comico est super carbonibus exsuscitandis. nec tamen quidquam prohibeat, quominus et de instrumento, quo muscas abigimus, uti queamus.* Iung.

εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις] Optime MSS. *ἑστιάσεσιν·* ita in contextu reddidi. *ἔν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ ἡ ῥιπίς·* *καὶ* illud delituit in MSS. nos adiecimus haud gravatim. Sed quam erat id ridiculum in editis, *ἐπὶ τοῖς ῥιπίζουσι τοὺς ἄνθρακας·* egregie libri manu scripti: *ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης*. vide *Suidam* in *Ῥιπίζεται· τὸ γὰρ πῦρ*, inquit ibi, *οἱ ἄνθρωποι ῥιπίσιν ἐρ-*

ῥίπιζον. *Hesychius*: Ῥιπὶς, τὸ πλέγμα, ἢ ἐκ σχοίνων πέτασος· Ἀττικὸς δὲ ῥιπίδα, ᾧ τὸ πῦρ καίουσι· καὶ τραπέζας οὕτω λέγουσι. *Eubuli* duo versiculi apud *Athen.* lib. VI. in quibus est ῥιπίδος mentio, ita legendi: Ῥιπὶς δ' ἐγείρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας Θερμῇ παροξύνουσα τήγανον πνοῇ· hinc igitur ῥιπίζειν et ἐκριπίζειν, *inflammare, instigare. Aelianus*: οἱ δὲ συνενθουσιῶντες αὐτοῖς τῇ παραφόρῳ τῇδε φιλοτιμίᾳ ἐκριπισθέντες· non dissimili ratione nec ineleganter *Nicetas*: πολέμου φλόγα ἐκριπίζειν.

ἐπὶ τοῖς ῥιπίζουσι] MS. εἰρ. μὲν ἐπὶ τῶν ῥιπιζούσης τοὺς ἄνθρ. ἐν ἀχ. Ἀρ. (sine τοῖς). Et haec lectio non cedat vulgatae certe. Verba autem, quae *Pollux* e *Comico* adfert, sunt *Dicaeopolidis*, affaturientis τὴν πρέσβειραν πεντήκοντα κωπαΐδων κόραν· moxque subiicit: — ἄνθρακας δ' ἐγὼ ὑμῖν παρέξω — ad pueros, quo anguilla queat parari. Eodem dramate quoque antea in *Choro*:

οἷον ἐξ ἀνθράκων πρινίνων,
φέψαλος ἀνήλατ' ἐρε-
θιζόμενος οὐρίᾳ ῥιπίδι,
ἡνίκ' ἐπανθρακίδες ὦσι παρακείμεναι. IUNG.

Ἀριστοφάνης] Fol. 296. SEB.

οὐδὲν δὲ κ. καὶ ἐπὶ τὴν τῆς μ. ἀποσ.] C. V. ἐπὶ τῆς τὰς μύας ἀποσοβούσης· leg. μυίας, *de eo flabello, quod abigit muscas etc. Gloss.* μυιοσόβιον, *muscarium.* KUEHN.

οὐδὲν δὲ κ. καὶ ἐπὶ τὴν τῆς μ. ἀποσ.] MS. οὐδὲν μὴν κωλύει καὶ ἐπὶ τῆς τὰς μυίας ἀνασοβούσης καταχρ. Et hoc bene: ἐπὶ τῆς ἀνασοβούσης, ut ante MS. ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης· quasi ῥάβδου vel tale quid subaudires. habet tamen MS. μύας non recte. Sic mox MS. μυοσοβήν. IUNG.

οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἐπὶ τὴν τῆς μ. etc.] Reddidimus et hic veram textui lectionem e MSS. quae longe melior vulgata: ἐπὶ τὴν τῆς μυίας ἀποσόβησιν. Neque vero tantum flabellis istis uti solebant ad abigendas muscas, sed et ad ventulum faciendum, qui aestum temperaret. *Proclus* ad *Hesiodum*: τοῖς γὰρ τοιούτοις (ἐκπονοῦσι τὴν γῆν καὶ αὐτουργοῖς) οὐδὲν προσφερέστερον τῆς ἰσχυρᾶς καὶ δυσφθάρτου ταύτης τροφῆς, οὐ χιόνων δεομένης, οὐδὲ ῥιπιδίων, ἀλλὰ φυσικῆς εὐπνοίας. illud autem διὰ ῥιπισμοῦ καταψύχειν Graecis proprie fuit dictum, ψαινύζειν, ut ex *Hesychio* didici. ille flabellorum usus frequens fuit apud Romanos, meminitque inter alios saepe *Martialis*. Μυιοσόβιον autem et μυιοσόβη in *Glossis muscarium*, quo non solum a facie, sed et a mensis et carnibus abigebant muscas, ut constat e *Martiale*. Persas autem invenisse pri-

mos *μυιοσόβας* legisse memini, ni fallor, apud *Clementem.* eorum enim regio muscis erat infesta. unde locus *Menandri,* quem *Kuehnius* ex *Athenaeo* produxit, luce perfunditur.

ἔν γε τοῖς Μεν. Φιλ.] Locus *Menandri* extat apud *Athenaeum* lib. XI. c. 10.

— *ἤδ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι,*
Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. Kuehn.

ἔν γε τοῖς Μεν. Φιλ.] MS. *ἔν τε ταῖς Μεν. Φιλαδέλφαις ἔστιν ε.* an itaque *Φιλαδέλφαις* legendum, ut infra segm. 145. Viri docti haec diiudicent, in primis doctorum doctiss. *Casaubonus,* quod XI. *Athen.* 10. quoque hanc varietatem in nostro *Polluce* adnotavit. Locus vero quem *Noster* innuit, apud *Athenaeum* est, ut et idem summus vir admonuit quoque. ubi tamen *Φιλαδέλφοις* libr. XI. *Dipnos.* de *Labroniis,* ubi laudaverat *Menandrum ἐν 'Αλιεῖ·* subiicit: *ἐν δὲ Φιλαδέλφοις·*

ἤδη δ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι,
Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. Iung.

ἐν 'Αν. Κιθαρῳδῷ] *Anaxippi* Citharoedi mentio quoque apud *Athenaeum,* ut adnotavit *Casaub.* IV. *Athen.* 20. Iung.

μυιοσόβην] MS. *μυσόβην.* Iung.

παράστηθι] Pro *παράστηθι* legit *Vossii* Codex *στάθητι.* Kuehn.

παράστηθι] MS. *στάθητι.* legendusne itaque versiculus ita?

μυιοσόβην λαβὼν, στάθητι ἐνθάδε. Iung.

παράστηθι ἐνθάδε] Nihil est, quod in hoc loco culpes, nec sensum, neque verborum elegantiam: sed cum MSS. tamen pro *παράστηθι* fuit scribendum *στάθητι·* sic in *Menandro ἑστήκεσαν.*

95.

περὶ τῶν τοῦ μ. σκ.] *Salm.* titulum habet *μαγειρικὰ σκεύη·* C. A. qui hic pergit, *περὶ μαγείρου σκευῶν, de cocinatorio instrumento.* textus ipse ita incipit: *μαγείρου σκεύη, χύτρα χυτρίδαζε* etc. Kuehn.

περὶ τῶν τοῦ μ. σκ.] Capitis huius titulus in MS. *μαγείρου σκεύη.* Iung.

χύτρας] *χύτρας,* et cetera vasa coquinaria hinc enumerat *Bayfius* de Vasc. omittens tamen *ἰχθυοπτρίδας,* et *χάλκια* non recte proferens. ait vero *ὀβελίσκους* nos dicere *verucula* ex *Plinio* posse: *λοπάδια* vero et *λοπάδιον sartaginem,* vulgo Gallis *la poale,* vocabuli Graeci retentis vestigiis. Sed ad MS. nostrum. Iung.

ζευτάναν] C. A. ταύναν *) pro ζευτάναν. C. V. ζεστραῖαν. *Salm.* ζετάναν ex MS. KUEHN.

ζευτάναν] MS. noster ζετραίαν habet, quod sane propius ad vocabulum χύτρας vel χυτραίας accedit, unde id barbaro more corruptum fuerit, quam vulgatum. Sed ego nihil adfirmo: οὐ γὰρ οἶδα Θρᾳκιστί. IUNG.

ζευτάναν] Longe aliter MSS. nostri: ζετραίαν nimirum vel ζεστρίαν. Excerpta *Falckenburgiana* ζοιαῖαν, nisi me mei decipiunt oculi, quod parum a ζετραίᾳ differt. ζετραίαν igitur non dubitavi reponere. ita nimirum ollam existimo dictam ἀπὸ τοῦ ζεῖν, *a fervendo*: alii forte felicius.

καλοῦσι] καλοῦσιν abest a C. A. KUEHN.

ἐσχ. ἰχθυοπτίδας] MS. ἰχθυοπτρίδας. SEB.

ἐσχ. ἰχθυοπτίδας] C. A. ἰχθυοπρίδας. leg. forte ἰχθυοπτρίδας, ut habet *Augustanus* Codex, notante *Sebero* in *Indice*. KUEHN.

ἐσχ. ἰχθυοπτίδας] MS. auctius et emendatius: ἐσχάρας, ἐσχάρας ἰχθυοπτρίδας. Certe ἰχθυοπτρίδας, quod et *Seberi* MS. et noster supra VI, 88. restituendum videtur, quamvis ἰχθυοπτίδας mihi supra fere magis placeret. IUNG.

ἐσχάρας, ἰχθυοπτίδας] Deprehendimus aliquoties omissas in vulgatis editionibus voces bis positas. id etiam hoc loco contigit. sic enim in MS. bene: ἐσχάρας, ἐσχάρας ἰχθυοπτρίδας, non ἰχθυοπτίδας. Meminit autem paulo post *Pollux* noster ὀβελῶν βουπόρων, quorum et mentionem factam scio IX, 77. ibique vide quae notata. *Philo* libr. V. *Βελοπ.* inter arma, quibus hostis a moenibus est propulsandus et defendendus, enumerat βουπόρους ὀβελίσκους· τοῖς τε ἀκοντίοις καὶ ταῖς ζηβύναις καὶ τοῖς βουπόροις ὀβελίσκοις ἔσται τυπτέον· et postea pag. 99. βουπόρους eos appellat simpliciter.

καὶ ὀβελοὺς] Copulae absunt a C. A. ut et ὀβελοὺς, alterum tum ὡς ἐν Ἀ. Ἀ. KUEHN.

ἵνα * πήξω] Ita MS. quoque. Apud *Aristoph.* autem legitur ἵν᾽ ἀναπείρω· fol. 300. SEB.

ἵνα * πήξω] ἵνα πήξω etiam noster MS. habet, quum apud *Aristoph.* ἵν᾽ ἀναπείρω legatur, sicut *Seberus* noster adnotavit. IUNG.

96.

ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] MS. γέγραπται. SEB.

---

*) Fortasse βαῦνον. Ita infra s. 100. καὶ βαῦνον ἂν εἴποις τὸν χυτρόποδα. Vel potius βαύναν. Hesych. βαύνη, κάμινος. TOUP.

ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] C. A. *τοῖς δ. γέγραπται· καὶ ἄρτημα ὀ.* C. V. etiam leg. *ἄρτημα*. *Hesych.* *Ἀρτήματα, ὅρμια τοῖς ἀγκίστροις προσαρτώμενα, καὶ κόσμια τινά.* ergo *ἄρτημα* esset *pondus veruculis appensum*. *Interpr.* leg. *ἄρτυμα·* male. Kuehn.

ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] MS. *ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις γέγραπται καὶ ἄρτημα ὀβελίσκων·* quae omnia ita scribenda puto, certe *Δημιοπράτοις*, et *ἄρτημα·* certe *ἄρτυμα* vulgatum ineptissimum est. condimento enim veru opus non habet, si Diis placet: *ἄρτημα ὀβελίσκων* probe, de laqueo quo veru suspensum, in quo quasi versabatur. versatile veru, credo, vidisti: ab *ἀρτᾷν*. Quod vero ad *πέπραται* attinet, id semper scribere *Pollux*, credo, non sibi praescribit, sed interdum *εὑρίσκεται* ait, interdum *γέγραπται*, ut hic MS. *Seberi* etiam. et supra segm. 24. ita notavi quoque. Iung.

ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] Arripuerunt librarii, quod creberrimum in hoc *Pollucis* libro ipsis occucurrerat, et id ubique locum habere existimarunt; sed MSS. fideliores *γέγραπται* prae se ferunt, non *πέπραται*, quod equidem solum usurpasse *Pollucem* non crediderim. et ipsum illud *γέγραπται* alibi MSS. monentibus restituisse me commemini. *Ἄρτυμα* mox erat in vulgatis, quod inutile. libri veteres, et ex iis textus *ἄρτημα·* non dissimili ratione *Ἄρτημα, ὁ τελαμὼν, ἐξ οὗ ἤρτηται τὸ βαλλάντιον*, apud *Etymologum*; et *Hesychius*: *Ἀρτήματα, ὅρμια τοῖς ἀγκίστροις προσαρτώμενα, καὶ κόσμια τινά*, quidni dicas igitur etiam *ἄρτημα ὀβελίσκων*, *lorum*, *funem* vel quidvis aliud, *unde verua suspenduntur?*

καὶ κρατευτὰς] C. A. *κρατευτὰς δὲ, κ. κ. ἱρεῖς κοπίδες σφραγίδες σφάγιον, τορύνη* segm. seq. omissis interiectis. Kuehn.

Δημιοπράταις] Iterum scribe *Δημιοπράτοις*, ut MS. noster habet. Iung.

ἐστὶν εὑρ. μολυβδ.] Segm. 102. divisim *μολύβδου κρατηταί·* et mox: *μολυβδίνους κρατευτάς*. Seb.

ἐστὶν εὑρ. μολυβδ.] MS. *εὑρεῖν ἐστὶν, μολυβδοκρατευτάς· τὰ μὲν Δημ. οὐ μόνον τοὔνομα παρὰ Ἀριστ. ἐστιν ἐν τοῖς Ἱππεῦσιν, ἐπιπαστιλίχων δημ.* etc. sine *εἰρημένον*. *Aristophanis* versus non longe ab initio est *Ἱππέων*, et ita hodie legitur:

ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ᾽ ὁ βάσκανος,
ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος.

Pollux noster tamen scribit praesenti *ἐπίπαστα λείχων*, si libris fides. Ita ergo emenda hic:

ἐπίπαστα λείχων δημιόπραθ᾽ ὁ βάσκανος. Iung.

τὸ μὲν οὖν Δημ. ὄνομα] Multo praestantius MSS. *τὰ μὲν οὖν δημιόπρατα, οὐ μόνον τοὔνομα* etc. quae sic omnia reddi-

dimus in textu. obiter autem hic monere constituit de *Δημιοκράτοις Pollux*, siquidem a re non sit alienum, et quinam isthac voce usi sint auctores, ostendere. nos aliquando de hac re *Pollucem* adnotasse meminimus. scire vero licet ex iis, quae sequuntur e vestigio apud *Onomasticographum* nostrum, illa *δημιόπρατα* in columnis plerumque fuisse perscripta, unde et illa loquendi ratione, *ἔστιν οὖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον*, usus est *Athenaeus*; dicitur enim proprie quid *ἀναγεγραμμένον ἐν στήλαις*. ita quidem et noster *Pollux*: *ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις ἀναγέγραπται*. *Deipnosophistae* locus est lib. XI. sed paululum corruptus, cui me indice bene erit, si sic scripseris: *Ἀθηναῖοι δὲ ἀργυρᾶ ποιοῦντες κέρατα ἔπινον ἐξ αὐτῶν. ἔστιν οὖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον· οὕτως δ' ἐν στήλῃ ἀνακειμένῃ ἐν Ἀκροπόλει, ἣ τὰ ἀναθήματα περιέχει·* ita vulgo: *ἀναγεγραμμένον οὕτως, ἐκ στήλης ἀνακειμένης* etc. sane *τὰ Δημιόπρατα* cum ista *στήλῃ*, quae in Arce posita donariorum nomina continebat, non confundi decet, cum utraque diversissima esse ipsa res ostendat; et vitio dedisse originem arbitror iota in antiquis Codicibus ad latus appositum, quod itaque propter similitudinem figurae saepius in *σίγμα* degeneravit. Porro diversis in locis reconditas esse istas publicatae supellectilis columnas satis constare existimo, quod neque *Casaubonus* ad *Athenaei* locum, quem citavi, observare praeteriit ex hoc ipso aliisque *Pollucis* nostri locis. Mox e MSS. inserui *ἄλλοις· παρὰ τοῖς ἄλλοις κωμῳδοδιδασκάλοις*.

λείχων] Vel *λείχων*, apud *Aristoph. Act. I. Scen.* 1. locus est, sed ibi *λείξας* extat: *λείχων* autem est *Act. III. Scen.* 1. ubi *Scholiastes*, *ἐνταῦθα διὰ ἐνεστῶτος, ἐν δὲ προφθάσασιν, λείξας, διὰ ἀορίστου*· integer locus est:

> *ἐκάνασσα λείξας δημιόπραθ', ὁ βάσκανος*
> *ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος.*
> *Postquam bona publicata atque divendita*
> *pro scitamento abligurriit ille invidus,*
> *ebrius stertit in his supinus pellibus.*

De *Cleone* Demagogo et Atticae Reipublicae sanguisuga sermo est. Kuhn.

δημιόπρατα] Atheniensium mos fuit, cum alicuius sontis bona publicabantur, vaenum illa in auctione exponere. atque omnia quae ita vendebantur, minima, maxima, in columna insculpebant, quam vel in Arce dedicabant, vel in aliis locis urbis, aut vicinorum pagorum: *Casaub. Anim. in Athen.* libr. XI. cap. 9. Descriptiones autem istas appellarunt Graeci

Δημιόπρατα etc. vid. eiusdem notas in *Iul. Capitolin.* pag. 253. *Schol. Aristoph.* ad vocem *Δημιόπρατα* in *Vespis: ἐδήμευον γὰρ τινὲς καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν κοινὰς ἐποιοῦντο*, fol. 334. Sel.

παρὰ τοῖς κωμῳδοδ.] Commodum C. V. inserit *ἄλλοις κ.* id quod praecedens oratio omnino postulat, *οὐ μόνον* etc. Kuehn.

παρὰ τοῖς κωμῳδοδ.] MS. *ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις κωμῳδοδιδασκάλοις·* bene *ἄλλοις*, quod inseramus omnino. est enim necessarium: *non solum apud Aristophanem*, ait, *sed et alios comoediarum magistros vocabulum Δημιόπρατα reperitur.* Iung.

Λυσίου λόγ. ἐστὶν εἰρ.] Leg. *Λυσίᾳ.* praeterea et Lysiae est recitata Oratio pro publice venditis *πρὸς Εὔδαιον*, contra Eudaeum; vel simile nomen fuit. vid. *Harpocrat.* in *χύτροι.* Kuehn.

Λυσίου λόγ. ἐστὶν εἰρ.] MS. *Λυσίᾳ λόγος ἐστὶν* sine *εἰρημένος.* Iung.

Λυσίου] Fefellit librarium particula *πρὸς*, ad quam *Lysiae* nomen pertinere credidit. res tamen secus se habet; scribendum enim cum MSS. *Λυσίᾳ*: praeterea vero *Lysiae oratio dicta est de bonis publicatis*: neque aliter in *Meursii Attica Bibliotheca* scriptum reperio. ille tamen ibi cum vulgatis *πρὸς Εὔθιαν*· sed nos malumus *Εὔθιαν* cum MSS. quam vocem frustra sunt qui mutare in animum inducunt.

97.

πρὸς Εὔθιαν] MS. *Εὔθιαν.* Et ita locus certe legendus: *πρὸς δὲ καὶ Λυσίᾳ λόγος ἐστὶν εἰρημένος ὑπὲρ τῶν Δημιοπράτων πρὸς Εὔθιαν* sive hoc ultimum rectius nosti. certe nomen proprium est eius, contra quem illam orationem dixit *Lysias.* De quodam *Euthia τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων* illo tempore *Harpocratio* mentionem facit, et ex eo *Suidas.* si tamen quid tu rectius istis nosti, candidus imperti: si non, his utere mecum. Iung.

στήλαις, αἳ εἰσιν ἐν Ἐλ.] C. V. *κεῖνται·* quae positae sunt Eleusine ad perpetuam memoriam. Kuehn.

στήλαις, αἳ εἰσιν ἐν Ἐλ.] MS. *στήλαις, αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι*, vulgata elegantius. Iung.

στήλαις, αἳ εἰσιν ἐν Ἐλευσῖνι] Melius in MSS. *κεῖνται*, et mox *περὶ τὼ θεώ*. illorum autem, qui *Cererem et Proserpinam* impie laeserant, bona esse publicata ex *Demosthene* cognovimus et eius *Commentatore Ulpiano.*

περὶ τῶν θεῶν] C. V. *περὶ τοῖν θεοῖν.* legendum *περὶ τὼ θεώ*, vel *παρὰ τ.* circa, *apud duas Deas*, *Cererem* scilicet *et Proserpinam*, *mysteriis vel evulgatis, vel imitatione inter priva-*

tos parietes aliisve modis profanatis. Huiusmodi impios capitis damnabant, bonis publicatis et in fiscum redactis sacrum, columnisque in templo erectis bonorum publicatorum divenditorumque ibi perscribebant catalogum. Kuehn.

περὶ τῶν θεῶν] MS. περὶ τῷ θεῷ Δημ. Iung.

ἐστὶν] MS. ἔστιν. Iung.

μολύβδου κρατῆται.] An κρατευταί? quomodo mox. Seb.

μολύβδου κρατῆται.] C. V. μολυβδοκρατευταί, ut seg. praeced. Kuehn.

μολύβδου κρατῆται.] MS. καὶ μολυβδοκρατευταί. Sic clare MS. Et non dubito hanc veram esse scripturam, quam *Pollux*, si reviisceret, pro sua agnoscat facile. Explodamus itaque vulgatam, quae viris doctis hactenus imposuit. Clarum et si praecedentia repetas, ubi segm. praeced. postquam κρατευτὰς, et κρατευτήρια proposuit, καὶ ὡς ἐν τοῖς Δημιόπρατοις εὑρεῖν ἐστιν, ait, μολυβδοκρατευτάς· quibus παρενθετικῶς quasi quid fuerint Δημιόπρατα, quod nomen tam saepe adducat in hoc libro quot paginis, subiicit, et iterum ad vasa coquinaria et materiam, quam in praesens tractandam suscepit, rediens: *in quibus columellis, ait, quae Δημιόπρατα exhibent, tum alia multa vasa nominata habentur, tum illud μολυβδοκρατευταί*: quibus subdit *Eupolin* etiam dicere duabus voculis μολυβδίνους κρατευτάς. Iung.

μολύβδου κρατῆται.] Verum est: in hoc loco ineptias egerunt eruditissimi viri, sed nihil est, reposita MSS. lectione, quod quaeras. non una vero corruptela, quicunque tandem is fuerit, locum inficere fuit contentus, sed de suo confinxit etiam αἱ μολύβδου κρατῆται· quorsum enim illud αἱ, quod bene MSS. reiiciunt. De κρατευταῖς vero pauca notanda. *Pollux* profecto per κρατευτὰς et κρατευτήρια nihil intellexisse aliud videtur quam ipsa veru, quod equidem ex rerum, quas tractat, sequela liquidum existimo. eaque notione vocem illam a veteribus usurpatam esse *Hesychius* ostendit: Κρατευταὶ, ὀβελίσκοι. Vocabulum hoc occurrit in *Iliade I.* ibique summopere exercitos habuit *Grammaticos*, qui varie sunt interpretati. Versiculus hic est:

πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο κρατευτάων ἐπαείρας.

καὶ ἴγδην etc.] MS. noster: *καὶ ἴγδιν δὲ αὐτὴν κεκλήκασιν, Σόλων ἔν τε τοῖς* etc. Sed omnia emendata ad lectionis vulgatae exemplum per aliquem, excepto *ἴγδιν*, quod et ad oram relatum *ἴγδις*· et sic semper hic MS. nec id reiiciam. non minus probum quam vulgatum est, quamvis hoc forte pluribus locis hodie extet. Certe apud *Pollucem* nostrum vel ideo recipiendum ex MS. putem, quod in subiectis *Iambis* tam *Solonis* quam *Antiphanis* ita omnino scribi necesse sit cum MS. vel versuum causa, ut mox videbis. De *ἴγδη* vero potes videre et *Nunnes.* Not. ad *Phrynichum* in *ἴγδη* et *Foës. Oecon. Hipp.* in *ἴγδη*. *Solon* in *Iambis* et ab *Athenaeo* laudatur, ut *Casaubonus* adnotavit XIV. *Athen.* 14. Iungerm.

καὶ ἴγδην δὲ αὐτὴν κέκληκε Σ.] Quod ubique a nobis in *Polluce*, et in hoc factum est loco, ut ne MSS. lectio, si vel saltim aequet vulgatum, facile reiiciatur. igitur *κεκλήκασι Σόλων τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις* textus habet pro istis *κέκληκε Σόλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις*· quae non aeque sunt plena et elegantia ac *κεκλήκασι Σόλων τε καὶ ἔτι σαφέστερον Ἀντιφάνης Κοροπλάθῳ*, sic enim iungenda. Porro hic et in sequentibus, ubi iam MSS. auctoribus *ἴγδις* legitur, ante nos extitit *ἴγδη*· vox quidem illa proba, sed cuius nulla nobis habenda ratio est, siquidem illam expellant MSS. In *Glossis* utrumque est, *ἴγδη* et *ἴγδις*, exponiturque *pila*, *mortarium*. similique modo *Hesychius* et *Etymologus* *Ἴγδη*, *θυεία*. *Suidas* etiam: *Ἴγδη*, *ἡ τριβαία*. sed non minus usitatum est *ἴγδις*. *Scholiastes Aristophanis* ad *Vespas*: *Θυεία δὲ ἡ ἴγδις, ἀγγεῖον εἰς*

ὃ ἐμβάλλοντες κινὰ ἀρτύματα τρίβομεν καὶ λειοῦμεν· inde ὑπὲρ ἴγδιν τρίψιες apud *Agathiam Anthol.* lib. IV.

οἵ γὰρ φασσιανοί τε καὶ ἰχθύες, αἵ θ' ὑπὲρ ἴγδιν
τρίψιες, ἢ τε τόση βρώματος ἐξαπάτη.

Subit itaque mirari, quid virum summum *Is. Casaubonum* induxerit, ut sic scriberet ad haec *Athenaei* lib. IX. ῥόδια τὰ εὐοσμότατα ἐν ἴγδει τρίψας. *Libri meliores ἐν ἴγδῃ· recte: nam ἴγδις pro pilà et mortario non dicitur, sed ἴγδη.* non equidem renitor, quominus in *Athenaeo* restituas ἴγδῃ, si iubeant MSS. Codices, sed tam ἴγδιν quam ἴγδην pro *pila* et *mortario* usurpari exploratissimum est. *Sopingius* tamen in eodem luto haesit. *Phrynichus* autem argutatur, cum θυείαν dicendum monet, non ἴγδην, vel, ut habet editio Veneta, ἴγδιν. cur enim utrumque non usurpetur et probum habeatur, cum apud castissimos occurrat scriptores? Praeterea, si auctores, qui θυείας et ἴγδιος vel ἴγδης meminerunt, componas, constare arbitror θυείαν et ἴγδην nihil prorsus differre. alia tamen ratione apud Romanos *mortarium* et *pila*, quae quidem utraque vox respondet in *Glossis* τῇ ἴγδῃ· errant enim illi, qui quin pro una semper eademque re *mortarium* et *pila* poni soleant, dubitari non posse affirmant. nam verissima est eorum sententia, qui in pila tundi aliquid, in mortario terendo confringi et minui statuerunt. *Ovidius* in *Ibin*:

Aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in alta:

ad quem locum *Vetus Scholiastes*, citante *Menagio* ad *Diogenis Anaxarchum*, ita commentatur: *Anaxarchus in mortario positus fuit, et sicut sinapi contritus*, ubi si mortarium adhibuerit pro pila, in qua minutum *Anaxarchum Ovidius* dixit, equidem fecisse male censendus est, aut saltim liberius ac par est vocem illam usurpasse. alias rectissime profecto *Anaxarchum* in mortario contritum inquit sicut sinapi. nunquam enim in pila sinapi, sed in mortario conterebatur. Graeci vero cum de *Anaxarcho* loquuntur, quam *pilam Ovidius*, *mortarium* antiquus *Scholiastes* appellavit, ὅλμον dicunt, quo de *Hesychium* vide: *Glossae mortarium* et *pilum* ὅλμον exponunt. porro de pila et mortario *Isidorus* egregie *Origin.* IV. c. 11. ubi se satis bene discrimen utriusque vocis cepisse ostendit, et pluribus in locis *Scribonius Largus* in eandem rem consentit, ut observavit perbene Vir Doctissimus *Ioh. Rhodius* ad *Comp.* CXI. Sed sicuti fieri solet, ut cognatae significationis voces saepissime confundantur, ita et usu venit in istis utrisque. nam negari certe nequit, quin alterum aliquando alterius usurpatum sit loco. in *Glossis* certe ubi, ut diximus, fre-

quenter pro una voce Graeca *mortarium* et *pila* ponuntur, ita factum esse non dubitamus. De vocabulis autem Graecis *θυεία* et *ἴγδις*, si quis attentius cogitet, forsitan et huic in mentem nonnulla de ratione veniat, quoddam utriusque discrimen esse, et *θυείαν* proprie valere, quod *pilam* denotare diximus, ἴγδιν vero, quod *mortarium*. profecto in istis, quae adduximus, locis *τρίβειν* ad ἴγδιν pertinere vidimus, quanquam *Scholiastes Aristophanis* ad *Εἰρήνην*· *Θυεία, ἀγγεῖον εἰς ὃ ἐμβάλλοντες τινὰ ἀρτύματα τρίβομεν καὶ λειοῦμεν,* et ad *Vespas*: *θυεία δὲ ἡ ἴγδις*· et quae sequuntur eadem cum istis, quae posuimus. at id ipsum forteau, ut apud Romanos, ab usus licentia pendere potuit. sed in his ne nimis diu haereamus; id notandum restat ἴγδιον ab ἴγδη apud recentiores in celebri usu fuisse. hinc in *Glossis* MSS. *Ἴγδη, τὸ ἴγδιον*· quin etiam pro patella voculam usurpasse videtur auctor *Glossarum* in *Sirachidem*. *Τρυβλίῳ, ἰγδίῳ ἢ πινακίῳ*· propter formae scilicet similitudinem.

Σόλων] Etiam *Clem. Alexandr.* II. *Paed.* 1. licet *Phrynichus*: *θυείαν λέγε, μὴ ἴγδην*· pag. 26. Seb.

* *σπεύσιδα οἱ μὲν ἴγδ.* etc.] Interpres videtur exprimere voluisse *σπένδουσιν*· forsan ad hunc modum: *Σπένδουσιν* (aut *σπένδουσι δ'*) *οἱ μὲν ἴγδην* (nescio an ἴγδιν rectius) *οἱ δὲ σίλφιον, Οἱ δ' ὄξος*. Seb.

* *σπεύσιδα οἱ μὲν ἴγδ.* etc.] C. V. *Πευσίδ' οἱ μὲν ἴγδιν* etc. C. A. *σπεύσιδ' οἱ*· forte, *Σπεύσουσι δ'*, *propere afferent*. ita legit et *Casaubonus* in *Athenaei* lib. XIV. c. 14. et *Salm.* in h. l. Kuehn.

* *σπεύσιδα οἱ μὲν ἴγδ.* etc.] Initium *Soloniae χρήσεως* corruptum quivis videt; nec iuvat ibi MS. noster, habens: *Πευσίδ' οἱ μὲν ἴγδιν*· cetera ut vulgo. bene ἴγδιν· nec aliter debet. Alias restituendus videtur locus, ut restituit *Casaubonus* XIV. *Athen.* 14.

σπεύδουσι δ' οἱ μὲν ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον,
οἱ δ' ὄξος. —

deesseque verbum *φέροντες*, aut simile alind. Visum id et *Sebero* nostro. Iung.

σπεύσιδα οἱ μὲν ἴγδην] Exercuit eruditos viros hic locus, qui variis illum coniecturis tentarunt. sed MSS. quibus sacramentum diximus, alia longe fovent: *Πευσίδ' οἱ μὲν ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον, οἱ δὲ ὄξος*· quae etsi non plane intelligamus, sic tamen integra in textum restitui curavimus, ut in MSS. leguntur; nam illi plerumque aut ipsam veram lectionem, aut vestigia verae proxima conservarunt. de ἴγδιν res est ex iis,

quae diximus, manifesta. sed quid faciamus illa voce *Πευ δα*, quae omnino prae se ferre videtur accusativi formam indulgendum ingenio, si forsitan res bene cedat. Vocem e existimo fuisse antiquam *πευσίδα*, quae designaverit *olla* aut simile quid, et emanasse a quodam vetusto verbo, cui reliquias servaverit *Hesychius* in istis: *Πευθεὶς, ἑψηθεὶς*· i didem etiam fluxisse videtur illud vocabulum, quod et in *H sychio* reperio: *Πευδρία, ἀρτοθήκη*· scribendum itaque in *S lonis* versiculo dixerim: *Πευσίδ' οἱ μὲν κ' ἴγδιν* etc. *ollam i quidem et mortarium etc.* forsitan aberramus toto coelo, quis tamen invenerit meliora, candidus impertiat. [Exercu nos mirum in modum *Solonis* locus. sed adducta video ad pr bandam vocem *πευσὶς* a me *Hesychii* verba: *Πευθεὶς, ἑψηθε*; corruptelam in haec invasisse non credo. aperiam tamen er dito lectori, quae in mentem venerit cogitatio: *πευθεὶς* pronuncietur ex communi consuetudine Graecorum, eunde ferme reddet sonum, quem *πεφθεὶς*· unde forte ita deber scribi quis colligere velit, de qua re arbitretur doctus lec tor. Facili vero negotio *Solonis χρῆσιν* in Iambos refinger datur: *Πευσίδα οἱ μὲν κ' ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον, Οἱ δὲ ὄξος* — vid etiam segm. 131. Sequenti nota explicui *Antiphanis* obscu rum locum. posterioris *χρήσιος* hic ex carminis lege esse de bet positus: — *τὴν θυείαν ἀγνοεῖς; Τουτέστιν ἡ ἴγδις.* Ex *Addendis.*]

Κοροπλάθῳ] C. A. *Κοροπλάθα*· leg. *Κοροπλάθῃ*. versu *Antiphanis* ita legerem:

> *γύναι, πρὸς αὐλὸν ἦλθες ὀρχῆσαι* (C. V. *ὀρχήσει*· C A. *οἰχήσει*) *πάλιν*
> *τὴν ἴγδην· τὴν θυείαν ἀγνοεῖς;* —
> *Mulier venisti ad saltandum iterum ad tibiam igdin: mortariumne ignoras?* —

Athenaeus legit *ἴγδις* per *ι* et ita semper C. V. Kühn.

ὀρχήσῃ] MS. *ὀρχήσει*. Seb.

ὀρχήσῃ] MS. *ὀρχήσει*, ut *Seberi*, et mox MS. *ἴγδιν*. si itaque haec concipe:

> *γύναι πρὸς αὐλὸν ἦλθες, ὀρχήσῃ πάλιν*
> *τὴν ἴγδιν.* —

ubi iterum *ἴγδιν* vel ex *οὐχ ἡμιτελέστῳ* etiam versu scribendan tibi liquet. Iung.

ὀρχήσῃ κ. τ. ἴγδην.] Non sine MSS. est, quod in textu dederim *ἴγδιν*· librariorum ignorantia evenit ut ubique bi *Pollucem* pro *ἴγδι ἴγδῃ* insederit. neque id adeo mirandum cum etiam viros eruditissimos vox illa deceperit, ut supra

nobis dictum. mox supplevimus e MSS. ἔστι μὲν οὖν ἴγδις· vulgo legebatur: ἔστι μὲν ἴγδη· scilicet non raro librarii resecare solebant illas partes vel particulas, quae ipsis sine sensus detrimento abesse posse videbantur. in *Polluce* infinitis id locis accidit, nec minus in aliis auctoribus. ista vero vitia aut prorsus non, aut difficillime possunt animadverti; quivis tamen facile videt, compositionis elegantiae haud parum hoc modo deteri. In *Antiphanis* etiam altera χρήσει error in vulgatis commissus. sic editum fuit ante nos: Ἰὴν θυείαν ἀγνοεῖς; τουτέστι τὴν ἴγδην· sed commodissime MSS. τουτέστιν ἡ ἴγδις· *illud ipsum est* ἴγδις, seu *mortarium*: scioli, qui rem non capiebant, mutarunt. pro ὀρχήσει, quod est in MSS. rectissime scripseris ὀρχήσεις. Inveni autem in *Etymologo Magno* quod ad hanc rem pertineat. is ita scribit: ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἰγδίσματα, ἐν ᾗ ἐλύγιζον τὴν ὀσφῦν ἐμφερῶς τῷ δοίδυκι· itaque nomen habet a saltandi forma ἡ ἴγδις. Ex *Antiphane* vero quae adfert *Noster* hoc loco turpiuscula sunt: θυεία est inter voces et figuras meretricias, quae σχήματα dicuntur: αὐλός, *cauda virilis*. saltaverat autem quis haud dubie cum meretrice τὴν ἴγδιν, iveratque post haec cum ea concubitum; tumque eum ad meretriculam illa dixisse verba satis mihi constat. iocatus igitur in simili significatione utriusque vocis dixit illi meretriculae: Τὴν θυείαν ἀγνοεῖς; τουτέστιν ἡ ἴγδις· unde et MSS. lectionem *Interpretes* nostros non bene reiecisse patet. Sed quid ego in tali re commoror, quam non attigisse fuerat satius.

ἔστι μὲν ἴγδη] MS. μὲν οὖν ἴγ. Seb.

ἔστι μὲν ἴγδη] MS. noster: ἔστι μὲν οὖν ἴγδις καὶ etc. et ita scribe sis. οὖν interserit et *Seberi* MS. Male supra IV, 101. in vulgatis, ubi εἴδη ὀρχήσεως recensentur, id omissum, ubi ex MS. restituimus: ἀπόσεισις etc. καὶ ἴγδις· et ibidem μακτρισμόν· utramque puto ab hoc coquinario alveo nuncupatam. Iung.

τ. θυείαν ἀγν. τ. τὴν ἴγδην.] C. V. τουτ. ἡ ἴγδις θυῖα. *Salm.* C. τουτέστιν ἡ ἴγδη, θύεια. C. A. modo Κωμικῶς. Kuehn.

τ. θυείαν ἀγν. τ. τὴν ἴγδην.] MS. τὴν θυΐαν ἀγνοεῖς; τουτέστιν, ἡ ἴγδις θυΐα· sed vulgata lectio placet, modo scribas, ut *Pollux* velle videtur, ἴγδιν. Iung.

104.

τὸ δὲ πύρανον] Supra VI, 88. πύραυνος. *Etymol.* παρὰ τὸ πῦρ ἐναύειν ἐν αὐτῷ. Apud *Hesych.* etiam Πύραυνος, ἀγγεῖον ἐν ᾧ φέρεται τὸ πῦρ. Seb.

τὸ δὲ πύρανον] C. V. τὸ δὲ πύραυνον etc. πυραυνόν et Salm qui et πυρόφορον ex Hesych. Kuehn.

τὸ δὲ πύρανον] MS. τὸ δὲ πύραυνον· et ita ad oram quoque in MS. Et ita certe emendare debes. nam praeter Hesych qui: Πύραυνον, εἰς ὃ ἂν πῦρ ἐναύηται, δαδίον, ἢ βόλβετον, ἢ τοιοῦτόν τι· οἱ δὲ τὸν θέρμανστριν· (ubi malim θέρμαυστριν) et Noster supra in eodem instrumento coquinario VI, 88. πυραύνους· quo genere et apud Etymolog. extat. et forte apud eund. Hesych. ubi legitur antea: Πύραινος, πῦρ ἐνδυόμενον λέγεται δὲ καὶ τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ φέρεται καὶ τὸ πῦρ οὕτω· etiam legendum sit Πύραυνος· πῦρ ἐναυόμενος· λέγεται etc. Certe Λ in Δ potuit etiam facile corrumpi. Et coniecturam nostram ex Eustathio firmare queamus, qui παρεκβολαῖς extremis ad Ὀδυσσ. ε. ἐκεῖθεν (agit enim de verbo αὔειν, unde deducit vocem πυραύστης) καὶ πύραυνος κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ πῦρ ἐναυόμενος. Ceterum hoc σκεῦος H. Stephanus hic in margine sui Codicis Gallice reddidit Reschault. Bayfius de Vasc. chauferetté. Iunius Nomenclatore, une palette a feu, paelle, ou poale: batillum nempe. De batillo plura doctiss. Casaubonus Notis in Trebell. Poll. D. Claudium. Iung.

τὸ δὲ πύρανον] Lectionem MSS. nemo erit, qui in dubium vocet. igitur in textu restitui πύραυνον· nec aliter habuit, nisi me fallunt scripturae compendia, Codex Falckenburgii.

ὀρξῦ] δόξα C. A. Kuehn.

καὶ κοπ. καὶ δορ.] C. A. μαχαιρίδες, καὶ κοπίδες, καὶ δορίδες. Salm. adiectum notat ad oram V. C. καὶ μαχαιρίδες. Kuehn.

καὶ κοπ. καὶ δορ.] H. Stephanus adnot. Athen. 85. ubi locus est corruptus. nempe illa lib. IV. Dipnosoph. ex Anaxippi Cithároedi innuens, quae et in Thesauro affert ita:

στέλεόν, σκαφίδας τρεῖς, δορίδα, κοπίδας τέτταρας.

Et sic se ex Eustathio corrigere ait, nec aliter hodie ea eduntur. Et Eustathius quidem δορίδας ex Aelio Dionysio μαγειρικὰς τραπέζας exponit ad Ἰλ. β. Iung.

(καὶ μαχαιρίδες.)] E MS. Seb.

(καὶ μαχαιρίδες.)] καὶ μαχαιρίδες etiam in MS. nostro sunt, et male vulgo omissas patet ex sequenti χρήσει. Iung.

Ἀριστοφάνης γοῦν] Absunt a C. A. usque ad μαγειρικῶν. Kuehn.

Ἀριστοφάνης γοῦν] Sed porro restitue ut in MS. sequitur: Ἀριστοφάνους γ᾽ οὖν, (sive vulgatum γοῦν mavis retinere) ἐν Ἱππ. ὁ μαγ. Vulgatum enim sine sensu. Ἀριστοφάνους μάγειρος, ἤγουν ὁ παρ᾽ Ἀριστοφάνει μάγειρος. Iung.

'Αριστοφάνης etc.] Qui potuerint pristinam lectionem, quae compositionis regulis conveniens est, mutare librarii, equidem miror, neque dubitavi *'Αριστοφάνους* reponere. sed maius in sequentibus est commissum flagitium, ubi integra linea a Codicibus editis deest. sed bene iam res vertit, quod id damnum bona fide MSS. resarciant: *κοπὶς τῶν μαγειρικῶν* est *κοπὶς μαγειρική*, quod iam ad superiora *Iungermannus* observavit.

μαχ. δὲ πληγαῖς etc.] C. V. *τε πληγὰς ὥσπερ καὶ ἐν τῷ γήρᾳ ὁ αὐτὸς ποιητὴς εἴρηκεν, κοπίδι τῶν μαγειρικῶν ἐκ δὲ τούτων* etc. Kuehn.

μαχ. δὲ πληγαῖς etc.] Insignem defectum iterum explet MS. noster, ita habens, *μαχαιρίδων τε πληγὰς· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ γήρᾳ ὁ αὐτὸς ποιητὴς εἴρηκεν· κοπίδι τῶν μαγειρικῶν· ἐκ δὲ τούτων, καὶ* etc. quae *αὐτολεξεὶ* ita restituas. Prior *χρῆσις* ex Comoedia, quae adhuc extat, est, hodieque edunt *μαχαιριδίων*. Versus sunt:

ἔγωγε νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς
ἠνεσχόμην ἐκ παιδίων, μαχαιριδίων τε πληγάς,
ὑπερβαλεῖσθαι σ' οἴομαι τούτοισιν, ἢ μάτην γ' ἄν.

Quos plures adscripsi, ut videas etiam non refragante modulo versuum, si me pedum ratio non fugit, posse in illis quoque reponi *μαχαιρίδων*, ut in MS. nostro est, quamque lectionem agnovisse *Pollucem* videmur non vane adstruere ex eo, quod praeposuit *καὶ μαχαιρίδες*. Dicit autem ista *Agoracritus* vel *Allantopola*, *'Αριστοφάνους μάγειρος* in ea Comoedia, ut *Pollux* dicebat. Iung.

*καὶ τυροκνῆστις, ἣν * κόβυλιν κ.*] Eadem accentus sede apud *Hesych.* legitur; at supra VI, 89. itemque apud *Suid.* et *Eustath. Iliad.* fol. 819. *τυρόκνηστις·* quae ib. *τυροτόμος μάχαιρα·* fol. autem seq. in genere *μαγειρικὸν σκεῦος*. Seb.

*καὶ τυροκνῆστις, ἣν * κόβυλιν κ.*] C. V. *καὶ τυρονῆσις ἣν καὶ κύβηλιν καλοῦσι·* C. A. in textu *κηβήλην·* ex V. C. *Salmasius κόβυλιν· Hesych.* *Κυβηλὶς* est *machaera, securis*, qua bos prosternitur mactandus. Kuehn.

*καὶ τυροκνῆστις, ἣν * κόβυλιν κ.*] MS. *καὶ τυροκνήστης, ἣν κύβηλιν καλοῦσιν.* Et quod ad primum attinet, MS. noster mox variat, *τυροκνῆστις* et *τυροκνῆστιν* habens. et supra VI, 89. *τορικνηστὶν* corrupte. credo itaque potius eum vulgatum *τυροκνῆστις* confirmare hoc pacto, quod et *Hesych.* habet. Et in *Anaxippi Citharaedo* apud *Athen.* lib. IV. *τυροκνῆστιν παιδικήν*. Apud *Casaubonum* nostrum tamen ibi IV. Anim. 20. *τυρόκνηστιν* scribitur, ut et apud *Suid.* et

Eustath. esse adnotat *Seberus* noster. Sequatur per me quod volet quis. Mihi cum *Magno Casaubono* magis placet scribere τυρόκνηστις, quum et ita *Eustathius* apud *Athenaeum* legisse in *Anaxippea* χρήσει videatur. Alterum vero κύβηλιν, quod constanter et in seqq. MS. omnino reponendum credam pro vulgato κόβυλιν. ad quod et *H. Stephanus* in suo Codice adnotarat: ἴσως κύβηλιν. Sic *Eustath.* cuius locum libet adscribere ex parecbolis ad Ἰλ. λ. ἐν ἐκείνῳ (Ἀθηναίῳ) δὲ διασαφεῖται καὶ ὅτι ἡ ἐν ἁπλότητι μὲν κνῆστις, συνθέτως δὲ τυρόκνηστις, μαγειρικὸν σκεῦος ἦν· καθά, φησι, καὶ ἡ ζωμήρυσις, καὶ οἱ ὀβελίσκοι, καὶ ἡ κρεάγρα, καὶ ἡ θυεία, καὶ ὁ στελεός, καὶ αἱ κοπίδες, καὶ ἡ κύβηλις, καὶ ἡ χύτρα, ἡ καὶ κακκάβη etc. Respexit ad ista apud *Athen.* IV. in *Anaxippi Citharaedo*:

ζωμήρυσιν φέροις, ὀβελίσκους δώδεκα,
κρεάγραν, θυΐαν, τυροκνῆστιν (vel τυρόκνηστιν) παιδικήν,
στελεόν, σκαφίδας τρεῖς, δορίδα, κοπίδας τέτταρας etc.

Sic distinxi cum *Eustathio*, qui τὸν στελεὸν peculiare σκευάριον certe ait, nec confundit quasi adiectum τυροκνήστει, ut *Dalechampius* fecit, interpretando *radulam puerilem cum manubrio.* — quod iam et a *Magno Casaubono* notatum est, quem vid. IV. *Athen.* 20. Ultimus versiculus *Anaxippi* ibi est:

καὶ τὴν κύβηλον τὴν ἀγωνιστηρίαν.

Sed κύβηλιν scribit *Eustathius*, quod melius esse ex *Hesychio* quoque noster *Casaub.* ibidem notat. Ut itaque ad istud κύβηλιν redeamus, ne tantillum morèris illud recipere, habes et apud *Suidam*, et inde κυβηλιστὴν *Comicum*, et apud *Etymolog.* et supra VI, 89. ita quoque ex MS. nostro et *Seberi*, utrisque *Palatinis* repositum fuit. Hic, ne vel hoc omittam, ad nostri MS. oram nescio quis adscripserat, ἄλλως κόβηλον. quod non moramur. Iuns.

* κόβυλιν] MS. κόβηλιν. At supra VI, 89. idem MS. cum editis κύβηλον. P. κύβηλιν. Excerpta *Athenaei* κύβιλιν. Melius (inquit *Casaubon.* Animadv. IV, 20.) κυβηλίς, ut in *Hesychio*, qui hanc vocem diligenter exposuit. Seb.

* κόβυλιν] Vitiosissimam hanc scripturam cum alia meliori MSS. commutavimus. vestigia quaedam lectionis verae asservavit *Falckenburgii* Codex, in quo κύβυλιν. sed utriusque literae υ et η similitudo non difficulter fefellisse potuit hominem non accurate attentum. stellulam utroque loco, hic et paulo inferius, quam *Seberus* addiderat, delevi.

ὧν ἡ μὲν τυροκ.] C. A. *ὧν τοι τυροκνῆστιν Πλάτων φησὶν, ὡς καὶ Ἀ. Αἰ.' ἡ δὲ κόβυλις* etc. Kuehn.

ὧν ἡ μὲν τυροκ.] MS. *τυροκνήστις ἐστίν. Platonis Adonis* et apud *Athen.* laudatur, ut indicat *Casaub.* X. *Athen.* cap. ult. et apud *Aristoph. Schol.* in *Σφῆκας* eius mentio. Iungerm.

καὶ Ἀριστοφάνης Αἰολ.] MS. *Ἀριστοφάνους.* Seb.

καὶ Ἀριστοφάνης Αἰολ.] MS. *καὶ ἐν Ἀριστοφάνους Αἰολοσ.* quo pacto scribere possumus. et ex suo enim *Ἀριστοφάνους* adnotat *Seberus* noster. parum tamen refert. Iung.

καὶ Ἀριστοφάνης Αἰολοσ.] Textus habet MSS. lectionem, quae non potest non placere. in *Aristophanis* etiam versu illum ordinem sequutus sum, quem praeeunt MSS.

ἐσχάρα, τυροκνῆστις.] *Salmas. ἐσχάρα* locat ultimum in versu hoc modo: *δοῖδυξ, θύεια, τυρόκνηστις, ἐσχάρα.* Kuehn.

ἐσχάρα, τυροκνῆστις.] MS. *θυία, τυροκνήστις, ἐσχάρα.* Et scriptum bene! resultat inde elegans versiculus ipse *Aristophaneus*, quem ita iam scribas, integrum senarium:

δοῖδυξ, θυΐα, τυρόκνηστις, ἐσχάρα.

Cui prorsus parilem observo in Comoedia superstite *Σφηξὶν* hunc:

δοίδυκα, τυρόκνηστιν, ἐσχάραν, χύτραν. Iung.

*ἡ δὲ * κόβυλις*] C. V. *κύβηλις.* Kuehn.

*ἡ δὲ * κόβυλις*] Scribe ut MS. habet: *ἡ δὲ κύβηλις, ἐν φ.* Iungerm.

Φιλήμωνος Ἁρπ.] MS. *Φιλήμονος.* Seb.

Φιλήμωνος Ἁρπ.] C. V. *ἐν Φιλήμονος Ἁ.* Kuehn.

Φιλήμωνος Ἁρπ.] MS. *Φηλήμονος.* Sed scribere debes, ut in *Seberi* fuit, *Φιλήμονος.* Idem drama ab *Athenaeo* laudari, adnotat *Casaub.* XIV. *Athen.* c. ult. supra tamen VII, 28. *Ἁρπαζομένη* fuisse. ubi MS. sane noster deficiebat, et etiam forte *Ἁρπαζομένῳ* legendum est. Iung.

ὁρῶ μ. etc.] C. V. *ὁρῶ μαγείρου καὶ κύβηλιν κ. σ.* *video coqui cybelin et scapham.* C. A. post *μαγείρου* habet *προσονομαστέον.* Kuehn.

ὁρῶ μ. etc.] Ipsa *χρῆσις* hic in MS. ita, *ὅρω μαγείρου κ. κύβηλιν σ. σκ.* Et non dubitabis ita emendare hunc senarium:

ὁρῶ μαγείρου καὶ κύβηλιν καὶ σκάφην. Iung.

ὁρῶ μαγείρους etc.] Equidem haut aspernor lectionem vulgatam, quae commodo sensu non destituitur. sed cum MSS. *μαγείρου* habeant, morem illis gerendum duxi.

105.

* *πέλεκα*] *Interpr.* vertit *bipennem*, legens, *πέλυκα*, a *πέλυξ*, quod pro *securi* extat *Ierem.* *XXIII*, 29. et *Ezech.* *IX*, 2. alia autem significatione supra segm. 78. si vera ibi lectio. sed vide an et hic interpretis vera. SEB.

* *πέλεκα*] C. V. *πέλυκα*. *Hesych.* *Πήλυξ*, *ῥαγάς*, *πιλός*, *κοχλιός*. KUEHN.

* *πέλεκα*] Pro *πέλεκα* MS. noster clare *πέλυκα*, quod reponendum arbitror. certe vulgato facile praestet, licet de voce non, quod dicam, habeo ultra ea, quae *Seberus* noster. Nec enim placet de *ligneo catino* interpretari, quia supra segm. 78. *πέλυκα* ita fere erat, sed vulgo; MS. enim *πέλεκα* habebat. et *Aeolicum* vocabulum noster *Pollux* inter usitata hic, nos non praemonens, non tam facile aggerat, sat scio. capiamus ergo, interim dum quid certius dicant alii, de *securicula coquinaria*. IUNG.

* *πέλεκα*] Consensum MSS. floccifacere non potui. ex iis igitur est, quod in textu legas *πέλυκα*· de hac similibusque aliis egimus supra copiose.

Δημιοπράταις] Scribe iterum *Δημιοπράτοις*, ut in MS. Vocabula singularia, quae ex *Δημιοπράτοις* *Noster* solet adferre, adnotanda diligenter videntur. non enim temere apud alios auctores, ni fallor, occurrunt fere. Sic *δευτήρ*. Alterum tamen et apud *Hesychium* est, modo eum emendes, et scribas mecum: *Γαστρόπτης*, *σκεῦός τι μαγειρικόν*. vulgati enim *γαστρόπης* exhibent. sed quam facile illud adpendulum τ potuit omitti, vel effugere oculos non nimis attendentes. IUNGERM.

Δημιοπράταις πέπραται] Solenne in hoc *Pollucis* volumine vitium hic sustulimus. pro *πέπραται* Excerpta *Falckenburgiana* legunt *γέγραπται*, quod ego quidem hoc loco longe opportunius existimaverim τῷ *πέπραται*· ex hoc itaque Codice solo, quod saepius feci, lectionem illam restitui. *γαστρόπτης* vasis genus fuisse videtur in quo animalium omenta ventresque assabant; tale quid enim compositionis ratio suadet. *δευτήρ*, si coniecturae probabili locus, instrumentum quoddam fuerit forsitan, quo edulia apparanda madefaciebant.

σκεῦος] C. V. *δευτὴρ κοινὸν ἀ. κ. μ.* omisso *σκεῦος*, ut et *τῶν τοῦ μαγείρου σκευῶν* et *προσχρηστέον* usque ad *ἄβακα*. KUEHN.

δεύειν] MS. prior. edit. *δεύνειν*. Seb.

δεύειν] *δεύειν* et MS. noster recte habet. Iung.

σκευῶν] *σκευῶν* in nostro MS. omissum est, sed alia manu inter lineas insertum. Iung.

Κλεοβούλῳ] C. V. *Κλεοβουλίναις*· recte. vide *Laërtium* in *Cleobulo*. *Cratini* drama hoc laudatur et *Athenaeo*. Kuehn.

Κλεοβούλῳ] MS. *ἐν Κλεοβουλίναις*. Bene. ita emenda pro vulgato *Κλεοβούλῳ*· *Cleobulinae* et apud *Athen.* laudantur, de quibus vid. *Casaubonum* nostrum IV. *Athen.* 21. qui ob varietatem Codicum fere haeret. putemque et apud *Schol. Aristoph.* ad *Ὄρνιθας* non longe ab initio, ubi *Κρατῖνος ἐν Κλεοβούλοις*, pariter emendandum, *Κλεοβουλίναις*, Et libet suspicari supra VII, 41. etiam *Κλεοβουλίναις* scribendum, ut hic MS. habet, ubi vulgo *Κλεοβουλίνῃ*, MS. vero deficiebat. Iung.

Κλεοβούλῳ] Plurimum ab hoc titulo differt quem MSS. praeferunt *Κλεοβουλίναις*, qui quidem verus est, et reponendus eiecto *Κλεοβούλῳ*· nititur autem haec scriptura non tantum Codicum vetustorum auctoritate, sed et clarissimis Grammaticorum testimoniis. habuit haec fabula nomen a *Cleobulina* filia *Cleobuli*, qui recensetur inter septem Graeciae sapientes. *Diogenes Laërt.* I, 98. *ἧς* (*Κλεοβουλίνης*) *μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν ὁμωνύμῳ δράματι πληθυντικῶς ἐπιγράψας*· ubi *Casaubonum* vide. Porro *Pollucis* illam emendationem, quam e MSS. asseruimus, perspectam habuit *Meursius* in *Attica Biblioth.* ubi et inter alia ipsum illum *Scholiastae Aristophanis* locum, quemadmodum *Iungermannus* hic emaculavit, vir doctissimus refecit. Quod ad *Cratini* *χρῆσιν* attinet, illa locupletior fieri potest e MSS. quamque ibi lectionem reperi, totam in textum transtuli. habuit etiam illam mantissam liber *Falckenburgii*, sed tam corrupte, ut non possit adgnosci. sed qui isti *βάλανοι ἐκ φιττέως?* ingenue dicam me id nescire. non enim crimini ducitur ignorantiam suam fateri. sentire si quis cum *Kuehnio* velit, per me licet.

ἐπιδ. βαλ. ἄβακα] C. V. addit, *τῶν ἐκ φιττέως*, *tradidit nucum abacum e domo Pithei*: legerem enim *ἐκ Πιτθέως*. scil. *οἰκίας*. Kuehn.

ἐπιδ. βαλ. ἄβακα.] Ceterum hoc potius notandum, hic integram extare *χρῆσιν Cratineam* in MS. itaque sic ex MS. restitue:

ἐπίδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ φιττέως.

Sic MS. de loco nos viri docti docebunt isto: meminit alias huius χρήσεως *Noster* et supra VI, 86. Iung.

καὶ ἀβάκιον ἂν εἴποις.] MS. ἀβ. ἂν αὐτὸ εἴπ. Seb.

καὶ ἀβάκιον ἂν εἴποις.] C. A. ὃ καὶ ἀ. et omittit iterum, ἂν εἴποις etc. usque ad σκεύους segm. sequ. Kuehn.

καὶ ἀβάκιον ἂν εἴποις.] MS. noster: καὶ ἀβάκιον δ' ἂν αὐτὸ εἴποις etc. plenius. ut et *Seberi*, excepto, quod δ' omittat. Iung.

καὶ ἀβάκιον ἂν εἴποις.] Ita vulgo. perfectius libri veteres: ἀβάκιον δ' ἂν αὐτὸ εἴποις. videndus illa de voce *Ammonius*, seu *Herennium* mavelis cum quibusdam vocare. sed quid sibi *Pollux* voluit, cum alia notione *Lysiam* usurpasse vocabulum illud diceret? et quid igitur apud *Lysiam* ἀβάκιον et τραπέζιον? existimo *Lysiam* ἀβάκιον dixisse *tabulam lusoriam*, de qua significatione monuit et alibi *Pollux* noster et *Ammonius*. *Polyb.* lib. V. αἱ ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψῆφοι. et τραπέζιον itaque *mensula lusoria*.

μετ' ἀβακίου] *Cum parvo abaco mensulaque se ipsum vendens.* Kuehn.

ἑαυτόν.] MS. ἑαυτῶν· quod non rectum puto. Iung.

106.

καὶ ἐπὶ ὀψοφόρου] *De mensa, cui infertur cibus, abacum usurpare etiam licet*: nam alias κυλικοφόρος tantum est *abacus*, unde a quibusdam describitur quod sit *repositorium*, in quo scyphi et pocula disponebantur. *Gloss.* ἄβαξ, *abacus, armarium.* alii κυλίκειον reddunt *abacus*, quod in *Glossis* est *vasarium*: vid. *Athenaeum* lib. XI. c. 2. Kuehn.

καὶ ἐπὶ ὀψοφόρου] MS. plenius, καὶ ἐπὶ τοῦ ὀψοφόρου. Iungerm.

ὥσπερ καὶ κακκάβην] *Aemilianus* apud *Athen.* χύτραν interpretatur. vide *Casaub.* Anim. lib. IV. cap. 20. ubi et de sequenti *Eubuli* loco, item de *Alexidis* dramate, cuius mox mentio segm. seq. Seb.

ὥσπερ καὶ κακκάβην] C. A. κακκάβαν τ. λ. ἑ. εἰ. Kuehn.

Ἀριστοφάνους ἐν Σκηνὰς κ.] C. A. Ἀ. ἐν Σκηναῖς omisso καταλαμβανούσαις· at C. V. ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις, additque ipsam χρῆσιν· τὴν κακκάβην γὰρ κάετοῦ διδασκάλου. leg. κ. γ. ἔκαε τοῦ δ. *cacabum enim adussit praeceptoris.* Kuehn.

Ἀριστοφάνους ἐν Σκηνὰς κ.] MS. Σκηνὰς καταλ. ut *Seberus* recte edidit, habuit, sed quis ineptus id mutavit in

Σκηναῖς. vid. de hoc dramate *Casaub.* nostrum IV. *Athen.* 20. *Aristophanis* χρῆσις vero ex ista fabula apud *Athenaeum* libr. IV. qui tamen *κακκάβην* pro *χύτρᾳ* accipit ibi, est ista: *τὴν κακκάβην γὰρ Καρύστου διδάσκαλον*. Sed quid malum alios auctores nostro MS. praevertor. extat eadem enim in MS. nostro, et forte rectius: *τὴν κακκάβην γὰρ καετοῦ διδασκάλου*, Quae certe saniora videntur. *διδασκάλου* facile in *διδάσκαλον* corruptum fuit. et pro *καετοῦ* puto scribendum *κάε τοῦ*. vix enim puto fingendum proprium: *comburebat* vel *combussit*, vel *combure*. Sic itaque *Pollucis* locum restitue: *Ἀριστοφ. ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις,*

τὴν κακκάβην γὰρ κάε τοῦ διδασκάλου.

Unde et in *Athenaeo* locus emendandus videtur, quamvis alias non nesciam *Carystias* patinas Athenis expetitas, ut ibidem ex *Parasito Antiphanis κάκκαβος* circumscribitur:

— *Καρύστου θρέμμα γηγενὴς ζέων*. Iung.

Ἀριστ. ἐν Σκ. καταλ.] Saepius a nobis huius fabulae mentio est facta. de ista vero nitida loquendi formula, *Σκηνὴν καταλαμβάνειν, θέαν καταλαμβάνειν*, vel *προκαταλαμβάνειν*, *praeoccupare commodum videndi locum*, videndus omnino vir eruditissimus *P. Leopardus* lib. I. cap. 15. At vero vulgati Codices destituuntur istis *Aristophanis* verbis, quibus *κακκάβην* dixit, cum tamen locum apposuisse *Pollucem* satis sit manifestum ex istis *εἰπόντος Ἀριστοφάνους*· iacturam istam MSS. resarciunt. eodem prorsus modo, ut in aliis MSS. extitit hic locus in libro *Falckenburgii*.

ἐν δ' Εὐβ. Ἴ. εἰρ. Τρ. καὶ π. etc.] C. A. *κατάνια, κακκάβια λ. κάκκαβον* etc. Kuehn.

ἐν δ' Εὐβ. Ἴ. εἰρ. Τρ. καὶ π. etc.] MS. *ἐν δὲ Ε. Ἴ. ε. Τρυβλία δὲ καὶ πατ.* Et ita supple, versiculosque ita concipe:

Τρύβλια δὲ καὶ πατάνια, καὶ κακκάβια,
καὶ λοπάδια. — Iung.

ᾧ ἕτερόν τι ὄν] G. V. *ὡς ἕτερον ὄν*. Kuehn.

ᾧ ἕτερόν τι ὄν] Sequitur in MS. *ὡς ἕτερον ὂν παρὰ τὴν λοπάδα τούτῳ τὸ σχ.* Viri undequaque doctiss. arbitrantur locum *Eubuli* a *Polluce* ideo afferri, ut evincat non plane idem esse *πατάνειον* et *λοπάς*· ab *Athenaeo* vero, ut probet non semper idem esse *βατάνειον* et *πατάνειον*, quamvis uterque non firmo argumento nitatur. Sunt autem apud *Athenaeum* libr. IV. ita ista: *Εὔβουλος δ' ἐν Ἴωνι, καὶ βατάνεια καὶ πατάνεια λέγει ἐν τούτοις*·

τρυβλία δὲ, καὶ βατάνεια, καὶ κακκάβια,
καὶ λοπάδια, καὶ πατάνεια, πυκνά, ταρφέα.

Sed, quod cum ipsorum venia dictum sit, non *Pollux* ideo attulit, sed eam ob causam quod viderentur κακκάβια et λοπάδια non eadem esse; dixerat enim, nos adpellaturos patinam vel λοπάδα, κακκάβην, quum *Aristophanes* ita usurpet. Sed, subiicit, in *Eubuli* Ione dictum habetur, καὶ κακκάβια καὶ λοπάδια· *quasi*, ait, *hoc sit alia forma vas*, quod κακκάβην diximus, *quàm* λοπὰς, *quasi differat a* λοπάδι. Scribendum autem videtur: ὡς ἕτερον ὂν, παρὰ τὴν λοπάδα, τοῦτο τῷ σχήματι· ὡς certe omnino reponere debes, ut et priores editiones *Pollucis* habent, litera ς quamvis plane extrita. Hoc tamen miror, quum *Athenaeus* βατάνεια habeat primo versu *Eubuli*, ubi *Pollux* κατάνια, quod πατάνεια secundo versu *Athenaeus*, *Pollux* vero hic omittit, ut nihil ad suum propositum de discrimine κακκαβίων καὶ λοπαδίων faciens: *Nostrum* enim plane videri id non adgnovisse, βατάνεια inquam. mox enim, ubi de πατάνῃ et πατανίῳ incipit dicere, πατάνια pariter ex alio *Eubuli* loco adfert. Sed segm. 108. βατανίου iuxta MS. nostrum memineris, ut ἰδιωτικοῦ et politioribus non usitati vocabuli, id reperiri ait in *Hipparchi* dramate, quum tamen id in *Eubuli* loco apud *Athenaeum* sit, quem et *Noster* attulit, sit et in *Antiphanis* et *Alexidis* dramatum locis ideo ab *Athenaeo* adnotatum. in quorum tamen neutro *Nostri* Codices id agnoscunt, ut singulis locis indicabimus. Haec nimirum viri docti excutiant. nam nostrum hic nihil statuere absque illorum praeiudicio. Iung.

ᾧ ἕτερόν τι ὂν] Reposuimus in textu ὡς ἕτερον ὄν. quibus sensus inest probus. In *Eubuli* loco fuit vulgo Τρυβλία καὶ πατάνια.

εἴποις] MS. omittit εἴποις· et recte, ni fallor. Satis enim est κέκληκεν, quod mox sequitur. quod quo se alias referat? *Antiphanes* nimirum κάκκαβον nominavit τὴν κακκάβην, iuxta vulgarem consuetudinem. Sic *Phrynichus*: κάκκαβον διὰ τοῦ η κακκάβην λέγε· τὸ γὰρ διὰ τοῦ ο ἀμαθές· καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η. ubi *Nunnesium* vide, ubi notat mendum vulgatum hic, quum modo κακκάβιον antea ederetur. sed iam bene κάκκαβον edidit noster *Seberus*, ut et in MS. extat. Malim vero ἐν Δαιταλεῦσιν legere cum *Athenaeo* apud *Phrynichum*, quamvis *Nunnesius* de ea re dubitet. Ex illis adfert *Athenaeus* haec: κἄγειν ἐκεῖθεν κακκάβην. Iung.

εἴποις] Interseruisse voculam hanc festinantem librarium, ut sententiam sustineret parum a se intellectam, MSS. docent. eorum factum est auctoritate, quod *εἴποις* eiecerim. Descendit autem, ut et *Nunnesius* ad *Phrynichum* observat, a Graeca voce *κάκκαβος* Romanorum *cacabus*, quem *πάνθειψιν* *Colloquia Scholastica*, *λέβητα* *Glossae* veteres exponunt. *Dolabella* de *Limitibus*: *Iuxta sepulturam sunt buxus, sunt etiam cineres, aut cacabos invenis, aut orcas fractas, aut certe integras.* unde certe et cineres mortuorum in cacabis conditos esse colligitur. Graecae vocis meminit et *Hesychius*, *Κακκάβη, κρίκος ἢ χύτρα*, (sic scribendum) *ἣν ἡμεῖς κάκκαβον*. ubi et ille satis manifeste vulgarius esse *τὸν κάκκαβον* ostendit. Idem: *Κάκκαβος, ἡ λοπὰς ἢ πέρδιξ*. *Eustath.* ad *Il.* ψ. *ὅτι δὲ κακκάβη καὶ σκεῦος ἐστὶ χαλκοῦν, ὅπερ κοινῶς κακκάβιον λέγεται, δηλοῖ ὁ γράψας τὸ, ἐν κακκάβῃ ζεούσῃ.*

Ἀντιφάνης κ. εἰπὼν Παρ.] C. A. *εἴποις ὡς Ἀντιφῶν Παρασίτῳ·*

κάκκαβον σὺ δ' ἂν εἴποις λοπάδα ἐμοὶ δὲ τοὔνομα
οἴει δ. εἴτε κάκκαβον χαίρουσί τινες ὀνομάζοντες
εἴτε πτύβην.

Vulgatam et lectionem et versuum constitutionem tuetur *Athenaeus* lib. IV. c. 20. et ibi notata. Kuehn.

Ἀντιφάνης κ. εἰπὼν Παρ.] MS. ita: *εἰπών· Παρασίτῳ κάκκαβον λέγων, σὺ δ'* etc. Sed male. Pauló altius repetendi versus ex *Athenaei* libr. IV. ut omnia tibi planiora:

— *ἄλλος ἐπὶ τούτῳ μέγας*
ἥξει τὶς ἰσοτράπεζος, εὐγενής. Τίνα
λέγεις; Καρύστου θρέμμα γηγενὴς ζέων·
εἶτ' οὐκ ἂν εἴποις; ὕπαγε, κάκκαβον λέγω,
σὺ δ' ἴσως etc.

Ubi et *ἥξει* cum *Dalech.* et melioribus *Casauboni* Codicibus scripsi, non ut vulgo *ἕξει*. Sed ad *Pollucem* nostrum. Iungerm.

λέγω.] C. V. *λέγων*. Kuehn.

σὺ δ' ἴσως etc.] Prior. edit. *καὶ ἴσ.* Mox *οἴει* repositum pro *δοκεῖ*, quod non tantum sic apud *Athenaeum*, sed nec in MS. aliter legatur. Si autem sensus, quem et expressit *Dalechampius*, et *Casaubonus* non obscure approbat: *nomen tu nihil differre puta*, ut hoc innuat qui ista loquitur, non curare se verborum proprietatem, neque videri sibi quicquam interesse, quo nomine vas illud appellet etc. tametsi revera interim aliud sit *κάκκαβος*, aliud *λοπὰς*,

et toto genere ab his diversum *αἴτυβος*. Si, inquam, sensus ille, fortassis legendum alicui videri possit:

——— *οὐ μὴ τοὔνομα*
οἷον διαφ.

Nisi, *ἐμοὶ δὲ τοὔνομα οἴει διαφ.* exponere libeat, *nomen vero tu mihi differre putas?* Iudicium esto penes candidum lectorem, quem insuper rogo veniam, si pro *οἴει*, *δοκεῖ* relictum maluerit. Seb.

λοπάδ'.] C. V. *λοπάδα*. Kuehn.

λοπάδ'.] *λοπάδα* MS. Bene vero *σὺ δ' ἴσως* etc. edidit *Seberus* noster, ut apud *Athenaeum* quoque est, unde et in suo Codice ita reposuerat hic *H. Stephanus*. Iung.

οἴει διαφ.] *οἴει διαφέρειν* in versibus *Antiphanis* non est sollicitandum: *οἴει* enim Atticum est pro *οἴῃ putas*. *Suid.* *οἴει*, *ὑπολαμβάνεις*. Kuehn.

κάκκαβον τινες χαίρ. ὀνομ.] Pro *χ. ὀνομάζειν*, e MS. et nota *Sylb.* Nam Graecis usitatum participium pro infinitivo ponere addito verbo, quod animi aliquam affectionem significet, ut et cessandi, perseverandi verbo: (ut *Soph. Oed. Tyr.* v. 891. *Θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων*·) apud *Athen.* legitur *χαίροντες ὀνομάζουσιν*. Sed apud eundem etiam secus lib. I. fol. 29. *τινὲς χαίρουσιν ἐπαινοῦντες τὰ παρ' αὐτοῖς*. Seb.

κάκκαβόν τινες χαίρ. ὀνομ.] C. V. *κακκάβους*. Kuehn.

κάκκαβόν τινες χαίρ. ὀνομ.] MS. *οἴει δ. ε. κάκαβον χαίρουσίν τινες ὀνομάζοντες* etc. non bene caetera quod ad ordinem; nisi quod *οἴει* recte, ut et *Seberus* noster pro *δοκεῖ* recte ex MS. et *Athenaeo* reposuit, nec dubitari debet. Post *αἴτυβον* autem hic mox interrogationis notam velim addi, ut apud *Athenaeum* est. eo enim sensu optimo legas: quum enim alter quaerat: *Fortene tu λοπάδα dicere voluisti? Quid*, infit alter, *an tu mihi differre ista nomina putas*, *sive quis ita vel ita adpellare gaudeat?* rem ipsam nimirum spectabat potius iste liguritor parasiticus, puto. nec aliter profecto sentit *Casaubonus* noster IV. *Athen.* 20. ut apud ipsum videre potes notantem *Eustathium*, qui haec male cepit, quique non respexit ad *Pollucem* ista proferens ad *Il. λ.* ut *Nunnesius* ad *Phrynich.* putavit, sed ad *Athenaei* librum IV. unde et quae praedixit certe deprompsit ex *Anaxippi* ibidem Comoedia. Sed ex nostro *Casaubono* et hoc adnotandum, priusquam mittamus hunc locum, apud *Athenaeum* esse *χαίροντες ὀνομάζουσιν*· quod mirum apud *Eustath.* epitomen et nostrum neglectum esse, quum in eo verborum elegantia

et metri lex una neglecta sit: *Est enim*', ait ille ὁ πάνυ, *venustatis Atticae*, χαίροντες ὀνομάζουσι, *pro* nominant,' *vel* nominare solent. Et male sane antea edebatur, χαίρουσιν ὀνομάζειν. Iam tamen ex MS. suo χαίρουσιν ὀνομάζοντες optime edidisse videtur *Seberus* noster. quod cum et MS. 'noster confirmet, ut supra adscripsi, *Athenaei* scripturae praeferre vix dubito. Sed abrumpamus tandem hunc locum cum *cacabo*, quod Latinum putans *Varro* lib. IV. de ling. Lat. et a *caldo* deducens merito ideo a Magno *Scaligero* notatus est. Iungerm.

σίττυβον,] C. V. σύπτηβον. *Salmas.* V. C. σύπτυβον, ex quo legit σίττυβον· σιττύβη *autem magis erat in usu*, inquit. Kuehn.

107.

καὶ Νικ. δὲ ἐν Λημνίαις] Absunt a C. A. Kuehn.

καὶ Νικ. δὲ ἐν Λημνίαις] MS. καὶ Νικόχαρις δὲ ἐν Λιμνίαις. Sed vulgatum Νικοχάρης ne migremus, ut etiam alibi noster MS. et *Athenaeus* lib. VII. *Dipn.* in eadem Comoedia eum citans, ut adnotavit *Casaub.* noster VII. Animadv. 24. Iung.

χαννάβους καὶ πατάνη] Pro χαννάβους leg. κακκάβους *Nunnesius* ad *Phrynichum* pag. 83. Quod ad praec. *Antiphanis* locum, in eo *Eustathius*: ἐμοὶ δὲ τοὔνομα οὐ διαφέρει etc. *Iliad.* fol. 820. quod confer cum notis prioribus. Seberus.

χαννάβους καὶ πατάνη] MS. κακκάβους· καὶ πατάνη δὲ, καὶ πατάνιον τὸ ἐκπέταλλον λοπ. optime. quam ineptum enim vulgatum χαννάβους, pro quo κακκ. et *H. Stephanus* in suo Codice hic reposuerat, et *Nunnesius* id viderat quoque ad *Phrynich.* in κάκκαβον. ἐκπέταλον etiam *H. Stephanus* in suo Codice reposuerat, ut et ex 'MS. suo, qui τὸ ἐκπέταλον λ. fere ut *Noster* habuit, bene *Seberus.* Sic itaque totum locum constitue, male etiam vulgo distinctum: καὶ Νικοχάρης δὲ ἐν Λημνίαις εἴρηκεν κακκάβους· καὶ πατάνη δὲ καὶ πατάνιον τὸ (sive τι tibi magis arridet) ἐκπέταλον λ. Digreditur enim a caccabis noster *Pollux* ad patania iam. Iung.

χαννάβους] Quis non videat statim ex ipsa rerum sequela scribendum esse κακκάβους? sic a nobis textus habet. *Comici* vero nomen Νικόχαρις in MSS. scribitur, quod profecto non asperner. segm. 155. κατὰ Νικόχαριν *Noster* habet MSS. non repugnantibus; et in *Aristophanis Scholiaste* ad *Plutum*: καὶ Νικόχαρις ἐν Γαλατείᾳ· quamquam ibi *Meursius* emendet Νικοχάρης· nec aliter apud *Aristotelem* de *Poët.*

c. 2. legitur *Νικόχαρις ὁ τὴν Δηλιάδα ποιήσας*· si modo is ipse sit cum *Comico*, de quo non leves dubitandi rationes habeo, etiamsi *Meursius* id velle videtur. id profecto nemo in dubium vocet, *Νικόχαριν* esse apud Graecos inter virorum nomina. putem igitur tam *Νικόχαριν* esse dictum hunc *Comicum* quam *Νικοχάρην*, cum et ratio et scriptura nominis parum sit diversa.

καὶ πατάνιόν τι] MS. *πατάνιον τὸ ἐκπέτ. H. Steph. πατάνιον ἐκπέταλόν τι λοπ.* vid. et supra VI, 90. prior. ed. *ἐκ πετάλων*. Seber.

καὶ πατάνιόν τι] C. A. *πατάνην πλατάνην τὸ ἐκπετάλων λοπ.* diversam lectionem putem esse, *πατάνην* et *πλατάνην*· C. V. etiam *τὸ ἐ.* Kuehn.

καὶ πατάνιον] *καὶ πατάνη δὲ* plenius. *πατέλλιον* Graeciae recentioris est conformatum e Latina voce *patella*: vid. *Nostrum* VI, 90. *Eustathius* ad *Il. B.* *ἐκ δὲ τῶν Ὁμηρικῶν πετάλων καὶ ποτήρια ἐκπέταλα, τὰ πλατέα, ὁποῖα τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα πατέλλια, ἐξ ὧν ὁ καλὸς Ἀλκίφρων τὸν Πατελλοχάρωνα συνέθετο.* *Alciphronis* hic tibi mentionem factam notes.

πατέλλιον.] *Salmas.* C. *ὃ τίνες καλοῦσι πατέλλα*· *l.* *πάτελλαν.* Kuehn.

ἡ μὲν πατ. ἐν N. Σωφρ. etc.] Absunt a C. A. usque ad *θετέον.* *Hesych.* *Νυμφοπόνος* est *ἡ περὶ τὴν νύμφην πονουμένη*, *quae circa sponsam occupatur.* *Νυμφοκόμος*, *ornatrix sponsae.* *Πατάνη αὐτοποίητος* est *patina nativa*, natura, non arte facta, *αὐτοφυής*. C. V. *πατανανυτοπάγητος*, *patina a se compacta.* Kuehn.

ἡ μὲν πατ. ἐν N. Σωφρ. etc.] MS. *ἡ μὲν πατάνη, Σώφρονος εἰπόντος ἐν Νυμφοπόνῳ, πατανεαυτοποίητος*· et placet fere ea lectio, si scribas *πατάν᾽ αὐτοποίητος*· ita enim versiculi *κομμάτιον* fuisse potuit. supra VI, 90. id in MS. deerat. Titulum vero dramatis, quod et *Athenaeus* citat, explicabit tibi *Casaub.* VIII. *Athen.* 16. Iung.

ἡ μὲν πατάνη etc.] Alia longe et elegantior est MSS. lectio, quam omnem restitui. lubet adscribere, ut fuerit ante nos editum: *ἡ μὲν πατάνη ἐν Νυμφοπόνῳ Σώφρονος εἴρηται πατάνη αὐτοποίητος*: sed me male tamen habet *πατάνη αὐτοποίητος*· cum enim in *Vossiano* Codice *αὐτοπάγητος* legatur, vox ab usu communi remotior, substituisse notiorem *αὐτοποίητος* videri possunt librarii. utriusque, si bene rem expendas, eadem est significatio; sed *αὐτοπάγητος* *Sophroni* Syracusio, qui Dorica scripsit dialecto, teste *Suida* et *Hephaestione*, aptius convenit. ego me non temere facturum existi-

mavi, si sic in textu reponerem, ne vero quis obiiciat *αὐτοποίητος* etiam habuisse *Nostrum* VI, 90. in vulgatis ita scribi non equidem diffiteor; sed ibi MSS. nos deserebant, ut plane nesciamus quid Codices antiqui, a quibus in poliendo *Polluce* pendemus, continuerint. Porro *πατάνην αὐτοπάγητον* licet exponere *patinam vilem*; gaudet enim et *αὐτοποίητος* hac significatione. *Hesychius*: *Αὐτοποίητον, εὐτελές.*

τὸ δὲ πατ. etc.] MS. noster auctior *τὸ δὲ πατάνιον Εὐβούλου ἐν Κατακόλλωντι*· quae primum priorem scripturam confirmant *Σώφρονος εἰπόντος*, unde et hic *εἰπόντος* subaudire debes, post *Εὐβούλου*. Vides autem *Comici* dramatis titulum servatum ab MS. Apud *Athen.* lib. IX. *ἐν Κατακολλωμένῳ* est. nos interim MS. nostri *Κατακολλῶντι* retinebimus, dum viri docti quid certum pronunciabunt. Iung.

τὸ δὲ πατάνιον Εὔβουλος] Luculenta sunt quae nobis hic MSS. donant: *τὸ δὲ πατάνιον Εὐβούλου ἐν Κατακολλῶντι*· scilicet *εἰπόντος*, quod e prioribus repetendum. simili modo legit liber *Falckenburgii*, nisi quod in eo fuerit: *ἐγκατακολλῶντι*, quae nos facile, ut oportet, dividimus a ceteris MSS. adiuti. *Κατακολλώμενον* autem seu *κατακολλῶντα* fabulam illam inscribas, sententia erit eadem. Sed in Eubuli loco stellulam addiderat *Seberus*, qua facile iam careat, siquidem e MSS. integritati restitutus omni difficultate vacet. *πνικτὰ πατανίων σωρεύματα Eubulus* eleganter vocat *structas in patinis suffocatas carnes.* Siculos autem luxuriae deditissimos fuisse, ita ut proverbio dapes Siculae fuerint celebratae, res est notissima: vide quae dixi ad IX, 81.

καὶ π. σ. * *πατάνια σωρ.*] *Athen. πατανίων* (ita namque lēg. pro *παντανίων*.) libr. IX. fol. 396. Addit *Casaub.* Anim. cap. 12. *βατάνιον* et *πατάνιον idem. Sed hoc σικελικώτερον· unde Latinis patina,* et *πατανίων σωρεύματα, Plauto Struices patinarum in* Menaechmis, (Act. I. Sc. I.) *Tantas struices concinnat patinarias.* Seb.

καὶ π. σ. * *πατάνια σωρ.*] Legerem hunc locum ita:

πνικτὰ Σικελικὰ πατανίων σωρεύματα.

suffocatas Siculas patinarum struices.

Πνικτὰ hoc loco sunt carnes ita proprio succo incoctae intra ollam aut aliud vasculum, ut nihil inde vaporis emerserit dias in luminis auras: gedämpfte Speisen. C. V. etiam legit *πατανίων σ.* Kuehn.

καὶ π. σ. * *πατάνια σωρ.*] MS. *πατανίων σωρεύματα*· quo pacto certe reponendum est, exstatque pari modo ita apud *Athen.* lib. IX. sicut iam *Seberus* noster notavit. Totum locum

Pollucis nostri iam ita constitue: ἡ μὲν πατάνη, Σώφρονος εἰπόντος ἐν Νυμφοπόνῳ, πατάν' αὐτοποίητος· τὸ δὲ πατάνιον, Εὐβούλου ἐν Κατακολλῶντι,

καὶ πνικτὰ Σικελικὰ πατανίων σωρεύματα. Iung.

καὶ ἐν Ἀντ. Εὐθ.] C. V. καὶ Ἀντιφάνης ἐν Εὐθυδίκῳ. Kuehn.

καὶ ἐν Ἀντ. Εὐθ.] In MS. καὶ Ἀντιφάνης ἐν Εὐθυδίκῳ. Iungerm.

ἑφθός.] MS. ἔφθος. Caeterum *Antiphanis* etiam apud *Athenaeum* sunt lib. IV. qui tamen βατανίοις, non πατανίοις in iis diserte adgnoscit, praedicens: βατάνειον δ' εἴρηκεν Ἀντιφάνης ἐν Εὐθυδίκῳ, quibus versiculos subiicit. Iung.

Ἄλ. δὲ ἐν Ἀσκληπιάδῃ] C. V. Ἀσκληπιοκλείδῃ π. εἴ. Kuehn.

Ἄλ. δὲ ἐν Ἀσκληπιάδῃ] MS. καὶ Ἄλεξις δὲ ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ πλατάνια εἴρηκεν. Optime noster MS. verum titulum nobis reservavit, quem vulgo corruperunt: pro Ἀσκληπιάδῃ itaque Ἀσκληπιοκλείδῃ repone. Habes ita apud *Athenaeum*, qui tamen pariter βατάνεια, non πατάνια (ut vulgo hic recte esse puto, quamvis MS. forte librarii errore λ misceat) in iis adgnoscit. Sic enim lib. IV. statim priori *Antiphanis* χρήσει subiicit: Ἄλεξις ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ· et in χρήσει ipsa est:

— ὥστε τοὺς δειπνοῦντας
εἰς βατάνεια γ' ἐκβαλεῖν ποιῶ
ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

Ubi malim ἐμβαλεῖν· ait enim ille nebulo, non absimilis *Plautino* coquo, se facturum ut prae voluptate ipsas patinas dentibus invadant convivae: alterum ἐκβαλεῖν, ni fallor, id non tam apte dicat. Iung.

Ἄλεξις δὲ ἐν Ἀσκληπιάδῃ] *Meursius* in *Bibliotheca Graeca Pollucem* dixisse putat Ἀσκληπιάδην, qui *Athenaeo* nominatur Ἀσκληπιοκλείδης· sed nos MSS. indicio Ἀσκληπιάδην illum non germanum deprehendimus et eiecimus, ita ut iam *Polluci* cum *Athenaeo* probe conveniat.

108.

ἐν δὲ τοῖς Ἱππ. πολιτοίχοισιν] C. V. ἐν δὲ ταῖς Ἱππάρχου Παννυχίσιν etc. *Athenaeus* lib. XV. cap. 13. Ἵππαρχος ἐν Παννυχίδι· ex corruptae lectionis vestigiis, quae hic loci comparent, praetulerim Παννυχίαι· de *noctium pervigiliis*. Kuehn.

ἐν δὲ τοῖς Ἱππ. πολιτοίχοισιν] MS. ἐν δὲ ταῖς Ἱππάρχου Παννυχίσιν· optime. emenda ita. *Pannychides* nomen istius dramatis scilicet fuit, non nescio qui *politichi*: memini me eiusdem nominis drama apud *Pollucem* legisse, vel certe restituisse. Iung.

ἐν δὲ τοῖς Ἱππ. πολιτοίχοισιν] Deterrimum illud librariorum genus portentis generandis natum existimes. quis *Hipparchi Πολιτοίχους* vel audivit unquam vel intellexit? intellexit certe nemo. nam in his talibus *ἀκαταληψίαν* suam multi mecum liberrime fatebuntur, *Meursius* tamen ad *Chalcidii Timaeum* pag. 9. inter ceteras *Hipparchi* fabulas *Πολιτοίχους* enumerat. nos MSS. inducti auctoritate *Παννυχίδας* suffecimus in locum *Πολιτοίχων*· *Athenaeus* etiam lib. XV. *Ἵππαρχος ἐν Παννυχίδι*· scripserat et ille forte, *ἐν Παννυχίσι*, quanquam vulgatam lectionem haut temere mutatam velim, siquidem plurimae sint fabulae, quae numero singulo ab hoc, ab altero plurali citantur. In istis quae sequuntur editum fuit ante nos: *εὑρεῖσθαί φασι κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν χρῆσιν, κατάνιον*· quae, MSS. lectione visa, nemo futurus est, qui amplectatur. *κατάνιον* autem nulla mihi ratio est in promptu, qua vere Graecum probetur; ut itaque, me iudice, debili tibicine nitantur, qui a *κατάνιον* vel *κατάνη catinum* deducunt. Observes hic, illa quae in vulgari loquendi ratione ab erudita et politiori discrepant, praecipue ex dialectis originem derivare; de *βατάνιον* tradit *Hesychius*, ut in *Iungermanni* nota vidisti, vocem Syracusanam esse. [*Βατάνιον* in textu iure reposui. corroborabatur enim MSS. auctoritate haec lectio. sed *κατάνιον* vel *κάτανον* esse Graecam vocem non bene negavi, cum eam agnoverit *Varro*, indeque *catinum* deduxerit. sic enim ille de L. L. lib. IV. *a capiendo catinum nominaverunt; nisi quod Siculi dicunt κάτινον, ubi assa ponebant.* quaedam exemplaria *κάτανον* habent, quod a plerisque probatur eruditis. vide *Scaligerum*. itaque et *κάτανος* vel *κατάνιον* est vocabulum genuine Graecum et origo Romani nominis *catinus*. *Ex Addendis.*]

εὑρεῖσθαί φασι] MS. *εὑρῆσθαι φασίν*. Iung.

κατὰ τ. τ. ἰδ. χρῆσιν, κατ.] C. V. *συνήθειαν εἰρημένον βατάνιον*· quod rectum est. Kuehn.

κατὰ τ. τ. ἰδ. χρῆσιν, κατ.] Emenda, ut MS. noster habet, *κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν εἰρημένον, βατάνιον.* Sic enim diserte MS. noster, non *κατάνιον*, ut vulgo est. Et certe de *πατανίῳ* iam satis dixerat; nec id improbaverat: *βατάνιον* vero dici vulgato more videtur indicare, quamvis, ut supra dixi, apud *Athenaeum* lib. IV. fere ex tot locis *Comicorum* adferatur, ex quot alterum. *Hesychius* ait: *Βατάνια, τὰ λοπάδια, ἡ δὲ λέξις Σικελική.* Et: *Πατάνια, τὰ ἐκπέταλα λοπάδια* etc. *καί τινες δὲ διὰ τοῦ β βατάνια λέγουσιν.* Si quis tamen vulgatum *κατάνιον* hic pertinaciter defendat, ut a *ca-*

tino dictum, per me liceat ipsi sequi quod velit. libera enim iudicia sunto, et per ipsum itaque mihi licebit scriptae lectioni adhaerere. Iung.

τρίβοντες etc.] C. V. φρύγοντες· ἢ καὶ κυάμους. Kuehn.

τρίβοντες etc.] MS. τὰς κριθὰς φρύγοντες, μετέβαλλον, ἢ καὶ τ. quae lectio ut vulgatis rectior, recipienda videtur. Iungerm.

τρίβοντες] φρύγειν, *frigere*, verbum est in hac re proprium, quod cum MSS. probent, φρύγοντες lubens pro τρίβοντες reposui.

παττέλια] *Interpr.* leg. πατέλλια. Seb.

παττέλια] C. V. πατάλλια τ. ἑ. *Hesych.* Πατήρια, ἐγκύκλια· ubi per ἐγκύκλια intellige domestica vasa, quibus utimur, ita ut quotannis vel quotidie usus eorum redeat in orbem. Kuehn.

παττέλια] MS. πατάλλια, quod quoque vulgato παττέλια videtur melius. certe πατέλλιον Romana vox idem quod πατάνη supra videtur significare *Nostro* VI, 90. Iung.

παττέλεια] Rescripsimus e MSS. in textu πατάλλια, quod procul dubio vulgatae lectioni praeferendum: quamvis ego omnium optime locum constitutum arbitrarer, si legeres πατέλλια, de quo ad segm. praec. quaedam dixi. et in *Glossis*: Πατέλλα, *patina*.

κρυστάθμην] Leg. κρεωστάθμην, nec aliter praescripseram. cum pr. edit. κρεοστάθμ. κρεωστάθμη autem supra quoque IV, 175. et VII, 25. Seb.

κρυστάθμην] C. V. κρεοστάθμην, *exagium*, leg. κρεωστάθμην, ut κρεωπώλειον, κρεωθήκη· *carnarium* in *Glossis*, quod et κρεῶν ὁ τόπος, ibidem. Kuehn.

κρυστάθμην] Nescio quo pacto κρυστάθμην inepte fuerit editum, quum priores editiones κρεοστάθμην haberent, sicut et MS. noster, sicut et supra IV, 175. et VII, 25. MS. noster ubique per o, ut indicavi ibi. Iung.

κρυστάθμην] κρεωστάθμην in textu reddidi. simillimam hanc libram fuisse existimo istis, quas in Italia appendendae carnis ergo circumferre solent. scripsi autem potius κρεωστάθμην quam κρεοστάθμην scilicet ut κρεωδοσία, κρεωδόχον ἀγγεῖον, et alia similia. Mox eleganter MSS. cum ita minus presse et concinne vulgati legerent: ὃ λαμβάνει, ὅς τις etc.

ἰστέον ὅτι τ. σπ.] C. A. ἰστέον δὲ ὅ. τ. σ. Kuehn.

ὃ λαμβάνει etc.] MS. οὗ λαβόμενός τις ἄν. Seb.

ὃ λαμβάνει etc.] C. A. οὗ λαβόμενός τις ἀνέλκειτο τὸν ζυγόν. C. V. ἀνέλκει τὸ ζυγόν· in aliis consentit. aliter *Hesych.* in

ἀρτάνη· quamvis de laqueo illo quasi suspendatur et libra. letionem MSS. affert et *Salm.* Kuehn.

ὃ λαμβάνει etc.] MS. noster οὐ λαβόμενός τις ἀνέλκει τὸ ζυγόν· quae certe saniora; et in MS. *Seberi* ita esse quoque ipse indicat, nisi quod τὸν vulgatum forte non mutet. In nostro MS. quoque τὸν repositum alia manu pro τὸ scripto. Cetera tamen, ut dixi, quae tam noster quam *Seberi* MS. habet, restituenda sunt. de ἀρτάνη et *Hesychius*: Ἀρτάνη, ἡ διὰ καλωδίων ἀγχόνη. Iung.

Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθένει] An pro *Εὐρυσθεῖ?* dubitari potest. *Casaubon.* in *Athen.* XI, 14. Infra segm. 145. MS. clate: ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ. Seb.

Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθένει] C. A. *Εὐριπίδης*· dein C. V. *Εὐρυσθεῖ Σ.* verba *Euripidis* absunt a C. A. cum sequentibus usque ad ἐκκαυμάτων segm. 110. Kuehn.

Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθένει] MS. noster ἐν *Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ*· optime. ita reponi debet. vid. *Casaubonum* nostrum XI. *Athen.* 14. et lib. I. de *Satyr. Poës.* c. 5. Iung.

Εὐριπ. ἐν Εὐρυσθένει Σατυρικῷ] Verissime MSS. *ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ*· in ipso *Polluce* sic reponendum duxi. *Meursius* in illo Libello, quo *Euripidis* omnes Tragoedias ab antiquis laudatas complexus est, nihil inquit in hoc *Pollucis* loco se temere velle mutare, sed forsitan tamen emendandum *Εὐρυσθεῖ*· nos autem MSS. ope ita non dubitanter rescripsimus, et per nos licebit ut ille *Εὐρυσθένης Σατυρικὸς* posthac e catalogo fabularum *Euripidis* eradatur. sed et *Euripidis* qui subiicitur locus, in libris editis est depravatus. pro ἐποποιοῖς MSS. ὑπωπίοις, quod in textum recepi. olim autem rectissime sic scribi iudicabam, et poetas ἐποποιοὺς in istis salse et Satyrice perstringi. sed hoc absit ut velim defendere, cum concinniora MSS. habeant. porro προὔσχων ante me fuit evulgatum; sed magis apposite MSS. προσίσχων. Codex *Falckenburgii* προΐσχων· quod ipsum nec ineptum est.

ἠθμὸν προὔσχων etc.] C. V. ita: *ἢ κύαθον ἢ χ. ἠ. πρὸς ἰσχὼν* (in *Salm.* Codice alia manus notavit πρόχουν τε) *τοῖς δὲ τοῖς ὑπωπίοις*· unde legerem:

— κύαθον ἢ χαλκήλατον
ἠθμὸν προσίσχων τοῖς δὲ τοῖς ὑπωπίοις.
— cyathum vel aeneum
colum admove sis hisce sugillatis.

Hanc lectionem nemo non praetulerit vulgatae, quae hic obtrudit ἐποποιοῖς· vulgus enim solet etiamnum frigida quae-

dam adhibere recenti contusioni contra inflammationem. Kuehn.

ἠθμὸν προύσχων etc.] MS. ἠθμὸν πρὸς ἴσχων, τ. δ. τ. ὑπωπίοις. Hinc videtur in promptu restituere versiculos ipsos. Ita enim scribendum videtur:

— ἢ κύαθον ἢ χαλκήλατον
ἠθμὸν προσίσχων τοῖς δὲ τοῖς ὑπωπίοις.

Vulgatum ἐποποιοῖς hic plane ineptum videtur. Iung.

Δημιοπράταις] Scribe ut in MS. ἐν μέντοι τοῖς Δημιοπράτοις. [1]Iung.

Δημιοπράταις] Monuisse semel, quin vero saepe sufficit: Δημιοπράτοις. publice distractus fuit et in Δημιόπρατα relatus ἠθμὸς ἐπὶ κρατῆρος, si fides habenda libris vulgatis; sed quam illi nos saepe fallant, et in tenebras inducant perpetua cognovimus experientia. tutius igitur nos *Pollucisque* res committimus MSS. qui hic ἠθμὸς ἐπικρητηρίδιος· illud ipsissimum profecto est quod in publicatorum tabulis fuit adnotatum, indeque decerpsit *Pollux*. ad eam formam est ὑποκρητηρίδιος, unde apud *Herodotum Musa prima* ὑποκρητηρίδιον.

καὶ ἠθμ. τις ἐπὶ κρατῆρος] *Colum crateri impositum,* ut per id bibatur, sorbeatur potus et eliquetur in craterem. C. V. ἠθμός τις ἐπικρητηρίδιος. Kuehn.

καὶ ἠθμ. τις ἐπὶ κρατῆρος] Scribe ut in MS. καὶ ἠθμός τις ἐπικρητηρίδιος πέπρ. optime ἐπικρητηρίδιος ἠθμὸς, pro quo vulgatum ἐπὶ κρατῆρος sordet, et potius glossa audiat scripti. Iungerm.

109.

τοῦ μ.] MS. omittit τοῦ· meminit huius loci de *Epichysi* et *Scalig. Coniect.* in *Varron.* lib. IV. de L. L. Iung.

Ἀριστ. δὲ εἴρ.] C. V. δὲ αὐτὸ εἴ. Kuehn.

Ἀριστ. δὲ εἴρ.] MS. plenius: Ἀρ. δὲ αὐτὸ εἴρ. Iung.

Ἀριστοφ. δὲ εἴρηκεν etc.] Plenius e MSS. Ἀριστοφάνης δὲ αὐτὸ εἴρηκεν.

οὐκ ἀλλὰ etc.] MS. οὐκ ἄλλα ταῦτά γε ἐ. Iung.

ἤπου δὲ καὶ φρ. καὶ φρ. Πολ. etc.] Prior. ed. φρυγεὺς· et mox κραίμαντ. item, οἰκοδομαῖς et οἰκοδόμοι. Emendavit *Leop.* VII, 5. Seb.

ἤπου δὲ καὶ φρ. καὶ φρ. Πολ. etc.] C. V. καὶ φρύγετρον· τὸ μὲν φρυγέστερον Πολυζέλου· l. τὸ μὲν φρύγετρον Πολυζήλου etc. tum post Διονύσου γοναῖς, desunt reliqua in C. V. usque ad εἴρηται segm. 116. *Salm.* αἱ delet. Kuehn.

ἤτου δὲ καὶ φρ. καὶ φρ. Πολ. etc.] MS. ἤτου δὲ καὶ φρυγεὺς, καὶ φρύγετρον· τὸ μὲν φρύγετρον, Πολυζήλου εἰρηκότος ἐν Διονύσῳ. Et sic supple. mox enim et separatim τὸν φρυγέα confirmat. Ceterum quod magno profecto luendum esset, si fieri posset, in nostro MS. iterum pessimo flagitio tota pagina exeisa est, et post Διονύσῳ quae sequuntur omnia desunt, usque ad ista καὶ τὰς τύπτας ἐκαίρεσθαι, quae segm. 116 sunt. Potest autem ex praecedentibus et infra sequentibus non incerta coniectura fieri, quot locis aliis Pollucis textus vel augeri vel restitui possit, ubi vel haeremus, vel menda latentia nos praetereunt, si illae pagellae servatae fuissent. Viris doctis itaque incumbendum eo maiore studio ut hoc ἔλλειμμα Codicis aequiore animo ferre queamus. Nam ut recte quasi ἐκ τρίποδος pronunciavit Leopardus VII. Emend. 5. nisi primo quoque tempore Pollucis vulneribus obviam eatur, periculum est, ne ex curabilibus tandem incurabilia fiant. Et ne hoc temere ab ipso dictum putemus hic quaedam emendat, nempe φρυγεὺς, pro vulgato φρυγεῖς, κρεμάντας, pro κρεμάνται, κοδομαῖς, et κοδομείῳ, pro οἰκοδομαῖς et οἰκοδόμῳ, quae noster Seberus bene emendata edidit. Eodem modo vero in suo Codice ista restituerat H. Stephanus, excepto ultimo, nam pro οἰκοδομαῖς et οἰκοδόμῳ, an κοδομαῖς et κοδόμῳ, ut alibi, et vide supra I, 246. adscripserat. Sed bene Leopardus. vid. supra VI, 64. Ceterum φρυγέα et φρύγετρον, H. Iunius Nomencl. in Sartago, ait denotare sartaginem, in qua farra torrentur, quam farreum dicisse Plinius videtur. Sed nescio quam recte. Non enim videtur vas in quo torrebant, vel frigebant, ita appellasse, sed lignum, per quod torrebant. Si enim φρύγετρον idem esset cum vase, ἐν ᾧ ἔφρυγον, cur infra exponens τὸν φρυγέα, Noster diceret, quaeso, εἴτε τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ἔφρυγον, εἴτε τὸ φρύγετρον. Nempe φρυγέα forte vas illud, et φρύγετρον lignum per quod torrebant, quamvis, ut vides, Noster id non affirmet, nec ego scire queam, quomodo igitur Theopompus τὸν φρυγέα acceperit. Sed rebus tamen dicemus, iuxta Nostrum pro ipso vase accipi, nisi iam aliud sentit, ac supra VII, 181. ubi φρυγεὺς, ἀγγεῖον ὅπου ἔφρυγον. Certe de φρυγέτρῳ, quod dixi, et supra videtur a Nostro confirmari VI, 64. φρύγετρον, τὸ ἐργαλεῖον, ait: et mox καὶ τὸ ἐργαλεῖον, κοδομεῖον, ᾧ δὴ ἐνέφρυττον· quamvis ideo nolim eum locum corrumpere, quum alias haec satis firmarim, legendum enim supra ibi ex MS. indicavi: ᾧ δὲ ἐνέφρυττον, ἤτοι ἀγγεῖον κεραμεοῦν· nempe fuerit vel vocari queat ἄγγος κεραμεοῦν,

ᾧ ἐνέφρυττον, vel ἐν ᾧ ἔφρυττον. Sic *Hesychius Κοδομεύειν*, τὸ ἐν ἄγγει φρύγειν, ἢ τινὶ ἀγγείῳ. De φρυγέτρῳ itaque clarius testimonium ex eod. *Hesychio* addo: Φρύγετρον· ξυλήφιον, ᾧ κινοῦντες πεφρυγμένας κριθάς. Sic supra I, 246. φρύγετρον, ᾧ τὰς κάχρυς ἔφρυγον, καὶ ἐσιῷ. Iung.

ὅπου δὲ καὶ φρ. καὶ φρ. Πολ. εἰπόντος ἐν Δ. γ.] φρυγεὺς recte *Seberus* edidit, cum ante eum legeretur φρυγεύς, quod vitium et e *Falckenburgii* Codice potuerat emendari. tum locupletavimus contextum istis insertis, τὸ μὲν φρύγετρον· paulo post enim τὸν δὲ φρυγέα, quibus illa priora respondent, etiam hoc in MSS. melius Πολυζήλου εἰρηκότος. de *Polyzelo* dictum a nobis est ad segm. 76. ubi et hunc nostrum scripsisse observavimus Μουσῶν γονάς· sic et eiusdem Ἀφροδίτης γονὰς fabulam *Pollux* laudat. In *Gorsei* vero χρήσει ἀφαιμάξοντα ante *Seberum* ediderunt, sed et in *Falckenburgii* Codice κρέμαντα. φρυγέτρου meminit et *Hesychius*: Φρύγετρον, ξυλίφιον, ᾧ κινοῦσι τὰς πεφρυγμένας κριθάς.

καὶ γὰρ εἰ τὸ φρ. etc.] Leg. ἢ τὸ φωγ. ἢ τὸ φ. Kuehn. [*Canterus* etiam restituit κεδομαῖς et κέδομεῖν pro vitiosa lectione, quae omnes ante *Seberum* editiones insederat. Ex *Addendis*.]

φωγάνον] *Hesych.* Φώγειν, φρύγειν. Sicut ergo a φρύγειν φρύγανον, sic a φώγειν φώγανον. Seb.

ὁ Κωμικὸς] Si locus alias integer, τὸ ὡς videtur delendum. ait enim: τὸν δὲ φρυγέα, καὶ αὐτὸν ὡς σκεῦος μαγειρικὸν ὁ Κωμικὸς Θ. ὑποδηλοῖ λέγων. *Theopompeam* vero χρῆσιν supra VII, 181. ex eius Σειρῆσι depromptam esse indicatum fuit a *Nostro*. Iung.

ὁ Κωμικὸς Θεόπομπος ὑπόδ. etc.] *Iungermannus* observavit, *Pollucem* sibi φρυγέα produxisse e *Theopompi Sirenibus*. quin eundem hic *Theopompi* locum in mente habuerit, plane non addubito, et quod magis est certissime persuasus sum, nisi MSS. opem hic paginae nescio quorum malitia nobis surripuisset, eos hunc titulum nobis exhibituros. ego non gravatim in textu addidi e Codice *Falckenburgiano*. apud *Hermogenis Scholiastem* male legitur Θεόπομπος ἐν Σειρῆνι· sed aliud et longe praestantius est, quo sibi *Pollucem* mox Excerpta *Falckenburgiana* obstringunt. in istis nimirum post *Theopompi* verba haec continentur: καὶ μὴν καὶ Κηφισοδώρου ἐν ὑὶ κωπῶντος· σπουδὴ δὲ περὶ τὰς ὁλκάδας καὶ κυβερνητικούς. priora facile reficimus: καὶ μὴν καὶ Κηφισοδώρου ἐν Ὑὶ εἰπόντος. Cephisodori Comici *Suem* fabulam inscriptam laudat et *Athenaeus*. Inde suo Boeotia, ut Βοιωτία.

res est e *Galeni Protreptico*, *Pindaro*, *Themistio* aliisque pernota, quale quid fabulae causam potuit dare. Cetera, neque diffiteor, nos torquent. id manifestum est τὸν φρυγέα conspici debere in hoc loco; eius enim gratia attulerat *Pollux*. qui cum lateat, unde melius erui posse existimas quam ex φανισογός? an igitur scribendum, σπονδὴ δὲ παρὰ τῶν ὀλκάδων, κἄτα φρυγεύς· sed ego ingenue fateor, me non esse loco sanando; est igitur, et alium sibi σωτῆρα quaerat. Etsi vero haec haberemus integra, tamen ne sic quidem omnibus absolutum numeris hunc locum putarem, siquidem et illa, quae de μάττᾳ, intricata et imperfecta scrupulum iniiciant, etsi ferme non dubitem quin μάκτρα vera sit lectio. haeremus scilicet, ubi nos MSS. deserunt.

110.

μάτταν] *Interpr.* μάκτραν legit. Seb.

μάτταν] Forte inde est *matella vas aquarium* et *matula* apud Latinos. eadem affert *Salmasius*. Kuehn.

μάτταν] Facile μάκτραν cum interprete mihi arrideat; scilicet ἐντεῦθεν εἰρῆσθαι quosdam μάκτραν putare quoque ait. et supra VI, 64. μάκτρα addita fuit φρυγέτρῳ et κοδομείῳ· καὶ μάκτραν δὲ, ait, καὶ μάκτρα, οὐ ἔμακτον. Sane si MS. noster hic non deficeret, forte adhuc melius restitueret ista. vulgatum sane me ignorare fateor. Iung.

σκαμέλλαν] σ videtur repetitum a voce Ῥωμαίοις. *Ovidius* enim lib. IV. *Fastorum camellam* vocat. Idem sentit *Salm.* Kuehn.

σκαμέλλαν] *Magnus Scaliger Coniectan.* ad lib. V. *Varr.* de L. L. haec proferens σκάμελλαν habet; et apud *Ovidium* in illo, de *Paganalibus*:

Dum licet, apposita velut in cratere camella
lac niveum potes, purpureamque sapam.

Camella, ait, *ea est*, *quam Pollux* σκάμελλαν *vocat*: ἐντεῦθεν εἰρῆσθαι λέγουσι καὶ τὴν παρὰ Ῥωμαίοις σκάμελλαν. Sed quid moror? *Salmasius* noster, *lege* κάμελλαν, ait, *perperam* τὸ *sigma adhaesit huius vocis initio ex fine praecedentis.* Nil verius; et pignore contenderem MS. nostrum, si hic non castratus esset, hoc adprobaturum αὐτογραφεῖ. Eam voculam vero, *camellam* inquam, et inter ea verba, quae, ut ait, oppido quam finxit praelicenter in suis mimis *Laberius*, retulit *Agell.* XVI. *Noct. Att.* 7. Iung.

σκαμέλλαν.] Verissime *Salmasius* καμέλλαν extrita litera *sigma* scribi sancivit, in textu sic emendavimus, siquidem

opinioni *Salmasianae Falckenburgii* Codicis accedat auctoritas.

ἰπνοὶ] Supra VII, 22. ἴπνος, baroytonως. Seb.

κριβανῖται] Qui toti solidique sunt in cribano tosti. Kuehn.

ἐν Ἀριστ. Ἀχαρν.] Vid. cum *Schol.* 265. Seb.

ἐν Ἀριστ. Ἀχαρν.] *Aristophanis* versus adscribere placet, non longe ab initio *Acharnensium*:

εἶτ' ἐξένιζε, παρετίθει δ' ἡμῖν ὅλους
ἐκ κριβάνου βοῦς. *Di.* καὶ τίς εἶδε πώποτε
βοῦς κριβανίτας; τῶν ἀλαζονευμάτων. Iung.

ξύλα καύσιμα] Vid. supra VI, 91. Seb.

ξύλα καύσιμα] καύσιμον in *Glossis*, *arsibile*, *cremabile*. Kuehn.

κληματίδας] *Glossae*: κλήματα ξηρά, *sarmenta*: item, *cremium*, φρύγανον. Kuehn.

ἐκκαύματα] ἐκκαύματα dicuntur omnia igni concipiendo alendoque nata. *Sophoclis* versus legerem:

συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκκαύματα.
Colligebam ligna ad ignem incendendum. Kuehn.

ἐκκαύματα] ἐκκαύματα supra VII, 109. plane aliter, ubi mihi visa lectio, quae hic, probior. Iung.

ἐκκαύματα] In arduo versamur et difficili loco, cuius salebrae quantum negotii doctissimis Commentatoribus fecerint, perspici potest e notatis ad VII, 109. ubi sanequam non recte de margine *Kuehniano* ἐκλυμάδες textui sunt insertae. nos id omne facile expediemus, quod antequam a nobis praestetur, sciendum est, *Kuehnium*, cum prius ἐκκαύματα probaret, ut ex notis eius est manifestum, postea mutasse sententiam, et in diversam opinionem abiisse. hoc ego cognovi ex istis, quae praestantissimus *Lederlinus* ad *Indicem Polluceum* adscripsit e Cl. *Kuehnii* schedis: *In notis quidem putavi locum illum corrigendum esse ex libro X. iam vero video nihil mutandum, et lib. X. reponendum esse hoc vocabulum in suum locum hoc modo:* καὶ ἐκλυμάδες, εἰπόντος etc. συνέλεγον ξύλα, ὡς ἐκλυμάδων· colligebam ligna, quasi retrimentorum: *venit a* λύμα purgamentum; *idemque est, ac* ἀπολυμάδες· ἀπὸ *enim et* ἐκ *mutuas operas sibi tradunt*: cremium et crementorium *e Glossis dixeris.* Damnata *Kuehnii* secundis curis sententia mihi perplacet, eamque esse veram rebus vincam necessariis. In hoc quidem *Pollucis* loco nihil est a MSS. auxilii, siquidem nec loco nec tempore commodo ope sua nos destituant improba nescio quorum malitia mutilati. supra tamen VIII, 101. pro

spuriis ἐκλυμάσι ἐκκαύματα nobis reddebant, quos cur non potius quam editorum corruptam lectionem sequamur? analogiam etiam in ἐκκαύματα reperio, significationisque rationem, quae prorsus nulla, nisi me fallo, apparet in ἐκλυμάδες· quod enim de lignorum retrimentis *Kuehnius* in medium profert, parum huc quadrat. contra ea quis vel mediocri in Graecis peritia non facile videat *cremia* vel ξύλα καύσιμα vocari appositissime ἐκκαύματα, ἀπὸ τοῦ ἐκκαίεσθαι, quod focis ingesta comburantur? porro vocem probatissimorum et κεκριμένων auctorum usus tuetur, quod si quis de ἐκλυμάσι potuerit adnotare, rem omnem lubentissime dedero. en vero *Diodorum Siculum*, qui prorsus opportune vocabulum hoc usurpat Biblioth. lib. II. p. 93. ubi laetissimum in Arabia felici fructuum omnis generis optimorum proventum collaudat: τοῦ δὲ κόστου καὶ κασίας, ἔτι δὲ κιναμώμου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων χόρτοι καὶ θάμνοι βαθεῖαι τοσαῦται πεφύκασιν, ὥστε τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις σπανίως ἐπὶ βωμοὺς θεῶν τιθέμενα, παρ' ἐκείνοις καὶ κριβάνων ὑπάρχειν ἐκκαύματα, καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις μικρῷ δείγματι ὑπάρχοντα, παρ' ἐκείνοις στιβάδας οἰκετικὰς ἐπὶ τῶν οἰκιῶν παρέχεσθαι· totum *Diodori* locum apposui, ut ipsa de re vocisque notione clarius constaret. in illo sane κριβάνων ἐκκαύματα sunt, quae in focum ad ignem faciendum coniiciuntur, qua significatione hanc vocem adnotare voluit *Pollux* et *Sophoclis* auctoritate munire. facessant igitur e *Polluce* istae ἐκλύμαδες, et tanquam purgamenta foras eiiciantur. Sed ego tamen ne sic quidem vindicatis ἐκκαύμασι locum penitus emaculatum reor. quid enim ὡς ἐκκαυμάτων? mihi multo sanior illa lectio visa est, quam exhibuit *Falckenburgii* praestantissimus Codex lib. VII. ὡς ἐκκαύματα, quam nemo non intelligit, quamque adeo dignam putavi quae textui reponeretur. Praeterea ξύλα καύσιμα, quorum et hic *Pollux* mentionem fecit, sunt apud *Philonem* Βελοπ. V. pag. 90. et *Scholiastem Aristophanis* ad *Vespas*, ubi explicaturus, quid ἰπνὸς et ἴπνια sint, haec inter alia scribit, ἢ τὰ πρὸς τὴν κάμινον ἐπιτήδεια καύσιμα· eadem et φρύγανα vel φρύγανα καύσιμα· hinc φρυγάνων πλῆθος in *Actis Apost.* c. XXVIII. et quem Romani *lignationem*, Graeci solent appellare φρυγανισμόν· *Pherecydes* apud *Nostrum* segm. 128. ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξελθεῖν. *Arida ligna* dicere licet cum *Horatio* lib. III. Od. 17. — *dum potes, aridum compone lignum* —. Quod in textum reposuimus post χρῆσιν *Sophocleam*, e Codice *Falckenburgiano* est. pro προσδείσειεν legendum puto προσδήσειεν. ista forsitan in melius refingent qui nec otio nec ingenio destituuntur.

συνέλεγον] Vid. supra VII, 110. Seb.

111.

* κόρμους, σχ. etc.] MS. καὶ κόρ. καὶ σχ. interpres κορμοὺς *storeas* vertit, quasi φορμοὺς legeretur. Seb.

* κόρμούς, σχ. etc.] C. A. qui in προσθετέον iterum pergit: δαδία κορμοὺς σχ. σχ. πεύκας λαμπάδας, πανοὺς, ἄνθρακας, μαρίλην, μαρίλαν ἐκάλουν τὸν χνοῦν τ. ἁ. C. *Salmas.* καὶ κ. καὶ σχ. καὶ σχιζία· prò κορμοὺς *Interpr.* legit φορμοὺς, *storeas*: sed non opus est correctione: κορμὸς ξύλον in *Glossis* est *truncus*, *codex*, praecipue aptus ad servandum ignem in foco: σχίζαι *scandulae*, leg. *schidiae*. *assulas* vocat in marmore *Vitruvius* lib. VII. cap. 6. pro χνοῦν ἁ. legitur Codici *Vossiano* ascriptum, χοῦν· sed malim vulgatum; μαρίλη enim est tenuissimus pulvis carbonum. *Scholia Aristoph.* τέφραν τὴν ἐξ ἀνθράκων vel σποδιὰν vocant, quod est idem ac χνοῦς, *lanugo quasi carbonum*, quamvis et χόῦς eodem tendat. Kuehn.

* κόρμους, σχ. etc.] MS. *Seberi*, ut ex eius notis video, habet, καὶ κόρ. καὶ σχ. et malim, quamvis leve hoc nimis, ita interponi singulis: καὶ κορμοὺς, καὶ σχίζας, καὶ σχιζία, καὶ π. de veritate vero lectionis in κορμοὺς non dubitandum existimo, quicquid interpres more suo deliravit. Habes certe et supra VII, 109. ita inter καύσιμα, adfertque χρῆσιν ex Poeta. Iungerm.

* κόρμους] Bene *Iungermannus* monuit, non esse dubitandum, quin vox illa sit germana. *Hesychius* inter alia κορμὸν exponit, τὸ εἰς βραχὺ συντετμημένον ξύλον· scripsimus autem ut in *Seberi* MS. καὶ κορμοὺς, καὶ σχίζας etc. In *Glossis* Σχίζα, *talia*: sic et σχίδαξ, quam vocem *Hesychius* κλάσμα ξύλου exponit. de σχίζαις autem id notandum est, quod frequentissime soleant usurpari de lignis fissilibus, quae aris ad accendendas victimas imponebantur. ita *Comicus* in Εἰρήνη· Σχίζας δευρὶ τιθέναι· ubi haec *Scholiastes* habet: σχίζας κυρίως ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὰ ἐπὶ ταῖς θυσίαις τιθέμενα ξύλα ὡς καὶ Ὅμηρος· καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃ γέρων· ad *Homerum* similia scribit *Eustathius*. pari modo et eleganter *Apollonius Rhodius Argon*. I. v. 435. postquam omnia rite ad faciendum sacrificium paraverant, Καῖον ἐπὶ σχίζῃσι—haec autem ligna vel σχίζαι, ut dixerat in praecedentibus v. 405. erant Φῖτροι ἀζαλέης ἐλαίης — ex quibus et eruditissimos viros opinionis falsos esse perspicis, qui ramos oleaginos aris imponi negarunt. De μαρίλη, sic enim plerumque scribitur, non μαρίλλη, *Galenus* in *Gl. Hippocr.* Μαρίλη, ἣν οἱ πολλοὶ θερμοσποδίαν ὀνομάζουσι. Adde *Erotianum* in Μαριληνοὶ et *Schol. Aristoph.*

καὶ ἰκνῶς] Atque segm. praec. ἴκνοι iam nihil fuere, mihi nihil succurrit. Quid si καὶ πνιγέας? πνιγεὺς enim et κλίβανος apud Hesych. et supra VII, 110. Sed magis prope forte τῇ ὕλῃ ταύτῃ coniectari potest scripsisse καὶ λαμπάδας, καὶ πανοὺς καὶ φανοὺς, καὶ ἀνθρ. Sic πανὸς et φανὸς segm. 117. iuncta invenies. Sed alii haec emendabunt rectius. Iung.

καὶ λάρκους τούτους πρόσον.] καὶ λάρκους τούτοις πρ. ut in MS. λάρκος barytonως etiam Suid. et Aristoph. cum Schol. fol. 276. et 277. Hesych. autem oxyt. λαρκός. Seb.

καὶ λάρκους τούτους πρόσον.] Emenda omnino cum Seberi MS. λάρκους τούτοις πρόσον. Sic supra segm. 105. προσονομαστέον δὲ τούτοις καὶ πέλυκα. Distingue vero προσονομαστέον, καὶ λαρκίδια, τὰ ἀγ. nam τὰ ἀγγεῖα τῶν ἀνθράκων tam ad λάρκους quam λαρκίδια pertinent. Iung.

καὶ λαρκίδια] C. A. λαρκίδια, καὶ τὰ ἀ. τῶν ἀ. fiscellae carbonariae. Kuehn.

καὶ λαρκίδια] Falckenburgiani Codicis beneficio textum habemus vocula λάρκια locupletiorem: λάρκος, λάρκιον, λαρκίδιον, ut δίφρος, δίφριον, διφρίδιον neque male fecisse dixero, si quis illam vocem Hesychio restituat: Λαρκὸν, πλέγμα φορμῷ ὅμοιον. ἐν ᾧ ἄνθρακας ἔφερον, ὅτε δὲ καὶ ἰσχάδας· λάρκιον ibi legere malim; nam λάρκος subiicitur cum hac interpretatione, ἀνθράκων φορμός· est et apud Suidam, qui unum alterumve locum Aristophanis ad hanc rem notavit, et Harpocrationem, qui vocabulum hoc e Lysia adnotat, et interpretatur φορμὸν εἰς ὃν ἄνθρακας ἐνέβαλον. Solebat autem vas illud operculo quodam integi, cui nomen ἐπιλάρκισμα· id ego ex Etymologo didici: Ἐπιλάρκισμα, λάρκου βύσμα. λάρκος δὲ ἀγγεῖον ἀνθράκων πλεκτόν· Ῥητορική.

Ἀριστοφ. etc.] C. A. ὡς Ἀριστοφάνης· reliqua desunt in eodem Codice. Kuehn.

Ἀριστοφ. etc.] Aristophanis locus in Acharnensibus hic credo est:

ὡς τόδε τὸ λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτέ.

Quod antea λάρκον dixerat:

ὡς ἀπωλόμεσθ'· ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἐστ' ἐμοί. Iung.

Εὐρ. μ. εἰρ. ἐν Αὐτ. Σατ.] De Euripidis Autolyco Satyrico Casaub. lib. I. de Sat. Poës. c. 5. qui habet hic λαρκαγωγοὺς, ut certe emendandum est, non λαρκογωγοὺς, ut vulgo est. Iungerm.

λαρκογωγούς.] Malim λαρκαγωγούς. Kuehn.

λαρκογωγούς.] Quin λαρκαγωγοὺς scribendum sit, nemo dubitabit, eoque pacto textum restitui. quae adiecimus ad

vulgata. Codici *Falckenburgiano* debentur, qui clarissimis haec literis, quod insolens est, exhibebat. *Alexidis* σπονδοφορικὸν non alio quam hoc *Pollucis* loco citatum legisse memini, retulit etiam hinc *Meursius* in Indicem fabularum *Alexidis*. si tamen MSS. hoc loco non essent mutili, forsitan longe aliam lectionem haberemus. σπονδοφορικὸς parum conveniens fabulae titulus mihi videtur, sed orationi aptissimus, λόγος σπονδοφορικός. si *Alexidi Lysiam* sufficere liceret, haberemus orationis auctorem: *Lysiam* certe *Grammatici* in testimonium advocant, ubi de λαρκῷ dicunt. sed ego ne mihi iustum temerarii nomen conciliem, si *Alexis* germanus sit et retinendus, mallem equidem Σπονδοφόρῳ. in adducta vero ῥήσει ἀνθρακηρῶν omnino restituendum duxi, cuius ratio nemini paulo peritiori latere potest: λαρκὸς τῶν ἀνθρακηρῶν loquendi formula quam aliquoties offendimus. *Aristophanes* supra: κοπὶς τῶν μαγειρικῶν· et alibi λεκὶς τῶν πηλινῶν.

'Αριστ. etc. τὸν * ἀνθρακιρῶν.]

— Ἀριστογείτονα
τὸν ῥήτορ' εἶδον λάρκον ἠμφιεσμένον
τὸν ἀνθρακ.

Pro ἀνθρακιρῶν autem an reponendum ἀνθράκων, vel ἀνθρακίων vel ἀνθράκιον, vel quid tandem? Seb.

'Αριστ. etc. τὸν * ἀνθρακιρῶν.] Pro ἀνθρακιρῶν legerem ἀνθρακηρῶν· λάρκος ἀνθρακηρῶν est corbis ex vasis, quibus strues carbonariae coacervantur, et hinc inde differuntur. *Salm.* leg. τὸν ἀνθρακηρόν. ego potius lego τῶν ἀνθρακηρῶν. Kuehn.

'Αριστ. etc. τὸν * ἀνθρακιρῶν.] Quid si pro τὸν ἀνθρακιρῶν legamus καὶ ἀνθράκιον? quod exponit *Hesychius* Μικρὸν κριπόδιον· et πᾶσαν μικρὰν κάμινον. Sed magis placet retinere vulgatum, ita tamen ut scribamus, τῶν ἀνθρακηρῶν· id est, *vasculum carbonarium*: ἀνθρακηρὸς puto ut καρατηρὸς, vel ἀνθηρός· vel si omnino analogiam urges, μελιτηρὸς non adeo absimili forma exit; et ut μελιτηρὸν ἀγγεῖον, ita et ἀνθρακηρὸν, credo, dicere possumus. Sic et μυρηρὸν ἄγγος. Versiculi itaque concinnandi, ut *Seberus* fecit, et ultimus, si placet, scribendus:

— Ἀριστογείτονα
τὸν ῥήτορ' εἶδον λάρκον ἠμφιεσμένον
τῶν ἀνθρακηρῶν —

Λάρκον τῶν ἀνθρακηρῶν, pari plane forma, ut et *Aristophanis* Γήρᾳ supra segm. 104. attuli, κοπίδι τῶν μαγειρικῶν. Sed cur ἀνθρακηρῶν addit? In promptu causa; et alii enim λάρκοι

erant, ferebant interdum in iis μισυαρίοις etiam caricas. Index *Hesychius*: Λαρκὸν, πλέγμα φορμῷ ὅμοιον, ἐν ᾧ ἄνθρακας φέρουσιν, ὅτε δὲ καὶ ἰσχάδας. Habes itaque iam λάρκον ἰσχαδοφόρον· habes et ἀνθρακηρὸν, si admittis, ἤγουν ἀνθρακοφόρον. Iung.

112.

περὶ τῶν τοῦ ἀρτ. σκ.] C. A. περὶ σκευῶν ἀρτοποιῶν· *Salm.* ἀρτοποιϊκὰ σκεύη. Kuehn.

ἀρτοπτεῖον etc.] *Salm.* C. ἀρτοπτεῖον μὲν τὸ ἐ. εἶναι ὁ. οὐδὲν κωλύει· dein in C. A. textus incipit: ἀρτοποιῶν σκεύη· ἀρτοπτεῖον μὲν τὸ ἐργαστήριον, ὥς τινες, καὶ ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ἐνοπτῶσι ὃ νῦν ἀρτόπτην κ. ἐκ δὲ τῶν ἀρτοποιϊκῶν etc. ita C. A. Kuehn.

ὥς τινες ὠνόμασαν] MS. τινῶν ὀνομαζόντων. Seb.

ὥς τινες ὠνόμασαν] Si hanc lectionem retinendam dicas, inconcinna sane erit σύνταξις, et videtur verbum deesse. Sin MS. *Seberi* scripturam, quam indicavit, τινῶν ὀνομαζόντων, receperis, omnia cohaerebunt rectius. videtur igitur scribendum et distinguendum: προσρητέον, ἀρτοπτεῖον τὸ ἐργαστήριον τινῶν ὀνομαζόντων, οὐδὲν κωλύει καὶ τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ἐνοπτῶσιν, οὕτω καλεῖν, ὃ etc. Sic sane commodum sensum eliciamus. *Si, ait, praeter coquinaria vasa et panificium addenda sunt, quum quidam ipsam officinam ἀρτοπτεῖον vocent, nil obstabit, quo minus et ipsum illud vas, in quo panes coquere solent, ita adpellemus, quod nunc ἀρτόπτην nominant.* De hac *Iunius Nomencl. Artopta, Plauto, Utensile assandis torrendisque partibus accommodum,* ἀρτόπτη *Polluci.* De qua re plura *Turneb.* XIV. Advers. 5. Iung.

ὥς τινες ὠνόμασαν] Utamur istis, quae sunt ad manus, adminiculis. Codex *Seberi* MS. τινῶν ὀνομαζόντων habet, quae mihi lectio iuxta cum *Iungermanno* longe concinnior et aptior vulgata fuit visa; eam igitur in textu reposui. Ἀρτοπτεῖον, credo, rarissime invenies. ἀρτόπτην usurpavit *Arrianus* in *Epictetieis*, et inde Romanos derivasse constat *artoptam*, quod vocabulum apud *Iuvenalem* Sat. V. *Gl. Isidori: Pigella, artopta, vasis genus.* Πλάθανος vocem esse Doricam adnotavit *Corinthus* de *Dial. Dor.* id autem ego dixero potius de feminina forma πλαθάνη, siquidem illam adhibuisse reperiam *Theocritum* Eid. XV. vers. 114. ubi *Scholiastes*: πλαθάναι δὲ, ἐν αἷς διαπλάττουσι τοὺς ἄρτους.

πλαθάνους] Vid. supra VI, 74. Seb.

πλαθάνους] Si haec vera lectio, diciturne itaque et ὁ πλάθανος, ut alia eiusmodi utriusque generis? Vide tamen

an non πλάθανόν legendum sit. Certe sic *Noster* supra VI, 74. ἔνθα δὲ ἐπλάττοντο οἱ ἄρτοι, πλάθανον· ὁμοίως δὲ καὶ οὗ ἐπλάττοντο. Prorsus geminus locus huic. Et addit hic aliam adhuc notionem ἐφ' ᾧ. *H. Steph.* in suo Codice ἐφ' οὗ adscripsit, quia sic *Hesychius*. et placet. tres itaque significationes ἐν τῇ ἀρτοποιϊκῇ habebit πλάθανον. Prima, ἐργαστήριον ἔνθα ἔπλαττον· altera, σκεῦος, ἐν ᾧ, tertia, σκεῦος, ἐφ' οὗ, de qua et *Hesychius* exponit: Πλάθανον, κύκλον ἐφ' οὗ πλάσσουσιν ἄρτους καὶ πλακοῦντας. *H. Iunius* fingit et aliam, quod ubi apud *Pollucem* legerit, me fugit. Ita enim in *Nomencl.* scribit: *Testus Cat. Fictile sub quo testuacea et placenta concoquuntur, subiecto impositoque igni:* πλάθανος *Dorice et* πλαθάνη *Polluci*. Sed libet quaerere ubi? Certe πλάθανον et supra *Noster* habet VII, 22. Iung.

ὥστε καὶ ἐφ' ᾧ etc.] Legerem cum *Interprete* ὡς τὸ καὶ ἐφ' ᾧ τ. ἄ. ἑ. Kuehn.

ὄνος * ἀλέντων] Supra VII, 19. ὄνος ὁ ἀλέθων, MS. ὄνος ἀλέτων. *Xenoph.* libr. I. ἀναβάσ. f. 256. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ὄνους ἀλέτας περὶ (al. παρὰ) τὸν ποταμὸν ὀρύττοντες καὶ ποιοῦντες. Seb.

ὄνος * ἀλέντων] C. A. ἀλετῶν· supra VII, 19. ἀλεθῶν. Codici *Vossiano* ascriptum est, ἀλέτων· pro μύλῃ priori C. A. μύλα· male *Salm*. ὄνος ἀλέστω καὶ μύλῃ. Kuehn.

ὄνος * ἀλέντων] Scribamus, ὄνος ἀλέτων· ut supra cum *Seberi* nostri MS. nec meo refragante, tandem placuit. Iung.

ὄνος * ἀλέντων] Bene *Iungermannus* refinxit ἀλέτων· sic et *Falckenburgii* Codex, nisi quod accentu minus recte posito, ἀλετῶν.

καὶ μυλήκορον.] Duae huius versiculi copulae absunt a C. A. Kuehn.

κανισκάπη] Sic supra VII, 20. Hic pr. ed. κανισκάπτη. Seb.

ὠνόμαζον.] Post ὠνόμαζον statim est ὀβελοὶ in C. A. etc. Kuehn.

113.

καρδοπεῖον] Pr. ed. καρδόπῳ, mendose. *H. Steph.* Seb.

καρδοπεῖον] Etiam hic ad oram in suo Codice restituerat *H. Stephanus*; et patet ex praecedenti καρδοπεῖον. Iung.

ὀβελοὶ] Puta pro ὀβελίαις ἄρτοις, de quibus supra VI, 75. Iung.

σπάλαθρον] Vid. supra VII, 20. Seb.

σπάλαθρον] Pro σπάλαθρον cum MS. *Seberi* supra pla-

cuit potius σπάλανθρον, ut et MS. noster supra VII, 22. habebat. IUNG.

ἀπομάκτρα] Haec et supra ita iuncta IV, 170. ubi de iis quid dixi. IUNG.

μέδιμνος] C. A. μέδιμνον, ἡμιμέδιμνον· ita et C. Salm. KUEHN.

καὶ παρὰ Κλέωνι etc.] C. A. καὶ παρὰ Κλέω τῷ μ. etc. καὶ παρ' Ἱππώνακτι etc. eandem lectionem habet notis in h. l. Salm. KUEHN.

καὶ παρὰ Κλέωνι etc.] Iam optare licet MS. nostri paginam excisam. Sed bene explet hoc ἔλλειμμα egregie supra IV, 170. ubi κύπρον δὲ τὸ οὕτω καλούμενον μέτρον, κύροις ἂν παρὰ Ἀλκαίῳ ἐν δευτέρῳ μελῶν· ne dubita itaque emendare: καὶ παρ' Ἀλκαίῳ τῷ μελοπ. Et eat ille Paphlago in malam crucem. Κύπρος vero bene ex Hesychio confirmat Seberus noster; H. Stephanus enim hic adscripserat κύπρον· additque quod ita supra IV, 169. Sed non obstat iste locus, immo pro nobis est. ait enim, ut modo adscripsi, κύπρον δὲ κύροις· ubi κύπρον accusativus potest esse a κύπρος, et est certe. quae enim adduntur τὸ οὕτω καλούμενον μέτρον, adduntur ἐξηγητικῶς, nec ad genus κύπρου indicandum quidquam faciunt, ut etiam supra indicavi. Et H. Stephanum hic non emendare, sed varietatem, quam putavit esse, indicare voluit. κύπρος et apud Epiphanium exstare Hostus adnotavit libr. I. de Mensur. cap. 1. IUNG.

καὶ παρὰ Κλέωνι] Non minus ingeniose quam vere ex alio simili Pollucis loco hunc Iungermannus emendavit, nec quisquam, credo, cui mens sana et rei Criticae sapor, in dubium revocabit, quin ita reponi debeat in textu. accedunt Excerpta Falckenburgiana, quae manifesto Cleoni huic spurio Alcaeum substituunt. Meursius in Bibliotheca Graeca Cleones habet duos, alterum, qui scripserit Argonautica, alterum, qui Alexandrum fuerit secutus, et libellum ediderit περὶ λιμένων· sed illi nihil quicquam ad Pollucem pertinent. Κύπρον Hesychius exponit μέτρον σιτήριον (an σιτηρόν? sed nihil opus est; habuimus enim etiam in Polluce ἄγγος μελιτήριον·) ἢ κεφάλαιον ἀριθμοῦ. Cifras nos vulgo vocamus; nam eo referenda posterior explicatio. Ponticis istius vocabuli usum adsignat Epiphanius: Κύπρος παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ποντικοῖς μέτρον ἐστὶ μοδιῶν β. ut ἡμίκυπρον igitur modio fuerit aequale. Ferme praeterieram, quod et in Falckenburgii Codice ἡμίκυπρον extet, cum antea ederetur ἡμίκυπρον.

κύπρον.] *Sylb.* ascr. κύπρον. Sed et *Hesych.* Κύπρος, μέτρον σιτήριον etc. Seb.

ἡμίκυπρον.] *Salm.* C. ἡμικυπρόν· διχοίνικον καὶ ἡμίεκτον. Kuehn.

ἡμίκυπρον.] Sic et *Hesych.* Ἡμίκυπρον, ἥμισυ μεδίμνου. Miror ergo *Hostium* lib. I. de Mensur. c. 16. in ἡμικύπριον, tam ex *Hesychio*, quam ex hoc loco nobis oggerere ἡμικύπριον. Iung.

ἡμίεκτον] Scribendum puto ἡμιεκτέον, ut supra VI, 160. quoque ex *Aristophanis* Νεφέλαις adduxit. Versus certe in quibus tam διχοίνικον, quam ἡμιεκτέον apud *Aristophanem* esse dicit, in dicta Comoedia sunt hi:

ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ.

Et statim, ubi etiam intercessit, οὐδὲν πρότερον ἡμιεκτέου·

εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον. Iung.

ὑγρῶν etc.] C. A. ὑγρὸν etc. ξηρὸν δύναται δὲ etc. ὑγρὸν et ξηρὸν etiam Codicis *Vossiani* est, a nescio cuius manu ascriptum. Kuehn.

καὶ τρεῖς κοτύλας] Emenda, καὶ δύο κοτύλας σίτου, non τρεῖς. supra idem locus VI, 195. recte editus est. Locum historici libet et hic adscribere, qui est extremo lib. VII. Συγγρ. ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου. Iung.

καὶ τρεῖς κ.] Ex rei veritate et emendatione *Kuehnii* textum restitui. id et alibi a nobis in hac eadem re factum est.

114.

τριτημόριον] Choenix nempe tres continebat cotylas. Sic supra IV, 168. κοτύλη, τὸ τρίτον τῆς χοίνικος. Iung.

ἀρτοποιϊκὸν] Pro ἀρτοποιϊκὸν malim legere ἀρτοποιϊκῶν· id est, τῶν ἀρτοποιϊκῶν σκευῶν· vel ἐν ἀρτοποιϊκοῖς σκευαρίοις. Iung.

καὶ τηλία] Copulas non habet C. A. Kuehn.

τὸ ὑπόθημα] C. A. καὶ τουπόθημα (pro καὶ τὸ ὑπόθημα) ὑφόλμενον· ὡς *A.* ἐν ἀργύρῳ ὕπερον κόσκινον. Kuehn.

τὸ ὑπόθημα] Ad hoc respexit et *Hesychius*, ubi ὑφόλμιον exponit, καὶ ὑπόθημά τι. Iung.

ὕπερον] Vid. supra VII, 107. Seb.

ὕπερον] Qui saevissimam *Anaxarchi* poenam literis tradiderunt, saepius hac voce utuntur. *Plut.* de *Virtute Morali*: ὁ μὲν γὰρ (Nicocreon) ὑπέροις σιδηροῖς κατέπτισσε καὶ κατέκοπτεν ἐκεῖνον· similiter *Clemens Alexandrinus* et *Theodoretus*, quos omnes adduxit eruditiss. *Menagius* ad *Dioge-*

nis Laërtii IX, 59. *Κρησέρᾳ* excussam cribro farinam excipiebant. meminit *Aristophanes* in *Ecclesiazusis*. *Ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα*, ibi *Commentator* antiquus *περιβόλαιον τῶν κοφίνων* exponit. videndus in *Gloss. Hippocraticis Galenus*: apud *Erotianum* male editur *κύησέρα* pro *κρησέρα*. *Τρύβλιον Aristophanem* in *Anagyro* dixisse *suppositorium mortarii* notavit *Pollux* noster. *Hesychius* et aliam huius vocabuli notionem adfert. eius verba iubet adscribere: *Τρύβλιον, μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι, ἢ αἱ γλωττίδες, καὶ ἀπόθεμά τι.*

καὶ κρησέρα] C. A. *κρησέρους κρησέραν* al. C. V. ascriptum *κρησέρους*. *Salmas. κρησέα*. KUEHN.

ἀλευρότησις.] In *Labbaei* Codice hic reperio adnotatum *a voulter*. *ἀλευρότησις*. *Hesych. Etymol. Pollux*: supra etiam *Noster* haec VI, 74. IUNG.

καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράταις] MS. *καὶ ὡς ἐν τ. Δημιοπράτοις*. SEB.

καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράταις] C. A. *καὶ ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις* etc. habet et *Salmas*; *Δημιοπράτοις*. KUEHN.

καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράταις] Scribe *Δημιοπράτοις* quamvis plane mallem, ut *Seberus* in suo MS. fuisse ait, *καὶ ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις* etc. IUNG.

ὁ δὲ Ἀριστ. ἐν Σκ. κατ. etc.] MS. *κατάλ. ἔφη*, addit. SEBERUS.

ὁ δὲ Ἀριστ. ἐν Σκ. κατ. etc.] C. A. *ὡς ὁ Α. ἐν Σκηναῖς καταλαβούσαις*. consentit *Salmas*. C. KUEHN.

ὁ δὲ Ἀριστ. ἐν Σκ. κατ. etc.] Post *καταλ.* cum MS. *Seberi* videtur addi posse vocula *ἔφη*. IUNG.

ὁ δὲ Ἀριστ. ἐν Σκ. κατ.] E MS. *Seberi Iungermanno* non refragante, additum in textu *ἔφη*.

κόσκινον αἰράπινον]. *αἰράπινον* habet et *Suidas*. *Hesych. Αἰρόπιον*· id est, cribrum quo ventilatur frumentum, ut lolium inde separetur; *αἶρα* enim *lolium* est, et *πῖνος sordes*. quod scilicet sordesceret lolii inquinamentis, *αἰρόπινον* dictum est hoc cribrum. *Salmas*. C. V. *αἰρόπιον*· *atque ita apud Hesych. scriptum est*. KUEHN.

κόσκινον αἰρόπινον] Quid in ipsa *Aristophanis* χρήσει *αἰρόπινον*? sed *Hesychius* quoque explicat; quamvis apud eum ita legatur: *Αἰρόπιον, σκοτεινὸν, καὶ τὸ κόσκινον ἐν ᾧ κοπεὶ σήθονται*· ubi *Sylburgius* emendat *αἰρόπινον*· sicut et iam *H. Steph.* in Thesauro, quem vide ex *Suid.* et *Etymol.* dictum enim *ἀπὸ τοῦ αἴρειν τὸν πῖνον*. IUNG.

urnas succenderent, quod et apud Christianos nunquam non actitatum est, ut praeter alios observavit *Fronto Ducaeus* ad *Chrysost. Orat.* pag. 51.

Τροφωνίῳ] *Cratini Trophonius* et ab *Athenaeo* laudatur, ut indicat *Casaub.* II. *Anim.* 21. Iung.

καὶ λυχνίον μὲν] MS. τὸ λυχνίον. Apud *Phrynichum* λύχνιον editur, et *Nunnesius* id solum in Notis adgnoscit, sicut et apud *Pollucem* hic, aitque *Eustathium* προπαροξυτόνως λύχνιον pronunciandum esse dicere, ex *Ammonio* etiam λύχνιον esse ait. *Sylburgius* vero ad ista *Hesychii*, Λύχνιον ἡ λυχνεία adscripsit, λυχνεῖον vel λύχνιον scribendum esse, quae sententia etiam *H. Stephani* in Thesauro. et λύχνιον quoque apud *Suidam* est. Nescio tamen an nostrum λυχνίον, quod et supra VI, 103. λυχνία pluraliter tam vulgo quam in MS. erat, mutare debeamus. Certe apud *Eustathium* ad Ὀδυσσ. η. etiam ita invenio: τὴν γὰρ νῦν φασι λυχνίαν, λυχνίον ἐκάλουν. etc. Et in *Ammonii* Libello, sive *Herennii Philonis* potius, περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ. hodie certe ita legitur: λυχνίον. λύχνου διαφέρει· λυχνίον μὲν γάρ ἐστιν ἡ λυχνία, ὡς Ἀντιφάνης etc. Et Magnus *Casaubonus*, cuius auctoritas nobis profecto instar veterum est, ad istud *Athenaei* extremo lib. XV. ὁ μέν τις ἔλεγε, καὶ λυχνεῖον· *Eustathius*, ait XV. *Anim.* cap. 18. *scribit ex hoc loco* λυχνίον, *et ita Pollux, Hesychius, alii: nostri Codices* λυχνεῖον· λυχνίον *autem et* λυχνία *proprie vas ipsum notant, cui oleum infunditur, et ellychnium aptatur; aut candelabrum cui lucerna imponitur, vel appenditur.* Possumus itaque apud *Pollucem* vel λυχνίον retinere, quod MS. noster, hic quidem deficiens segm. 118 et 119. agnoscit, vel λυχνεῖον scribere, ut noster MS. mox segm. 122. habet, ubi vulgo male λύχνιον. Sane et in hoc erravit *Nunnesius*, si modo editio eius notarum ibi mentem ipsius fideliter exprimit, quod dicat, *Poll.* λυχνίον *inquit, est, in qua imponitur lucerna, quae vulgo* λυχνίας *appellatur:* et addit de *Eustathio* eum dicere, λυχνίον *id esse, quod vulgo* λυχνίας quasi ὁ λυχνίας diceretur: etiam, quod ubi egerit, nescio. nec ita *Pollux*, apud quem supra VI, 103. λυχνίαι etiam, nec alio genere *Eustath.* alii. Et ab ipso *Nunnesio* statim additur λυχνία, *candelabrum ex Gloss.* et ἡ λυχνία etc. Sed lapsus est *Nunnes.* in voce corrupta λυχνίαν, quae sequitur, ut ibi dicam. Iung.

λυχνία.] *Hesych.* λύχνιον, λυχνεία. vellem *Interpr.* retinuisset haec vocabula. Hutten.

ἀπευρινόμενον] Leg. *ἀπευρυνόμενον*, *pars latior et in latitudinem diducta*. eadem lectio ascripta est et Codici *Vossiano*. Kuehn.

ἀπευρινόμενον] Scribendum est *ἀπευρυνόμενον*· pars quae dilatatur, patella quasi candelabri, cui lumen mediae imponitur. Iung.

ἀπευρινόμενον] Textus habet *ἀπευρυνόμενον*. quis enim bonae mentis emendationem illam non amplectatur?

τὸ δὲ ἐντιθέμενον] C. A. *καὶ τὸ ἐντιθέμενον* etc. Kuehn.

* *φλογμός*.] MS. *φλομμός*. Veteribus lexicis *φλομὶς* et *φλόμος* *verbascum* herba, qua pro ellychniis utuntur, perinde ut *Etymologistae* *φλόνος*, *λοχμῶδες φυτὸν*, *ᾧ ἀντ᾽ ἐλλυχνίων ἐχρῶντο*. Et *Suid*. *φλῶμος*, *φλόνος*, *θρυαλλίς*. Supra autem VI, 103. *θρυαλλίδες δὲ*, *τὰ ἐντιθέμενα*, *καὶ ἐλλύχνια*, *καὶ φλόμοι*. Seb.

* *φλογμός*.] C. A. *φλοκός*. lege ex lib. VI. cap. 18. *φλόμος*. Vetus Codex, *φλῶμος*, ut monetur in Codice *Vossiano*. *Suidas* agnoscit tam *φλόμος* quam *φλῶμος*. C. V. iubet conferre *Basilii Hexaëmeron*. *Salm*. *φλομμός*. modo vero *πινακίσκιον* non habet. Kuehn.

* *φλογμός*.] Ne dubites *φλομὸς* emendare. Sic supra VI, 103. *καὶ ἐλλύχνια*, *καὶ φλομοὶ* MS. noster, quamvis accentus variet, et *φλόμος* apud *Hesych*. *Suidamque* sit, scribaturque et aliter, ut noster *Seberus* notavit, cuius MS. *φλομμὸς* habet, quod nostram sententiam confirmat. Aliquid et *Nunnes*. de hisce ad *Phrynich*. in *ἐλλύχνιον*. Iung.

* *φλογμός*.] Bene nostri Commentatores *φλομὸς* scribi iusserunt, quam eorum emendationem Excerpta *Falckenburgiana* confirmant.

116.

ὁ δὲ νῦν φανὸς, etc.] Absunt a C. A. nam post *φλοκὸς* est *λυχνοῦχος ὡ*. *Ἀ*. *φαίνειν ὑπευθύνοις λυχνοῦχον*. vulgata lectio etiamnum est apud *Aristophanem*. *Salm*. leg. *λυχνοῦχον*. Kuehn.

ὁ δὲ νῦν φανὸς, etc.] De *φανῷ* et *λυχνούχῳ* plura idem *Nunnesius* ad *Phrynich*. in *φανός*. vid. et *Casaubonum* nostrum XV. *Athen*. 18. Iung.

Ἀριστ. ἐν Ἀχ.] Vid. cum *Scholiast*. fol. 298. priores editiones *φ. ὑπευθύνεις λ.* et *Interpr*. *laternam ad lucendum instruis*. Seb.

Ἀριστ. ἐν Ἀχ.] Optime edidit locum *Comici Seberus* noster. dicit de *Sycophanta Dicaeopolis*:

φαίνειν ὑπευθύνους λυχνοῦχος. —
fax in reis quadruplandis. —
Frischlinus vertit. Iung.

ἐν δὲ τῷ Λυσ. πρὸς Χυτρῖνον] Absunt usque ad ὁ λυχνοῦχος a C. A. pro *Χυτρίνον* forte *Χαρῖνον*. *Chytrinus* enim an nomen Graecum sit valde dubito. *subito quis a servo asse-ctante lapidem sumens percussit laternam*. etiam *Interpres* legit τὸν λυχνοῦχον. Kuehn.

ἐν δὲ τῷ Λυσ. πρὸς Χυτρῖνον] Nescio an titulus mendo careat. alias placet coniectura *Seberi* nostri, τὸν λυχνοῦχον legentis. Iung.

τῶν λυχνούχων.] An pro τὸν λυχνοῦχον? Seb.

τῶν λυχνούχων.] Nemini mirum accidat, sine MSS. auctoritate restituisse me τὸν λυχνοῦχον, cum illam scripturam poscat analogiae ratio; et MSS. hanc lectionem hic adprobaturos, modo ne deficerent, persuasissimus sum. In verbis *Aristophanis* etsi *Salmasii* lectionem *καινῷ* non damnem, retineri tamen vulgatam tuto posse censeo. Post illa sequitur in *Polluce: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λαμπτὴρ ὁ λυχνοῦχος*, quae recte se meo iudicio habent. in Codice vero *Falckenburgii* λύχνος· vulgatam lectionem probat *Philisti χρῆσις*.

ἐν δὲ τῷ Ἀρ. Αἰολ. etc.] *Aristophanea χρῆσις* concinnari rectius posse videtur. Sed ad MS. nostrum cupide redimus, qui cum nova pagina ita rursum pergit: *καὶ τὰς νύκτας ἐκαίρεσθαι*· etc. ut vulgo est. Iung.

*ἐν * κενῷ*] *Interpr.* leg. *καινῷ*. Seb.

*ἐν * κενῷ*] *Salm.* melius censet, *ἐν καινῷ*. Kuehn.

ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλ. β.] MS. *ἐν δὲ τῷ*. Seb.

ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλ. β.] C. A. *ἐν τῷ δ. τοῦ Φιλίστου εἴρηται*· hic iterum pergit C. V. Kuehn.

ἐν γοῦν τῷ δ. τῶν Φ. β. etc.] De *Philisto* quaedam disserui ad lib. X, 42. ibique reliquisse posteris dixi de Vita *Dionysii* tyranni sex volumina, in quibus *Pausanias* pessima quaeque *Dionysii* tyranni illum dissimulasse refert. huc pertinet, quod hominem illum appellet *Cornelius Nepos* non magis amicum tyranno, quam tyrannidi. meminit eius etiam *Cicero* de Divin. lib. I. §. 39. ubi quae habet petita sunt ex huius ipsius *Dionysii* vita. *Pollux* autem an hic eius *Σικελικὰ*, an vero *τὰ περὶ Διονυσίου τοῦ τυράννου* prae oculis habuerit non liquide dixero. In ipso *Philisti* loco pro τὰς νύκτας cogitabam an magis commode τῆς νυκτὸς possis legere. forsitan et *ἀντιπεφραγμένοι λαμπτῆρες* vitii quid alunt; an ex C. *Salm.* hanc lectionem concinnare licet? *καὶ τῆς νυκτὸς*

ἐπαιρέτω λ. ἄν τις πεφρ. sed MSS. hic tacent. De laternis corneis ad *Plauti Amphitryonem* notarunt eruditi viri.

ἀντιπεφραγμένους.] *Salm.* ἄντις πεφραγμένους ex V. C. Kuehn.

117.

τὸν ἐκ κέρατος φανόν.] *Phrynich.* pag. 12. φανὸς ἐπὶ τῆς λαμπάδος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τοῦ κερατίνου λέγε· τοῦτο δὲ λυχνοῦχον· ad quem locum vid. notas *Nunnesii* pag. 7. Ex eo autem quod laternarum materia olim plurimum cornea, *Plautinum* illud natum *Amphitr.* I, 1, 185.

Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?

Ubi consule quae *Fr. Taubmannus* adnotavit. Seb.

ὡς ὅταν etc.] Absunt a C. A. usque ad λαβεῖν. Kuehn.

ὡς ὅταν etc.] MS. ὅτ' ἄν. Iung.

'Αλκμήνῃ] *Euripidis Alcmena* apud *Stobaeum* aliquoties laudatur, ut adnotavit in suo Catalogo *Euripidearum* fabularum *Schottus* noster. Inde et χρῆσιν παροιμιώδη depromit *Aristoph. Schol.* ad *Ranas.* ibi: μετακυλινδεῖν αὑτὸν αἰεὶ Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον. Iung.

πόθεν δὲ π. φανὸν etc.] πεύκης φανὸς *taeda est.* Kuehn.

πόθεν δὲ π. φανὸν etc.] χρῆσις ex *Euripide* ita in MS.

πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν·

non φανὸν, ut vulgo. Et certe illius, non huius, τοῦ νῦν in usu, ut modo et supra VI, 103. dixit, exemplum ex *Euripide* attulisse omnino credo. itaque cum MS. emendo. Iung.

πόθεν δὲ π. φανὸν] πανὸν MSS. quod prae vulgata lectione placuit, cum et *Ammonius* observet *Tragicos* illam vocem solere scribere per π, cum *Comicis* scribatur per φ. Eximie facit ad totam hanc rem *Galeni* locus, quem ex *Glossis* eius *Hippocraticis* describam: Λαμπτὴρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσιν· ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νουσῶν τῷ μείζονι. παρὰ μέν τοι τοῖς ἄλλοις καὶ μάλιστα τοῖς 'Αττικοῖς, ἐν ᾧ ξύλα τε κατεκαίετο παρέξοντα φῶς· ἀλλὰ καὶ αἱ δᾷδες, καὶ ὁ λύχνος ἐστὶν ὅτε λαμπτὴρ ὀνομάζεται· sic enim haec purius, quam in editione *Aldina* vulgantur, legenda sunt. ad *Galenum* adde *Hesychium* in λαμπτήρ· hic enim quae scribit proxime ad *Galeni Glossam* accedunt, meamque confirmant emendationem.

καὶ γὰρ δ. καὶ λ. ε. τῶν φωσφόρων.] γὰρ abest a C. A. mox quidam legunt τῶν πυρφόρων. Kuehn.

καὶ γὰρ δ. καὶ λ. ε. τῶν φωσφόρων.] MS. καὶ γὰρ δᾷδες, καὶ λαμπάδες τῶν φοσφόρων· sine εἰσί. *Athen.* libr. ult. Φι-

λύλλιος δὲ τὰς λαμπάδας δᾷδας καλεῖ. Et nescio quid hic delirabam, si legeremus, καὶ γὰρ δετὰς καὶ λαμπάδας τῶν φωσφόρων, fore integrum senarium, nescio unde. nam δεταὶ etiam λαμπάδες apud *Hesychium* exponuntur. sed satius fuerat, credo, has nugas abstinuisse; cur enim δᾷδας et λαμπάδας hic *Pollux* omittat, quae vulgatissima, et supra VI, 105. et segm. 111. queque allata fuere? Iung.

* ἐξαντρίας] *Interpres* praeterit vocem ἐξαντρίας, quae et *H. Stephano* suspecta. Seb.

* ἐξαντρίας] Bene C. V. ἐν Ξαντρίαις· sic et *Salmas.* cuius C. V. ἐξαντρίας. in catalogo *Aeschyli* dramatum κατὰ στοιχεῖον, qui praemitti solet eius tragoediis, etiam extant Ξάντριαι. confer et *Valesii* notas in *Eusebii Hist. Eccles.* pag. 243. *Gloss.* Ξάντρια, *pucatrix*, leg. *putatrix*, *a* ξαίνειν, *putare*, *carminare.* eadem affert *Salm. Tibullus* Ξάντριαν describit: *Tractaque de niveo vellere dente putat*, lib. I. Eleg. 6. Kuehn.

* ἐξαντρίας] Non frustra suspectum habent vulgatum ἐξαντρίας viri docti. falsum nos certo adfirmare possumus. Ita enim MS. noster iubet, qui habet, ἐν Ξαντρίαις. Nil verius, quod ita reponendum. Ξάντριαι eaedem et in Catalogo τῶν Αἰσχύλου δραμάτων κατὰ στοιχεῖον exstant. *Nec tamen*, ut nos admonuit ὁ θεῖος *Salmasius*, *satis hac in re cautus aut prudens Pollux, qui κάμακας vocare λαμπάδας dicat.* κάμακας πεύκης *enim Aeschylum vocare, non simpliciter* κάμακας' *et* πεύκας *Graeci Poetae* λαμπάδας *et taedas dicunt.* κάμακες πεύκης *idem est, quod* πεῦκαι *aut* πεύκη, *quod est taeda.* Haec ille. Ceterum feruntur et *Euripidis* Ξάντριαι· nam apud *Aristoph. Scholiast.* ad *Ranas* in certamine Poetico ad ista νύμφαι ὀρεσίγονοι sit: ἐκ τῶν Ξαντρίων (puto scrib. Ξαντριῶν) Εὐριπίδου φησὶν Ἀσκληπιάδης· εὗρε δὲ Ἀθήνησιν ἔν τινι τῶν διαθέντων· Νύμφαι ὀρεσιγόνεαι θεαῖσιν etc. similis nominis drama Ξάνται, ἢ κίρκωπες a *Platone Comico* scriptum fuit, ut apud *Suidam* lego in eius *Comici* fabularum catalogo. Iungerm.

* ἐξαντρίας Αἰσχύλος] Mirum non meminisse *Meursium* huius loci in *Aeschylo* suo, cuius equidem emendatio vel homini mediocriter docto facile venisset in mentem. nostri MSS. praeclare, ἐν Ξαντρίαις, quo tendit et *Falckenburgii* Codex, quamvis in eo intricatior paullo sit scriptura. *Richardus Bentleius*, vir ingeniosissimus et insigni eruditione, rectissime locum hunc emacularat ad *Malalam* pag. 58. ubi simile vitium *Galeno* adhaesisse observat, apud quem scri-

ptum sit *Αἰσχύλος ἐξαντλίαις* pro *ἐν Ξαντρίαις* Adducit et hanc *Aeschyli* fabulam *Photius* in *Lexico*, *Αἰσχύλος Ξαντρίαις* in voce *πέμψαι*, et in *ὀκτώπουν*, *ἐν ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις*. *Suidam* lege in eadem voce.

κάμακες π. etc.] C. A. *πεῦκαι οἱ π.* malim tamen vulgatum. *Salm.* *καὶ κάμακες πάχης οἱ πυρίφλεκτοι.* Kuehn.

στρ. μὲν τὸ χρῆμα] C. A. *μέν τοι εἶ. δὲ καὶ ὑ. Θ.* Kuehn.

στρ. μὲν τὸ χρῆμα] MS. *στρ. μέν τοι τὸ χ.* De *ὀβελισκολυχνίῳ* vid. *Nunnes.* Not. in *Phrynich.* voce *φανός*. Locum *Theopompi* hunc etiam intellexit *Athenaeus* extremo libr. XV. quamvis apud eum mendose legatur, *Ξυλολύχνου δὲ μέμνηται Ἄλεξις, καὶ τάχα τούτῳ ὅμοιόν ἐστι τῷ παρὰ Θεοπόμπῳ, ὀβελισκόλυχνος*. Sed Magnus *Casaubonus* bene emendat et certo, *τὸ π. Θ. ὀβελισκολύχνιον*. Iung.

στρατ. μὲν τὸ χρῆμα] Parvi quidem id momenti est, quod restituerim *μέν τοι*· sed ita tamen fuit iubentibus MSS. emendandum. *Ὀβελισκολύχνιον* apud *Theopompum* satis metri ratio probaverit: sed quod apud *Athenaeum* ex eo *ὀβελισκόλυχνος* adducatur, potius id equidem meo iudicio ipsi auctori fallentique eius memoriae quam librariis est imputandum.

118.

τοῦ κωμικοῦ etc.] *τοῦ κωμικοῦ* cum sequentibus usque ad *πικρᾶς* abest ab Antw. Codice. *Salm.* C. ante *ὑπὸ* praemittit *καί*. Kuehn.

ἐπ' ἀγαθαῖς etc.] C. V. *ἐν ἀγαθαῖς τ.* Kuehn.

ἐπ' ἀγαθαῖς etc.] MS. *ἡμ. δὲ ἀπ. ἐν ἀγ. τ.* quae forte parvi momenti. Iung.

ἐπ' ἀγαθαῖς τ.] Consilium MSS. sequor, qui prae se ferunt *ἐν ἀγ. τ.* sententia non diversa. sed properandum ad sequentia, ubi MSS. bene de *Polluce* merentur. scilicet in vulgatis *καὶ μαχαίρας πικρᾶς* non recte. *Falckenburgii* Codex, qui plerumque in praecipuis maiorisque momenti rebus ceteris MSS. solet consentire, *ξιφομαχαίρας πικρᾶς*, itaque reponendum in textu. sensum loci plane non cepit *Interpres*, cui in istiusmodi difficilioribus erranti facile condonamus. est autem hic: *Nos autem abeuntes* (salvos et integros) *bona ope obeliscolychnii et xiphomachaerae acerbae.* quosdam haec dixisse credo, qui nocte fortiter pugnantes fallenteque lumine obeliscolychnii adiuti periculum praelii evaserant. eleganter autem *ἐν ἀγαθαῖς τύχαις*, quae formula solennis est, et in initio psephismatum in primis frequentissime apponi solita, qua ut omnia sibi prosperrime succederent, precabantur.

adeunda sunt *Arundeliana Marmora*, in quibus ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ, ἀγαθῇ τύχῃ aliaque similia saepe reperies. Ξιφομάχαιρα, ἡ μεγάλη μάχαιρα est apud *Hesychium*. πικρὰ vero ξιφομάχαιρα ad imitationem *Homeri*, cui πικρὸς ὀϊστὸς ὁ πικροποιὸς καὶ θανάσιμος, ut *Eustathius*. sic *Coluthus* πικρὸν βέλος· eaque loquendi ratio familiaris Hebraeis in simili voce, et a LXX. viris conservata. [Intellectum, quem *Theopompi* loco assignavi, verba Graecaeque linguae consuetudo non respuunt. sed ingeniosum est, quod mihi impertivit elegantissimus noster *Berglerus*, qui pro ipso bello sumit Ὀβελισκολυχνίον et ξιφομάχαιραν πικρὰν hac sententia: *Nos autem bona fortuna liberatos a bello eiusque muniis et periculis.* Egregium hoc, nisi fallor, et minime spernendum. *Ex Addendis.*]

ὀβελισκ. καὶ μαχ. π.] C. V, ξιφομαχαίραις, leg. ξιφομαχαίρας. *Salm.* ὀβελισκολύχνου καὶ μαχαιρίδος πικρᾶς, vel μαχαίρας τῆς πικρᾶς. KUEHN.

ὀβελισκ. καὶ μαχ. π.]· Sed hoc versu quis suspicatus est vocem mutilam esse? Noster MS. prodit habens: ὀβελισκολυχνίου καὶ ξιφομαχαίρας πικρᾶς. quo modo certe restituere debemus, nec versui ulla vis fit. Easdem ξιφομαχαίρας in alia χρήσει restitui ex MS. supra VII, 158. quae infra segm. 145. incorrupte leguntur. *Theopompi* vero *Irene* et ab *Athenaeo* laudatur. *Casaub.* IX. *Athen.* 2. IUNG.

ὅταν δ' εἴπῃ Ἀριστ. ἐν Αἰολ.] C. A. εἴπῃς Ἀ. δυοῖν λυχνιδίοιν λυχνίαν εἰ. α. οὐ λ. μ. caetera absunt usque ad εἶδος segm. seq. *Salm.* etiam λυχνία. KUEHN.

ὅταν δ' εἴπῃ Ἀριστ. ἐν Αἰολ.] MS. ὅτ' ἂν δ' εἴπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης, δ. IUNG.

ὅταν δ' εἴπῃ Ἀρ. ἐν Αἰολ. etc.] Ordinem a MSS. monstratum exhibui in textu. mox vulgo fuit editum λυχνίαν, quam maculam praeeuntibus MSS. haud difficulter eluimus. Paulo post in *Cratini* verbis melius e MSS. textus habet ποι' tum in *Aristophanis* loco omnia sunt planiora, ut nos restituimus e MSS. Sed ad alia porro difficiliora maiorisque momenti pergamus.

δηλονότι λυχνίαν εἴρ.] MS. δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ' οὐ λ. egregie. Et hic locus videtur esse, qui *Nunnesium* impelleret in errorem, ut nobis ad *Phrynich.* λυχνίαν fingeret, quasi λυχνίας diceretur. Nam in φανὸς ad *Phrynich.* ita scribit: λύχνιον *quoque et* λυχνίδιον ὑποκοριστικῶς, *ut observat Pollux, appellabant Attici, quod posteri* λυχνίαν, *ubi lychni reponerentur.* Sed bis fallitur. Nec enim λυχνίον ullibi diminutivum a λύχνῳ dixit *Noster*, sed σκεῦος ipsum ἐν ᾧ λύχνος

ἐντίθεται· et ab illo λυχνίῳ ait diminutivum esse λυχνίδιον. Nec λυχνίαν hic dixit vel alibi. sed hic λυχνία scribendum esse MS. nos omnino iubet. Ait itaque *Pollux*, quum *Aristophanes* λυχνίδια dicat, clarum est eum non parvos lychnos sed λυχνία dicere, *candelabra*, quod et ex aliis probat *Comicis*. perinde nimirum ut μυρίδιον pro μύρῳ dictum sit. Iung.

ὅταν.] MS. ὅτ' ἄν. Iung.

οὐκ ἔστι μοῦ λ.] MS. οὐκ ἐστί μοι λυχνίδιον· quo pacto emenda. *Crates* Γείτοσι etiam laudatur ab *Athenaeo*, ut *Casaubon.* indicat IX. *Athen.* 12. Iung.

119.

ἡ Νιόβη] C. V. ἡνιόβῳ· et ita infra cap. 58. et cap. 48. sed *Athenaeus* servat vulgatum δράμασιν ἡ Νιόβη lib. VII. c. 14. ubi vid. *Casaub.* ascriptum tamen est C. V. *f.* ἡνιόχῳ. ipsum vero locum lege:

— ἀλλ' ὥσπερ λύχνος
ὁμοιότατ' ἐκάθευδ' ἐπὶ λυχνιδίου.
— *sed uti lychnus*
simillime dormiebat super candelabro. Kuehn.

ἡ Νιόβη] MS. ἡνιόβῳ. Sed bene vulgo. vid. *Casaub.* VII. *Athen.* 14. dein scribe ὁμοιότατα, ut MS. diserte habet, et *Casaub.* noster dicto loco. Iung.

κάθευδε ἐπὶ etc.] MS. κάθευδ' ἐπὶ τ. λ. quo pacto etiam scribendum videtur, quamvis hoc leve. Iung.

ἐν δὲ ταῖς Φοινίσσαις] Ita plenius MS. Ἀριστοφάνους δ' ἐν ταῖς Φοινίσσαις εἰπόντος, στιλβηθῇ κατὰ νύκτα μου φλογάνας ἠράζεις ἐπὶ τ. λ. quae valde discedunt a vulgatis φλόγα ἥσει, ut *H. Stephanum* legere ait noster *Seberus*, pro antea edito φλ. ἥξει. Sine dubio itaque aliter versiculi reconcinnandi et emendandi erant. Iung.

ἐν δὲ ταῖς Φοιν.] Mutilum hunc locum e MSS. supplevimus et qua pote restituimus. de *Comici Phoenissis* vide *Meursium* in *Attica Biblioth.* titulus a Tragicis translatus: *Euripidis Phoenissae* sunt celeberrimae. sed ipsa *Comici* verba alia longe ratione leguntur in MSS. ac vulgo. pro istis enim μοὶ φλόγα ἥσει satis intricate MSS. μοῦ φλογάνας ἠράζεις, quae nobis negotium facessunt, praecipue cum nullam hic lucem *Iungermannus* accendat. omnis nodus est in ἠράζεις· quo soluto, tota res est expedita. illud φλογ' ἀνασειράζεις, quod in *Excerptis Vossianis* est adscriptum, non ineptum esse iudico, nisi quod loquendi ratio paulo sit insolentior. metaphora ab equis desumta, quos qui reducto fraeno sistit et a cursu cohibet, dicitur eos ἀνασειράζειν· videndus *Hesychius*.

cogitabam, an non commode posset legi φλογάνας ἐραύξεις· sed eruditi melius et felicius ista detegent, quae nos festinantes obiter attingimus. id autem praeterire nequeo, *Pollucem* nostrum forsitan haut satis attendisse, cum στίλβην ex hoc loco lychni quoddam genus esse probari posse existimat. si quid enim ego video, στίλβη commode prorsus hoc *Aristophanis* loco explicari poterit *lumen, fulgor candelae.* Ita superius ex eodem *Aristophane* πάντα τῆς ἐξωμίδος διαστίλβειν dicuntur ὥσπερ ἐν κενῷ λυχνούχῳ· sed tamen ne penitus abiiciam illam expositionem facit *Hesychius*, apud quem talia lego: Στίλβει, αὐχμὸς, ἐλλύχνιον· ἔνιον φάνον· Ἀττικοὶ δὲ ἔσοπτρον· ex parte locum restituit *Salmasius*, qui totus ita legendus est: Στίλβη, λύχνος (coniectaram φλομός) ἐλλύχνιον· ἔνιοι φάνον. Ἀττικοὶ δὲ ἔσοπτρον.

στίλβη θ' ἡ etc.] C. V. φλογάνας ἠράξεις ἐπί· ascriptum est legendum esse στίλβη θ' ἡ κατὰ νύκτα μοι φλόγ' ἀναστοράζεις ἐπὶ τῷ λ. *et Stilbe, quae mihi per noctem flammam reprimis super candelabro:* id est, quae tenuem flammam spargis, refraenando illam. Kuehn.

ἥσει] Sic leg. *H. Steph.* pr. ed. ἥξει. Seb.

ἐπὶ τούτῳ] MS. ἐπὶ τοῦτο γρ. Iung.

Ἀριστ. ἐν Ταγ.] C. A. τὸ μῦῤον Ἀριστοφάνης ἰστέον εἴ. δ' ὑ. α. Kuehn.

εἴρηται δ' ὑπ'] MS. εἴρ. δὲ καὶ ὑπ'. Seb.

εἴρηται δ' ὑπ'] MS. noster: εἴρ. δέ. Sed *Seberi* plenius, εἴρηται δὲ καί. Iung.

ἄγγη μυρηρά.] *Salm.* C. μονηρὰ pro μυρηρὰ perperam. C. A. καὶ ἄγγη μυρικά. Kuehn.

ἄγγη μυρηρά.] In MS. nostro ab alia manu super ρ scriptum ν. Sed inepte, credo. In MS. *Salmanticensi* haec lectio exstat, ut *Schottus* noster indicat: μυροφορικά· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖ· quae forte sic debebant scribi: ἄγγη μυροφορικά· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖον. Sed vulgata bene se habent, mox vero pro Ἀριστοφάνης, ut in MS. erat, recte ibidem emendatum Ἀριστοφάνους. Caeterum ex hoc loco, ubi et λήκυθον μυρηρὰν *Pollux* dicere nos posse ait, inductus *D. Furlanus* Notis ad *Theophrast. Charact.* cap. περὶ ἀρεσκείας, pro θηρικλὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους opinatur legendum, μυρηρὰς τῶν etc. Iung.

ἄγγη μυρηρά.] Equidem ego vulgatam lectionem non temere reiiciam. sed illi tamen de loco lites movere possit ista scriptura, quam e Codice *Salmanticensi Schottus* adnotavit. huic convenit *Falckenburgii* liber, qui literis expressis pro

μυρηρὰ legit μυροφορικὰ, pauloque post μυροφορεῖν pro μυροφόρον, unde facillime formes μυρόφορεῖον, quod iam *Iungermannus* vidit. an non igitur longe concinniori et minus interrupto ordine sic in *Polluce* reponas? καὶ ἄγγη μυροφορικά· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖον· λέγοιτο δ' ἂν καὶ λήκυθος μυρηρά· ἐν δὲ Βατρ. 'Αρ. Quid alii sint iudicaturi, ignoro: ego vero vulgata lectione lubentissime caream, si hanc habere liceat. μυροφορεῖον autem rectissime, ut segm. 127. σμηματοφορεῖον similiaque plurima. Alia tamen praeterea hunc locum attente volutanti venit in mentem coniectura. segm. seq. ex eadem *Aristophanis* fabula, quae hic adducitur, Δαιταλεῦσι, λήκυθον μυρηρὰν profert *Pollux* noster, quae voces facillima loci transpositione hic etiam *Aristophani* possunt adseri tali modo: εἴρηται δ' ὑπ' αὐτοῦ ἐν Δαιταλεῦσι καὶ λήκυθος μυρηρά· λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἄγγη μυρηρὰ, aut μυροφορικὰ etc. pluribus, credo, non displicebit haec opinio mea.

καὶ μυροφόρον] C. A. omittit καί· post μυροφόρον est, τὸ δὲ ἀγγεῖον etc. segm. 121. Kuehn.

ληκύθιον.] ληκύθιον occurrit in eo dramate, ubi *Aeschylus* cum *Euripide* concertans introducitur crebro. ubi *Aeschylus* prologis *Euripideis* semper voculam ληκύθιον προσάψας accinit ληκύθιον ἀπώλεσεν, sic dimidiatos iambos *Euripideos* supplendo cavillans. Iung.

120.

Σοφ. δ' ἐν 'Ανδ. αὐτ. ληκ.] C. V. λίθοις ἔφη, δηλῶν ἀλαβαστοὺς μονολίθους. Kuehn.

Σοφ. δ' ἐν 'Ανδ. αὐτ. ληκ.] MS. Σοφ. δὲ ἐν 'Ανδρομέδᾳ αὐτοχείλεσι λίθοις ἔφη, δηλῶν ἀλαβάστους μονολίθους. Et de αὐτοχείλεσι λίθοις sane meam sententiam non profero, caetera tamen ut in MS. legenda. certe δηλῶν pro vulgato mendoso δῆλον et *H. Stephanus* in suo Codice reposuit: ἀλαβάστους autem MS. constanter retinet, nisi segm. 121. in fine, ubi, quod alii ἀλαβαστοθῆκαι, *Aristophanem* cum ρ dixisse ait. Et credo, volente *Polluce* nos scripturam MS. secuturos. Sic ἀλάβαστος, λήκυθος apud *Hesych.* et *Suidam* in ἀλαβαστοθήκας vide, ut et ante eum *Harpocrationem*, ubi etiam ἀλάβαστοι· et *Etymolog.* in ἀλάβαστρος· et *Eustath.* ad 'Ιλ. σ. E quibus omnibus tibi constabit, nos non minus tute MS. scripturam retenturos quam vulgatam. et locus qui infra segm. 121. id suadet, ut ibi ex MS. restituendum admonebo. De *Sophoclis* vero *Andrumeda* vid. *Casaub.* VII. *Athen.* 4. Iung.

Σοφ. δ' 'Ανδρομέδῃ] Ut restituimus in texto, habet et

Falckenburgii Codex. vide *Meursii Sophoclem*, ubi *'Ανδρομέδα* semper reperio. Aliter autem in MSS. ac in vulgatis ipsa *Tragici* verba leguntur, αὐτοχείλεσι λίθοις· ubi nos iterum destituit *Iungermannus*. audendum tamen, si forte iuverit audentes fortuna. alabastra non inepte λίθους posse dici a poeta Tragico, equidem agnosco lubens, siquidem ipsi Grammatici λίθινον μυροθήκην illam vocem exponant, et ἄγγος μύρου μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον· sed hoc dato quid facies isto vocabulo αὐτοχείλης, cuius forsitan nullum in tota Graecia extat exemplum? et quo pacto αὐτοχείλης λίθος designet ἀλάβαστον μονόλιθον, uti quidem ipse *Pollux* exponit, nulla ratione video. porro *Pollucem* de ληκύθοις agere quisque facillime videat, quorum sanequam praeter instituti rationem nulla fuerit hic facta mentio, si MSS. lectionem admittamus. itaque necessariis argumentis adductus MSS. hoc loco lectionem non amplector, potiusque retinendas existimo vulgatas ληκύθους, quas ipsa me iudice loci rerumque, de quibus agit *Pollux*, sequela poscit; hac tamen ratione auctoritati MSS. nihil detractum velim, quorum tum demum scripturam comprobamus, quum rationi locique ingenio consentanea est. at enim cum αὐτοχείλης vox et ignota et parum apta videatur, MSS tique non propter nullam rationem λίθοις foveant, in eam inductus sum opinionem, ut censerem scripsisse *Auctorem* nostrum αὐτολίθοισι ληκύθοις, qua lectione nihil esse potest magis appositum magisque conveniens ipsius *Pollucis* expositioni. λήκυθος de alabastro commode dicitur. *Suidas*: ἀλάβαστοι δὲ εἰσὶν λήκυθοι, ὧν οὐκ ἐστὶ λαβέσθαι· et *Etymologus*: λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν· utriusque praeterea figura vasis haut dissimilis est. tum αὐτόλιθος est μονόλιθος, ut *Αὐτόμοιρον*, sic enim scribendum, e *Sophoclis Thyeste Sicyonio Hesychius* interpretatur μονόμοιρον, et *Αὐτόκρανα*, κίονα μονόλιθον· mihi quidem ita adblanditur haec coniectura, ut verissimam esse non dubitem. fuerit tamen forsan unus et alter, qui αὐτοχείλεσι praetulerit; non enim nescio, quid ad illam vocem defendendam possit adferri. sed ille, nam hac similive de re altercari cum quoquam non constitui, suo fruatur ingenio suique animi sententia. In sequentibus sic ante nos edebatur, δῆλον ἀλαβάστρους μονολίθους· quae melius in MSS. et ut illi habuerunt, in textu legitur. profecto *Pollucem* illam usurpasse vocis formam ἀλάβαστρας quam ipse damnabat credibile non est. inferius hac de re plura notabo.

δῆλον] *Sylburg.* δηλῶν. Seb.

σπαθίδα, etc.] C. V. σπαθίδια etc. Kuehn.

σπαθίδα, etc.] MS. *σπαθίδια, καὶ σ.* Sed non est opus. illud quod vulgatur *σπαθίδα* hic aptius est, et subiecta *χρήσει* sat firmatur. Iung.

Ἀριστοφ. εἰπ.] MS. *Ἀριστοφάνης μὲν εἰπόντος* etc. sed recte ab alio emendatum *Ἀριστοφάνους.* Iung.

Ἀριστ. εἰπ. etc.] *μὲν* ad pleniorem sensus efficaciam e MSS. est additum. tum ipsius *Aristophanis* locum e MSS. emendavimus illata nulla, nisi quam sensus postulabat, mutatione. sententia talis est: *degustare unguentum lecythi unguentariae, priusquam spatham immiseris,* quod qua fuerit occasione dictum, ne quis a nobis exponi petat; nimis enim illa conditio dura est, nec licet in omnibus, quod in quibusdam, si sensus notam locus ipse contineret, praestitimus. vide quid hac de re dicat vir ingenio et eruditione summus *Is. Casaubonus Anim.* in *Ath.* libr. II. fine cap. 8. Enumeratur etiam *σπάθη* et *σπαθὶς* inter medicorum instrumenta. saepius utriusque meminit *Damocrates* apud *Galenum.*

τῆς μυρ. ληκ. etc.] In *Aristoph.* verbis C. V. ita versatur: *πρὶν καθελεύσας τὴν σπαθίδα γεύσασθαι μύρου·* forte, *πρὶν καταδεύσας, priusquam intingens tudiculam unguentum degustares.* Kuehn.

τῆς μυρ. ληκ. etc.] MS. *πρὶν κατελάσας τ. σπ. γεύσασθαι μύρου.* Et sic itaque restituamus haec *Aristophanea:*

— *τῆς μυρηρᾶς ληκύθου*
πρὶν κατελάσας τὴν σπαθίδα γεύσασθαι μύρου.

Vulgata certe exsensa sunt etiam. Iung.

καὶ γὰρ Εὔφημος etc.] C. V. *καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο* etc. *ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε, λύε τἀλαβάστιά συ θᾶττον. Eubuli Στεφανοπώλιδας* laudat etiam *Athenaeus.* versus *Eubuli* fuerint forte ita:

λύε τἀλαβάστια σὺ θᾶττον, καὶ τῇ σπαθίδι
τὸν πώγωνά μου καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.
Solve tu alabastra citius, atque spatula
barbam meam, eamque quae infra nares est, unge.

Kuehn.

καὶ γὰρ Εὔφημος etc.] MS. *καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο* etc. Facessat itaque hinc ille vulgatus, quamvis bono nomine, *Euphemus* cum suis *Stephanoplocis,* et restituatur *Eubulus* cum *Stephanopolidibus,* vel *Coronariis,* ut noster *Casaubonus* interpretatur IX. *Athen.* 8. ubi quoque eius *Comici* nomen restituit, quod *Eupolis* ibi occupaverat. Laudatur ille *Eubulus ἐν Στεφανοπώλισιν* aliquoties lib. ult. *Dipnosophistῶν Athenaei.* Iung.

καὶ γὰρ Εὔφημος etc.] Absque MSS. auxilio nemo detexisset unquam tam insignem in hoc *Pollucis* loco errorem. nos itaque sine mora *Euphemum* istum cum suis *Στεφανοπώλισι* sede sua decedere iubemus. *Eubuli Στεφανοπώλιδες* et *Athenaeo* et *Polluci* nostro notae, eiusque fabulae argumentum aperuisse me reor ad segm. 69. Porro mox in *Polluce* sic ante nos edebatur: *τοὺς δὲ ἀλαβάστρους, ἀλαβάστρια εἴρηκε· Λύε τὰ ἀλαβάστρια θᾶττον σύ·* etc. quae omnia longe concinnius e MSS. reformavimus. *ἀλαβάστιον* scilicet ab *ἀλάβαστος*, ut Attici, non *ἀλάβαστρος*, quod vulgare est et commune. *λύειν ἀλαβάστια* recte vertit *Interpres aperire*: summa enim horum vasculorum labia vinculis erant ligata et obsignata; *solvere* simili sensu eandem ob rationem a Romanis adhibetur. sed et *σπαθίδος* usus ex hoc loco notandus: *καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.*

τοὺς δὲ ἀλαβάστρους, etc.] MS. *τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε, λύε τἀλαβάστια σὺ θᾶττον καὶ* etc. Sic itaque totus hic locus mihi videtur iam restituendus: *καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο μὲν σπαθίδα, τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε·*

— *λύε τἀλαβάστια*
θᾶττον σύ, καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου,
καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον —. Iung.

121.

ἐν Δρώπιδι] Vide Indices Auctorum. Seb.

ἐν Δρώπιδι] C. V. *ἐν τῷ Δρώπιδι*. leg. *Δρωπίδῃ*, quod omnino vult illud *τῷ*. Kuehn.

ἐν Δρώπιδι] In MS. *'Αλεξ. μέντοι ἐν τῷ Δρωπίδι σπ.* Forte itaque *ἐν τῷ Δρωπίδῃ*, ut apud *Athenaeum* lib. IV. est scribendum. Sed considerandum hoc relinquimus Magno *Casaubono*, quem vid. IV. *Athen.* 21. Iung.

ἐν Δρώπιδι] Ego reposui cum *Kuehnio ἐν τῷ Δρωπίδῃ*, ut apud *Athenaeum* legitur, ad quem *Casaubonus*, neque diffiteor, animi dubius haeret, utrum potius eligat *Δρωπίδα*, quod reperiri inquit apud *Pollucem*, anne vero *Δρωπίδην*, ut *Athenaeus* eiusque vetusti Codices scribunt. in *Hesychio* notat ad defendendam priorem scripturam extare *Δρώπις, τρυγητός*· quod tamen ego non video, quo pacto huc pertinere possit, cum *Δρώπις*, si verus probari posset iste titulus, per ω exaretur, *δρόπις* autem apud *Hesychium* per ο. igitur *Δρωπίδην* existimo legitimum *Alexideae* fabulae titulum. et si quis de significatione vocis quaerat, equidem in-

terpretabor *hominem pauperem* et *erroneum*. apud *Hesychium* certe *Δρώπτης*, *πλανήτης*, *πτωχὸς* lego, itaque refingendum censeo *Suidam*, apud quem editur *δρώπης*. Praeterea potuerat etiam *Alexis* sic fabulam illam inscripsisse a nomine proprio *Δρωπίδης*, *ὄνομα κύριον*, ut apud *Suidam*. Codex *Falckenburgii* habuit etiam cum ceteris *τῷ Δρ*. In ipsis autem *Alexidis* verbis e MSS. refeci *ἐν τῷ μύρῳ* pro *εἰς τὸ μῦρον*· quamvis enim utriusque scripturae sententia non est diversa; lectio tamen MSS. longe elegantior, observandumque, uti saepius *εἰς* poni solet concinne pro *ἐν*, quemadmodum in *Hipponacte* ad segm. 75. *σάκος ἐς τροπήϊον* exponebamus *saccum colatorium in torculari*, et *Phocylides* dixit, *εἰς ᾅδην ὄλβον ἔχειν*, et *Etymologus* in *Δεῖγμα*· *οὕτως εὗρον εἰς ῥητορικὸν λεξικὸν*, saepissimeque *εἰς οἶκον εἶναι* pro *ἐν οἴκῳ*, sic et *ἐν* vice versa frequenter pro *εἰς*.

τὴν σπάθην εἰς τὸ μ. κ.] C. V. *σπ. ἐν τῷ μύρῳ*, leg. *ἔνδον εἰς τὸ μύρον*, ita erit senarius integer. Kuehn.

τὴν σπάθην εἰς τὸ μ. κ.] In ipsa *χρήσει* MS. *σπ. ἐν τῷ μύρῳ κ.* Et rectius puto, si forte ita versiculi concipiendi:

— *τὴν σπάθην*
ἐν τῷ μύρῳ καθῆκε —.

Significat autem *ἐν τῷ μύρῳ* idem quod *εἰς τὸ μύρον*· ut saepe ea particula. *Agath.* lib. V. *φοιτῶν δὲ ἐκεῖνος ἐν τοῖς βασιλείοις*. Et ibidem: *οἱ μὲν ἐν τοῖς χαρακώμασι σὺν πλείστῳ θορύβῳ ἐμβαλόντες*. Sed ea particularum satis nota vel ex *Grammaticis*, nec opus ut hic doceatur. Iung.

ἐξεχ. μῦρον] C. A. *τὸ μῦρον*. Kuehn.

ἐξεχ. μῦρον] MS. *ἐξεχ. τὸ μύρον* plenius. Iung.

ἐξεχεῖτο μῦρον] *τὸ μῦρον* MSS. Forsitan et *ἐξ οὗ* scribendum verius quam *εἰς ὅ*. *Ἐξάλειπτρον* et saepius *ἐξάλιπτρον*. eius vasculi mentio apud *Callistratum* in eleganti et accurata descriptione magnificentissimae pompae *Ptolemaei Philadelphi*, quam *Dipnosoph.* lib. V. inseruit *Athenaeus*. etiam in re Medica istius vasis est usus. vid. segm. 46. ibique me notantem. *Hesychium* in hac voce turpe mendum invasit, praeteriitque, quod miror, virorum eruditorum acumen: *Ἐξαλίγυρον*, inquit ille, *σκεῦος ἀργυροῦν φιάλῃ παραπλήσιον, ἐξ οὗ ἐν τοῖς συμποσίοις ἤλειφον τὸ μῦρον*· ego, si quid in his rebus lucis e *Palladis* templo mihi unquam affulsit, legendum dico: *Ἐξάλειπτρον* vel *Ἐξάλιπτρον*· posteriora *ἤλειφον τὸ μῦρον* nulla est causa, ob quam mutes cum *Sopingio* in *ἠλείφοντο μύρῳ*. Confirmat emendationem meam

καὶ γὰρ Εὔφημος etc.] Absque MSS. auxilio nemo detexisset unquam tam insignem in hoc *Pollucis* loco errorem, nos itaque sine mora *Euphemum* istum cum suis *Στεφανοπώλισι* sede sua decedere iubemus. *Eubuli Στεφανοπώλιδες* et *Athenaeo* et *Polluci* nostro notae, eiusque fabulae argumentum aperuisse me reor ad segm. 69. Porro mox in *Polluce* sic ante nos edebatur: *τοὺς δὲ ἀλαβάστρους, ἀλαβάστρια εἴρηκε· Λύε τὰ ἀλαβάστρια θᾶττον σύ·* etc. quae omnia longe concinnius e MSS. reformavimus. *ἀλαβάστιον* scilicet ab *ἀλάβαστος*, ut Attici, non *ἀλάβαστρος*, quod vulgare est et commune. *λύειν ἀλαβάστια* recte vertit *Interpres aperire*: summa enim horum vasculorum labia vinculis erant ligata et obsignata; *solvere* simili sensu eandem ob rationem a Romanis adhibetur. sed et *σπαθίδος* usus ex hoc loco notandus: *καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.*

τοὺς δὲ ἀλαβάστρους, etc.] MS. *τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε, λύε τἀλαβάστια σὺ θᾶττον καὶ* etc. Sic itaque totus hic locus mihi videtur iam restituendus: *καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο μὲν σπαθίδα, τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε·*

— λύε τἀλαβάστια
θᾶττον σὺ, καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου,
καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον —. Iung.

121.

ἐν Δρώπιδι] Vide Indices Auctorum. Seb.

ἐν Δρώπιδι] C. V. *ἐν τῷ Δρώπιδι*. leg. *Δρωπίδῃ*, quod omnino vult illud *τῷ*. Kuehn.

ἐν Δρώπιδι] In MS. *Ἀλεξ. μέντοι ἐν τῷ Δρωπίδι σπ.* Forte itaque *ἐν τῷ Δρωπίδῃ*, ut apud *Athenaeum* lib. IV. est scribendum. Sed considerandum hoc relinquimus Magno *Casaubono*, quem vid. IV. *Athen.* 21. Iung.

ἐν Δρώπιδι] Ego reposui cum *Kuehnio ἐν τῷ Δρωπίδῃ*, ut apud *Athenaeum* legitur, ad quem *Casaubonus*, neque diffiteor, animi dubius haeret, utrum potius eligat *Δρωπίδι*, quod reperiri inquit apud *Pollucem*, anne vero *Δρωπίδην*, ut *Athenaeus* eiusque vetusti Codices scribunt. in *Hesychio* notat ad defendendam priorem scripturam extare *Δρόπις, τρυγητός*· quod tamen ego non video, quo pacto huc pertinere possit, cum *Δρώπις*, si verus probari posset iste titulus, per ω exaretur, *δρόπις* autem apud *Hesychium* per ο. igitur *Δρωπίδην* existimo legitimum *Alexideae* fabulae titulum. et si quis de significatione vocis quaerat, equidem in-

δὲ ἔγκ. αἱ ἀλάβαστροι, τ. τ. σ. ἀλαβαστροθῆκαι· τ. δὲ ἀ. λ. καὶ Ἀρ. ἐν Τρ. Ἀλαβ. ἔχ. ἐκ μ. τρεῖς· quid distent sana et integra affectis, ex talibus istiusmodi cognoscere licet. *Ἀλαβάστους* non *ἀλαβάστρους* Atticos dixisse saepius admonui: id ipsum *Thomas* observat. *Hesychius: Ἀλάβαστος, λήκυθος·* fallitur *Guietus*, qui malit *Ἀλάβαστρος*. ad illam autem Atticismi formam quod adtinet, non ita curiose observatam deprehendo, nisi edita nos exemplaria fallant. certe apud *Aristophanem* in *Acharnensibus* scribitur *ἀλάβαστρον*, ad quem *Scholiastes* verbis ita, ut ponam, restituendis vocem exponit: *τὴν μυροθήκην· ἔστι δὲ λήκυθος ἡ ὦτα μὴ ἔχουσα, ἧς οὐκ ἐστὶ λαβέσθαι·* in vulgatis haec male divulsa sunt. sic et *Alexis* apud *Athenaeum*: *Οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστρου*, et *Aelianus* V. H. libr. XII. aliique plurimi. est et *ἀλαβάστρου* in Euangeliis mentio, cuius cum meminerunt recentioris aevi scriptores *βίκιον* appellare solent creberrime. sic *Codinus* de *Origin. Constant.* caput inscribit: *περὶ τῶν δύο σταύρων τῶν λῃστῶν, καὶ τοῦ βικίου τοῦ ἔχοντος μῦρον· βήσιον* nominat antiquus *Aristophanis Commentator* ad *Acharnenses*, de qua voce vide quae notavi ad segm. 68. alabastra vero cum essent fastigiata longitudine desinebant in pleniorem orbem, quod cum ex aliis, tum e *Plinio* praecipue libr. IX. cap. 25. cognovi. Haec alabastra vero recondi solebant in ligneis aut vimineis loculis, qui pure scribentibus *ἀλαβαστοθῆκαι*, aliquando vero e communi dialecto *ἀλαβαστροθῆκαι* dicuntur. ad *Demosthenis* adductum a *Iungermanno* locum *Ulpianus* ista notat: *τὰς ἀλαβαστροθήκας) τῶν ληκυθίων τῶν μὴ ἐχόντων λαβὰς, ἀλλὰ λείων τὰς κίστας καὶ θήκας· ἐζωγράφουν δὲ αὐτὰς, ἵνα τοὺς ἀγοράζοντας δελεάζωνται.* videndus et *Apollonius* in *Aeschinis* vita, apud quem et *ἀλαβαστροθήκη* scribitur. nec alabastrorum loculi tantum picturis variegari solebant, sed et alia recondendo oleo vascula. istas hydrias, quae victorum in *Panathenaicis* erant praemia, *Pindarus* appellat *ἀγγέων παμποίκιλα ἕρκη* in *Nemeon. Eid. I. ἐζωγράφηντο γὰρ αἱ ὑδρίαι*, inquit *Scholiastes*. Sed ad *Pollucem* nostrum, qui cum inquit, *ἀλαβαστοθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων*, respicere potuit ad *Demosthenis* locum, in quo etiamsi vulgo legatur *ἀλαβαστροθήκας*, bene tamen ex *Harpocratione* refingendum *ἀλαβαστοθήκας* monuit eruditissimus *Maussacus*, quem vide sis. ipsum *Aristophanis* locum ita digessimus, ut MSS. praeferebant. forsan haud incommode legas *ἐχούσας*, rariori loquendi formula, qua dicitur aliquid *ἔχειν πρός τι* vel *ἔκ τινος*, *contiguum esse alicui.* Poteram equi-

dem longe plura de alabastris adnotare, sed modus est adhibendus. adi interim illustriss. *Spanhemium ad Callimachi Palladis Lavacrum.*

ἐν Τριφ. ἀλαβαστρ.] MS. ἐν Τρ. ἀλαβαστροθήκας ἔφη. ἀλαβ. ἔχ. Seb.

ἐν Τριφ. ἀλαβαστρ.] C. V. ἀλαβαστροθήκας ἔφη, ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς· κοινῇ δέ· *alabastrorum thecas tres habentem ex una. Salm.*, ἔχουσιν. Kuehn.

122.

Ἀναξιονίκου χαλκιδικά] *F.* Ἀξιονίκου, si nomen sit proprium. D. H. MS. ἀναξ. χαλκιδικῷ τρυβλ. quid igitur si leg. ἐν Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ? Seb.

Ἀναξιονίκου χαλκιδικά] C. A. χαλκιδικῷ· C. V. χαλκιδικῷ. integrum est Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ· *communia nomina fictilium sunt Axionici in Chalcidico. Athenaeus* Ἀξιόνικος ἐν χαλκιδικῷ φησὶν libr. VI. cap. 9. versus Poetae sunt:

τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὀξὶς, χοῦς, ἀμὶς,
λεκάνη, θυεία, κανθαρὶς, σιφωνολύχνος,
ὑπηρεσία σοι παντελὴς, γραῦ, κεραμέων.

Ita MSStis iuvantibus lego. secundum et tertium versum *Salmas.* leg. λ. θύεια, κανθαρὶς, λύχνος, Ὑπηρεσία σοὶ παντ. γοῦν κ. pro λεκάνη C. A. λεκάνιον· pro σείσω λύχνος σεισωνολίχνος, unde fit σιφωνολύχνος, vel σίφων ὁ λύχνος· σιφωνολύχνος esset *lychnus cum tubulo opera figuli facta*, vel *siphon* est et *lychnus*. C. V. ultimum versum ita legit: ὑπηρησίας οὐ π. γραῦ κεραμέων· nimirum anicula recensuit suam curtam supellectilem, quae tota Samia erat, cui alius respondit: *o anus! totum est tibi figulinorum ministerium.* ἐν Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ leg. *Salmas.* notatque V. C. habere ἐν ἀξιοδίκου χαλκιδισμῷ. Kuehn.

Ἀναξιονίκου χαλκιδικά] MS. ὀνόματα ἐν Ἀξιονίκου Χαλκιδικῷ τρυβλία etc. quae profecto vera est lectio, et ita statim restituenda *Polluci*. Invenit eam et in *Salmanticensi* MS. *Schottus* noster, nisi quod ibi male χαλκιδικοῦ· contra MS. *Seberi* nostri recte habet Χαλκιδικῷ, sed male ἀναξιονίκου. Verissima itaque coniectura Clariss. *Hoeschelii* nostri, qui legit etiam Ἀξιονίκου, ut sit viri proprium vel *Comici* alicuius. Sed quid si ipsos versiculos ex hoc *Axionici Chalcidico* possemus constituere? Latent enim hic versiculi, ni fallor, tres, in quibus vasculorum figlinorum talis instituitur enumeratio. Et conabimur, indicata prius MS. nostri scriptu-

ra. Is habet mox λεκ. θυῖα· et tum κάνθαρος, σείσων λ. ὑπηρεσίας οὐ παντελὴς γραῦ κεραμίων· ubi κάνθαρος ποτηρίου εἶδος, ut ait *Hesychius*, ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος· de quo plura *Athenaeus* lib. XI. apud Latinos etiam nomen satis notum iam. sed fictilem fuisse cantharum, et rectè inter figlini operis vasa referri ab *Axionico*, etiam aliunde patet, ut ex *Epigenis* Ἡρωΐνη apud *Athen.* lib. XI.

ἀλλ᾽ οὐδὲ κεραμεύουσι νῦν τοὺς κανθάρους.

Et ibidem in *Polemonis* περὶ ζωγράφων· ἐκπώματα δὲ κεραμέους κανθάρους, καὶ λύχνον ὁμοίως ἐκ τῆς ὀροφῆς ἐξηρτημένον: ubi vides κανθάρους et λύχνον coniunctum, fere ut hic. Unum addo ex eodem lib. XI. *Athenaei*, pro *Hesychii* verbis illustrandis: ὅτι καὶ ἀπὸ Κανθάρου κεραμέως ὠνομάσθη τὸ ἔκπωμα, φησὶ Φιλέταιρος ἐν Ἀχιλλεῖ,

Πηλεύς· ὁ Πηλεὺς δ᾽ ἐστὶν ὄνομα κεραμέως,
ξηροῦ λυχνοποιοῦ Κανθάρου πενιχροῦ πάνυ,
ἀλλ᾽ οὐ τυράννου νὴ Δί᾽ —.

Quae etiam *Nostrum* illustrent, quod supra VI, 96. θηρίκλειον μὲν καὶ κάνθαρον ἀπὸ τῶν ποιησάντων. Facesset itaque ista impudens vulgata κανθαρίς. Sic itaque versiculi vel χρῆσις *Axionici* concinnari potest, ut MS. lectioni adhaereamus:

τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὀξίς, χοῦς, ἀμίς,
λεκάνη, θυῖα, κάνθαρος, σείσων, λύχνος,
ὑπηρεσία σου παντελὴς, γραῦ, κεραμίων.

ut anum adloquatur. quamvis ultimi versus principium doctiss. viri forte rectius concinnent. versu medio scripsi σείσων, quod ita supra segm. 100. etiam in MS. erat, ubi hoc vocabulum explicatur, et paroxytone quoque in suo MS. exstare *Seberus* noster notavit. In nostro MS. accentus hic omissus. Interim literae a *Salmasio* meo, quem scias hos versus eodem modo constituisse, et *Comici* dramatisque nomen corruptum ex coniectura, quae nos vix MS. ope, emendasse. et addit quoque absurde vulgo recepta fuisse χαλκιδικὰ τρυβλία, quum in versibus *Axionici* tantum contineri nomina fictilium vasorum moneat *Pollux*. χαλκιδικὰ τρύβλια essent aenea. neminem enim ignorare χαλκουργεῖα τῆς Χαλκίδος, unde illam etiam quidam nomen accepisse autumant; apud *Aristophanem* χαλκιδικὸν ποτήριον se legere. Dubitat tamen doctiss. iuvenis an verum nomen fabulae illius Χαλκιδικόν· praetereaque primum versum claudicare, itaque legeret: ἐν Ἀξιονίκου χαλκίδι, καὶ τρυβλία, χύτρα etc. Iungerm.

ἀναξιονίκου χαλκιδικὰ τρυβλία] Lectionem elegantissimam MSS. conservarunt: *ἐν Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ*, quod tuto sine causae dictione textui restituendum duxi. cum ceteris MSS. etiam *Falckenburgii* Codex *ἐν Ἀξιονίκου* etc. Sed de hac *Axionici* fabula quiddam ad *Pollucem* illustrandum non praetereundum videtur. *Salmasius*, uti nos ex eius literis docuit *Iungermannus*, emaculaverat ingeniose locum *Onomasticographi* hac lectione reposita: *ἐν Ἀξιονίκου χαλκίδι, καὶ τρυβλία* etc. ne scilicet prior versiculus claudicaret. et ille profecto nonnullam habuit rationem, ob quam *Χαλκίδι* probaret potius quam *Χαλκιδικῷ*· nimirum *Athenaeus Dipnos.* l. III. c. 15. ita scribit: *Ἀξιόνικος δὲ ἐν Χαλκίδι φησί*· notandum tamen apud eundem *Dipnos* l. VI. c. 19. legi: *καὶ Ἀξιόνικος δ' ἐν Χαλκιδικῷ φησίν*. non diffiteor equidem *Meursium* in *Biblioth. Graeca* posteriori hoc *Athenaei* loco scribere *ἐν Χαλκίδι που*· sed hac in parte diligentissimi viri sententiae non accedam. contra ea mihi dubium non est priori *Dipnosophistae* loco reformandum *Χαλκιδικῷ*, siquidem istam tituli scriptionem MSS. *Pollucis* nostri vindicent, nisi quis malit, me tamen invito, *Axionicum* edidisse duas fabulas, *Χαλκίδα* et *Χαλκιδικόν*. Eadem opera, quod mantissae loco adiicio, conficitur praepostere *Meursium* in *Athenaeo* emendasse titulum alterius *Axionici* fabulae *Τυῤῥηνικῷ* in *Τυῤῥηνῷ*· ego potius vice versa *Τυῤῥηνικῷ* scribendum dixerim, ut *Χαλκιδικῷ*, illumque in *Athenaeo* locum emaculandum, ubi editum est *Τυῤῥηνῷ*. In *Axionici* verbis e Codicibus exaratis *κάνθαρος* emendavi. *Falckenburgii* liber *κάνθαρον*, quod parum a vera scriptura abest. versiculus extremus sic legebatur ante nos: *Ὑπηρεσία σοι παντελὴς γοῦν κεραμέων*· in quo intelligendo plurimum MSS. nos adiuvant. conficimus enim ex eo, quod *γραῦ* pro *γοῦν* exhibeant, aliam haec personam eloqui, quam quae priora protulerat, ut bene *Kuehnius* observavit. *σου* vero an *σοι* praeferas parum refert. *κεραμίων* certe melius est lectione vulgata. *ὑπηρεσίας* hoc loco significatio latuisse videtur *Interpretibus* nostris. rarior est illa pro *supellectile*, vel *utensilibus*.

σειςῶν] MS. *σείσων*, ut est supra segm. 100. SEB.

γένοιντο] MS. *γένοιτο*. IUNG.

γένοιντο] *γένοιτο* MSS. recte. *Falckenburgii* liber *λέγοιτο*· quod ipsum neque sensu commodo deficitur.

*ἐν * Θεσμοφορίοις*] Ita et MS. *Casaub.* scribit *ἐν Θεσμοφορίοις* in *Athen.* XV, 20. SEB.

*ἐν * Θεσμοφόροις*] C. V. *καὶ ἐν Θ.* C. A. plane omittit *καὶ τὴν οἰ.* κ. τ.. KUEHN.

ἐν * Θεσμοφόροις] MS. Ἕρμιππος καὶ ἐν Θεσμοφόροις τὸν κύαθον, καὶ τὴν οἰνοχ. etc. bene alterum καὶ ante τὴν οἰνοχ. prius vero male repetatur ante ἐν. Ceterum Θεσμοφόροις et MS. *Seberi* habet. noster *Casaubonus* tamen ult. *Athen.* ult. scribendum sit Φορμοφόροις. Iung.

ἐν * Θεσμοφόροις] Nihil erat rationis, cur vocabulum illud stellula notaret *Seberus*, quod, me iudice, bene se habet, neque ullo pacto sollicitandum est. mox plenius Codices scripti καὶ τὴν οἰνοχόην· tum pro χαλκεῖα ut reponamus χαλκία conspirate MSS. suadent; ipse etiam Codex *Falckenburgii*. Ab omni tamen macula, quae forsitan altiores egerit radices, vacuum esse locum hunc praestare nolim. *Falckenburgii* liber, cuius praestantiam ubique maximi fecimus, habet εἴπερ καὶ Ἕρμιππος etc. qua lectione admissa alius et diversissimus a vulgata orietur sensus, qui tamen cum praecedentibus haud conveniat, nisi sic scripseris: τὰ κάλια δὲ τούτων οὐκ ἄλλης etc. sed accuratius eruditi rem totam considerabunt.

καὶ τὸ λύχνιον] λυχνεῖον C. V. καὶ τὰ τοιαῦτα non habet C. A. Kuehn.

καὶ τὸ λύχνιον] MS. καὶ τὸ λυχνεῖον· et ita scribendum certe est. vel λυχνίον, ut supra segm. 115. ubi dixi. Iung.

χαλκίδεια] *Noster* ita nominata vult ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ: alias χαλκιδικὰ sunt quaevis opera ex aere, ferro aliave materia confecta ab urbe Euboeae *Chalcide*, ubi primum volunt nata χαλκουργεῖα. *Casaub.* in *Athen.* lib. XIV. c. 6. Kuehn.

χαλκεῖα] MS. χαλκία. Seb.

χαλκεῖα] *Salmas.* χαλκία scribendum censet. Kuehn.

χαλκεῖα] Pro χαλκεῖα MS. tam noster quam *Seberi* χαλκία habet, quod vulgato non cedat. utrumque sane rectum videtur. Iung.

128.

περὶ τῶν etc.] C. A. et *Salmas.* ὅσα δεῖ ποιεῖν πρὸς κοίτην τραπομένῳ, *quae facere debeat cubitum iturus*. Kuehn.

περὶ τῶν etc.] Caput hoc annectitur in MS. praecedenti, titulo carens. Iung.

καὶ ἐπὶ κ.] MS. πρὸς κοίτ. Seb.

καὶ ἐπὶ κ.] C. A. et *Salm.* πρὸς κοίτην. Kuehn.

καὶ ἐπὶ κ.] MS. δεῖπν. δὲ καὶ πρὸς κοίτην τρ. Sicut et *Seberi* MS. Iung.

καὶ ἐπὶ κ. τραπ.] Consentientibus MSS. obniti aequum non est, et ab instituto nostro alienum. igitur, ut illi habent, in textu reposui pro ἐπὶ, πρὸς quamvis non abiiciam

superius *Auctorem* nostrum dixisse cap. XVI. Καὶ δὲ γυμνάσιον ἐντεῦθεν τραπομένων· et cap. XIX. Τραπομένοις δὲ ἐπὶ τὸ πίνειν· quod ipsum forsan recordanti librario causam dederit, ut hic mutaret πρὸς in ἐπί.

προείρηται.] Abest προείρηται a C. A. Kuhnh.

προείρηται.] Hoc ipso libro cap. 8. Iung.

ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον] Ita MS. leg. ἐνεύναιον. *Odyss.* ξ, 51.

> ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς
> αὐτοῦ ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ.

Quod sequitur παρευναῖον, pro quo MS. παρενευναῖον, nondum vel apud *Homerum* vel alibi reperi. Seb.

ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον] Copula non extat in C. A. nec alia omnia post δασύ. Kuhnh.

ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον] MS. noster. ἐνευναῖον καὶ παρενευναῖον· ut et *Seberus* in sup notat. Sed malim cum *Sebero* nostro ἐνεύναιον· de quo plura supra ad VI, 10. Sique non esset audacior coniectura, suspicarer *Pollucem* ita scripsisse, ut attulisset ipsa ex Ὀδυσσ. ξ. *Homeri*, quae *Seberus* noster profert, verba: Ὁμήρῳ ἱμάτιον ἐνευναῖον·

> αὐτοῦ ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ —.

Carmen *Homeri* totum est:

> εἷσεν δ' εἰσαγαγών, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας.
> ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς
> αὐτοῦ ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ —.

Certe istud παρενευναῖον apud *Homerum* frustra quaeri *Seberus* noster adnotavit. et legere in eo versu, vel ita legisse *Pollucem*, καὶ παρ' ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ, locus admittere non videtur. Alii itaque, quibus haec non satisfaciunt, loco huic medebuntur alio modo meliore. Iung.

ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον etc.] ἱμάτιον ἐνευναῖον, nisi mavelis ἐνεύναιον, perbene restituit *Seberus*, cum prius vitiose legeretur εὐναῖον· eandem ego lectionem notatam reperio e *Falckenburgiano* Codice. hactenus haec facilia; sed quae sequuntur, etsi in re vili parvique ponderis, scrupulum obiiciunt. quid enim illud παρευναῖον μέγα καὶ δασύ, ut editur in vulgatis, aut, quod MSS. habent, παρενευναῖον? crediderim equidem haec *Pollucem* cum pluribus aliis infaustam librariorum manum esse experta. id sane nemo prudens negaverit μέγα καὶ δασύ petiisse *Pollucem* ex *Homero*, apud quem cum ista pertineant ad ἐνευναῖον, haut dubitandum, quin par sit, ut res eodem se modo *Pollucis* hoc loco habeat. igitur ab *Onomasticographo* nostro ita fuisse scriptum

arbitror: ἐν καιρῷ δ' ἂν εἴη τὸ παρ' Ὁμήρῳ ἱμάτιον ἐνευναῖον μέγα καὶ δασὺ, καὶ παρευναῖον, seu cum MSS. παρενεύναιον· nihil enim impedit, quo minus existimemus stragulum recte dici παρευναῖον vel παρενευναῖον.

τοῖς κωμικοῖς] MS. τοῖς κωμῳδοῖς γ. Iung.

τοῖς κωμικοῖς] In nostris Codicibus κωμῳδοῖς; quam ego lectionem, *Iungermanno* non invito, in textu reficiendo sequutus sum. frustra cavilletur aliquis κωμῳδὸν, *comoedum*, dici proprie qui fabulas agit, κωμικὸν vero qui comoedias componit et in scenam edit. non equidem hoc nescio; sed id etiam concedas necesse est, non raro utriusque vocis usum esse promiscuum. id in ipso *Polluce* frequenter observari potest. sed praeterea ipsi Grammatici accuratioris nitidiorisque loquelae auctores confusam utriusque vocabuli notionem nobis impertiunt. *Ammonius*: Κωμῳδὸς καὶ τραγῳδὸς λέγεται ὁ χορευτὴς καὶ ὑποκριτής. Κωμῳδοποιὸς δὲ καὶ τραγῳδοποιὸς, οἱ ποιηταί· ἐνίοτε δὲ συγχέουσι τὴν διαφοράν. Adde, sis, *Hesychium*. possem in eam rem plura conferre loca, si res ita postularet. non igitur erat idonea causa, cur eruditissimo viro *Malalas* acerbe vapularet, quod *Pharaonem* dixerit κωμῳδὸν, non κωμικόν· quanquam in ceteris plerisque homini stolidissimo illiusque erroribus absit ut patrocinari velim.

Tunica toralis.] χιτὼν εὐνητήρ, tunica dormitoria, vulgo *camisia nocturna*. *Horatio* I. *Sat.* 5. *nocturna vestis. Laz. Bayf.* de Vasc. pag. 244. Seb.

εὐνητήρ.] C. V. subficit ὅς τοῦ (τὸ) νῦν ἐγκοιμητὴρ εἴδειον etc. leg. ἐγκοιμητηρίδιον. *Gloss.* ἐγκοίμηθρον, *dormitorium*, ἐγκοίμηθρα, *dormitoria*. Kuehn.

εὐνητήρ.] *Quam nos verbum e verbo, si volumus, tunicam dormitoriam dicimus, vulgo camisiam nocturnam. Quin et Horatius Sermonum primo nocturnam dixit illo versiculo:*

Nocturnam vestem maculant ventremque supinum.

Haec doctiss. *Bayfius* initio lib. de Vasculis, ad *carrucam dormitoriam* quam *Scaevola* lib. XIII. Uxori quis. *D.* de *Aur. Arg.* nominat, eumque ait dormitoriam dixisse, ut *Pollux* referat hic a *Comicis* dici χιτῶνα εὐνητῆρα. Bene et docte omnia; longe tamen aptiora, quod cum pace eius dicam eruditionis quidem, e *Polluce* nostro adferre potuisset pro *carruca dormitoria*, nempe quod supra segm. 54. περὶ ὀχημάτων· ubi *Pollux*: τὰ μὲν τῶν ὀχημάτων σκευοφόρα ἂν εἴη, τὰ δὲ ἐνθρόνια, τὰ δὲ εἰς τὸ ἐγκατακλῖναι εὐνῶνα, τὰ δὲ κατάστεγα etc. ὄχημα enim εὐνῶνον, ni fallor, geminum fuerit

cubicula dormitoria. et eo etiam pertinent quae idem doctiss. vir ibidem vel potius initio de Re Vestiar. *de cubilibus viatoriis*, ut *Plinius* dixit, adfert. Post συνητὴρ vero egregie noster MS. auctior: ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτορ ἡδίων. Scribe itaque cum MS. totum locum: καὶ ὁ παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς χιτὼν συνητήρ, ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτορ ἡδίων. Ait *Comicam* vocem χιτῶνος συνητῆρος suaviorem esse quam τοῦ ἐγκοιμήτορος, ut iam loqui soleant. Iung.

συνητήρ] Adiecimus e MSS. ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτορ ἡδίων quae sunt elegantia, minimeque spernenda. in Codice *Falckenburgiano* hunc in modum illa sunt scripta, ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτορ νεῶν. ultima vox certe vitiosa, cuius sane literae multum ab ἡδίων differunt. cogitavi, num fuerit in illo Codice scriptum ἀμείνων. In *Philoxeni Glossis* Ἐγκοίμηθρον, *dormitorium*. *Eustathius* ἐγεύναιον apud *Homerum* exponit ἐγκοίμητρον, *Scholiastes*, ἐγγύτερον ἐγκοίμιον. utitur et eadem voce *Ammonius* in χλαῖνα, cuius locum inferius producam. *Pollux* non dissimili ratione VI, 11. dixit ἐγκοιμητηρίας στιβάδας, *mattas in quibus decumbunt*.

ἦσαν γε καὶ] MS. ita: ἦσαν δὲ καὶ κλ. et magis δὲ quam γε vulgatum. Ceterum sunt et ista ex *Homero*. quare ita scribas: Ἦσαν δὲ καὶ

— χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

Habes enim Ὀδυσσ. λ. 187.

— οὐδέ οἱ εὐναὶ

δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

Et iterum Ὀδυσσ. ν. 337.

ἤ τοι ἐμοὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα. Iung.

καύματος. καὶ] C. V. καυνακαὶ, *aestate caunacae, hyeme Sisyrae*. Kuehn.

καύματος. καὶ]. MS. καὶ αἱ π. Μ. καυνάκ. καὶ χειμ. Σισ. Lego et distinguo: καὶ αἱ παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι· καὶ χειμῶνος σισύραι, καὶ τὸ ετc. ut καυνάκας *Menandri* referat, deinde *sisyras* subiiciat tempore hiberno usitatas, ut et χειμάστρον, de quo et supra VII, 61. Certe καυνάκας legendum idem *Menandri* locus supra laudatus a *Nostro* VI, 11. docet satis, ubi quaedam dixi. Ineptissime quis καύματος sibi finxit, et *Polluci* obtrusit, quasi id voci χειμῶνος opponeret. Iung.

καύματος.] Turpissimam maculam et prorsus indecoram felicissime MSS. adiutantibus eluimus. vere enim: καὶ αἱ (vulgatum fuit ante nos male αἱ) παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι, καὶ χειμῶνος σισύραι; editiones vero *Seberiana* priores ita legebant et distinguebant: καὶ αἱ παρὰ Μενάνδρῳ καύματος καὶ

χειμῶνος, σισύρα· ubi καύματος etiam adscriptum est orae *Basileensis* editionis e Codice *Falckenburgii* καύνα· exoritur autem hinc ea lectio: καὶ αἱ vel potius οἱ παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι χειμῶνος, σισύραι. de cuius lectionis, etsi non inepta sit, veritate tamen parum affirmare licet, cum ipso *Menandri* loco deficiatur. καυνάκας hic emendandos e MSS. clarissime probant quae *Pollux* noster scripsit VI, 11. sed an haec magis, priorve lectio, quam exhibuimus in textu, sit praeferenda, inde comperire non licet. Sed addere quaedam iuvat ad illustrationem cum *Pollucis*, tum ipsius vocis hactenus forte bonam partem intacta. *Arrianus* ad finem lib. VI. de *Exped. Alex.* καυνάκας πορφυροῦς, ut meliores habent editiones, ceteris pretiosissimis integumentis iungit. attulere locum Commentatores nostri ad libr. VI. ibique *Iungermannus* plurimum haesisse dicit *Brissonium* de Regn. Pers. lib. F. in corrupta loci istius lectione κανάκας· sciendum tamen est virum diligentissimae lectionis recte *Arrianum* emendasse lib. II. ubi de καυνάκῃ. patet igitur hinc vestem fuisse stragulam caunacem, ab altera parte villosam, ut ex *Hesychio* constat. ea significatione *Menandrum* usurpasse, qui pariter ac *Arrianus* καυνάκας πορφυροῦς dixit, satis perspicuum est e nostro *Polluce*. sunt tamen qui vestem ἑτερόμαλλον Persarum exponant, uti *Palamedes* Grammaticus apud *Aristophanis Scholiastem*, quod ipsum quoque verum. non enim pauca fuerunt vestimentorum genera, quae stragulorum etiam usum haberent, ut inter cetera σισύρα, quae mox in *Polluce* sequitur. sic apud *Arrianum Peripl.* M. E. ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα τορευτὰ ῥυθμῷ κατεσκευασμένα, καὶ ἱματίων ἄβολλαι καὶ καυνάκαι ἁπλοῖ. Scribitur etiam γαυνάκης, eamque scripturam Romani, ad hos enim et huius vocis notitia pervasit, usurparunt. e *Varrone* dudum est quod eruditi viri protulerint. *Isidori Gloss. Gaunacq, gausapa*: optime, nec aliter *Papias*. *gausapem* autem *mappam villosam* exponit *Acron* ad *Horatium*. porro meminit etiam *Clemens*, patrum eruditissimus, *Paedag.* l. II. cap. 9. καὶ τοὺς γαυνάκας τοὺς πολυτιμήτους. [Post *Clementis* verba, καὶ τοὺς γαυνάκας τοὺς πολυτιμήτους haec sunt adiungenda, quae, etsi iam tum cum ea imprimerentur, literis essent consignata, nescio quae causa deridenda suppresserit. Progredior ad aperiendam vocis originem, quam e Persica debere repeti partim veteres Auctores partim ipsa res clamant. propius igitur, uti spero ad fontes accedemus, quam hactenus accessit quisquam. Apud *Chaldaeos* vocem invenio Graecae γαυνάκης quam proximam גונכא seu potius גונכא. illam adhibuit *Chaldaeus Interpres* 1

Iud. IV, v. 18. pro *Hebraeo* nomine שמיכה, quod ἐπιβόλαιον apte LXX. viri sunt interpretati. operae pretium est adscribere quae ad locum *Salomon Iarchi* notat: קי"מא תירגם יונתן בל"ער scilicet קי"מא בגונכא. ופירש רב האיי גונכא גלופקרין שקורין seu populari sermone, uti declarant *Levi Ben Gersom* et *David Kimchius*; nec aliter *Thalmudicam* vocem גלופקרין exponit *Glossa*, nimirum Itali solent appellare vestem quamvis superiorem *Cotta*, aut singularius album religiosorum, quos vocant, indumentum. sed praeterire non possum, quin adiiciam *Kimchii* egregie caunacem exponentis locum: גלופקרא ר"ל קי"מא בל"עז ובערבי גואבי. בלשון תר' בגונכא ופירש רבינו האיי ז"ל הכסות התרגום והוא כסות עב יוצאים ממנו ציצית מן הצמר הנזכר בספרי בבל פני. Viden igitur *Hebraeam* vocem סמיכה, cui *Chaldaeorum* respondet גונכא auctore *Kimchio* designare tegumentum villosum vel ἀμφίμαλλον. sed de *Arabica* voce, ipsam illam esse credo, quae a *Giggeo* et *Golio* scribitur גנב exponiturque *colobium muliebre*. Ad hoc autem *Chaldaeum* nomen quod adtinet, existimo derivatum a Graeca voce. eiusmodi enim generis in hac dialecto plurima sunt alia. utriusque autem, tam Graeci quam Chaldaei, vocabuli locus natalis in Persia quaerendus est; neque id a me vano labore fuit factum. apud Persas enim גנאח et גנאק strata vel stragulae dicuntur equorum, vel etiam illa lora, quibus saga corporibus equorum adstringi colligarique solent. si bene memini, notio prior in *Rosario* usurpatur. praeterea, notantibus *Lexicographis*, גנאז est *lorus vel duplex crumena ex holoserico Damasceno interdistincta*. hae omnes voces, uti quisque videt, qua scribendi modo, qua significatione sunt affines. cum itaque tam belle cum usitato Graecis vocabulo conveniant, quin vere sint antiquae et nominis Graeca civitate donati exemplar, non est dubitandum. *Ex Addendis*.] Vide de *caunace* plura eruditaque notantem *Iungermannum* ad VII, 58. De σισύρᾳ si quis cupiat legere, invisat ad politissimas *Iungermanni* nostri notas in suavissimi *Longi* lib. II. non procul initio, nec non viros eruditione praestantes, *Henr. Valesium* et *Lindebrogium* ad *Ammiani Marcellini* libr. XVI. Illud *Aristophanis* χείμαστρον et in *Hesychii Lexico* offendo: Χείμαστρον, χειμερινὸν ἱμάτιον. pari ratione χλαῖναν exponit χειμερινὸν ἱμάτιον. scilicet antiqui vestibus uti solebant hibernis et aestivis. inter hibernas erat χλαῖνα, ἱμάτιον χειμερινὸν iure merito eam ob caussam ab *Hesychio* et *Etymologo* exposita. elegantissime politissimus *Hipponax*: Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὔτε τὴν χλαῖναν δασεῖαν, ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγευς etc. vestimen-

tum vero fuit exterius, quod χιτῶνι amiciebatur. propterea recte mellitissimus *Tryphiodorus*: "Ὣς ἄρ' ἔφη· (*Sinon*) καὶ τὸν μὲν ἄναξ (*Priamus*) ἐκέλευσε λαβόντα "Ἕσσασθαι χλαῖνάν τε χιτῶνά τε — et, si testem hoc antiquiorem desideres, *Hesiodus* Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 535. Καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα χροός, ὥς σε κελεύω, Χλαῖνάν τε μαλακὴν καὶ τερμιόεντα χιτῶνα· ubi *Moschopulus* adnotat: χλαῖνα τὸ ἐκτὸς καὶ παχύτερον, χιτὼν δὲ τὸ ἐνδοτέρω. equidem hoc clarissime intelliges ex *Homeri Il.* κ. perbene vero me iudice *Proclus* observat μαλακὴν χλαῖναν ab *Hesiodo* dici τὴν θάλπειν δυναμένην· quem itaque *Pollux* vocis istius usum et significatum *Comicis* adscribit, proprium et antiquissimum esse statuo; quin et ipse *Homerus* non alia ferme notione χλαῖναν usurpat quam qua vulgo innotuit, pro veste scilicet aut villosa aut texturae densioris, quae et indumenti et stragulae loco haberi poterat, ut saepe docet *Eustathius*, quanquam et apud *Homerum* χλαῖνα πορφυρέη, et *Auctor* noster illum τὰ λεπτὰ ἱμάτια sic proprie vocare tradat. attamen est sciendum, recentiorum luxuriam veterem illum τῆς χλαίνης usum sic immutasse, ut chlaenae non amplius aestate iunieri ad muniendum corpus hibernique aëris iniuram arcendam, sed quovis iam tempore induerentur; eleganter itaque *Proclus* ad dictum *Hesiodi* locum: μαλακὴν μὲν οὖν χλαῖναν οὐ τὴν Μιλησίαν λέγει, ἢ τὴν Ἀττικήν, ἢ ὅλως τὴν θρυπτομένοις οἰκείαν, οἵαν νῦν οἱ βαρυδαίμονες φοροῦσι. Sed nimis in his diu haesimus.

παρ' Ἀριστ.] MS. παρὰ Ἀρ. Iung.

τὴν χλαῖναν] χλαῖνα pro quovis denso vestimento observavit etiam *Meursius* Comm. in *Lycophr.* ad illa: "Ἄχλαινον ἀμπρεύσουσι νήλιπον βίον, v. 635. Iung.

124.

Θεόπ. εἰρήνῃ] MS. Θεόπ. ἐν εἰρήνῃ plenius. Iung.

Θεόπ. εἰρ.] ἐν Εἰρήνῃ MSS. ut semper solet *Auctor* noster. Locus *Comici* mutilus in vulgatis et corruptus ope MSS. convaluit. λαβὼν literis expressis *Falckenburgiana* praeferebant Excerpta, cetera confusa. χλαῖναν vero παχεῖαν Λακωνικὴν cum dixerit *Theopompus*, subesse festivam quandam et acutam elegantiam, quae Lacones tetigerit, mihi plane persuadeo. nihil enim alias de praecellentia laenarum Laconicarum commemini.

χλαῖνάν σοι ἐνεπιλαβὼν etc.] C. V. λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ, *laenam tibi crassam iniiciam*. Kuehn.

χλαῖνάν σοι ἐνεπιλαβὼν etc.] Sed ipsa χρῆσις *Theopompi* vulgo mutila est. in MS. longe integrior ita habetur: χλαῖνάν σοι λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ Λακωνικήν. Iung.

χλαίνας] MS. χλάνας· vitiose. Ait vero et λεπτὰ ἱμάτια apud *Homerum* χλαίνας dici, non tantum crassa, *Comicorum* more, et τῶν λεπτῶν putem fuisse τὰς ἁπλοΐδας et οὔλους forte, de quibus supra VII, 47. Iung.

χλαῖναν, καὶ τ. ἱ. χ. ὡς Θετταλοί.] C. V. χλανίδα κ. τ. ἱ. χ. Θετταλῶν. Kuehn.

χλαῖναν, καὶ τ. ἱ. χ. ὡς Θετταλοί.] MS. χλανίδα habet, non χλαῖναν. Et cum MS. emendandum videtur, ut intelligamus τὸ λεπτὸν ἱμάτιον Atticos χλανίδα vocare, τὸ ἱππικὸν vero χλαμύδα, ut Thessalorum alas. et ibi enim mox lege ut in MS. nostro est, ὡς Θετταλῶν· non ut vulgo, Θετταλοί. clare id et *Noster* ipse iubeat, si mihi parere recusaveris. supra VII, 46. τὰς δὲ Θετταλικὰς χλαμύδας Θετταλικὰ πτερὰ ὠνόμαζον etc. Sed de priori quoque tibi *Noster* dicat se χλανίδα hic scripsisse. geminus locus supra VII, 48. χλανὶς δὲ, ἱμάτιον λεπτὸν etc. et supra IV, 116. pariter χλανὶς et χλαμὺς iuncta habes ἐν τραγικῇ σκευῇ. Et si loquum consideres praesentem, χλαῖναν etiam inepte repetas. dixit enim iam τὰ λεπτὰ etiam *Homerum* χλαίνας vocare, ut *Comici* semper τὰ δασέα· cur denuo dicat, Atticos quidem dicere τὸ λεπτὸν, χλαῖναν? Sed clara haec satis. Iung.

χλαῖναν] Probe Codices exarati χλανίδα, quam vocem in textu restitui: ridiculum esse et ineptum, si χλαῖνα hic repetatur, ostendit *Jungermannus*. *Pollux* praeterea, stante lectione vulgata, sibi contrarius est. dixerat enim Poetas *Comicos* hoc solo nomine designasse τὰ παχέα ἱμάτια· qui possit itaque fieri, ut Attici τὸ λεπτὸν ἱμάτιον appellent χλαῖναν, cum omnis Attici sermonis elegantia scriptis *Comicorum* censeatur? de χλανίσι vero, sic dici vestes molliciores et tenues, omnis Grammaticorum chorus testatur, et praeterea meliorum auctorum usus; omnium instar erit *Demosthenes* in *Midiana*, ubi cum *Midiae* pudendam luxuriam obiicere vellet, ad militiam ivisse dixit ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενον ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κύμβια καὶ κάδους ἔχοντα· ad quae *Ulpianus* χλανίδας μὲν τὰς Μιλησίας, sicuti χλαῖναν Μιλησίαν e *Proclo* supra protulimus, et ἱμάτια τρυφερά. clarissime *Clemens Paedag.* lib. III. c. 3. πρὸς δὲ τὸ μαλθακώτερον ἀποκλίναντες γυναικίζονται etc. χλανίσι δὲ διαφανέσι περιπεπεμμένοι. Denique non praetereundus *Ammonii* locus egregius, ubi χλαίνης et χλανίδος differentiam tradit: Χλαῖναν καὶ χλανίδα διαφέρειν φησὶ Τρύφων ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Ἑλληνισμοῦ, καὶ παρατίθεται Ξενοφῶντα· χλαίνας μὲν γάρ φησι λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ἐγκοιμητρίων καὶ παχέων· διὸ καὶ Ὅμηρον φάναι· Ἔνθα οἱ ἐκθεῖσαι πυκινὸν λέχος, ἐμβάλετ' εὐνήν· Δέμνια καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

χλανίδας δὲ τὰς φορουμένας καὶ πολυτελεστέρας. ἀντιπίπτει τῷ παραπρήματι, Χλαῖναν πορφυρέην ἀντ' ὀφθαλμοῖσιν ἔπισχών. μήποτε οὖν ἄμεινον λέγειν τὰς μὲν χλαίνας ἐπὶ τῶν ἐγκοιμήτρων καὶ φορουμένων, χλανίδας δὲ ἐπὶ μόνων τῶν φορουμένων, οὐκέτι δὲ ἐπὶ τῶν ἐγκοιμήτρων· omnia rectissime, nisi me fallo. Mox MSS. monentibus in textu reposui Θετταλῶν.

πρώτη δὲ φ. etc.] C. V. πρώτην δ. φ. χ. ὀνομάσαι· sic in sequentibus legendum εἰποῦσαν. Kuehn.

πρώτη δὲ φ. etc.] MS. ita: πρώτην δὲ φασὶν χλαμύδα ὀνομάσαι Σαπφώ, ἐ. τ. ἔ. εἰποῦσαν etc. Iunc.

πρώτη δὲ φ. χλ. etc.] Operae pretium est omnem vulgatam lectionem simul hic ob oculos ponere, ut, quam fidelis fuerit in hoc loco reficiendo MSS. opera, cognoscatur: πρώτη δ. φ. χλ. ὠνόμασε Σ. ἐ. τ. ἔρ. εἰποῦσα· Ἐλθόντ' ἐξ οὐρανοῦ πορφυρὰν ἔχ. π. χλαμύδα· in istis cum Sapphica legantur, Sapphica quaeras tamen, adeo sui dissimilis hic est Sappho: sed lectione MSS. reposita cuncta relucescunt et nativum accipiunt splendorem. In Falckenburgianis Excerptis super τὸ ε in ὠνόμασε scriptum est αι, ὀνομάσαι, in ceteris, quod miror, nihil quicquam mutationis est adnotatum. Primam usurpasse Sappho vocem χλαμὺς adfirmat Auctor noster; quod ut mihi intuitu primo mirum accidebat, sic postea confirmatum inveni ab Ammonio, cuius hic, quae protulit e Didymo ponenda sunt et e Polluce illustranda verba: ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωϊκὸν φόρημα, χλαμὺς δὲ Μακεδονικὸν, μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα· Σαπφὼ (αὕτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος) διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι: ubi velim observes chlamydem, cum ab aliis Thessalis adscribatur, Macedonicam ab Ammonio dici vestem. de cetero locus ille non parum afflictus est, cui pro viribus medelam ferre constitui: sic scribe posteriora: Σαπφὼ πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος· διαφέρειν φησὶ (scilicet Didymus, quem antea nominarat) καὶ τῷ σχήματι etc. nimirum hoc usus erat argumento Didymus, cum chlamydem sexcentis post heroum tempora bellumque Troianum annis sic dictam asseruisset, quod prima meminerit eius Sappho; tot enim annis circiter haec celeberrima poetria vixit post bellum Troianum. hic vero iam ex Ammonio eadem opera detegere licet fontem, ex quo sua derivaverit Pollux, videlicet e Didymi Commentario secundo in Iliadem. Sequuntur mellitissimi Sapphonis versiculi: Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρίαν ἔχοντα προϊέμενον χλάμυν. Primum quidem ὀρανῶ rectissime MSS. quod si commutaveris in ὠρανῶ, ut fecit Iungermannus, metri forsitan legibus officies. οὐρανὸς, Dores ὠρανὸς, Aeoles ὀρανός.

καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῆ, σικωνικῆ.] C. A. διφθέρα αἰγῶν, κυνῆ σικωνίκη· C. V. σικωνικῆ· forte σικυωνικαὶ calcei fuerunt rusticorum. κυνέη in *Glossis pelliris*, κυνῆ, *galerus*. *Salm*. σικωνίκη, unde legit λακωνικῆ. *Suidas* in κυνέας laudat locum *Demosthenis* ex Oratione in *Neaeram* hunc in modum: οἱ τὰς κυνᾶς τὰς σιωπὰς ἔχοντες, quod vertit *Portus*: *qui silentium pro galea habent*. si inspexisset *Portus* orationem laudatam, statim vidisset σιωπὰς corruptum esse, legique etiamnum in *Demosthene*, οἱ τὰς κυνᾶς τὰς Βοιωτίας ἔχοντες, *qui gestant galeros Boeoticos*. Tales enim *Plataeenses* venerant ad pugnam Marathoniam Atheniensibus opem ferentes, eodemque habitu depicti erant in *Poecile*, ubi pugna dicta penicillo expressa repraesentabatur. *Hesych*. Κυνῆ Βοιωτία· ἐγένοντο γὰρ διάφοροι· ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ, ἃς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. *Sophocli* in *Oedipod*. ἐπὶ Κολωνῷ laudatur κυνῆ Θεσσαλίς· ubi *Scholiastes* habet distichon *Callimachi*:

> Εἴδεος, Ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
> μεμβλωκὸς πίλημ' ἄλφαρ ἔκειτο πέτρου.
> *Vultus*. *Circa capiti vero novus e Thessalia*
> *veniens pileus incumbebat lapideo artens*.

An his accedere debeat, κυνῆ σικυωνικὴ ex *Nostro* dubius haereo, cum nullibi laudetur *galea Sicyonia*. libens reponerem κ. Βοιωτικὴ vel Βοιωτία, ut supra in *Suida* factum, nisi longius recederet haec lectio a vulgata. posset et legi, Ἀθήνῃσι κατωνάκη, quae fuit vestis rustica Atheniensium tempore *Pisistrati*, qui voluit cives Atticos ruri agere, eoque fine vestem illis dedit cum ovinae pellis assumento, in qua comparere in urbe erubescerent. Sed hae coniecturae tantum valebunt, quantum voluerint eruditiores. Kuehn.

καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῆ, σικωνικῆ.] MS. καὶ αἰγῆ, καὶ κυνῆ συκωνίκη. Et sive αἰγὶς ut supra V, 16. sive αἰγῆ scribas,

ut IV, 118. parum forte referat, quamvis ego αἰγῇ, quod hic et *Seberi Augustanus*, sicut κυνῇ cum MS. hic malim. Quod ad ultimum σικωνικῇ, quod MS. συκωνίκῃ, videtur sane legendum σικυωνικῇ· ut forte talem penulam vel diphtheram intelligas, quae Sicyone inventa vel usitatior inde nomen reservavit. Sic σικυώνια de calceamentis VII, 93. Sic σικυώνιος λευκὴ ἐσθὴς supra IV, 119. κυνῇ vero σικυωνικῇ sine distinctione; nam ut ait *Hesychius* in κυνῇ Βοιωτία· ἐγένοντο γὰρ διάφοροι· ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναὶ, ἃς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. κυνῇ itaque Sicyonica, ut alia Boeotica. Iung.

καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῇ, σικωνικῇ.] Maculam adhaesisse loco facile quivis animadvertit. et primum quidem αἰγὶς iubentibus MSS. fuit mutandum in αἰγῇ. *Hesychius*: Αἰγείην κυνέην, τὴν ἐξ αἰγείου δέρματος γενομένην περικεφαλαίαν· αἰγῇ legitur et apud *Pausaniam*. pro istis καὶ κυνῇ, σικωνικῇ sic equidem in Excerptis *Falckenburgianis* invenio: καὶ κυνοῖ, σηκωρικῇ, ὄροι· siquid alii hinc rectum et quod placere potest elicere possent, me principem habebunt, qui lubentissime sum auscultaturus. interim certissimam existimabo *Iungermanni* emendationem καὶ κυνῇ σικυωνικῇ, quam ille conflavit ex vulgata MSSque lectione. praeter ea, quae summe probabilia *Iungermannus* adtulit, addi potest, *Sicyonem* urbem esse Peloponnesiacam; Peloponnesios autem κυνᾶς nominasse πετάσους. *Scholiastes Aristophanis* ad *Aves*: καὶ Πελοποννήσιοι δὲ τὸν πέτασον κυνῆν καλοῦσι· unde vero simillimum evadit κυνῆν σικυωνικὴν inter Peloponnesiacas alias excelluisse. ut *Iungermannus* hunc locum emaculavit, sic textum restitui.

182.

περὶ τῶν τοῦ ἁλιέως, etc.] C. A. περὶ ἁλιευτικῶν σκευῶν, *de piscatorio instrumento*. *Salmasii* C. ἁλιέων σκεύη. Kuehn.

περὶ τῶν τοῦ ἁλιέως, etc.] Capitis huius titulus in MS. ἁλιέων σκεύη. Iung.

τὰ δὲ ἁλιέως] C. A. τὰ δὲ τοῦ ἁ. etc. Kuehn.

λίνον, πάναγρον, δ.] *Iliad*. ε, 487. μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου etc. *Scholiast*. δικτύου τοῦ πάντα ἀγρεύοντος· vide et *Eustath*. Seb.

λίνον, πάναγρον, δ.] λίνον πάναγρον, C. *Vossiano* ascriptum τῷ πάναγρον, *adde* λίνον· puto hoc posse subintelligi. *Salm*. πάναγρον δίκτυον, ἀμφίσβληστρον. Kuehn.

λίνον, πάναγρον, δ.] MS. λίνον πάναγρον, λίνον δίκτυον

ἀμφ. Legendum inde et distinguendum putem: λίνον, πάναγρον λίνον, δίκτυον, ἀμφ. certe *Homerus* non πάναγρον saltem, sed λίνον πάναγρον dixit. Certe MS. noster I, 97. in piscatorio instrumento, πάναγρον λίνον quoque clare iungebat. IUNG.

λίνον, πάναγρον, etc.] Restituimus in textum MSS. lectionem, quam bene *Iungermannus* distinxit: πάναγρον λίνον ἐπιθετικῶς, et sic in *Anthologia*. alias nec ineptam dixero vulgatam lectionem. sic enim apud *Hesychium*: Πάναγρα, (πανάγρια, quod additur, eiiciendum) ἐν οἷς τὰ λεπτὰ καὶ ἀδρὰ θηρεύεται· et ad *Homerum Eustathius* ostendit quoddam retis fuisse genus πάναγρον· sed *Noster* procul dubio ad *Homeri* locum *Il. E.* respexit.

Μέν. μὲν ἔφη, Ἁλιεῖ Ἀμφ. etc.] *Interpr. Piscatori.* male. est enim inscriptio dramatis, quod indicat C. V. legendo, ἐν Ἁλιεῖ, *in Piscatore*, ideoque post Ἁλιεῖ interpungendum. KUEHN.

Μέν. μὲν ἔφη, Ἁλιεῖ Ἀμφ. etc.] MS. noster ita: Μένανδρος δὲ ἔφη ἐν Ἁλιεῖ, Ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται. Et ita restituendus certe hic locus videtur, quum titulus Comoediae male confusus sit cum verbis *Comici. Menandri* alias Ἁλιεῖς in plurali citantur a *Nostro* supra segm. 52. et segm. 145. Sed et singulariter ἐν Ἁλιεῖ apud *Athenaeum* citatur libr. XI. *Dipnosoph.* quam varietatem *Casaubonus* adnotavit XI. *Animadv.* ubi quoque ait hic *Menandri* istud drama singulari inscribi numero, rectam lectionem nempe videns etiam. IUNGERM.

Μένανδρος μὲν ἔφη, Ἁλιεῖ Ἀμφίβληστρον etc.] Peibene MSS. Μένανδρος δὲ ἔφη ἐν Ἁλιεῖ, Ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται. *Piscatorem Menandri* fabulam nemo paululum humanior ignorabit. discat alias e *Meursii Biblioth. Att.* Sed praetereundum non est invenisse me eandem loci huius emendationem in *Menandri* Fragmentis ab eruditissimo *Cantero* collectis opere MS. Μένανδρος μὲν ἔφη ἐν Ἁλιεῖ. Mox cum MSS. delevi κίρκοι, quos ego nullos in re piscatoria novi. non me fugit πάντα τὰ ἐπικαμπῆ dici κίρκους, notantibus Grammaticis, adeoque nec incommode hamos, ἄγκιστρα ἀκιδωτὰ hoc nomine posse vocari; sed, utcunque hoc exploratissimum fuerit, hic, ubi *Pollux* retia enumerat, alieno loco positi essent κίρκοι.

καὶ ἔρκη δὲ, etc.] In C. A. ἔρκη δὲ πόρκοι, κύρτοι, γρῖφοι γ. etc. *Salm.* C. καὶ ἔρκοι δὲ κύρκοι, κ. κύρκοι, καὶ γρῖφοι. KUEHN.

καὶ ἔρκη δὲ, etc.] MS. *ἔρκη*. Iung.

καὶ κύρτοι, κίρκοι, γρῖφοι] MS. *καὶ κύρτοι, καὶ γρῖφοι*· omisso *κίρκοι*, quod quidem nec supra I, 97. ubi pariter *κόρκοι, κύρτοι, γρῖφοι* iungebantur, erat. sequuntur mox segm. seq. in nauticis. Iung.

κακὸν] *κακὸν* abest a C. A. Kuehn.

γάγγαμον ἄτης π.] Prius editi omnes: *γαγγάμωνα τῆς*· itaque retin. *Erasm.* prov. *Gangamon.* MS. *γαγγάμονα τῆς*, verae lectioni aliquanto propius. Nam non aliter atque nunc editum, apud *Aeschylum* legitur *Agam.* v. 292. vid. *Leopard.* libr. XVI. cap. 21. et *Casaubon.* in *Strab.* fol. 16. supra II, 169. ut et apud *Etymolog.* *γαγγάμων* quoque extat, apud *Hesych.* vero *γαγγάμη*. Seb.

γάγγαμον ἄτης π.] C. V. *γαγγάμονα τῆς παν.* vulgata etiamnum extat in *Agamemnone Aeschyli*. *γάγγαμον ἄτης παναλώτου*, *sagena perniciei, quae omnes concludit capitque.* Kuehn.

γάγγαμον ἄτης π.] MS. noster, ut *Seberi* *γαγγάμονα τῆς παν.* Antea vulgati, *γαγγάμωνα τῆς παν.* *H. Stephanus* ad oram adscripsit: *supra* II, 169. *γαγγαμόνα Lex. vet.* nec quid aliud. Sed rectissime noster *Seberus* edidit, ut *Leopardus* XVI. Emend. 21. emendavit, nec aliter agnoscit Magnus *Casaubonus* ad lib. VII. *Strabonis*. Quamvis *Leopardus ita*, ait, esse *omnino legendum*; *γάγγαμον ἄτης παναλώτου vel παναλύτου, et ex Polluce coniecturam facio*: ait; *ut Pollucis κακὸν explicet Aeschyli ἄτης*· ubi praeterea notat *Erasmum*, qui in proverbio *Gangamon*, *κακὸν negotium* explicet, quum *malum* sit. Sed viro doctissimo *Aeschyli* locus non videtur in promptu fuisse. alias istud *παναλώτου* non sollicitasset. Is nobis a doctiss. *Sebero* indicatus in Notis suis; iste est enim, verba *Chori* ad noctem:

ἥτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
μέγα δουλείας
γάγγαμον ἄτης παναλώτου. Iung.

133.

φελλοὶ, κάλ. etc.] C. A. *φελλὸς, κάλαμος ῥάβδος κέραξ* etc. *ἀγκιδωτὰ*, *hamata*. Kuehn.

ὁρμιὰ ἄγκιστρα] MS. *ὁρμιᾶ, ἄγκιστρα ἀκιδωτά*. Sicque reponere debes pro vulgato *ἄγκιστρα, ἀγκιδωτά*. Habet et supra MS. I, 97. paulo corruptius *ἄγκιστρα ἀγκηδωτά*. Istud *ἀκιδωτὰ* e *Suida* et supra probavi. Iung.

ὁρμιά, ἄγκιστρα, ἀγκιδωτά] *ἄγκιστρα ἀκιδωτὰ* legendum non dubito, ut et in textu restitui. vox haec etiam restituenda fuisset I, 97. ubi et a *Iungermanno* id adnotatum est. *Kuehnius* autem ibi adhaesit ad *ἀγκίδωτα*, et *ἀγχίδοτα* nequicquam cogitavit: *ἄγκιστρον* vero *ἀκιδωτὸν hamus cuspide acuta instructus*. *Philes* non ineleganter *χαλκὸν καλλίστομον* dixit. apud eundem funiculus hami *θρὶξ πλεκτὴ* appellatur; unde iam intelligis, quorsum in hac enumeratione rerum, quae ad piscatum pertinent, recensuerit *Auctor τρίχας*. In *Oppiano* etiam pleraque, quorum hic meminit *Onomasticographus*, inveniuntur; sed haec alibi forte latius. Mox *σπαρτίνας*, utut in MSS. extent, habeo suspectas. Si meo res arbitrio ageretur, succederent in harum locum *σπαρτία*, quae in ipsis etiam MSS. expressa sunt. vitiosius tamen ante *Seberum* legebatur *παρτῖναι*. Dehinc extitit in vulgatis haec lectio: *πυρία τριόδη, τριόδους· τριόδην* vocem non Graecam, et a MSS. damnatam expuli, quae nullibi sane inter piscatorum instrumenta fuit a *Nostro* reposita. *τριόδους* autem et *τρίαινα*, nec non *ἰχθύκεντρον* eadem sunt. posterius *Hesychius* scribit *Ἰχθυόκεντρον, τρίαινα*. Peragebatur autem hoc piscationis genus fuscina tridente, qua coniecta pisces maiores petebant et vulnerabant. *τρίαιναν ἐναράττειν* id vocat *Philostratus* Icon. lib. I. eam ob rationem fuscinam illam *Philes* appellat *τομὸν βέλος*. *Ovid. Amor.* lib. I. *Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis, Hos cava contexto retia fune trahunt.*

λῖνα, σπάρτα, etc.] MS. auctius *τρ. λῖνα (σπαρτία) σπάρτα σπ. μ.* sed vocula inclusa uncinulis a me in MS. ab alia manu inserta est contextui. IUNG.

πυρία τριόδη, etc.] MS. *πύρια, τριόδους*. SEB.

πυρία τριόδη, etc.] *Interpr. tridentes igniti.* malim *πυρεῖα*, vasa, in quibus ignis servatur, cum noctu piscantur; vel simpliciter *ignitabula, igniaria*. *τριόδη* non est in C. A. nec in *Salm.* Codice. KUEHN.

πυρία τριόδη, etc.] MS. *πυρία τριόδους*· omisso *τριόδη*· quod et *Seberi* MS. omittit. et *πυρία* vel *πυρίαι* quidem notae e *Nostro* supra VII, 168. hic in nostro MS. id accentu caret; *Seberi* habet *πύρια*, ut ipse notat. Quid cum *τριόδη* faciamus, quod vulgo est, nescio. nisi cum MS. omittendum dicamus. IUNG.

τὰ δὲ ν. σκ.] C. A. praemittit titulum: *Περὶ ναυτικῶν σκευῶν, de nautico instrumento.* KUEHN.

τὰ δὲ ν. σκ.] Cum istis MS. noster novum caput orditur, et praefigit hunc titulum: *Ναυτικὰ σκεύη.* Iung.

* *κάναιοι*, etc.] *N. σκ. κάλοι, ἱστ.* Seb.

* *κάναιοι*, etc.] C. V. *τ. δ. ν. σ. κάλοι, ἱστία, κίρκοι.* C. A. *ναυτικὰ δὲ κάλανοι*, leg. *κάλοι* etc. posset etiam ex *κάλανοι* fieri *κάνναι, κάλοι.* *Salm.* *ναυτικὰ σκεύη, κάλοι, ἱστία*, etc. Kuehn.

* *κάναιοι*] Quid *κάναιοι* sint, doceri velim. Sed potius est, ut id vocabulum non agnoscamus cum MS. tam nostro quam *Seberi*, quorum uterque pro eo habet *κάλοι*, quod reponendum videtur. supra in eadem re I, 84. *καὶ δι' ὧν οἱ κάλοι διαίροντες, κίρκοι.* Turbat tamen quod illi *κάλοι* mox segm. seq. sequantur, ut hic forte de alia vocula itaque conquirendum fuerit. et incidebat quidem *κεραία*, ut supra I, 93. Sed MSS. non faventibus aliis coniectare permitto. Supra in MS. quoque bis erant I, 93. et 94. Iung.

* *κάναιοι*] Qui isti sint in instrumento navali *κάναιοι* quaerant quibus pretiosissimum tempus perdere cordi est, dum nos e MSS. in textu reponimus *κάλοι·* *κάλους* dici funes nauticos res est notissima vel ex illo vulgari proverbio *πάντα κάλων σείειν·* *Lucian.* in *Navigio*: *ἀνιόντα τὸν ναύτην διὰ τῶν κάλων.* *Scholiastes Apollonii Rhodii*: *καθόλου δὲ πᾶν σχοινίον* (cuius scilicet in navi usus est) *κάλως λέγεται·* notavit similia *Eustathius* ad *Homerum Od. E.* ubi tamen *Brevis Scholiastes*: *τὰ σχοινία, δι' ὧν ἀνάγεται καὶ κατάγεται ἡ κέραια·* sed ibi ille potius ad usum istius vocis respicit, quem eo loco obtinere videtur. Mox *κρίκοι* scripsi MSS. obsequutus, quamvis, ut censeo, parum intersit *κρίκους*ne scribas an *κίρκους·* nam I, 94. et in nostro *Polluce* *κίρκοι*, MSS. non repugnantibus, editum est, unde et petere licet, quid *κίρκος* seu *κρίκος* fuerit. utraque est in *Hesychio* scriptura, sed aliam ille *Grammaticus* vocis expositionem adfert: *Κρίκος, κίρκος, ἔνθα ἡ κώπη εἰσέρχεται·* vocem hanc autem parum intellexit *Scholiastes* ad *Lucian.* *Navigium*, ubi *κεροίακας* *Luciani* sic exponit: *Τὰ νῦν κάρια λεγόμενα παρὰ τοῖς ναυτικοῖς, ἃ καὶ κρίκους καλοῦσιν οἱ παλαιοί·* certe non ipsi funes *κρίκοι* solent nominari, sed foraminula, per quae funes inseruntur. obiter tamen eum emendemus; scribendum enim *κάροια*, ut ex eiusdem *Scholiis* ad *Luciani Iovem Tragoedum* discere potes. *Moschopulus*: *Κεροίαξ ἀρσενικῶς, καὶ κλίνεται κεροίακος, τὸ κοινῶς κάροιον·* perperam in hac voce vulgo editur apud *Suidam* *κάβειον*. Paulo post

habuerunt ante nos editi Codices πλῆτρον, et in *Tragici* loco Πλήτροις· utrumque e MSS. emendatum.

κίρκοι] MS. κιρκοὶ, oxytone, ut supra I, 94. idem MS. hic tamen accentus ad vulgatum exemplum reformatus erat a manu alia. Iung.

ἠνία] MS. ἡνία. Quod non minus ignoro quam paulo antecedens κάναιοι. Sed vulgatum ἡνία quid ἐν σκευῇ ναυτικῇ agat, nec istud video. si coniecturae quid licet, saltem dicis causa, ne locum destitutum, quantum in nobis, voluisse videamur, forte legendum σχοινία, quae supra et ipsa in instrumento nautico I, 93. occurrunt. Sed συκίνη forte ἐπικουρία quis ad haec dicat, a quo sane meliorem operam exspectabimus. Iung.

κωπὶς] Abest a C. A. κωπίς. Kuehn.

πλῆτρα] C. V. πλῆκτρα. C. A. non habet sequentes versiculos *Sophoclis* usque ad τρόπιν. Kuehn.

πλῆτρα] Mendose. Scribe ut MS. noster habet, πλῆκτρα, sicut et in ipsis *Tragici* versibus: ἀπὸ τοῦ πλήττειν nimirum. idem vocabulum ita observo apud *Herodotum Clione* cap. 194. de navigiorum, quae Babylonem commeant, fabricatione: ἰθύνεται (πλοῖον istud σκύτινον) δὲ ὑπό τε δύο πλήκτρων, καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων· καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει τὸ πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. De *Sophoclis dramate* hoc vid. *Casaub.* VII. *Athen.* 4. Iung.

πλήτροις] Iterum C. V. πλήκτροις· videtur ita dici vel gubernaculum, quo flectitur moveturque navis, vel *contus*, ut *Interpr.* Kuehn.

πλήτροις] MS. πλήκτροις, ut iam dixi scribendum esse. Iungerm.

134.

ὀλκία] C. A. ὅλμια, et ex correctione ὄλκια τὰ πηδήλαια. Kuehn.

ὀλκία] MS. ὀλκία etc. mox autem Ναυπλίῳ, scilicet καταπλέοντι· alius enim eiusdem Poetae Ναύπλιος πυρκαεύς· vid. *Casaubonum* nostrum modo dicto loco. Iung.

καὶ παρὰ τῷ Ὁμ. ξ. ἐφόλκαιον.] *Odyss.* ξ, 350. priores edit. ἐφόλκιον. Seb.

καὶ παρὰ τῷ Ὁμ. ξ. ἐφόλκαιον.] C. A. ξεστὸν ἐφόλκιον ὡς Ὅμηρος· C. V. etiam probat ἐφόλκιον. *Hesych.* Ἐφόλκειον, ἐφολκίδα, πηδάλιον· et iterum: ἐφόλκιον διὰ τοῦ ι τὸ πηδάλιον ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι· in *Salm.* C. ita totus locus: ὀλκία δὲ τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε παρὰ τὸ Ὁμήρου, ξεστὸν ἐφόλκιον. atque ita legendum inquit. Kuehn.

καὶ παρὰ τῷ ʽΟμ. ξ. ἐφόλκαιον.] MS. (sine καὶ) παρὰ τὸ ʽΟμήρου, ξεστὸν ἐφόλκιον. Et ἐφόλκιον etiam priores editiones. Sed noster *Seberus* ἐφόλκαιον reposuit, quod ita apud *Homerum* ʼΟδυσσ. ξ. legebat:

ξεστὸν ἐφόλκαιον καταβὰς ἐπέλασσα θαλάσσῃ
στῆθος —.

Hesych. ʼΕφόλκεον, ἐφολκίδα, πηδάλιον· ubi etiam ἐφόλκαιον emenda. Dicitur alias et ἐφόλκιον· ut eodem loco *Hesychius* subiungit paulo post: ʼΕφόλκιον, διὰ τοῦ ι, τὸ πηδάλιον, ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι. *Etymolog.* ἐφόλκιον, τὸ πηδάλιον. Iung.

καὶ π. τῷ ʽΟμ. Ξ. ἐφόλκαιον.] Etsi MSS. habeant ἐφόλκιον retinendam tamen vulgatam lectionem duxi, quae in ipso apparet *Homero*. librarii, quibus illa vocis forma mira videbatur, nulla de ratione temere mutarunt. alias tota MSS. lectio nec incommoda est nec inepta. ʼΕφόλκια vero etiam dicta illa parvula navigia, quae maioribus alligata, ab istis trahebantur: *Hesychium* videndum moneo. *Moschion* de *Hieronis* Siciliae regis navi maxima: ἐφόλκια δʼ ἦσαν αὐτῇ τὸ μὲν πρῶτον κέρκουρος τρισχίλια τάλαντα δέχεσθαι δυνάμενος etc. quae lege sis.

ὑπηρεσία] *Tabulata. Interpr.* malim quod substernitur remigibus sedendi gratia, ut storeae, stramenta et id genus alia. Kuehn.

ὑπηρεσία] MS. ὑπερέσια. Et ita omnino accentum corrige. ὑπηρέσιον nauticum notum satis supra I, 88. et alibi in *Nostro*. Iung.

κοντοὶ] MS. κόντοι paroxytonως. Iung.

κάδδοι] Abest a C. A. Kuehn.

κάδδοι] MS. omittit κάδδοι· sed supra I, 94. non omittebat, ibique κοντὸς, κάδος etc. habebat. Iung.

κάδδοι] Restitui altera similium literarum deleta κάδοι, de qua scriptione superius alicubi notasse non pauca memini. mox nulla fuit ratio, ob quam cum MSS. non scriberemus ἀπόγαια· et alterum tamen rectum etiam, quod pluribus exemplis non difficulter ostendi posset, nisi rem per se satis notam existimarem. πρυμνήσια, quae alibi expressit, hic praeteriit. eleganter *Heliodorus* lib. I. ʽΟλκὰς ἀπὸ πρυμνησίων ὁρμεῖ· *Tryphiodorus* πείσματα πρύμναια dixit, *Statius retinacula*, nec non, nisi fallit memoria, *Virgilius*. ʽΟλκοί, quorum mox suus in hoc instrumenti navalis numero est locus, in memoriam mihi revocant quae leguntur VII, 191. αἱ δὲ καλούμεναι χαμουλκοὶ, μηχαναὶ, διʼ ὧν εἵλκοντο· ibi Codicem *Falckenburgii* addidisse ὁλκοὶ, hoc enim accentu scribendum,

memini dixisse. rectissime; ὁλκοὶ iidem qui χαμουλκοὶ, ut ex *Hesychio* et *Etymologo* potest intelligi. *Thucydides* lib. III. cap. 15. καὶ ὁλκοὺς παρεσκεύαζον τῶν νεῶν ἐν τῷ Ἰσθμῷ ὡς ὑπεροίσοντες ἐκ τῆς Κορίνθου εἰς τὴν πρὸς Ἀθήνας θάλασσαν· *Schol.* οἱ ὁλκοὶ ὄργανα εἰσὶν, οἷς αἱ νῆες ἕλκονται. Ἀπόβαθρα paulo post accentu malo notatum fuit, quem emendavi. meminit *Lucianus* in *Navigio*, ad quem σκάλαν dixisse recentiores Commentator antiquus adnotat. vid. I, 95. Διφθέρας navibus obductas pelles *segestra* Romani vocant. *Glossae*: *segestrum*, διφθέρα πλοίου. *Festus*: Δέῤῥεις (ita scribendum. Vid. 1, 95.) *Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus segestria.* βυρσῶν ἐπιβολὰς *Lucianus* dicto saepius libello vocat. hae pelles navibus insternebantur, ut hoc magis essent tutae ab omni aëris procellarumque iniuria. alibi plura notabo. Δακτυλίους Siculi λογγῶνας vocabant, de qua voce notavi ad IX, 136. *Falckenburgius* aut quicunque is sit quem ita nominamus, ante δακτύλιοι e suo Codice notavit ὅλμοι· forte ὅρμοι, quae vox huic loco non male convenit; scimus autem non raro literas λ et ρ in MSS. confundi.

ἀπόγεια] MS. ἀπόγαια. Seb.

ἀπόγεια] C. V. ἀπόγειαι, ἐπίγυα. C. A. ἐπίστεια etc. δέῤῥιδες δ. δακτύλιοι, ὡς οἱ τετρημμένοι λίθοι ὧν τὰ πείσματα ἐκδοῦνται· *Salm.* ἀπόγαια. Kuehn.

ἀπόγεια] Pro ἀπόγεια MS. tam noster quam *Seberi* ἀπόγαια habet, sicut supra etiam I, 95. quamvis ibi vulgo utrumque ἀπόγαια, ἀπόγεια, pro quorum altero ibi MS. ἐπίγεια habebat, hic vero pro ἐπίγεια mendose scribit ἐπίγυα. Iung.

ἄγκυραι, etc.] MS. π. ἀγκύρα, ὁλκοί. Iung.

οὖροι] Ita et MS. *Interpr.* redd. *navalia*, quae Gr. οὖροί. vid. *Hesych.* et *Suid.* Seb.

οὗροι] MS. οὗροι. Et οὗροι ita et *Seberi* MS. prior editio οὖροι enim habebat. sed MS. lectionem firmat et *Hesychius* ita scribens: Οὔρους, φύλακας, ἢ τὰ νεώρια· τὰ περιτειχίσματα, ἢ τὰ περιορίσματα τῶν πλοίων, ἢ τὰ ὁρμητήρια, δι' ὧν καθέλκονται· quamvis *Suidas* οὐροὺς ὀξυτόνως edicat, in hac quidem significatione. cui et *Etymologicographus* adsentiri videtur; et expresse ὀξύνεσθαι docet istam vocem in hac re *Eustathius* ad Ἰλ. β. *Herennius Philo* de diff. οὖρος καὶ οὐρὸς διαφέρει· οὖρος μὲν, ὁ ἄνεμος· οὐρὸς δὲ, ὁ τόπος, ἢ τὸ νεώριον, Οὐροὺς τ' ἐξεκάθαιρον — et infra segm. 148. MS. noster οὗροι iterum in hac re, sed ab alio emendatum, ut vulgo est, οὐροί· quibus itaque videtur vix contradicendum. *Hesychiana* vero scriptura οὔρους conveniat saltem primae significationi,

qua φύλακας vox notat. Sed cum hoc οὖρος, sive πέρὶ potius, noster MS. iterum λείπει, et ostendit vulnus, quod sibi contigit, nostri *Pollucis* mehercle cum haud parvo damno, exsecta nimirum tota pagina. Quis enim est, vel doctiss. provoco, qui se speret absque Codicis talis ope tot mendas ex aliquo auctore, iis praesertim quot lineis fere obsito, sublaturum vere et plane ita, ut ex animi sui sententia paratus sit iurare eam auctoris scripturam fuisse? Hinc certe pateat, si vel nullam mendam suboleamus amplius, tamen si in illas exsectas paginas unquam incidere daretur, quod sperare tamen stultum est, nova nobis illas allaturas, ut aliquam Africam, quam semper tale quid parere vetus est adagium. Sed ne instituti obliviscamur: τὰ δὲ μὲν προτετύχθαι ἐάσωμεν, ἀχνύμενοί περ. Desunt itaque in nostro MS. cum hac excisa pagina omnia ab hoc, quo dixi loco, usque ad ista, ξύλα, ἀρανίδες, ἧλοι, quae sequuntur segm. 142. Iung.

ἀπόβαθρα] ἀποβάθρα, ut supra I, 93. Seb.

ἀπόβαθρα] Scribe ἀποβάθρα, ut et *Seberus* noster monuit. Iungerm.

θράνια] Pro θράνια quoque potius scribe θρανία, ut supra I, 94. quamvis ibi MS. θράνια. Sed θρανίον apud *Nostrum* occurrit aliquoties, III, 90. VII, 182. et supra segm. 48. θρανία etiam MS. Iung.

δακτύλιοι.] De iisdem *Hesychius*: Δακτύλιοι, οἱ τετριμμένοι λίθοι, ἐξ ὧν τὰ ἀπόγεια σχοινία ἐξάπτεται· ubi emendandum puto οἱ τετρημμένοι λίθοι· ait enim *Noster*, τοὺς δὲ τετρημένους λίθους etc. Iung.

ὀρθίαξ]. *Hesychius*: Ὀρθίας, ἱστὸς νεώς· ubi etiam ὀρθίαξ videtur scribendum. Iung.

καλεῖται] Abest a C. A. ut et mox καὶ ἴσχι. Kuehn.

τὸ ὀρθίαξ] *Salm.* ὁ ὀρθίαξ. Kuehn.

Ναυάγῳ.] Ναυαγῷ. Seb.

Ναυάγῳ] Emenda Ναυαγῷ, ut et *Seberus* noster indicavit; *Athenaeus* lib. XIV. Ἐπίχαρμος etc. ἐν Ὀδυσσ. ναυαγῷ. Quem eundem *Ulyssem naufragum* hic a *Nostro* intelligi ait *Casaubonus* noster XIV. *Animadv*. 3. Et quis scit, an non *Pollux* ita scripserit quoque? Certe si MS. nos destituit, de vulgatorum fide suspicari non ita bona, multa exempla me hactenus cogere potuerunt. Iung.

Ναυάγῳ] Sic omnes editiones, mutandus tamen accentus uti feci, *Kuehnio* probante. *Meursius* ad *Helladium Besantinoum*, ubi omnes *Epicharmi* fabulas studiose collegit, fabulam, cui titulus Ὀδυσσεὺς ναυαγὸς apud *Athenaeum* lib.

XIV. ex hoc ipso *Pollucis* adducit loco. quod equidem argumento est, eruditissimum hominem censuisse, non alium esse *Ναυαγὸν* hunc *Pollucis* nostri ab illa *Epicharmi* Comoedia, quae dicitur *Athenaeo* Ὀδυσσεὺς ναυαγός· verissime; nihil enim addubito, quin ita se res habeat. iam olim tamen ea de re mihi cogitanti succurrit altera coniectura, quae *Meursii* opinionem non tantum non subvertit, sed etiam confirmat. scilicet ex eo, quod noster *Epicharmi* fabulam separatim *Ναυαγὸν*, non Ὀδυσσέα ναυαγὸν appellat, colligere mihi videbar titulum fuisse Comoediae Ὀδυσσεὺς ἢ Ναυαγός· saepius enim usu venire solet, ut duplici titulo fabulas insignitas alterutro tantum nominato adducant Grammatici, quod ipsum supra memini ostendisse in huius *Epicharmi* Προμαθεῖ ἢ Πύῤῥα· vide et *Casaubonum* ad *Athen.* lib. III. cap. 15. simili ratione *Eubuli* fabulam ab *Athenaeo* laudatam scio Ὀδυσσεὺς ἢ πανόπται· quae cum ita sint, ultro patet apud *Athenaeum* lib. XIV. scribendum esse ἐν Ὀδυσσεῖ ἢ Ναυαγῷ· quod tamen in hac mea me coniectura retinet aliquantulum et moratur, est, quod et *Epicharmi* Ὀδυσσέα αὐτομόλον adducat *Athenaeus*; qua ratione et Ὀδυσσέα Ναυαγὸν eum scripsisse fit verosimile. lectoris arbitrio rem totam permitto. alias et *Alexis* edidit fabulam inscriptam Ὀδυσσεὺς ὑφαίνων, aliique plures Comoedias quarum titulus Ὀδυσσεύς. *Hesychium* ex hoc *Pollucis* loco sic dudum emaculaveram, ut erudite fecit *Iungermannus*. De καρχησίῳ sunt adeundae praeter alios *Glossae Galeni Hippocraticae*. [Nihil in istius fabulae titulo mutandum puto; Ὀδυσσεὺς Ναυαγὸς rectissime. naufragium enim revera fecisse *Ulyxem* de *Homero* didicimus. *Ex Addendis.*]

135.

περὶ τῶν εἰς ἐσθήτων θερ. etc.] Titulus angustior comprehensa sub eo materia. nam et σκυτοτόμων et κουρέων et aliorum σκεύη recitantur. Seb.

περὶ τῶν εἰς ἐσθήτων θερ. etc.] C. A. περὶ σκευῶν τῶν ἐν θεραπείᾳ ἐσθήτων· *Salmas.* hunc affert titulum: περὶ θεραπείας ἐσθήτων σκευῶν. Kuehn.

τὰ δὲ περὶ τὴν θερ. etc.] Textus in C. A. τὰ δὲ π. θεραπείαν τ. ἐ. πλυνοὶ πλυντήρια κ. γ. σ. κ. N. καὶ λίτρον λύστρανον, κονία (C. V. κωνία) κ. γ. κ. Ἀ. κνάφος ἐκπιεστήριον· in *Gloss.* *prelum*, *pressorium*, πιεστὴρ πιεστήριον. Kuehn.

πλυνοὶ] Supra VII, 37. in MS. πλύνοι erat παροξυτόνως. Sed πλυνὸς ὀξυτόνως, τὸ ἀγγεῖον αὐτό· παροξυτόνως δὲ, τὸ πλυνόμενον· ait *Suidas*, apud quem, ut et *Hesych.* πλυνοὶ etiam habes. Iung.

γῆ σμηκτρὶς] Vide supra VII, 40. Hic prior. edit. μηκτρ. Seber.

γῆ σμηκτρὶς] *Salm.* *σμηκτρίς*· apud *Galenum* in *Lexico Hippocratis*. Kuehn.

γῆ σμηκτρὶς] Sane noster *Seberus* nil propius poterat vel verius, quod ad vulgatum antea *μηκτρὶς* attinet, reponere. Sed profecto vel valde fallor, vel scripsit *Pollux*: *καὶ γῆ πλυντρὶς, κατὰ Νικοχάρην.* Ecce enim *Pollux* id iubet ipse, cuius locus supra VII, 40. hic totus est: *τὴν δὲ σμηκτρίδα, Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἴρηκεν*· (MS. ibi *Εὔπολις εἶπεν καὶ ἄλλοι*) *ἰχθύων δὲ πλῦμα, Πλάτων ἐν Νίκαις εἴρηκεν ὁ Κωμικός*· *ἡ δὲ πλυντρὶς παρὰ Νικοχάρει ἐν Ἡρακλεῖ γαμουμένῳ*· quo profecto et *Noster* hic respexit. Hoc tamen haud negarim adhuc maiorem defectum loco huic accidisse, quum *Pollucem* arbitrer et de *σμηκτρίδι γῇ* hic addidisse eadem, quae supra, non minus quam de *πλυντρίδι*. Iung.

γῆ σμηκτρὶς, etc.] Rectissime *Seberus*, ante quem legebatur *γῆς μηκτρὶς*, ita reposuit. sed paululum aliter in *Falckenburgii* Codice *γῆ σμῆτις*· ego scriptum existimo *σμηκτὶς*, quod non minus recte dicitur ac *σμηκτρὶς*· acimus enim istiusmodi generis nominum talem duplicem inveniri formam. de cetero an quoddam maius damnum, ut *Iungermannus* noster indicat, afflixerit hunc locum, dicere non habeo. dubitem ego tamen; potuit enim in tanta rerum varietate, quod et alibi deprehendimus, errante memoria lapsus *Pollux* *γῆν σμηκτρίδα Nicochari* adscripsisse, quae *Cephisodoro* debebatur. Porro *Νικόχαριν* nihil opus est ut mutes; illum enim scribendi modum ad segm. 107. vindicavi. In sequentibus emendandis ita me gessi, ut meam agendi rationem nemo cavillari possit. *λύστρανον* quin corruptum sit e voce *χαλαστραῖον*, nemo bonae mentis dubitaverit, praecipue cum in Excerptis *Falckenburgianis* pro isthoc vocabulo substituatur *χαλάτριον*, quod quam prope accedat ad veram lectionem nemo non videt. tantum igitur *λύστρανον* in *χαλαστραῖον* mutavi, cetera nec supplemento nec emendatione habent opus, sed commoda distinctione. De *κονίᾳ* et *κιμωλίᾳ γῇ*, quod utrumque vocabulum ex *Aristophane* producit *Auctor* noster, adeundum ad Notas VII, 39. ubi *Comici* locum ex eius *Ranis* monstrarunt eruditi *Commentatores*. utriusque meminit pluribus in locis *Galenus*, adhibitasque docet non tantum ad mundanda vestimenta, sed et argentum.

*καὶ * λύστρανον λίτρον*] MS. *καὶ λίτρον, καὶ λέστραιον λου-*

τρον. An vera lectio καὶ λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον? cum supra VII, 40. (ἐν ᾧ δὲ ἐξέπλυνον) οὐ μόνον λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον, ἀλλὰ κ. *Plutarch.* Praec. salubr. fol. 82. τὰ ὀθόνια ῥύμμασι καὶ χαλαστραίοις πλυνόμενα, μᾶλλον ἐκπλύνεται τῶν ὑδατοκλύστων. Celebrat *Chalastraeum* vel *Chalastricum nitrum Plinius* quoque Histor. Nat. XXXI, 10. Seb.

καὶ * λύστρανον λίτρον] *Salmas.* legit λίτρον χαλαστραῖον; χαλαστραῖον λίτρον, vel ex P. (*Palatino*) λίτρον χαλαστραῖον· alia l. λοῦτρον καὶ λίτρον, καὶ λυστραῖον λίτρον κατὰ Πλάτωνα καὶ κ. Ex his variis lectionibus optarim χαλαστραῖον λίτρον· nitrum *chalastricum* vocat *Plinius*. *Suidas* a lacu in Macedonia, *Hesychius* ab urbe *Chalastra* deducit nomen. *Plinius* lacum fuisse nitrosum refert *exiliente in medio dulci fonticulo. nitri chalastraei* iam supra memineerat *Noster* lib. VII. c. 12. et *Plinius* lib. XXXI. cap. 10. *in pane salis vice utuntur chalastraeo.* Kuehn.

καὶ * λύστρανον λίτρον] Quod sequitur καὶ λύστρανον λίτρον, κατὰ Πλάτωνα, *Seberus* sui MS. lectionem, καὶ λίτρον, καὶ λέστραιον λοῦτρον, emendat, καὶ λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον· nec profecto veriorem lectionem mihi quis persuadeat; nam et illud χαλαστραῖον apud *Platonem* extare, prolato loco, ni fallor, ipso, ex libr. IV. de Repub. supra ad VII, 39. docui. et κονία καὶ κιμωλία γῆ hic recte tribuitur *Aristophani*, cuius locum supra VII, 39. emendavimus, χρήσει ex eius *Ranis* prolata. Iung.

κονία] Supra VII, 39. pr. edit. κώνια. Seb.

κνάφος] Supra VII, 37. Iung.

κνάφος] Usum fruticis istius hunc plures adnotarunt. lubet unius *Hesychii* locum apponere, qui ad hanc rem egregie pertinet: Κνάφοι, ἄκανθαι αἷς κνάπτεται τὰ ἱμάτια. Κνάφου δίκην, ὅταν ἐν κύκλῳ οἱ κναφεῖς περιέλκωσι τὰ ἱμάτια περὶ τὸν λεγόμενον κνάφον, ἔστι δὲ τοῦτο φυτὸν ἀκανθῶδες· aliquid huic loco deesse dicas; et talia, credo, plura sunt in *Hesychio* aliisque auctoribus, quae proterva librariorum manus detruncavit. Adde, sis, *Hesychio Suidam*, qui de hoc fullonum κνάφῳ pereleganter scribit. *Harpocratio* iunioris aetatis Graecos γνάφον, ut γνάπτειν aliaque similia, dixisse tradit. fruticis autem huius usum praeterea nominis ipsius ratio commonstrat. sed ad alia maioris momenti pergendum. Bene vero factum, quod solus *Falckenburgii* Codex egregio *Pollucem* hic auxerit supplemento, quod nemo peritus periisse vellet. exhibenda sunt ea, prout in Excerptis *Falcken-*

burgiando videntur: καὶ ἴτυς τὸ μεῖζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφίῳ ὡς Ἀρχίλοχος, ἀντ δ' ἐν ἰπῷ· καὶ περιστροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ περὶ τὸν ἰπὸν περιστρέφον· vellem equidem omnia Codicis huius eximia pari se perspicuitate conspicienda praebuissent. sed haec ipsa tamen non negligenter sunt praetereunda. super τὸ ἴτυς vera lectio erat adscripta ἰπός· tum legendum esse τὸ πιέζον nemo non mecum sentiet. postea γναφείῳ potius quam γναφίῳ in textu scripsi propter usum frequentiorem. γναφεῖον enim, vel ut Attici praeferunt κναφεῖον saepissime, γνάφιον autem rarius, nec nisi in MSS. invenies. non tamen ignoro affinitatem ει et ι in istius generis nominibus, quam ipse alibi pluribus ostendi; sed vulgatam scribendi consuetudinem hac quidem in voce sine culpa sequemur. accedit quod et apud *Pollucem* VII, 37. κναφεῖον legatur. Veniendum ad *Archilochi* verba, quae mihi in hoc Codice corrupta esse persuadeo. sed et qui restituenda sint, e nostro *Polluce* porro patebit. VII, 41. hic ipse *Archilochi* locus adducitur: καὶ Ἀρχίλοχος δ' ἔφη, Κέαται ἐν ἰπῷ· quae lectio, me iudice, integrior est et verior, siquidem sententiam plenam contineat, eamque ideo hoc loco reponendam existimavi, cum ne ipsa quidem pravae lectionis vestigia abludant. Quod de περιστροφίδι adnotatur rarum est, nec alibi, quantum memoria repetere possum, vel a *Polluce* nostro, vel ab aliis observatum. significationis tamen analogiam ex origine vocis perspectam habemus. in istius instrumenti descriptione περὶ delendum iudicavi, ut sensus sibi constaret. id enim, nisi me fallo, volebat *Pollux*, περιστροφίδα illud lignum dici, quo pressorium intorquetur et circumagitur, τὸ τὸν ἰπὸν περιστρέφον. accentus quum hic inveni rationem retinui. in *Glossis* antiquis ἶπος. Mox fuit in editis Δημιοπράταις. πιεστήριον in *Glossis* pressorium eleganter exponitur.

Δημιοπρ.] *Salm.* C. ἐναρμόσαι ἂν τοῦτον ἐκπιεστήριον. Kuehn.

Δημιοπράταις] Emenda Δημιοπράτοις, ut semper. Iung.

δεῖ δὲ ταῖς ἐσθῆτεσι etc.] MS. δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐ. Seb.

δεῖ δὲ ταῖς ἐσθῆτεσι etc.] C. A. δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐσθήτεσι κ. ῥ. (*Gl.* ῥάμμα, αοια) ὡς Πλάτων καὶ ῥαφίδος ὡς Ἀρχιππος ἐν Πλούτῳ ῥαφίδα καὶ λ. κ. τὸ ῥῆγμα σ. καὶ βελόνης ὡς Εὔπολις. Kuehn.

δεῖ δὲ ταῖς ἐσθῆτεσι etc.] Magis placet MS. *Seberi* scriptura, δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐ. Vide vero an et hic *Pollux* potius ἐσθῆσι scripserit, ut alicubi supra segm. 127. admonui. Iung.

δεῖ δὲ ταῖς ἐσθῆτεσι etc.] Lectionem MS. *Seberiani* in

textu reposui, nisi quod et ἐσθῆσι· id quidem eo liberius, quod, ut et *Iungermannus* indicavit, superius praestantiores MSS. pro ἐσθήτεσι legendum docerent ἐσθῆσι. Ῥαφίδα, quam ex *Archippi Pluto* posthaec *Pollux* profert, nullam ob idoneam causam damnaverit *Phrynichus*. περόνην illam vocem inter alia *Hesychius* interpretatur. et *Suidas*: Ῥαφίς, ἡ βελόνη. *Hesychius*: Βελονοποικίλτης, ὁ τῇ ῥαφίδι ὕφη ποιῶν καὶ ζωγραφῶν· ῥάφιον apud *Hippocratem* legisse memini. *Gulenus* in *Glossis*: Ῥάφιον τὸ κεντήριον, ᾧ διακεντοῦντες οἱ τεχνῖται τῶν τοιούτων ἐπιτηδείους ὅπας τῇ τοῦ λίνου διέρσει παρασκευάζουσι. *Archippi* Πλοῦτον laudat *Scholiastes Aristophanis* ad *Aves* et *Porphyr. Quaest. Homer.* I. eaque fabula eum nonnullis argumentis docuisse colligo veras divitias non in profundendis opibus et eleganti vita, sed in honesta parsimonia consistere, ad quam itaque ipsum illud hoc loco memoratum Ῥαφίδα καὶ λῖνον λαβὼν, τόδε ῥῆγμα σύῤῥαψον pertinere potest.

136.

Μοίραις] De *Hermippi Μοίραις Casaub.* VIII. *Athen.* 7. IUNGERM.

ῥάμμ' ἐπέκλωσας.] Prov. *filum nevisti, et acu opus est.* SEBER.

ῥαφίδος] *Phrynichus Eclog. Attic.* βελόνη, καὶ βελονοπώλης, ἀρχαῖα· ἡ δὲ ῥαφὶς τί ἐστιν, οὐκ ἄν τις γνοίη· ubi *Nunnesius* locum *Pollucis* adfert hinc. *Archippi* verba forte ita concipienda:

— ῥαφίδα καὶ λῖνον λαβὼν
τόδε ῥῆγμα σύῤῥαψον. IUNG.

ἐγὼ δέ γε στ.] ἐγὼ δέ σε στ. γε β. SEB.

ἐγὼ δέ γε στ.] C. A. ἐγὼ δὲ στίξω σε βελόναισι (C. V. βελόνεσι) τρισὶ, καὶ βελονίδος ὡς Ἕρμιππος· ita C. A. *Salm.* καὶ βελόνης τὸ δὲ ὄνομα· ita distinguendum. et tum ἐγὼ σὲ στίξω γε βελόναισι τρισί· et mox καὶ βελονίδος. KUEHN.

ἐγὼ δέ γε στίξω etc.] *Eupolidis* fabula *Ταξίαρχοι* unde titulum sit nacta et quo decurrat argumento, explicui ad segm. 63. Haec autem verba quorsum pertineant, difficulter perspicio. nota res est servos praecipue fugitivos compungi solere et stigmatibus insigniri in fronte, ut ab omnibus agnosci possent, unde et στιγματίαι, quos *Plautus* facete *literatos* appellat. forsitan et ad eam poenam militem fugitivum his verbis quidam τῶν Ταξιάρχων condemnat. sed ad alia clariora. καὶ βελονίδες, inquit Auctor, ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις. iam meminisse iuvat eorum, quae notavi ad VII, 200. ubi

sio *Pollux*: *τὰς δέ γε βελονοπώλιδας εἴρηκεν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις*· recte omnino, si rerum ordinem spectes. enumerat enim femininam formam istiusmodi vocum, quae mulieres quascunque res vendentes significabant. itaque praecesserunt *λαχανοπώλιδες, λαχανοπωλήτριαι*· sed et ibi non contemnendam dixi lectionem *Falckenburgiani* Codicis: *τὰς δέ γε βελόνας, βελονίδας εἴρηκεν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις*· videmus equidem illam lectionem haud parum hoc *Pollucis* loco confirmatam, ubi plane *βελονίδας* ex eadem *Hermippi* fabula notat *Auctor* noster. an verior igitur lib. VII. *Falckenburgiani* Codicis scriptura? equidem ea de re disputari possit. praefero tamen ibi vulgatam lectionem; quidni potuerit enim in eadem fabula *βελονίδας* et *βελονοπώλιδας Hermippus* nominasse?

ἵνα δὲ etc.] C. A. titulum apponit: *περὶ σκευῶν, ἐν οἷς αἱ ἐσθῆτες ἀποτίθενται.* Kuehn.

ἵνα δὲ ἀποτίθ. etc.] Horum pleraque recensuit etiam *Pollux* VII, 79. et inter ea *χηλούς*· ex *Hesychio* vero et *Eustathio* ad *Homerum* haec vestium receptacula vel plexa vel consuta fuisse patet. illum *Hesychii* locum alibi declarabo. De plerisque sequentibus alio loco memini dixisse, inter alia de *κίσταις* ad segm. 91. quibus potueram supersedisse, si *Jungermannum* ad hunc locum non dissimilia notasse tum mihi non latuisset. Aliud etiam genus cistarum, in quibus mysteria sacrorum recondi solebant, memoratur a *Clemente*, *Seneca*, *Martiale* pluribusque.

κίσται, καὶ κιστίδες, etc.] C. A. *κίστα κιστάδες ὡς Ἀ. κ. κ. φάσκωλοι θύλακοι στρ. κιβωτὸς, ῥίσκοι ὡς Ἀντ. ῥ. ἦν ὁ. εἰ. ὡμοίωται δὲ τῷ κ. κανδύταλις οὐ μ. καὶ Δίφιλος ἐπιδεικνύμενος, ὁ δὲ καν. οὗτος τι δύναται, καὶ τί ἐστι*· hactenus C. A. Kuehn.

κίσται, καὶ κιστίδες, etc.] Loci *Comici* in *Acharnensibus* sunt, non ita longe a fine:

— *ἐπὶ δεῖπνον ταχὺ*
βάδιζε, τὴν κίστιν λαβὼν καὶ τὸν χοᾶ.
ὁ τοῦ Διονύσου γάρ σ' ἱερεὺς μεταπέμπεται.

Et mox *κίστην*· *Dicaeopolis* enim ibi:

παῖ, παῖ, φέρ' ἔξω δεῦρο τὴν κίστην ἐμοί.

Et *κίστιδος* iterum:

τὸ δεῖπνον, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κίστιδος.
ἐγὼ δὲ θοἰμάτιον λαβὼν ἐξέρχομαι.

Ubi tamen hoc, et primo loco, de *ὀψοθήκῃ Scholiastes Graecus* exponit, allato *Homeri* loco in eandem rem, quem et supra segm. 91. *Polluci* ex MS. restitui, *κίστην ὀψοφόρον* pariter adferenti. qui tamen hic de vestium receptaculis, sicut

et supra VII, 79. *κίστας* addit, quod ne quidem negare auderemus, si vel nullum exemplum in eam rem exstaret, praesertim quum sciamus eiusmodi infinita inserviisse diversis usibus. tamen hoc forte quis dicere possit, aptiorem locum quam illum ex *Aristophane* ad hanc rem adferre debuisse. de cista cibaria et istud *ἐν Ἱππεῦσιν*

— τὴν ἐμὴν κίστην ἰὼν
ξύλλαβε σιωπῇ —.

intelligendum satis antecedentia probant, ubi *Allantopola* iubet populum *διακρίνειν* e cista, uter, ipsene an *Cleon* sit

ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν γαστέρα.

Adfatur populum. ibi nempe *Scholiastes κίστην* et *κιβωτὸν* ait differre, *ὅτι ἡ μὲν εἰς ὑποδοχήν ἐστιν ἐδεσμάτων· ἡ δὲ ἱματίων καὶ χρυσοῦ ἡ κιβωτός.* Locum vero illum paulo ante ex *Aristophane* allatum *Τὸ δεῖπνον* et *Suidas* in mente habuit, ubi scribit: *κίστις, τῇ κίστει· κιστὶς δὲ, ὀξυτόνως, παρὰ Ἀριστοφάνει, κιστίδος.* Scribe itaque in loco *Aristophanis κιστίδος*, paroxytone, ut recte noster *Pollux* hic *κιστίδες* habeat. Alias de vestium receptaculis *κίστας* quoque usurpatas testatur *Hesychius*: *Κίστη, ἀγγεῖον πλεκτὸν, εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο καὶ ἱμάτια, κιβωτός. Suidas: Κίστη, καὶ κίστις, ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται, ἢ ἱμάτια τινά.* Ita apud *Achillem Tatium* lib. III. de *Clitoph.* et *Leucip. λανθάνει κίστη ἐκτραπεῖσά τις* e nave demersa, et perfertur ad *Satyrum* et *Menelaum*, qui alter *ἀνοίγει τὴν κίστην*, ibique inveniunt reposita *χλαμύδα, καὶ ξίφος*, sive cultrum mimicum. Et *Heliodori* locus libr. IV. *Aethiopic.* quamvis vitiose ibi legatur: *εἶχεν ἀποκειμένην ἐν κυστίδι* (scilicet *ταινίαν*) *τοῦ μὴ τὸν χρόνον αὐτῇ λυμήνασθαι·* ubi quoque malim *κιστίδι*. Iung.

κοιτίδες.] Sic et *Noster* infra segm. 165. et *Hesych.* in *κοίτη·* apud quem et *κοιτὶς* est. In *Suida* et *Etymologico* vero *κοῖτες*. Iung.

187.

καὶ φάσκωλοι, ὡς ἐν Θ.] Nescio an haec vox in hodiernis *Thesmophoriazusis Aristophanis* exstet. Ex eodem dramate *Comicum* tamen *ἐν Θεσμοφοριαζούσαις* huic voci, ut videtur, et *Harpocratio* testem allegat in *φασκώλιον*. Iung.

καὶ φάσκωλοι] Vocem illam in *Aristophanis*, quae supersunt, *Thesmophoriazusis*, etsi et inde adferat *Harpocratio*, non reperiri, haud est, quod adeo cum *Iungermanno* mireris; extiterunt enim olim *Thesmophoriazusae* priores et secundae, quarum has temporis iniuria delevit, illae vero superstites ad hanc pervenerunt aetatem et nostris teruntur

manibus. accidit autem ut *Grammatici* non raro protulerint quaedam e *Thesmophoriazusis* secundis loca, quae si quis in prioribus instituat quaerere, operam omnem ludet. istius rei egregium extat documentum in nostro *Polluce* lib. VII. cap. 22. ad quem locum hac eadem de re monuerat *Iungermannus* e *Casaubono* ad *Athen.* lib. I. ut magis adeo mirer, cum rem eam habuerit compertam, hominem acutissimum hic fluctuare. Sed porro notandum, quos ex *Aristophane* φασκώλους hic et lib. VII. *Noster* appellat, φάσκωλα dicere *Harpocrationem* ex eodem *Comico*, *Suidam* et *Etymologum Magnum* genere neutro. quibus forsitan accenseri potest *Isidorus* in *Glossis*: *Paculum*, *sacculum*, *pasceolum*. pro quibus existimo scribendum: *Phasculum*, vel *Phascolum*, *sacculum*, *phasceolum*, quod tamen posterius forte non sine ratione penitus eiiciendum dixero. in *Gloss.* certe MSS. quae *Phacolum*, *sacculum* prae se ferebant, nihil inveni tale. alias et φάσκωλος genere masculo extat apud *Ammonium*, *Hesychium*, *Thomam*, et *Eustathium* ad *Odyss.* *B.* et *E.* in *Ammonio* vero φασκάλος male reperies editum, et ἱματοφορία pro ἱματοφορὶς, quod ex *Eustathio* restituendum. potes autem ex iis, quos nominavi, differentiam φασκώλου et φασκωλίου haurire; quanquam ego profecto nullam esse ducam, nisi quod veteres solummodo φάσκωλον dixerint, recentiores etiam φασκώλιον, quo *Libanium* usum notat *Magister*; praeterquam quod ipsi inter sese *Grammatici* dissentiant. porro apud *Harpocrationem*, *Etymologum* et *Suidam* ἱματιοφορεῖον esse legendum sentio, ipsaque res clamat. id enim, nisi me fallo, volunt, φασκώλιον esse vestimentorum repositorium. simile prorsus vitium in *Suida* et *Etymologo* voce ἐπαύλια, ubi σμήγματα, φορεῖα leguntur pro σμηγματοφορεῖα, me iudice. vid. *Nostrum* segm. 127. Fatendum etiam est *Grammaticos* non tantum sibi non constare in hac exponenda voce, sed etiam errare fortean propter similitudinem φακιωλίου· cum enim *Etymologus* ex nescio quo auctore φάσκωλος, inquit, ἱμάτιον ἐστὶν ὃ φορεῖται, aliud agebat. quem enim huic interpretationi colorem conciliet? sed ille revera hac in voce miserrime corruptus est, neque temporis locique ratio medelam ferre patiuntur; *Lysiae* tamen locus conquiri potest et emendari ex *Harpocratione*. Ego vero φάσκωλον Atticos dixisse existimo sacculum quemvis coriaceum, quo aut ad recondenda vestimenta, pecuniam, aut alia quaecunque utebantur. talibus autem usos facillime probent *Xenophontis* μάρσιπποι ἱματίων variis in locis etiam

a *Nostro* memorati, qui certe e corio. utitur autem φασκωλίῳ *Teles* apud *Stob.* συγκρ. πενίας καὶ πλούτου. Bene vero, quod θυλάκους subiungat *Pollux*; tradit enim ex *Pausania* *Eustathius*, φάσκωλον et θύλακον non differre: Παυσανίας δὲ καὶ φάσκωλον ἑρμηνεύει τὸν θύλακον, εἰπὼν ὅτι θύλακος ῥαπτὸς φάσκωλος. De κοίταις, et κοιτίσι, quae praecesserunt, alibi dictum.

Δημιοπράταις] Iterum emenda Δημιοπράτοις. IUNG.

κιβωτὸς * θυριδοτή.] *Sylburg.* θυριδωτή. A MS. abest. SEBERUS.

κιβωτὸς * θυριδοτή.] Cum *Henr. Stephano*, qui ad suum Codicem admonuerat in ora, scribe κιβωτὸς θυριδωτή.. IUNG.

κιβωτὸς * θυριδοτή.], Quin vere *Henr. Stephanus* emendaverit θυριδωτή, neminem existimo dubitaturum. κιβωτὸς θυριδωτὴ dicta, quae non operculum quoddam, ut vulgo, sed ianuae instar habebat. textum ex *Stephani* sententia restitui, non invitis Commentatoribus nostris. abest autem θυριδοτὴ a C. *Salmas.* De ῥίσκοις, qui sequuntur, non pauci dixerunt; inter alios vir summus *Bochartus* in *Colon. Phoen.* et in *Epist. an Aeneas unquam venerit in Italiam.* usum illius vocis τοῖς νεωτέροις, *Comoediae novae scriptoribus*, *Pollux* adscribit. adhibuisse *Menandrum* auguror ex *Terentii Eunucho* Act. IV. Sc. 6. ad quem *Donatus cistam pelle contectam* exponit, nomenque Phrygium esse admonet, quo quidem de posteriori non habeo quod dicam. certe a Graecis ad Romanos, non Phrygibus devenisse satis constat. Graeci unde acceperint, non facile dixero, nollem tamen a Phrygibus accepisse negare. videndus et *Eugraphius*. *Glossae*: *Rhiscus*, κιβωτὸς μεγάλη, λάρναξ; quarum itaque auctor ceteris hoc cistarum genus magnitudine praecelluisse monstrat. apud *Aristeam* vero, vel quicunque sit is, scriptor, de LXX. Interpr. ῥισκοφυλάκια legisse memini rariori significatione posita pro repositoriis operum artificiosorum, quae praestantissimi ingeniosissimique viri elaborarant. prodit illam et commonstrat notionem ipse contextus: καθόλου γὰρ οὔτε ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπῆρχε ῥισκοφυλακίοις τοιαύτη κατασκευὴ τῇ πολυτελείᾳ καὶ τεχνουργίᾳ οὔτε ἔν τινι ἄλλῳ· istis qui praeerant, ῥισκοφύλακες ab eodem *Aristea* dicuntur. exinde vero patet *Ptolemaeum* non tantum libris colligendis, instruendaeque locupletissimae bibliothecae fuisse deditissimum, sed et summam habuisse curam rariorum et elegantiorum operum, quae artifices celeberrimi confecerant.

ῥίσκοι] Vide *Ian. Parrhasii* Epist. 59. SEB.

κανδύταλις] Supra VII, 79. *καὶ φίσκοι καὶ κανδύτανες.* Seberus.

κανδύταλις] Dixi supra VII, 79. *κανδυτάνες* in Manuscr. fuisse, ubi vulgo *κανδύτανες*, sed forte utrumque suum auctorem habuisse, tam per λ quam per ν, quum in *Hesychio* legatur *κανδυτάναι, ἢ κανδύλαι,* pro quo altero forte *κανδυτάλαι* scribendum sit. sed in eiusmodi vocabulis fugientibus iam paene quid verum, nemo ita facile dicat. Iung.

ἐπὶ δικαζομένῳ.] *Interpr. Diphilus* de *Condemnato.* melius MS. *Antwerp. ἐπιδικαζομένῳ, in Litigante. Apollodori* laudat *Ἐπιδικαζόμενον Donatus* in *Terentii Phormionem*, censetque eandem fabulam mutato nomine a *Terentio* inscriptam *Phormionem.* Ipse autem *Comicus* in prologo simpliciter ait:

Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem nominant.

Quae verba in medio relinquunt utrum ab *Apollodoro* an vero a *Diphilo* mutuo sit sumpta comoedia. Caeterum plane inepta est nota in istum locum: *hic*, inquit, *manifeste errat Terentius. Nam haec fabula, quam transtulit, epidicazomene dicta est a puella, de qua iudicium est, cum sit alia epidicazomenos eiusdem Apollodori. debuit ergo dicere: epidicazomenem Graeci, Latini Phormionem nominant.* Verum enimvero censor ille quisquis est (*Donatus* certe non est) alia censura opus habet. Nam *puella dotalis*, de qua lis erat, cui ex cognatis nubere debebant iure Attico propinquiores, nunquam Graecis dicebatur *ἐπιδικαζομένη*, sed *ἐπίδικος*, adeoque nec comoedia ulla ab ea dicta est *ἐπιδικαζομένη*. Hoc vero certum est, quod ille qui nuptias puellae *ἐπιδίκου* sibi vindicabat, ut genere proximus, semper activa notione vocatus sit, *ἐπιδικαζόμενος*, *vindex orbae puellae, de qua lis est*, et ab eo huius argumenti fabulae denominabantur. *Franciscus Guyetus* male defendit *Terentium* dicens, *Antiphonis respectu τὸ ἐπιδικαζόμενον positum, ut qui in fabula hac ἐπίδικος, seu ἐπιδικαζόμενος introducitur*, id est, *de quo in iudicio contenditur inter Demiphontem patrem et puellam Chremetis filiam.* Verum *ἐπίδικος* et *ἐπιδικαζόμενος* non sunt unius eiusdemque significationis. nam *ἐπίδικος* nusquam de viro usurpatum extat, puella tantum *ἐπίδικος* salutatur, neque omnis orba, sed haeres, vel ex asse, vel ex parte paternorum bonorum, quae non habet fratrem. De hac *Helena* saltabant propinquiores, at si paupercula et indotata fuerat, proximus vel ducere eam vel dotare quinque

minis cogebatur Atticis legibus, sed ἐπίδικον illam dictam esse non memini, erat enim revera ἀνεπίδικος, quia nulli erant ἐπιδικαζόμενοι· ipsa vero fiebat ἐπιδικαζομένη, *litem movebat* proximo cognato ut se vel duceret vel dotaret. Deinde nec *Antiphonem* recte dixeris ἐπιδικαζόμενον ex eo, quod de ipso inter patrem *Demiphontem* et puellam nuptam iudicio contendebatur. hoc enim plane novum et Graecis auribus insolens significatum est: ἐπιδικαζόμενος ipse δικάζεται ἐπὶ τῇ ἐπιδικασίμῳ, *litigat de puella, quae litis materia est inter cognatos*. de ipso vero nulla sub iudice lis est. Non melius scopum tangunt alii, qui ἐπιδικασίαν *litem vindiciarum a Phormione Antiphoni* motam asserunt. at tum demum fuisset actio huiusmodi, si *Phormio* cum *Antiphone* iudicio contendisset de puellae orbae et divitis matrimonio, ut genere propior, quod in toto dramate nusquam apparet. Ad ultimum non admittendum est, duas fabulas fecisse *Apollodorum*, quarum altera ἐπιδικαζομένη, altera ἐπιδικαζόμενος inscripta fuerit. Ipse *Donatus* huic commento obviam ivit statim in prolegomenis: *Hanc comoediam*, inquit, *manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est*, ἐπιδικαζόμενον *Graece scriptam esse, quam Latine a Terentio Phormionem*. Nulla hic mentio ἐπιδικαζομένης a puella denominatae, nec alibi laudatur huius nominis drama. sed haec ὡς ἐν παρόδῳ ad *Diphili* Ἐπιδικαζόμενον, ut sua significatio τῷ ἐπιδικαζομένῳ salva maneret; nam accuratius de toto negotio agere propositi ratio prohibet. Kuehn.

ἐπὶ δικαζομένῳ.] An ἐν δικαζομένῳ, vel ἐν ἐπιδικαζομένῳ, vel ἐπιδικαζομένῳ? Credo me verum coniectasse, quum tam multa coniectaverim. quod istud vero, paullo peritior me dicat. *Menandri* vero Ἀσπὶς laudatur etiam in *Scholiis Graecis* ad *Acharnenses Aristoph.* ad χύτραν συντρίψετε. Iungerm.

ἐπὶ δικαζομένῳ.] Restituendum esse Δίφιλος ἐν Ἐπιδικαζομένῳ *Kuehnius* erudite pluribus ostendit. textum hac emendatione refeci. sed ipse praeterea *Diphili* locus vacillat, et magno iam MSS. usum, quo nos sacrilega manus privavit, redemtum vellem. Codicem tamen *Seberi Augustanum* secutus sum, quaeque ille exhibuit, textui inserui, quamvis locum vitii vacuum esse mihi non persuadeam. haud tamen ita difficili negotio nitori suo restitui queat. scribendum enim iudico: σὺ δ' ἄρ' ἂν εἴποις ἀορτάς· scilicet haec sunt alicuius verba alterum reprehendentis, quod usurparet vocem κανδύταλις, cum potius ἀορτὰς debuisset dicere. pro-

fecto non infrequenter istiusmodi reperisse memini fragmina *Comicorum* veterum, quae quorundam huiusmodi vocum continerent emendationem. vid. ex *Antiphane* segm. 21. de σταθμούχῳ, et ex eodem de κακκάβῳ segm. 106. De ἀόρταις dicetur inferius. De κανδύταλι vero fortean dexterrime indicat *Auctor* noster vocem esse Persicam, quam primi intulerint in Graeciam Macedones. haud dispari ratione lib. IX. cap. 5. ubi de paradiso scribit, non paucas Persarum voces in linguam Graecam illapsas tradit. *Hesychius* autem prorsus similem huic nostrae κανδύταλις vocem adnotat, ut ab eadem origine manasse facile perspici possit: *Κανδυτάνες* ἢ κανδύλαι, ἱματιοθῆκαι, ὅπου τὰ πολυτελῆ ἱμάτια ἔβαλλον· sed hunc ego locum vitii immunem esse non credo. cogitavi ad restituendum κανδυτάλαι pro κανδύλαι· cui sanequam emendationi non leve momentum accedet ex *Pollucis* nostri κανδύταλι· quod me tamen parumper dubium tenet, vocabulum quoddam est Persicum כנדלה, *corbis frumentaria*, ut *Golius* observat, cuius literae, significatus, ipsaque pronunciatio conveniunt cum voce κανδύλαι· hac autem in re lectorem arbitrari iubeo. ad me quod attinet probavero magis reponi κανδυτάλαι, quod ipsum et *Iungermanno* probari iam video.

ὁ δὲ κανδ. οὗτος τί ἐστι, καὶ τί δ.] MS. τί δύναται καὶ τί ἐστί; ὥσπερ εἴποις ἀορτάς· ἐμοὶ μὲν οὖν δ. Seb.

ὁ δὲ κανδ. οὗτος τί ἐστι, καὶ τί δ.] *Salm.* C. ὁ δὲ καὶ δυταλὶς οὕτως τί δ. κ. τί ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἴποις ἀορτὰς ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ. Kuehn.

ὁ δὲ κανδ. οὗτος τί ἐστι, καὶ τί δ.] Consideranda lectio in MS. *Seberi*: τί δύναται καὶ τί ἐστί; ὥσπερ εἴποις ἀορτάς· ἐμοὶ μὲν οὖν δ. an aliquid ibi lateat de verbis *Comici*. Sane ἀορταὶ supra ex *Menandro* VII, 79. allata fuere, et mox segm. 139. ex eo et *Posidippo* etiam. Iung.

κάνδυος] Not. *Sylb.* vid. supra VII, 58. et 65. pr. edit. κάνδυς. Seb.

κάνδυος] C. A. κάνδρους. Kuehn.

κάνδυος] κάνδυος, pro κάνδους, ut recte *Seberus* noster edidit, ab *H. Stephano* ita emendatum hic fuit in suo Codice. Iung.

138.

καὶ ζύγαστρα δὲ, etc.] Post Μακεδόνες C. A. ζύγαστρα, ζυγάστρια, στρωματεῖς ὡς A. ὁ Γ. μάχαιρα, λόγχη στ. κέχρηται δὲ κ. A. κ. Θ. δὲ κίστην etc. Kuehn.

Ἀπολλ. κ. ὁ Γελῶος] De *Apollodoris Comicis*, in quibus Auctores variare videntur, vide *Casaub.* VII. *Athen.* 6. Ceterum *Geloi Apollodori*, qui hic in *Ψευδαίαντι* citatur, drama istud mendosum in *Suida* est. Legitur enim ibi inter *Apollodori* eius dramata, *Ψευδίας*, quum scribendum sit *Ψευδαίας*, *Falsus Aiax*, credo. Ingg.

μάχαιρα λ. στρωμ.] *Interpres* legit: *μάχαιρα*, *λόγχη*. Seberus.

μάχαιρα λ. στρωμ.] *χρῆσις* ipsa sic videtur scribenda, ut et Interpreti forte visum noster *Seberus* putat: *μάχαιρα*, *λόγχη*, *στρωματεύς*· adhaesit *σ* fini vocis praecedentis ab initio sequentis quoque, quales errores vulgati saepius. Jungerm.

μάχαιρα λόγχης] In textu restitui *μάχαιρα*, *λόγχη*, *Kuehnium* sequutus, quae emendatio ita facilis et obvia, ut ad illam confirmandam MSS. ope non indigeamus. *Pollux* autem *στρωματέας* hic enumerat inter eas voces, quae vestimentorum involucra designant, iisque auctoritatem conciliat ex utrisque *Apollodoris*. notandum vero Auctorem nostrum observasse VII, 79. quae veteres nominarunt *στρωματόδεσμα*, dixisse recentiores *στρωματεῖς*. rectissime profecto. eam enim ob causam Atticae elegantiae magistri posteriori voce pure loquentibus abstinendum sanxerunt. *Phrynichus*: *Στρωματεὺς ἀδόκιμον*· *στρωματόδεσμος ἀρχαῖον καὶ δόκιμον*· *λέγε οὖν καὶ ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως*· pariterque *Thomas*: *Στρωματεὺς μὴ εἴπῃς ἐπὶ στρωμάτων*, *ἀλλὰ στρωματόδεσμος*, *καὶ στρωματόδεσμον οὐδετέρως*. *Αἰσχίνης*· *ἄνθρωποι δύο στρωματόδεσμα φέροντες*· voculam loco deesse quivis paululum oculatior facile perspiciat. quis enim illam vocem usurpavit *ἐπὶ στρωμάτων*, de ipsis stragulis? addendum omnino *κατειλήματος* vel *ἀγγείου*, ut *ἱματίων ἀγγεῖα Noster* dixit, aut tale quippiam. Neque sane vocem *στρωματεὺς* apud scriptores vere Atticos facile repertum iri certus sum; nec est, quod quisquam *Apollodororum* testimonia nobis obducat, siquidem apud paulum humaniores satis constat quam parum ipsi veteres Grammatici loquendi formulis et vocibus a Comoediae novae scriptoribus usurpatis nitantur, adeo quidem ut ipsum *Menandrum* minus pure scripsisse, ideoque nec imitandum quidam duxerint. in *Glossis* equidem invenio *Στρωματεύς*, *pulvinar*, et *Clementis* aliorumque *στρωματεῖς*, quod nulli non notissimum. sed haec aevi esse recentioris nemo dubitabit. contra ea *στρωματοδέσμῳ* utroque genere et veteres et e iunioribus qui veterum sunt studiosi saepius utuntur.

Aeschinem adduxisse *Thomam* vidisti. locus est in Oratione gravissima de *Legatione Falsa*, ubi *Demosthenem* sequutos esse duos homines inquit, qui tulerint lectulorum sarcinas, ut *Wolfius*, in quarum altera talentum fuerit repositum. huic *Aristoteles* accedat, seu quem alium, antiquum certe, istius scripti auctorem censueris, de *Mundo* cap. 6. ubi vilissimi servitii ducitur στρωματόδεσμον δῆσαι, quod vir gravis nolit attrectare. *Apuleius* libello de Mundo, ubi hunc locum interpretatur, vocem illam praeteriit, rem ipsam generaliter exprimere contentus. Hac vero de re si plura et erudita legere quis concupiscat, illum adire iubeo ad *Is. Casauboni Animadv.* in *Athen.* lib. I. cap. 5. ubi eum dexterrime et luculenter enucleasse indico τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα apud *Athenaeum*. De utroque *Apollodoro* vide quae dixi ad segm. 95.

καὶ θολίαν δὲ, ὡς κ.] MS. θολ. δὲ κίστην εἶναι λ. Seb.

καὶ θολίαν δὲ, ὡς κ.] Particulam ὡς MS. *Sebéri* non agnoscit, et credo abesse posse. Iung.

καὶ θολίαν] Ubi destituimur ceterorum MSS. ope, Codicem *Augustanum* sequi fas est. eius igitur ductu ὡς indicavi delendum in contextu. de θολίᾳ eiusque vocis variis significationibus iam a me diversis in locis fuit actum.

Ξ. δὲ ἐν τῇ Ἀν. ε̄. κ. μαρσ. ἱμ.] Vide supra VII, 79. Seberus.

Ξ. δὲ ἐν τῇ Ἀν. ε̄. κ. μαρσ. ἱμ.] C. A. καὶ ὡς Ξ. μαρσίπους ἱματίων. apud illum lib. IV. *Exped. Cyri* legitur cum duplici π. ὥσπερ μαρσίππους ἱματίων κατατιθεμένους ἐν πέτρᾳ ἀντρώδει inquit. nec aliter legit *Salm.* Kuehn.

Ξ. δὲ ἐν τῇ Ἀν. ε̄. κ. μαρσ. ἱμ.] *Xenophontis* locus est lib. IV. Ἀναβάσ. ubi se quidam adolescentes *Xenophonti* narrant vidisse γέροντά τε, καὶ γυναῖκα, καὶ παιδίσκας ὥσπερ μαρσίππους ἱματίων κατατιθεμένους ἐν πέτρᾳ ἀντρώδει. Iung.

139.

αἱ δὲ ἀορταὶ] *Salm.* οἱ δὲ ἀορταὶ εἴρηνται. Kuehn.

σκηνὰς, ὄχους, etc.] Sequitur post ἐπιστάθμα in C. A. ῥίσκους ά. τ. καμπήνας ὄ. *Salm.* leg. pro τάχανα, ὄχανα. Kuehn.

τάχανα] Quid τάχανα non magis scio quam *Interpres*: nec quod sequitur mox ὄνους probum puto vel mendo vacare hic. sed quod ad prius attinet, vere me restituere puto λάχανα,

σκηνὰς, ὄχους, ῥίσκους, ἀορτὰς, λάχανα,
λαμπήνας, ὄνους. —

Loquitur de vehiculis, et quae ad iter pertinent, quo vestes reponas curru abiturus. et σκηνῆς mentio supra segm. 52. ὄχων segm. 51. ubi et λαμπηνῶν, omnia in re vehiculari. λάχανα vero quid hic sint, dicet tibi optimus *Glossatorum Hesychius*: *Λάχανα*, τὸ ἐπὶ τῆς ἀπήνης πεπλεγμένον, ἐν ᾧ καθέζονται· sed de ultimo ὄνους, mihi non liquet, nisi quod videatur versus id spernere etiam. Ego in parte iuvavi; finem emendet alius. Iung.

τὸ γὰρ ἐν *M. M. X.* κ. λόγχην, etc.] C. A. ἔγχυν περὶ τὰ ἱμάτια ἀ. etc. *Menandri* versus sic distinguit *Salm.*

— χλαμύδα, καυσίην,
λόγχην, ἀορτὴν, ἱμάτια.

In quo versu quidam legebant ἀορτῆρα. Kuehn.

τὸ γὰρ ἐν *M. M. X.* κ. λόγχην, etc.] Sic concipienda haec puto: τὸ γὰρ ἐν *Μισογύνῃ Μενάνδρου*, *Χλαμύδα*, *καυσίαν*, λόγχην, ἀορτὴν, ἱμάτια, ἀμφίβολον. ὅτι ἔνιοι καὶ ἀορτῆρα γράφουσιν. Hoc enim ait, de ἀορτῇ agens, quatenus id pro ἱματιοθήκῃ accipitur, *Menandream* χρῆσιν ambiguam esse, nec ea plene probari istam voculam, sicut ex *Posidippea*. Cur? quia in *Menandreis* scriptura variabat, patetque e *Polluce* hic quosdam versiculum ita scripsisse,

χλαμύδα, καυσίαν, λόγχην, ἀορτῆρ', ἱμάτια.

Ergo non omnino firmum auctorem hinc voculae ἀορτῇ adducas. Est vero idem versiculus et supra VII, 79. in vulgatis, sed hinc emendandus, quum ibi mendosus sit, ut ibi monui. Iung.

τὸ γὰρ ἐν *Μισογύνῃ Μεν.*] Rectissime distinxit posteriora *Menandri Pollucisque* verba *Iungermannus*: sed adverte, quaeso, siquidem eo iam oculus aberrarit, lepidam Interpretis nostri ignorantiam; ille coniunctis vocibus χλαμύδα καυσίαν *chlamydem aestivam* in sua versione dixit, ἀπὸ τοῦ καίειν scilicet, quo an aliud aliquid magis ridiculum dari possit equidem ignoro. Sed, quod ad hanc rem facit, apud *Hesychium* reperio: *Ἀόρτης*, ξιφιστὴς ὑπὸ *Μακεδόνων*· ἄγγος δερματινὸν ἱματίων· sic scilicet locum illum emendandum iudico, nisi quid aliud magis obscurum restet. ἀόρτην sane vel ἀορτῆρα significare balteum, vel, si mavelis, circulos, ex quibus ensis sit suspensus, ex ipso *Homero* eiusque Commentatoribus constat, ut nihil in ea significatione videam rari et insoliti, cur alicui dialecto adscribi mereatur. sed profecto ab usu communi remotior est altera notio, ab *Au-*

ctore nostro adnotata, quam itaque potius Macedonibus vindicandam existimo. sic igitur repone: ἄγγος δερματινὸν ἱματίων ὑπὸ Μακεδόνων. simillimum in re non diversa mendum animadverti ad IX, 15. porro nos hac in parte iuvat *Suidas*: Ἀορτὴν λέγουσιν οἱ πολλοὶ νῦν ἀβερτήν. Μακεδονικὸν δὲ καὶ τὸ ὄνομα· quo quidem in loco Grammaticum illam vocis ob oculos habuisse significationem, quam hic *Pollux* tradit, mihi planissime persuadeo. vid. *Meursii Gloss.* in Ἀβέρτης. In *Posidippi* verbis τάχανα nobis negotium facessunt. an satis huic loco prospectum sit restituto λάχανα, quamvis id ipsum et nobis in mentem venerat, dubitandi sunt rationes. aliis acutioribus istius vocabuli medelam commendo. *Iungermannum* nostrum ὄνοι offendebant. me quidem hercule illi non morantur, siquidem reiiciendos existimem. et vinne vitii originem? pro ὄχους sic fuit in hoc illove exemplari male scriptum, quod cum recte quidam emendasset, repetita denuo ad finem sequentis lineae vitiosa lectio. si quis tamen retinendos existimet, non magnopere obnitar. *Menandri* χρῆσις aliter expressa est VII, 79. Χλαμύδα, καὶ μυσίαν λόγχην· ibi καυσίαν adscripserat ex hoc loco *Canterus*: ad me quod attinet, neutram lectionem facile damnem dubius omnino, quae alteri sit anteponenda. forte tamen, quae hoc loco reperitur, praeplaceat. alias Mysi iaculandi arte hastarumque validarum laude nobiles. Denique paululum inferius καλεῖται textus e MSS. habet: de ἀορτῇ et *Suidas* φλὲψ ἡ μεγάλη. E Cyclopibus unum fuisse Aorten alibi me legisse memoriae non succurrit: *Apollodorus* sub initium Bibliothecae Bronten, Steropen et Harpen nominat. posterior ille Arges dicitur *Eustathio* ad *Od. I.* nisi praetuleris emendari Harpes, Ἄρπης. hunc ipsum vero *Pherecydem* appellasse Ἀόρτην credo; consentiunt enim omnes egregie in Bronte et Sterope.

Ἀριστοτέλους, δύο τῶν π. etc.] C. A. Ἀριστοτέλης τῶν πρὸς τῇ ῥάχει δύο φλέβων τὴν ἀριστερὰν ἀορτὴν καλεῖ, omissis παρὰ δὲ φ. etc. usque ad κυκλώπων. *Salm.* ἀορτὶς καλεῖται. ἀορτὴν nempe vocarunt. Kuehn.

ἐκαλεῖτο.] MS. καλεῖται. Seb.

ἐκαλεῖτο.] Omnino cum *Seberi* MS. scribendum indico καλεῖται, non, ut vulgo est, ἐκαλεῖτο. Locus *Aristotelis*, quem *Noeter* laudat, est περὶ ζώων ἱστορίας libro, ut ipse indicat, tertio, cap. 3. ἔχει δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἡμῖν φλεβῶν φύσις· δύο φλέβες εἰσὶν ἐν τῷ θώρακι, κατὰ τὴν ῥάχιν μὲν, ἐντὸς δὲ κείμεναι ταύτης, ἡ μὲν μείζων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἡ δ'

ἐλάττων ὄπισθεν ταύτης· καὶ ἡ μὲν μείζων ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον, ἡ δ' ἐλάττων ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ἣν καλοῦσί τινες ἀορτήν, ἐκ τοῦ τεθεᾶσθαι καὶ ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸ νευρῶδες αὐτῆς μόριον. IUNG.

τὰ δὲ κουρέως] C. A. titulo praemisso περὶ κουρέως σκευῶν· *Salmas.* C. κουρέων σκ. sequitur in C. A. κτένες, κουρίδες, μαχαιρίδες. KUEHN.

140.

ἐν γὰρ Κρ. Διον. ἐ. Ἐνεῖεν etc.] MS. ἐν μὲν γάρ. SEB.

ἐν γὰρ Κρ. Διον. ἐ. Ἐνεῖεν etc.] Versus *Cratini* ita formarem:

ἐνεῖεν δ' ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες,
αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς ποιμένας.
hic vellem inesse cultros tonsorios,
queis et oves tondemus et opiliones. KUEHN.

ἐν γὰρ Κρ. Διον. ἐ. Ἐνεῖεν etc.] MS. *Seberi*, ἐν μὲν γὰρ Κρ. quod magis placet, quamvis leve id monere. Sic mox ἐν δὲ sequitur. *Cratini* verba ita concipienda:

ἐνεῖεν δ' ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες,
αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς ποιμένας.

An etiam in iis μάχαιραι, κουρίδες, cum commate interposito scribendum est? ut praecessit, κουρίδες, μάχαιραι. Nam et μαχαίρας, sicut μαχαιρίδας, de tonsoriis acceptas, patet vel ex μιᾷ et διπλῇ μαχαίρᾳ. *Hesychius:* Μάχαιραι, ξίφος καὶ παραζώνη, καὶ οἷς ἀποκείρεται τὰ πρόβατα etc. Quamvis non nesciam et μάχαιραι κουρίδες, ut vulgo est, defendi posse, quasi μάχαιραι κουρικαί. IUNG.

Χρυσογένεσιν] MS. χρυσογένει. vide supra VII, 86. SEBERUS.

Χρυσογένεσιν] C. A. χρυσῷ γένει· senarios *Eupolidis* hunc in modum darem:

ἔπειθ' ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν
ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν φοράν.
dein tonsor habens cultros tonsorios
sub mystace tondebit quicquid est natum. KUEHN.

Χρυσογένεσιν] Pro χρυσογένεσιν MS. *Seberi* χρυσογένει. In MS. nostro id nomen semper deficit, nisi supra segm. 65. ubi ἐν χρυσωγένει habebat. Alias satis variat hoc nomen, ut admonuit *Casaub.* IX. *Athen.* 17. ego in nostro *Polluce* fere Χρυσογένει mallem, nescire me tamen utrum rectum, et an

bina dramata, de quibus *Casaubonus* noster, dicere satius est. Verba eius facile ut versus disponam,

ἔπειθ' ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν,
ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν. Iung.

Χρυσογένεσιν Εὐπόλιδος] Ex Antwerpiensi Codice *Kuehnius* notavit Χρυσῷ γένει, qui verus est istius fabulae titulus, ut pluribus ostendi ad segm. 65. forsitan emendatiorem haberemus et pleniorem *Comici* locum, nisi MSS. sacrilega manus vitiasset.

καὶ ψαλὶς δὲ, etc.] Vide supra II, 32. Seb.

καὶ ψαλὶς δὲ, etc.] C. A. addit ξυρὸς tantum, et statim sequitur τὰ δὲ σκυτοτόμου τομεὺς etc. cum titulo περὶ σκευῶν σκυτοτόμου. Kuehn.

ἣν καὶ μίαν μ.] Sic etiam MS. Sed *Henricus Stephanus* reponendum ait διπλῆν. Nam μία μάχαιρα foret novacula, quae simplex est, non forfex, quae est duplex. vide supra II, 32. Seb.

ἣν καὶ μίαν μ.] Leg. καὶ ἣν μ. μ. κ. ξυρόν· nam *novacula* dicitur μία μάχαιρα, ut *forfex* διπλῆ μάχαιρα. vid. supra II, 32. Kuehn.

ἣν καὶ μίαν μ.] *H. Stephanus* ad oram sui Codicis adscripsit, διπλῆν μάχ. ut supra sit II, 32. et ita hic corrigendum ait in Thesauro suo. cui nondum possum assentiri tamen. Nam et noster MS. opt. supra II, 32. habet: ἔλεγον δέ τι οἱ κωμῳδοὶ καὶ κείρεσθαι μιᾷ (non διπλῇ) μαχαίρᾳ, ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων· τὴν δὲ μάχαιραν ταύτην καὶ ψαλίδα κεκλήκασιν· ubi observavi locum *Aristophanis* ex *Acharnensibus* hoc firmantem magis:

ὁ δ' ἐντυχὼν ἐν τῇ 'γορᾷ πρόσεισί σοι βαδίζων
Κρατῖνος, ἀεὶ κεκαρμένον μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ.

Ut et locos *Hesychii* binos, quibus docet μιᾷ μαχαίρᾳ eos solitos fuisse tonderi τὸν κῆπον κουράν. Iung.

ξυροδόχη] Pro ξυροδόχη an forte ξυροδόκη reponendum? Iungerm.

Ἀριστοφάνης] Fol. 517. Legitur autem ibi ξυροδόκης. Seb.

Ἀριστοφάνης] In verbis *Aristophanis* etiam ξυροδόκης forte reponendum: nam hodieque ita in vulgatis eius libris legitur, ut etiam adnotavit noster *Seberus*. certe et noster MS. supra II, 32. ubi id vocabulum ex *Aristophane* quoque profertur, ἢ ξυροδόκη habet clare, ut δουροδόκη, ἱστοδόκη, κυμινοδόκη, οἰστοδόκη, apud *Nostrum*. Iung.

καὶ ὀνυστήρια δὲ l. II.] Forsan ὀνυχιστήρια· *Sylburg*. ut in-

telligantur cultri ad recisionem unguium apti, quod in Thesauro additur: MS. editis similiter. Seb.

καὶ ὀνυστήρια δὲ λ. Π.] *ὀνυχιστήρια Salm.* C. V. et delet *δὲ λεπτὰ Ποσειδίππῳ.* Kuehn.

καὶ ὀνυστήρια δὲ λ. Π.] *H. Stephanus* primus, credo, hanc voculam emendavit, unde hausit *Sylburgius.* Ita enim ad suum Codicem *H. Stephanus* in ora: *ὀνυχιστήρια, ἴσως.* Eodem modo indubitanter legere nos iussit amiciss. *Salmasius*, et ita iampridem ad oram Codicis sui se adposuisse. *In epigrammate Graeco*, ait, *nescias an haec instrumenta vocentur συλόνυχες sive συλονύχαι, an ὄνυχες· ita enim habet de tonsore loquens, Καὶ ψήκτραν δονακῆτιν ἀπέπτυσε καὶ λιποκόπτους Φασγανίδας, καὶ τοὺς συλονύχας ὄνυχας· epigramma nondum editum est. memini me alicubi legisse ὀνυχίδας dici.* Gaudeo mehercle eiusmodi rara et recondita me subinde posse miscere meis, quae protrita et vulgaria pleraque non ignoro. Iung.

καὶ ὀνυστήρια] *ὀνυχιστήρια* textui reposui, quae lectio vel sine MSS. satis per se manifesta. in resecandis unguibus curiosos fuisse veteres nitorisque studiosos ex veterum lectione didici, adeo ut et inter mollitiei effeminatique animi signa reponeretur nimiam unguibus impendere curam. hanc itaque ob rem adhibita sunt *ὀνυχιστήρια.*

141.

τὰ δὲ σκυτ. σκ.] *σκυτοτόμου σκεύη* et supra lib. VII. cap. 21. enumerata fuere. Iung.

Ἀλκιβιάδῃ] In *Alcibiade* primo paullo longius a fine: *ὥσπερ σκυτοτόμος τέμνει που τομῇ καὶ σμίλῃ καὶ ἄλλοις ὀργάνοις·* ubi etiam *σμίλην* vides, quam mox tamen *Noster* ex eius de Republica vult confirmare, et recte etiam. nam primo *πολιτείας Platonis* non longe a fine est: *τί δέ; μαχαίρᾳ ἀμπέλου κλῆμα ἀποτέμοις, καὶ σμίλῃ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς; πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλ' οὐδενί γ' ἂν οἶμαι οὕτω καλῶς, ὡς δρεπάνῳ, τῷ ἐπὶ τούτῳ ἐργασθέντι·* sed ad priorem *Platonis* locum quod attinet, eum iam ex *Polluce* emendare debemus, scribentes, *τομεῖ*, quum vulgetur, ut vides, *τομῇ· τομεὺς* enim apud *Pollucem* nostrum et *περιτομεὺς* hoc *ὄργανον.* Iung.

καὶ σμίλη] C. A. *σμίλη* sine *καὶ*, et mox etc. *χηλεύματα ὀπέας.* Kuehn.

καλάπους] Ita MS. quoque, nec apud *Platonem* aliter reperio fol. 1186. (aut edit. *Serrani* tom. III. fol. 191.) At supra II, 195. *καλόπους·* et VII, 85. *καλόποδες.* Seb.

καλάπους] Supra fuisse *καλόπους* et *καλόποδες* adnotavit iam *Seberus* noster. in MS. suo autem hic, ut et apud *Plato-*

nem esse, ut hic vulgatur. Verba Philosophi: ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον, οἷον οἱ σκυτοτόμοι, περὶ τὸν καλόποδα λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας· quamvis *H. Stephanus* in Thesauro καλόποδα habeat in hoc *Platonis*, qui et *Galeni* locum adfert Therap. IX. in quo etiam exemplaria quaedam καλάποδι habere ait. Idemque *H. Stephanus* hic in suo Codice ad καλάπους in ora καλόπους adscripserat, sic, credo, legere malens. supra II, 195. in MS. nostro deerat καλόπους· VII, 85. habebat ut vulgo καλέποδες· sed ad oram tamen καλάποδες ab eadem manu, quod ibi adnotare oblitus fui. Et forte utrumque probum. itaque habes alias et καλοπόδιον apud *Suid.* et *Etymolog.* ut et καλόπους. Iung.

καλάπους] Sic scribatur rectius an καλόπους, non est, quod summo opere cures. vidi *Etymologicum* MS. quod vocem illam utramque admittere scripturam docebat. certe scriptionis ratio quam dubia sit et incerta ex istis, quae dixit *Iungermannus*, abunde colligere licet. praeterea in *Glossis* antiquis καλαπόδιον et καλοπόδιον utrumque legitur, καλάπους et καλόπους. *forma caligaris, forma calcei, norma.*

καὶ ὀπήτιον ε. ἐ. *N. K.* τ. τρ. ἀ. ὥσπερ ἀρχιλ.] C. A. ὀπήτιον δὲ εἴ. ἐ. *N. K.* τ. τ. ἀ. ὅπερ ἀγχίλειον. C. V. ἀγχίλιον. *Salm.* ἀρχίλιον· ὀπήτιον, inquit, respondet apud autores *fabrorum terebrae*: unde et apud *Archilochum* dicitur ἀντίπαλον τοῖς τρυπάνοις, a quo habet id ipsum *Nicochares*: vel *Nicochares* simpliciter fecit mentionem ὀπητίου. *Archilochus* vero id ipsum dixit, ἀντίπαλον τοῖς τρυπάνοις. Kuehn.

καὶ ὀπήτιον ε. ἐ. *N. K.* τ. τρ. ἀ. ὥσπερ ἀρχιλ.] Haec e *Nicocharis Cretensibus*, ut videtur, mutila et mendosa videntur. nec in iis adparet ὀπήτιον· et forte confusa alius quoque *Comici* vel *Pollucis* verba. Dramatis nomen rectum est. Κρῆτες enim inter eius *Comici* fabulas et apud *Suidam* leguntur in Νικοχάρης. Iung.

καὶ ὀπήτιον] Difficilem huius loci nodum sine MSS. uberiori auxilio quenquam explicaturum non opinor. existimavit enim rectissime *Iungermannus* mutila esse haec et mendosa. si quis alias integrum putet et intactum hunc locum, sensum, quaeso, expediat. in ceteris autem acutissimum *Iungermannum* male habuit, quod ὀπήτιον in *Nicocharis* χρήσει non conspiceretur; quae tamen si sola esset difficultas, hac illi distinctione facile mederer: καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησὶ τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον etc. num autem ea ratione ὀπήτιον τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον appellatur, quod, cum eundem ferme cum terebra, foraminulis scilicet faciendis, usum

praestet, terebris quasi noceat et inimicum sit, vel potius, quod ipsi aequale earundemque quasi virium haberi debeat, ut ἀντίπαλον tantundem sit ac ἰσόπαλον· porro pro ὥπερ facile mihi quivis, credo, legendum assentietur ὥσπερ· ἀρχιλόχειον quid sibi velit, aut hoc agat in loco, penitus ignoro; nisi quis forsitan *Archilochi* χρῆσιν, in qua fuerit ὀπήτιον, inde desiderari hic auguretur. Codicum *Vossiani* et *Antwerpiensis* lectio multo magis etiam est obscura ὅπερ ἀγχίλεον, quod ὅπερ ut genuina lectione restituta forsitan habere locum possit, sic illa de re, cum ἀγχίλεον plane non intelligam, constituere non licet. eruditioribus huius loci curam commendatam velim. Ὀπήτιον in *Philoxeni Glossis subula*, *subla*. restituenda haec vox *Hesychio*, quod iam ab *Henr. Stephano* factum, in istis Χηλεύσεις, πλέξεις· χηλεύματα γὰρ ἐλέγοντο οἷον ἠπύτια, οἷς πλέκουσιν ἢ ῥάπτουσιν· illud οἷον, etsi non displiceat, credidi tamen aliquando mutandum in ἃ νῦν· videnne vero χηλεύματα, quae et in ipso *Polluce*. aliam similem ex *Hesychio* vocem addere licet: Χηλώτια, αἱ ῥαφίδες τῶν δικτυοπλόκων· quae ab eadem pendet origine. Sequitur ὀπέας, hoc enim accentu in omnibus legitur editionibus, sed vitiose, ut erudite monuit vir magnus *Is. Vossius* ad *Melam* lib. II. cap. 1. scribendum enim ὄπεας, ὀπέατος. ne careat auctoritate scriptoris haec vox, apponam *Herodoti* locum e *Melpomene* de modo faciendi societatem apud Scythas, quem ibidem vir doctissimus eleganter omnino restituit: αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων τύψαντες ὑπέατι ἢ ἐπιταμνόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος· legendum ὀπέατι quis dubitare possit?

τὰ δὲ κυνηγ.] C. A. κυνηγέτου δὲ, λῖνα, δίκτυα ἄ. ἑ. Kuehn.

ἐκβόλια] C. A. ἐμβόλια etc. Kuehn.

ἐκβόλια] Non memini supra in σκευῇ venatoria legisse. egerim itaque ἐμβόλια, de quo genere retium supra V, 56. *Noster* dixit. nec eam mendosam putem, sicut arbitrari video *H. Stephanum*, qui in Thesauro ibi videtur malle ἐμβόλιμα. Iung.

κυνοχοὶ] κυνοῦχοι· supra V, 51. et 65. Seb.

κυνοχοὶ] Pro κυνοχοὶ leg. *Salmas.* κυνοῦχοι· κυνοχοὶ autem reperit in V. C. Kuehn.

κυνοχοὶ] Emenda omnino cum *Sebero* nostro κυνοῦχοι, ut supra saepius V, 51. et alibi. Iung.

κυνοχοὶ] Textus habet, emendante me, κυνοῦχοι· προβολίων, quae sequuntur, apud *Auctores*, inter alios *Herodotum* Musa prima, in re venatica plurima mentio est: Προβόλιον, inquit *Hesychius*, σιβύνη ἔχουσα μετὰ τὴν ἀκμὴν προβολὰς, ἢ πυρίς· ab his longe diversa sunt ἐκβόλια, quae supra memo-

rantur, retium scilicet genus, quod extenditur et tanquam eiicitur ad capiendas feras; illam enim lectionem non sollicitandam existimo.

ἀρκεδόναι] C. A. ἀρκηδόναι. Kuehn.

142.

ὡς Πλ. ἐν Ἑλλ. etc.] C. A. ὡς Π. ἐν Ἑ. abest a C. A. qui et in verbis *Platonis* legit σφε etc. et ἀνελκύσω. *Salm.* leg. et ἀνελκύσω. Kuehn.

ὡς Πλ. ἐν Ἑλλ. etc.] In *Platonis* verbis legendum puto: βούλει τὴν δέ σοι πλεκτὴν καθῶ, κἄπειτ' ἀνελκύσω σε δεῦρο· videntur enim hoc dicere: *vin' tibi funem demittam, tum te huc sursum traham. Hesych.* Πλεκτὴ, σειρὰ, ἡ ἐξ ἱμάντων· sed non distinguo. respicit enim ad σειρὴν πλεκτὴν *Homeri.* Iung.

δέραια, π. τελαμώνια] MS. τελμονίαι. Apud *Xenophontem* de Venat. fol. 985. στελμόνιαι bis, ascripto utrobique in margine τελαμονίαι. Seb.

δέραια, π. τελαμώνια] C. A. δέραι τελμονίαι. *Salm.* C. τελμονία. Kuehn.

δέραια, π. τελαμώνια] Quid περίδερμα? scribendum omnino: δέραια, περιδέραια· milli canum supra V, 55. etc. in κόσμῳ κυνῶν δέραια quoque et περιδέραιον habuisti. Quae vero τελαμώνια, rectius τελαμωνία, vel potius eo numero quo cetera, τελαμωνίαι: ut supra VII, 55. in eadem re. quae ibidem omnia in MS. desunt. hic suum τελμονίαι habuisse *Seberus* noster adnotavit, quae propius accedunt ad *Xenophonteas* στελμονίας. *Hesych.* Στελμόνια, ζώματα. Iung.

δέραια, περίδερμα] περιδέραια, ut perbene *Iungermannus* restituit, in textum reduxi. vocis sequentis vulgatam lectionem an consultius esset retinere mecum deliberavi, annevero Codicis *Augustani* scripturam restituere, pro qua certe militant *Xenophontis* editiones et *Hesychius.* ipsos in ea voce veteres haesitasse mira scribendi varietas prodit. me tamen eo inclinare non diffiteor, ut τελαμώνια praeferenda indicem, cuius certe vocabuli aptissima deduci potest origo ex τελαμών.

ξύλαι, ἀρν. etc.] An ξυήλαι? *Hesych.* Ξυήλη, ξιφίδιον ὃ τινες δρέπανον λέγουσιν· vid. et segm. 144. Seb.

ξύλαι, ἀρν. etc.] *Salm.* C. ξύλλαι. Kuehn.

ξύλαι, ἀρν. etc.] Cum his verbis, ξύλαι, ἀρναк. ἧλοι, MS. noster iterum novam paginam incipit, atque pergit. sed pro ξύλαι, cum *Sebero* magis placet ξυήλαι legere. sed illae mox leguntur inter militaria, segm. 144. sane et δρέπανα ibidem, quae tamen hic quoque in venatorio instrumento, ut et alia quaedam. Et fere idem valeant, ut ex *Hesychii* verbis patet,

quae *Seberus* noster attulit. Si quid tamen rectius istis nosti, indica, ut tecum sciamus et sequamur. Iung.

ξύλαι] ξυήλαι vera lectio est, quam textui reddidi. inferius ea de voce quiddam notabo. ἀρνακίδας hic procul dubio calceos appellat venatorios, qui alias ἐνδρομίδες, de quibus erudite Illustriss. *Spanhemius* ad *Callimachum*.

στρατ. δὲ σκεύη] Abest a C. A. qui titulum affert: περὶ σκευῶν στρατιωτικῶν. Kuehn.

στρατ. δὲ σκεύη] MS. cum vasis militaribus novum caput incipit, praescripto στρατιώτου σκεύη· et incipit: στρατιώτου σκεύη, sine δέ. Iung.

ἡμ. κράνος] MS. ἡμιθ. σπολὰς, κρ. ea vox supra etiam VII, 155. Seb.

ἡμ. κράνος] MSSti, σπολὰς, κράνος etc. *Hesych.* Σπολὰς, χιτωνίσκος βαθὺς σκύτινος, ὁ βύρσινος θώραξ. *Salm.* C. etiam σπόλας κ. legit. Kuehn.

ἡμ. κράνος] MS. auctius, ἡμιθ. σπολὰς, κρ. quod supple, quum et in *Seb.* MS. fuerit, et supra VII, 155. ut etiam *Seberus* indicavit. Iung.

ἡμιθωράκιον] Addita vox σπολὰς e MSS. quam exponit Scholiastes *Aristoph.* ad *Aves*.

χεῖρες] C. V. χεῖρας. Kuehn.

φαρ. οἰστ. οἰστοθ.] Pharetra, pharetrae (*Hesych.* tamen φαρετρεὼν, τοξότης·) Et scuti involucrum σάγμα, et galeae theca λοφεῖον etc. Seb.

φαρ. οἰστ. οἰστοθ.] C. A. φάρετραι οἰστοθήκη priori misso, ut et iis, quae uncinulis inclusa sunt a *Sebero*. eadem delet et *Salmas.* C. Kuehn.

γωρυτὸς, etc.] Quae inclusa, e MS. modo inserta sunt. Seber.

γωρυτὸς, etc.] Ista, γωρυτὸς, φ. κ. τ. ἀ. τ. ἔ. σ. ἀ. τ. κ. ἡ θ. quae noster *Seberus* in suo MS. invenit, ita et in nostro extant omnia. Iung.

γωρυτὸς] Quae uncinulis incluserat *Seberus*, esse libera iussi. de σάγματι notatum ad lib. VII. mox δρέπανα post ἀκόντια vulgatae fovebant editiones. sed vocabulum illud, quod locum non legitime obtinebat, MSS. consentientibus eiectum est. Haec autem pleraque lucem accipere possunt ex rei tacticae scriptoribus, *Aeliano* praecipue et *Arriano*, a quibus horum plerorumque armorum in bello usus commonstratur.

143.

δρέπανα] Abest a C. A. Kuehn.

δρέπανα] Desunt in MS. δρέπανα, et, ni fallor, recte. sequuntur enim demum segm. seq. ut forte librarius eo oculis aberrans male repetierit. Iung.

κοντοί· καὶ τὸ τοῦ δ. ἱστ.] C. A. καὶ τοῦ δόρατος τὸ ἱστάμενον, σ. etc. Kuehn.

κοντοί· καὶ τὸ τοῦ δ. ἱστ.] MS. κοντοι (sine accentu) καὶ τοῦ δόρατος τὸ ἱστάμενον, σαυρωτὴρ· καὶ στύραξ, καὶ στυράκιον. Iungerm.

λόγχη] Ferrum prominulum in hasta. Kuehn.

αἰχμὴ, ἐπιδορ. etc.] Salm. leg. καὶ αἰχμὴ, καὶ ἐπιδ. καὶ συνθήκη (f. οὖν θ.) δὲ δρυβδοόκη ex V. C. Kuehn.

αἰχμὴ, ἐπιδορ. etc.] MS. λόγχη, καὶ αἰχμὴ, καὶ ἐπιδορατίς· καὶ θήκη δέ. Iung.

δουροθήκη] δουροδόκη C. A. quod firmat C. V. Kuehn.

δουροθήκη.] MS. δουροδόκη. Et δουροδόκη hoc pro illo δουροθήκη malim, ut etiam MS. supra I, 136. et VII, 156. habuit: καὶ ἡ θήκη τοῦ δόρατος, δουροδόκη. Multa talia adfert Pollux, ut alibi, et nuper de ξυροδόκη notavi. Iung.

δουροθήκη.] Digna fuit visa, quae reciperetur in textum MSS. lectio, δουροδόκη· Hesych. Δουροδόκη, δόρατος θήκη. Homer. Odyss. A.

οἱ δ' ὅτε δή ῥ' ἔντοσθεν ἔσαν δόμου ὑψηλοῖο,
ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν
δουροδόκης ἔντοσθεν ἐϋξόου, ἔνθα περ ἄλλα
ἔγχε' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά.

ad quem locum Eustathius planissime docet et Atticam esse vocem, et qualis fuerit δουροδόκη· Ὅτι δουροδόκη ἐστὶ, inquit, θήκη δοράτων κιονειδής· ἡ μάλιστα εἰς κίονα ἐγγεγλυμμένη, ἐν ᾗ πρὸς ὀρθότητα τὰ δόρατα ἵσταντο· φησὶν ὅτι ἔγχος φέρων ἔστησε πρὸς κίονα μακρὴν δουροδόκης ἔντοσθεν ἐϋξόου· κατὰ δὲ ὁμοιότητα ταύτης τῆς λέξεως τὴν ξυροδόκην εἶπεν ὁ Κωμικός· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ δέκω ῥήματος Ἰωνικοῦ, ἐξ οὗ καὶ ὁ πανδοκεύς. αἱ δὲ λέξεις καὶ Ἀττικαὶ εἰσὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἴωνας τῶν Ἀθηναίων συγγένειαν· Ἀττικὰ γοῦν ἡ ξυροδόκη, καὶ ἡ πανδοκεύτρια, καὶ τὰ τοιαῦτα. Quae ideo tota apposui, ut non tantum restitutae hic δουροδόκης, sed et similium vocum, quas pari modo alibi emendavimus, ratio constaret. alias et δορατοθήκη apud Hesychium: Σαυλάτηρ, δορατοθήκη· ordo literarum poscit Σαυλωτηρ.

ξεστά]. ξυστά· vid. supra I, 156. Seb.

ξεστά] C. V. καὶ ξυστὰ etc. quod amplecterer pro ξεστά. Hesych. Ξυστὸν ἀκόντιον, δόρυ κατεσκευασμένον etc. Kuehn.

ξεστά] MS. καὶ ξυστὰ δὲ εἴποις etc. Et repone ita, ut et-

iam noster *Seberus* monere videtur. sic supra I, 136. λόγχη, ξυστὸν (ita enim MS. noster) ἀκόντιον. Iung.

ξεστὰ] Veram MSS. lectionem prae se ferunt ξυστὰ, quae non poterit ignorare, qui veterum evolvit monumenta. *Arrian.* de *Exped. Alex.* lib. I. cap. 16. *Alexandri* milites refert, cum adversus Persas decertarent propter Granicum, ξυστοῖς κρανεΐνοις πρὸς παλτὰ pugnasse; ad quem locum praestantissimus *Gronovius* ostendit ξυστὰ praecipue fuisse genus armorum, quo cominus hostem peterent. eum ibi vide sis, ut et de παλτοῖς, quae mox et apud *Pollucem*. Κάμακας habet *Leonidas Anth.* lib. I. cap. 5. — ἄκλαστοι δ' αἱ κλαδαραὶ κάμακες· *Aristophanes* in *Holcadibus* ξυστὴ κάμαξ. In sequentibus pluries omiserat pigritia librariorum particulam conjungentem, quam, uti decebat, e MSS. reddidi. Inter alia mox recensentur σαυνία, quae *Cratinus* adhibuerit sensu turpiculo de membro virili. huc spectat *Hesychii* locus: Σαύνιον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν καὶ σαθρόν· χαῦνον, ἀσθενὲς παρὰ Κρατίνῳ· vitium in hoc loco perspexit *Brissonius* de *Regn. Pers.* priora tantum verba posuisse contentus a ceteris abstinuit manum. sed re bene perpensa dubium esse nequit ex nostro *Polluce*, quin παρὰ Κρατίνῳ referendum sit ad Σαύνιον, quo sane nihil pertinet τὸ σαθρόν· etenim *Cratinus* ita dixerat τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον, quod tamen in *Hesychii* verbis, retenta, quae editur, scriptura, minime apparet. faxo tamen emendatione mea ut illae tenebrae dissipentur. illud σαθρὸν statim, ut legi, in memoriam reduxit σάθην, vel σαθῶνα, caudam virilem: legendum igitur: Σαύνιον, ἀκ. β. καὶ σάθη vel σαθὼν παρὰ Κρ. malam scripturam σαθρὸν cum quis reperisset, addidit expositionem corruptae vocis praeter rem. quin et alia tamen ratione voces illae ab interitu vindicari possunt. praecessit in *Hesychio* ante Σαυνίῳ· Σαυνά, ἁπαλά· quae vox etsi aliunde mihi non sit nota, genuina tamen videtur, eademque ferme cum σαυλὸς, quae et in *Hesychio* est, et in *Aristophanis* σαυλοπρωκτιῶν, ubi *Scholiastes* κοῦφος exponit. itaque post σαυνίον explicationem sequi potest Σαυνόν, χαῦνον, ἀσθενὲς, quae cum prioribus confudit aut ipsa *Hesychii* negligentia aut alterius alicuius indocti lectoris aberratio. arbitrentur eruditi viri. *Menandri versus* — ὥστ' ἔγωγ' ἀντείμην Που σαυνίῳ πεπληγμένος —. Fabula vero *Menandri* plerumque Φιλάδελφοι apud *Pollucem* nostrum et *Athenaeum*. cui fit itaque, ut hoc loco Φιλαδέλφας *Pollux* appellet? nonte etiam *Casaubono* XV. cap. 10. *Anim.* ad *Athen.* e MSS. item nihil adnotant varietatis Commentatores nostri, con-

sentiuntque omnes editiones. attamen non dubito, quin legendum sit *Φιλαδέλφοις* · itaque textum restitui. stat a mea parte *Meursius* in *Biblioth. Att.* qui ne dicta quidem causa *Φιλαδέλφοις* scribit.

παλτὰ, σαρ. σαύνια.] MS. *καὶ π. καὶ σ. καὶ σαυν.* al. autem *σαυνία. Hesych. Σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν* etc. vid. notas ad *Interpr.* Seb.

Saunia] *Gelenius σαυνίον* generalius vertit iaculum, ex *Hesychio*, ut puto, qui exponit *ἀκόντιον βαρβαρικόν. Verrius* et *Festus* hastae genus fuisse aiunt, dum Samnitum genti nomen impositum tradunt propter genus hastarum, quae *σαυνία* appellant Graeci. Ego non male *Verutum* reddi posse arbitror. Nam ut *Dionysius* noster *Halicarn.* (Antiq. IV. f. 222.) *σαυνία* quintae classi tribuit, ita *Livius* quartae *hastam et verutum*. vid. et caetera, quae de hac voce scripsit *Sylburg.* Indice Gr. in *Dion. Halicarn.* Seb.

παλτὰ, σαρ. σαύνια.] MS. *καὶ πάλτα, καὶ σαρίσσας, καὶ σαυνία* · *τὸ μὲν γὰρ ὄν.* Et malim, *σαυνία* · *τὸ μὲν γὰρ ὄν. Hesychius: Σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν καὶ σαθρὸν γαῦνον ἀσθενὲς παρὰ Κρατίνῳ* · qui eundem locum *Cratini* respexerit scilicet quem *Noster*; sed quod ad accentum vocis attinet, forte nil mutandum. Et alii enim *σαύνιον* et *σαύνια*, ut *Strabo*, ut *Arrianus*. vide clariss. *Casauboni* Comm. ad *Strabonis* libr. XV. ibi. *ἢ σαύνιον.* Iung.

αἰδοίου] C. A. *αἰδοῖς, f. ἐπ' ἀνδρὸς αἰδοῖ, de pudendis viri,* ut supra ex *Glossis κρώπιον*, infantium *puteaculum*, sed et vulgata lectio bene se habet. Kuehn.

ἐν Φ. Μ. ὥς τ' ἔγωγ' ἂν εἰ. που σ.] C. A. *Μένανδρος ἔγ' ὡς ἄν, adeoque malim ego percussus saunio. Salm.* — *ὥστ' ἐγὼ 'Αντιλόχην* etc. Kuehn.

ἐν Φ. Μ. ὥς τ' ἔγωγ' ἂν εἰ. που σ.] MS. *πανσανίῳ* sed suprascriptum *πουσ.* Ceterum vulgata bene habere videntur. aliter tamen fortasse concinnanda. Iung.

144.

μὲν ἔφη ἐν 'Ολκ.] Absunt a C. A. Kuehn.

* *λόχμαι δ' ἐκ.*] *Sylburg.* leg. *λόγχαι.* Seb.

* *λόχμαι δ' ἐκ.*] C. A. *λόγχαι* sine asterisco. C. V. idem habet cum eo. versus *Aristoph.* ex C. A. ita se haberet:

λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο καὶ ξυστὴ κάμαξ.
Hastae frangebantur et rasa pertica.

Καυλίζομαι, (ita enim legendum) est pro *ἀποκαυλίζομαι*, id est, *καυλὸν amitto: καυλὸς* autem in hasta est pertica acumi-

nata, quae ferro inseritur. λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο legit et *Salm.* Kuehn.

* λόχμαι δ' ἐκ.] Emenda omnino λόγχαι, ut MS. noster clare habet, et *H. Stephanus* ad sui Codicis oram reposuerat. Vulgatum λόχμαι hic ineptum est. Iung.

* λόχμαι etc.] Operae ferme pretium non est monere, λόγχαι repositum esse e MSS. cum ipsa res emendationem hanc prodat, integer est senarius. Καυλίζεσθαι quid sit non latebit ei, qui didicerit ex *Hesychio* significationem τοῦ καυλοῦ, quam mihi vocem et in *Xenophontis Cynegetico* observavi. contraria τῷ καυλίζεσθαι significatione dixit *Cinnamus*, auctor non contemnendus, Hist. lib II. ἀποκαυλίζεσθαι· καὶ τὰ δόρατα πρὸς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκαυλιζόμενα χαμαὶ ἔκπιπτον.

Σκηνὰς καταλ.] *Salm.* σκηνὰς καταλαμβανούσαις notat etiam ex Veteri Codice. Kuehn.

Σκηνὰς καταλ.] Quidam ineptus, alium vix fuisse putem, e σκηνὰς fecerat σκηναῖς. Iung.

Σκηνὰς καταλ.] Hanc lectionem unice probandam alibi ostendi. sic et veterem habuisse Codicem *Salmasius* ad hunc locum monuit. in *Aristophanis* autem versu haerent eruditi, siquidem supra VII, 157. diversa extet in *Polluce* lectio: Καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίαν ἀκοντίων· ἀκοντίων certe et hic restituendum propter metrum affirmat *Salmasius*, eaque de causa ἀκοντίων et in textu reposui. alias et apud *Hesychium*: Ἀκόντων, ἀκοντίων, δοράτων· videtur autem hic versiculus esse parodia e nescio cuius Tragici loco. utrum vero rectius et verius, διβολίων, an ὡς ὁρᾷς, quis secure iudicet? existimo tamen ὡς ὁρᾷς· etenim διβολία et ipsa genus iaculi est, ut ex *Herodiano* lib. II. cap. 13. patet, nam ibi pro διαβολίαις διβολίαις esse scribendum nullus dubito; eaque ratione parum huic loco conveniret: non enim, credo, quisquam diversa esse loca opinabitur.

καὶ τῶν πλατ. etc. ἀκόντων.] E MS. priores editiones ἀλόντων. Seb.

καὶ τῶν πλατ. etc. ἀκόντων.] C. A. πλατυλόγχων, ὡς ὁρᾷς, ἀλόντων, *iis, qui latas gerunt hastas, captis, ut vides,* vel, *hastis latis, ut vides, captis. Salmas.* καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίας ἀκόντων, *ut supra legitur. lege hic, ut versus stet,* ἀκοντίων. Kuehn.

καὶ τῶν πλατ. etc. ἀκόντων.] MS. καὶ τῶν πλατυλ. ὡς ὁρ. ἀκόντων· ut recte etiam edidit *Seberus* noster. Antea vulgata lectio in nostri MS. ora a recentiore erat adposita ita: ἄλλως, ἀλόντων. Quid si?

καὶ τῶν πλατυλόγχων, ὡς ὁρᾷς, ἀκοντίων; Sed nihil temere. IUNG.

"Αλ. δ' ἐν Λευκ.] *Casaubon.* suspicatur *Λευκαδίᾳ* legendum, in *Athen.* lib. III. cap. 25. SEB.

"Αλ. δ' ἐν Λευκ.] Abest a C. A. KUEHN.

"Αλ. δ' ἐν Λευκ.] MS. "Αλ. δὲ ἐν Λευκάδι, ut vulgo est. Noster ὁ πάνυ *Casaub.* tamen, ut et *Seberus* notavit, videtur suspicari legendum *Λευκαδίᾳ*· est enim et apud *Athen.* libr. III. laudatus *Alexis* ἐν *Λευκαδίᾳ* ἢ *Δραπέταις*. IUNG.

συβήνην] MS. σιβήνην· vid. supra VII, 153. et infra segm. 153. SEB.

συβήνην] Verba *Alexidis* ita exhibet C. A. φέρε τὴν σιβύνην καὶ πλατύλογχον· C. V. σιβύνην καὶ πλατύλογχα. KUEHN.

συβήνην] MS. φέρε τὴν σιβύνην, καὶ πλατύλογχα· ut et e suo MS. *Seberus* noster adnotavit. Et videtur certe hic quidem de hasta aliqua vel venabulo accipiendum, et cum MS. scribendum σιβύνην· σιβύνην malo. *Hesych.* Σιβύνη, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον· sic *Suidas*: Σιβύνη, ἀκόντιον, Ῥωμαϊκόν. Et saepius apud *Athenaeum*. *Glossar.* *Venabulum*, ζηβύνη· ubi forte legendum ut in aliis *Gloss.* *venabulum*, σιβύνη. Alias συβήνη aliud est, nempe αὐλοθήκη, ut ex *Hesych.* *Suid.* et *Etymologicographo* patet et *Nostro* infra segm. 153. ubi MS. συβήνην· et supra etiam scribi debebat VII, 153. ita. IUNG.

συβήνην] Variam esse vocis istius scripturam non mihi latet. notissima tamen est σιβύνη. *Hesychius,* apud quem saepius ista vox occurrit, Προβόλιον, σιβύνη etc. sic in textu restitui. alibi vero de σιβύνῃ similibusque aliis dicendi locus erit. mox et πλατύλογχα reposui, de quibus vide notantem me VII, 157. Eam autem ob significationem τῆς λόγχης propriam, quam ibi notavi, *Bacchylides* apud *Stobaeum* ἔγχεα λογχωτὰ dixit: — ἔγχεα τε λογχωτὰ ξίφεά τ' ἀμφάκεα εὐρὼς δάμναται.

πλατυλόγχον.] MS. πλατύλογχα. SEB.

'Αρ. δ' ἐν σφενδόνῃ] C. A. ἐν σφενδόναις. *Athenaeus* etiam in singulari, ἐν Σφενδόνῃ. *Glossae,* σφενδόνη, *funda, balista.* KUEHN.

πρὸ τῆς ἐπ. πρὸς πλάτεῖς ἀπ.] MS. πρ. πλαταιαῖς ἀπέβαλλε. nescio an intelligendae Πλαταιαί, πόλις Βοιωτίας· *Stephan.* de *Urb.* SEB.

πρὸ τῆς ἐπ. πρὸς πλατεῖς ἀπ.] C. V. μετὰ τῆς ἐ. C. A. πρὸς τῆς ἐ. malim, μετά· tum porro C. V. πλαταίης, unde legerem verba *Ameipsiae*:

— τὸ μὲν δόρυ
μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιαῖς ἀπέβαλε.
— *hastam equidem*
una cum aerato clypeo ad Plataeas deperdidit.

Hesych. Ἐπίχαλκος, ἀσπίς· ἔχει γὰρ χαλκῆν τὴν ἐπιβολήν· ἔνιαι δὲ βόειαι εἰσίν. *Salmas.* πρὸς τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταίης ὑπέβαλλες ex V. C. Kuehn.

πρὸ τῆς ἐπ. πρὸς πλατεῖς ἀπ.] MS. Ἀ. δὲ ἐν σφ. τὸ μὲν δ. μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταίευς ἀπεβ. sed emendatum ab alia manu ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιεῖς ἀπ. Iam ita videtur mihi constituenda haec χρῆσις·

— τὸ μὲν δόρυ
μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιεῖς ἀπέβαλε.

Scilicet quendam hastam cum scuto abiecisse in pugna adversus Plataeenses, quaecunque illa fuerit, ut isti pugnaces viri in rebus Graecorum saepe locum obtinent, ut ex *Herodoto, Thucydide,* aliis noscere potes. Et voculae ἐπιχάλκου caussa putem attulisse ista nostrum, quae clipeum forte cum aerato umbone designet, vel aere obductum. Sic enim apud *Hesychium* invenio: Ἐπίχαλκος, ἀσπίς· ἔχει γὰρ χαλκῆν τὴν ἐπιβολήν· ἔνιαι δὲ βόειαι εἰσίν. Et eo pertinet oppido quoque *Aristophaneum* istud initio Σφηκῶν, ubi aquilam *Xanthias* somnians ait:

ἀναρπάσαντα τοῖς ὄνυξιν ἀσπίδα
φέρειν ἐπίχαλκον ἀνεκὰς εἰς τὸν οὐρανόν.

Ubi *Scholiastes*, ἐπίχαλκον τὴν ἔχουσαν χαλκῆν. Ex *Amipsiae* vero loco et *Hesychio* vides et ἐπίχαλκον sine additione ἀσπίδος ita olim usos. Iung.

πρὸ τῆς ἐπιχάλκου] Reduxi MSS. lectionem: μετὰ τῆς ἐπιχάλκου, et mox πρὸς Πλαταιεῖς. nec tamen non recta C. V. lectio Πλαταιῆς· scilicet ut ἱππῆς· forsitan quis ille fuerit inquiri posset, si quis otiosus ea de re cogitaret.

μαχαίρ. κοπίδας, etc.] MS. καὶ μαχ. καὶ κοπ. καὶ ἀκ. καὶ ξυ. καὶ δρ. καὶ δορυδρέπανα, καὶ ἐγχ. Seb.

μαχαίρ. κοπίδας, etc.] MS. ξίφη, καὶ μαχ. καὶ κοπ. semper interposita καί, ut et in *Seberi Augustano.* Iung.

μαχαίρας] In his plerisque, quae sequuntur, particulam e MSS. coniungentem adieci, quam pigerrima librarii manus describere negarat. multoties id in *Polluce* nostro factum deprehendi. Ξυήλαι vero, quas superius segm. 143.

emendavi, apud *Xenophontem* non raro occurrunt. *Cyri Anab.* lib. V. Chalybas habuisse refert παρὰ ζώνην μαχαίριον ὅσον ξυήλην Λακωνικὴν, quam et *Noster* recensuit I, 157. unde Laconum proprium id armorum genus fuisse patescit, cui ostendendo accedit alter *Xenophontis* locus in eiusdem libri fine: εἵλοντο δὲ Δρακόντιον Σπαρτιάτην, ὃς ἔφυγε παῖς ὢν οἴκοθεν παῖδα ἄκων κατακτανὼν ξυήλῃ πατάξας, δρόμου τε ἐπιμεληθῆναι, καὶ τοῦ ἀγῶνος προστατῆσαι. Recte vero coniunxit *Auctor* ξυήλας et δρέπανα. *Hesych.* Ξυήλη, ξυάλη, ἐστὶ δὲ καὶ ξιφίδιον, ὅ τινες δρέπανον λέγουσι. post δρέπανα vero καὶ δορυδρέπανα optime MSS. supplent. δορυδρέπανα, ni fallor, memorantur *Polybio*.

ἀκιν. ξ. δρέπανα, ἐγχ.] Uterque Codex δρέπανα, δορυδρέπανα, *falces hastilibus impactae*, ut eo longius mittantur in naves hostium, de quibus supra aliquid dictum ex *Appiano*. vid. libr. I. cap. 10. §. 21. et seq. Kuehn.

ἀκιν. ξ. δρέπανα, ἐγχ.] MS. καὶ ἀκινάκας, καὶ ξυήλας, καὶ δρέπανα, καὶ δορουδρέπανα, καὶ ἐγχειρ. supple itaque ista δορυδρέπανα, quae et MS. *Seberi* hic agnoscit. et supra I, 137. δορυδρέπανον in militum armis. Iung.

προλαβὴν ξίφους, κώπας] MS. κώπην. Seb.

προλαβὴν ξίφους, κώπας] C. A. προλαβὴν κώπην τὴν θήκην κ. ὡς E. μ. ε. π. κώπην χ. Μένανδρος δὲ χρυσολαβὲς κ. π. ε. Kuehn.

προλαβὴν ξίφους, κώπας] MS. καὶ ἀ. ξ. καὶ προλαβὴν, καὶ κώπην, καὶ τ. θ. κολεόν. Et κώπην singulari etiam *Seberi* MS. κολεὸς etiam supra MS. I, 136. ubi et cetera; adeo ut lectio MS. fere magis placeat, quamvis non multum referat, quum et vulgata recte habeant: κουλεὸς tamen Ionicum videtur magis. Iung.

κουλεόν] Iliad. α, 220. versu autem 194. ibid. κολεοῖο. Seberus.

κουλεόν.] C. V. κολεόν. *Hesych.* Κολεὸς habet et κουλεός. Kuehn.

146.

Παλαμήδει] *Euripidis Palamedem* laudari et apud *Stobaeum* Serm. 52. 79. etc. *Tzetzem* in *Lycophronem*, *Laërtium* in *Socrate*, *Strabonem* lib. X. et *Aelianum* didici ex catalogo dramatum *Euripideorum Schotti*: adde et apud *Schol. Aristoph.* in *Ranas* non longe a fine. et apud eundem εἰς Ὄρνιθας ad verbum κωδωνοφορῶν. Iung.

κ. χρυσόκολλον.] χρυσοκόλλητον. *Antiphanes* apud *Athen.* lib. XII. extremo: ἐκ χρυσοκολλήτου καλπίδος. *Theophyl. Si-*

nocatta lib. VI. cap. 11. ἁρμάμαξαν συμπήξασθαι χρυσοκόλ-ητον. *Hesych.* Χρυσοκόλλητος σφραγίς. Sɴʙ.

κ. χρυσόκολλον.] *Salmas.* κώπην χρυσόκολλον, *id est, auro igatum*: tum, καὶ γρ. κ. π. Ἔγχειρ. Kᴜᴇʜɴ.

κ. χρυσόκολλον.] χρυσόκολλον et MS. noster habet. nec nutandum arbitrarer, ut ἀμφίκολλος supra segm. 54. ut πα-άκολλος segm. 56. Certe ita λιθόκολλος et λιθοκόλλητος in-enio pro eodem. quoad χρυσόκολλος, quod idem cum χρυ-σόκλητος, a poeta propter metrum forte spreto, non aptius xemplum adferam. Ita enim suavius. *Heliodorus* λιθόκολλα ερατυχένια dixit lib. VII. Aethiopic. καὶ στρεπτοῖς τε χρυσοῖς αἱ περιαυχενίοις λιθοκόλλοις ἑκών τε τὸ μέρος καὶ ἄκων ἐκοσ-εῖτο. Et idem λιθοκόλλητον ξιφιστῆρα lib. IX. καὶ ἅμα ἐδεί-νυς τὸν ξιφιστῆρα τοῦ σατράπου λιθοκόλλητόν τε καὶ πολύτιμον, αὶ ἐκ πολλῶν ταλάντων κατεσκευασμένον· de *Oroondatis* Per-ae baltheo; ita enim certe capio, non, ut elegans alias in-erpres vertit, *pugionem Satrapae*. ξιφιστὴρ enim certe bal-heus vel cingulum, e quo dependet ensis, videtur esse; de-ue *Mithridratis* baltheo ex vita *Pompeii* apud *Plutarchum* roferunt: τὸν μὲν ξιφιστῆρα πεποιημένον ἀπὸ τετρακοσίων τα-άντων· quae non dissimilia valde *Heliodoreis*. *Hesychius*: ιφιστὴς, φορεύς, τελαμών. ubi etiam forte ξιφιστὴρ legen-um. duces bellici superbiebant istis balthei, ut saepe in oetis etiam lego, qui in iis exornandis satagunt non nun-uam. Iᴜɴɢ.

ἐν Ἁλιεῦσι] *Menandri* Ἁλιεῖς etiam apud *Athenaeum* udantur, apud *Nostrum* etiam singulari. vid. *Casaub.* XI. *then.* 10. Iᴜɴɢ.

Θεόπ. δ. ἐ. π. ἐλ. ξιφ.] δὲ ἐν πόλεσι non habet C. A. *esych.* Ξιφομάχαιρα, ἡ μεγάλη μάχαιρα. Kᴜᴇʜɴ.

Θεόπ. δ. ἐ. π. ἐλ. ξιφ.] *Theopompi* versus supra VII, 58. ex MS. fuit restitutus. Iᴜɴɢ.

παρ' Εὐριπ. λέγοντι] MS. εὐρ. ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σα-ρικῷ. II. vide supra segm. 108. Sᴇʙ.

παρ' Εὐριπ. λέγοντι] C. A. ὡς Εὐριπίδης πᾶς δὲ φασγ. εθ. ὡ. π. σ. κόλοναν φ. μ. C. V. melius: Εὐριπίδου Εὐρυ-θεῖ Σατυρικῷ, πᾶς ἐξηθέρισεν ὥστε πύρινον σπάθη κολούαν ασγάνου μ. unde sensus prodit satis clarus: omnis, vel si avis πάντας, *omnes demessuit ut frumentum spatha gladii igro vinoti manubrio. Salmas.* C. εὕροις ἂν Εὐριπίδου Εὐ-υσθεῖ Σατυρικῷ πᾶς δὲ φασγάνῳ etc. ὥστε πύρινον σπάθη κο-ούαν φ. μ. Kᴜᴇʜɴ.

παρ' Εὐριπ. λέγοντι] MS. εὕροις ἄν, Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· nec dubito prorsus scribere, ut in MS. Seberi: εὕροις ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· de quo dramate videndus *Casaub.* I. de *Sat.* c. 5. Jung.

παρ' Εὐριπίδει λέγοντι] Egregie de *Polluce* merentur MSS. quorum integram lectionem in textum reposui, ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· et alibi corruptum in *Polluce* hoc drama refecimus e MSS. Porro ipsam Tragici ῥῆσιν Codices intactam conservarunt: ἐξεθέρισεν enim ineptum ad metri rationem, σκάθην κόλιαν vero nemo mortalium intelligat. *Hesych.* Κολούειν, μειοῦν, ἐλαττοῦν· et Κολούει, κατασείει, σάττει, κωλύει, ἐμποδίζει, κολοβοῖ. Σπάθη φασγάνου μελανδέτου nihil est aliud quam φάσγανον μελάνδετον· propter illam περίφρασιν, credo, addit Auctor: εἰ δὲ τοῦτο ἀμφίβολον etc. sed quod me male habet, est πύρινον, siquidem sic absolute positum nihil habeat quo referri possit, eaque de causa cogitavi ὡς τὰ πυρὸν ἂν σπάθῃ etc. qua ratione versui nihil decedit. video *Iungermannum*, ut difficultatem effugiat, comminisci panem triticeum; sed quam illud sit hoc loco incommodum, nemo non videt. nostram vero lectionem ipsum illud ἐξηθέριζεν postulare videtur. de φασγάνῳ μελανδέτῳ vide *Salmasium* ad *Historiae Aug. Script.*

ἐξεθέρισεν] MS. ἐξεθέριζεν. Seb.

ἐξεθέρισεν] MS. noster ἐξηθέριζεν· sed emendavit quis recentior ἐξεθέριζεν, ut ex suo MS. adnotat *Sebetus.* Sed temerarius videtur fuisse ille corrector. nam ἐξηθέριζεν legendum versus ipse iubere videtur. ut enim hos versus concipiendos putem mox dicam. Prius indicandum est in MS. σπάθῃ fuisse, sed emendatum esse quoque σπάθην, ut vulgo est. quod facinus inde profectum, quod πύρινον σπάθην iungi debere ita omnino crederent, sed nescio an opus. Certe quod sequitur κολίαν nihil est, et pro eo MS. κολούων habet, quod sensu, ut illud, non caret certe. sic itaque cum MS. ista constituo:

— πᾶς δὲ φασγάνῳ
ἐξηθέριζεν, ὥστε πύρινον σπάθῃ
κολούων φασγάνου μελανδέτου —.

quem versiculum ultimum non plenum esse vides. et forte nec plenum posuit *Pollux*, quod illi tantum ad suam rem de spatha sufficeret. De magna caede dici videntur et praelio *Comico*, quo omnes ferro demetebant hostes, quasi frumenta vel panem triticeum gladio detruncarent. sic sane capio; si non recte, discam tamen libens rectiora. Jung.

Φιλ. ἐν Ῥοδίοις] Abest a C. A. Kuehn.

Φιλ. ἐν Ῥοδίοις] Philemon ἐν Ῥοδίοις. Putat idem drama quod ab Athenaeo lib. XIV. laudatur Philemo ἐν Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ, ut quidem emendat, ὁ πάνυ Casaubonus XIV. Animadv. 15. Iung.

σπ. παρεμφ.] MS. παραφ. Seb.

σπ. παρεμφ.] C. A. σαφέστερον αὐτὸ λέγει, σπάθην παραφαίνων (ita C. V.) δηλ. χ. spatham prae se ferens auro scilicet vinctam. Salm. C. V. παφαίνων, unde leg. παραφαίνων. Kuehn.

σπ. παρεμφ.] MS. noster παραφαίνων, sicut et Seberi habet. ita scribe; versiculus enim requirit:

σπάθην παραφαίνων δηλαδὴ χρυσένδετον. Iung.

σπάθην παρεμφαίνων] Recte MSS. παραφαίνων, quomodo textum emendavi.

146.

καὶ ἐν τῷ Μισο.] C. A. non agnoscit haec usque ad σπάθαι. Kuehn.

ὅταν λέγῃ] MS. ὅτ' ἄν. Menander ἐν μισουμένῳ adducitur etiam a Schol. Aristoph. in Σφῆκας. Iung.

τούτοις δ' ἐπ.] MS. τούτοις δὲ ἐ. Iung.

μολύβδια] MS. μολυβδίας· forte μολυβδίδας. Seb.

μολύβδια] Salm. C. μολυβδίας. Kuehn.

μολύβδια] MS. μολυβδίνας, πελ. Inde, nisi et hoc rostum, mallem, μολυβδαίνας. Hesych. ut et in eo quod ex Luciani Lexiphane adferunt, ὁ δὲ μολυβδαίνας χεραμίδας ἀράχνην ἔχων χειροβόλει. Sed et μολυβδίναι, ut in MS. potuere dici, puto; ... ae pilae et massae plumbeae. Tales credo Romanorum plumbatae, quae tela vide depicta apud Stewech. in Veget. lib. IV. c. 29. ad ista verba: sed ex alto destinata missilia, sive plumbatae, sive lanceae, veruta, vel spicula. Iung.

μολύβδια] μολυβδίνας, cum ita velint MSS. nulla causa est, quam propter non recipiamus. Πυρεῖα quae sint Hesychius exponit: Ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν· ibi a Soringio elegans Luciani locus adfertur. subit etiam meminisse, nisi me fallit memoria, Aeneam Poliorc. Perquam γελοῖον erat in sequentibus γελοίους. γύλιοι, qui sint, illam enim vocem MSS. reponendam iubent, compertum habebit, qui Iungermanni pellegerit notam. de taline vasorum genere locus Sallustii capiendus Histor. libr. IV. Hi locorum pernari et soliti nectere e viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ea arte se quisque in formam parmae equestris armabat: an vero potius de quibuscumque istius operis vasis intelligere velis? γύλιοι certe vasa erant militaria

e viminibus nexa. De στρωματοδέσμοις superius pluscula notavi. quae sequuntur, nitorem et elegantiam MSS. debent. ita vulgo: πελαμῶνας καὶ ζωστῆρα καὶ ὄχανον· posteriorem voculam quae ratio impulerit *Seberum* ut stellula notaret, non video. ὄχανον enim illud *lorum* vel etiam *circulus ferreus* appellatur, quo clypeum sustinere solebant, quodque primum a Caribus inventum perhibent, unde et *Anacreonti* ὄχανον καρικοεργές.' antequam vero reperta essent ὄχανα, κανόνας eundem in usum adhibebant. in omni vero clypeo duo fuerint ὄχανα, eaque de ratione ὄχανον inter clypei partes enumeratum videbis a *Nostro* I,' 133. nisi me tempus destitueret, quae dixi possem auctoritate scriptorum firmare, aliaque addere plura de ὀχάνοις, πόρπαξι similibusque. Quae post ὄχανα inserui, vitam MSS. debent. aptissimo hic reperiri loco nemo neget. quid vero κιλλιβάντες sint ex *Aristophane*, eiusque *Scholiaste*, quem *Suidas* pro more descripsit, petere licet. nos alibi de κιλλιβάντι, ὀκριβάντι, etc. ne instituti rationem hic transiliamus, plura hactenus intacta notabimus.

πελίκεις] C. A. πέλικας. Kuehn.

πυρεῖα] Pro πυρεῖα MS. πυρεία, sed accentu emendato. Iungerm.

μακέλλας] MS. μακέλας uno λ, ut semper, credo, MS. noster. Iung.

γελοίους, στρωματόδ.] MS. γελικί· nescio an γελίκας legendum. (*Hesych.* Γελίκη, ἕλιξ.) aut γυλλας, aut quae tandem vera lectio sit. Sal.

γελοίους, στρωματόδ.] C. V. ἁλύσεις, γυλίους, στρωματόδεσμα. C. A. γελοῖα ἢ. γύλιος *Aristoph.* in *Acharnensibus* et alibi etiam refert inter στρατιωτικὰ σκεύη· ubi *Scholia*: γύλιος, σκυριδῶδες πλέγμα, vel, πλεκτόν τι σκεῦος στρατιωτικὸν, στενόστομον, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον εἰς πόλεμον. *Hesych.* cum duplici λ γύλλιος· et ita *Salm.* qui et ex V. C. γελοῖα exhibet: *forte*, inquit, γύλλια. Kuehn.

γελοίους, στρωματόδ.] Haerent viri docti in hac vocula, et de alia substituenda satagunt. Et certe ridicule vitiosa est ea. MS. noster veram lectionem servavit, γυλίους· quomodo sine omni dubitatione restitues. Viderat id et ante *Salmasius* noster, quam ego eum de scriptura MS. nostri certiorem facerem, indicabatque mihi locum *Aristoph.* in *Eirene*:

μῶν οὖν ὅμοιον καὶ γυλίον στρατιωτικοῦ;

ubi interpres: ἀγγεῖον στρατιωτικὸν εἰς ὃ τὰς τροφὰς ἄγουσαι οἱ στρατιῶται· meminisse etiam eundem Ἀχαρνεῦσι, ubi *Lamachus* ad bellum exiturus γύλιον sibi afferri postulat:

Ἀριστ. ἔφη τὴν φορτεῖαν etc.] MS. *φορβεῖαν τὴν αὐλητικήν.* Et ita certe reponendum est. nam quid est *φορτεῖαν*, ut iam, vel *φορτίαν*, ut antea edebatur? *φορβεῖα* vero sive *φορβειά*, quamvis scriptura et aliis variet modis, de fistulis notiss. ut supra IV, 70. Nescio tamen an locus alias integer. nec enim, credo, *καλαμίνους αὐλοὺς φορβεῖαν* ait *Noster* dixisse *Aristophanem.* *φορβεῖα* enim *ἡ αὐλητικὴ στομίς*, non *αὐλὸς* ipse, et sane nescio an distinctione, quae quidem non una incidit, loco mederi queatur, reposita pro *τὴν* particula *καί*· *καὶ αὐλοὺς ὀστεΐνους, καὶ καλαμίνους αὐλοὺς Ἀριστοφάνης ἔφη, καὶ φορβεῖαν τὴν αὐλητικήν.* Alii tamen hoc nobis dicent rectius. *φορβεῖαν* sane *Σφηξὶν Comici* ibi extare notum est:

καὶ αὐλητής γε δίκην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπίχειρα,
ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησ' ἀπιοῦσιν.

Iungerm.

Ἀριστοφ. ἔφη τὴν φορτεῖαν] Inepta lectio; *φορβεῖαν* bene meliores MSS. quibus Excerpta *Falckenburgii* consentiunt. locum mutilum esse *Iungermannus* suspicatur; et quis non ita existimet, si legerit ut fuit ante nos? iam, uti puto, omnia sunt perspicua: *καὶ αὐλοὺς ὀστεΐνους, καὶ καλαμίνους αὐλοὺς Ἀριστοφάνης ἔφη, καὶ Καλλίμαχος τὴν φορβεῖαν τὴν αὐλητικήν*· in istis, quae ex *Comici* fabulis supersunt, an *καλαμινοι αὐλοὶ* reperiantur, ego quidem ignoro: nec opus est, siquidem longe plurimae *Aristophanis* fabulae perierint. sed unde, inquis, illa *καὶ Καλλίμαχος*? e Codice *Antwerpiensi*, a quo sane inutili plerumque et inepto beneficium tam excellens non expectassem. ex hoc itaque loco fragmentis *Callimachi* *φορβεῖα αὐλητικὴ* annumerari meretur. recte vero *φορβεῖα αὐλητική*· nam et capistra mulorum equorumque *φορβεῖαι.* de *αὐλητικῇ φορβείᾳ* notum illud *Sophoclis*: *οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβείας δ' ἄτερ*, ut apud *Longinum* est, sed locupletius ex *Cicerone* leges lib. II. ad *Atticum.* videndi vero de utroquo *φορβείας* genere *Schottus* ad *Paroemiographos*, *Langbaenius* ad *Longinum*, *Salmasius* in *Exercit. Plin.* *Schefferus* de *Re Vehiculari*, *Christianus* in *Aristophanis Vespas* et *Victorius* V. L.

καὶ κρουπέζια] *καὶ* abest a C. A. in *ὑποδήματα* desinit caput in eodem Codice. Kuhn.

154.

αὐτοῖσιν αὐλοῖς etc.] MS. *αὐτοῖς αὐλ. ὁ. κ. γλωττοκομεῖον.* Sed.

αὐτοῖσιν αὔλοῖς etc.] C. V. *αὐτοῖς αὔλοῖς ὁρμαὶ κ. γλωττοκομίῳ· f. ἑρμαίῳ, cum ipsis tibiis, lucello et theca tibiarum. Salm.* invenit *ἑρμαὶ* in V. C. ipse autem leg. *ὁρμᾷ·* forte *ὁρμιᾷ, funiculo.* Kuehn.

αὐτοῖσιν αὔλοῖς etc.] MS. noster, *αὐτοῖς αὔλ. ὁ. κ. γλωττοκομίῳ·* ut *Seberi* prorsus, nisi quod iste *γλωττοκομείῳ* habet. Et ita, credo, versiculus quidem foret integer:

αὐτοῖσιν αὔλοῖς ὁρμαὶ καὶ γλωττοκομίῳ.

Quasi dicas: *cum ipsis fistulis ὁρμαὶ et glottocomia*, hoc ultimum *δυϊκῶς* capiendo, possit tamen eodem sensu, credo, et *γλωττοκομίῳ* in dativo pariter pro *σὺν αὐτοῖς αὔλοῖς καὶ γλωττοκομίῳ.* Quid *ὁρμαὶ* hic non sat capio. supra quidem IV, 70. *ὅλμοι* in partibus tibiarum. verum ego nihil tento. relinquo id omne aliis, qui ob suam peritiam in re literaria id rectius conentur. Vidi autem modo *H. Iunium* in *Adagio, Animi scrinium servitus*, locum *Pollucis* hunc ita laudare, *Αὐτοῖσιν τ' αὔλοῖς τορμαὶ καὶ γλωττοκομεῖον·* et interpretari,

simul cum tibiis modioli et glossocomum.

Qui tamen de sua emendatione lectorem non admonet. Iungerm.

αὐτοῖσιν αὔλοῖς etc.] Vox versiculi postrema recto casu ante nos fuerat edita. MSS. de more sequuti sumus. Habuit eruditos homines *Lysippi* locus vexatos. ego me quoque non expedio. non incommodum, quod voluisse *Salmasius* videtur, *ὁρμᾷ, venit, advolat*, si modo cum lege metri posset componi. nescio quid interim de *φορβειᾷ* cogitabam, quam vocem rectam *ὁρμαὶ* eiecerit, totumque sic locum constituebam — *ἁβροῖς Σὺν αὔλοῖς φορβειᾷ τε καὶ γλωττοκομείῳ. ἁβροὶ αὔλοί, tibiae molles*, ut saepius. posses etiam *μεγάλοις*. sed vulnus loci aut meliorum Codicum aut felicioris ingenii medelam postulat.

ἐπὶ τοῦ ἀγγείου γλωττοκομεῖον] E MS. pr. ed. *ἐ. τ. ἀγγείου· γλωττοκομεῖον γὰρ π.* Seb.

ἐπὶ τοῦ ἀγγείου γλωττοκομεῖον] Sic et MS. noster. *Nunnesio* tamen Not. ad *Phrynich. Ecl. Attic.* in *γλωσσόκομον* videtur reponendum hic *γλωττόκομον*, ut et mox in verbis *Timoclis*, quemadmodum, ait, legatur nempe in altero *Apollodoro*: priscos enim *γλωττοκομεῖον* dixisse; *γλωττόκομον* vero *διεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πολλῶν* dici notat *Phrynichus*. Et quidem MS. noster non variat a vulgatis, nisi quod in *Apollodori* verbis *γλωττοκομον* habeat sine accentu. et videtur

λωττόκομον scribendum, ut apud *Hesychium*: Γλωσσόκομον, ἡκη, σωρὸς (scr. σορὸς) ξυλίνη τῶν λειψάνων· vid. de hac voce t *H. Iunium* modo dicto *Adagio*. Et quod ait ἐπὶ τοῦ ἀγγείου, quali vero? an ἐπί του ἀγγ.? id est, ἐπί τινος ἀγγ. UNGERM.

βαλανεύεται.] *Balneatoris mores habet*. vid. *Hesych*. n Βαλανεύει. *Salmasii* C. βαλανεύεσθαι. KUEHN.

βαλανεύεται]. Dixerim *Trochaici* metri fragmen, cui pes eest vel in initio vel in fine: βαλανεύειν autem, si quid in ententiis tam brevibus conari licet, exposuero *furari*, *furto urripere*: *et vasculum furto surripitur*. fictum facete verum. balnea vero furibus infesta fuisse res est nulli non ota, unde et apud *Tertullianum balnearii fures*. quin et id psum forsitan fabulae *Timocleae* fuerit argumentum. Non amen inepte, credo, alter aliquis exposuerit, *occluditur*: βαανεύειν ἀπὸ τοῦ βαλάνου, quod eleganti libertate et *Comica* d crumenam, quae funiculo proprie constringitur, transerri posset. sed quod prius dixi magis probavero, siquidem πὸ τοῦ βαλάνου βαλανοῦν descendat.

Διαβάλλων] C. V. Διαβάλῳ· leg. Διαβούλῳ. *Hesych*. ιάβουλοι, διπλοῖ, δίβουλοι, *duplices*, qui hoc, quod prae e ferunt, non volunt. vel Διαβάλλοντι, *in Calumniatore*. *almas*. leg. — διαβάλλων μ. Ὦ Φ. γλ. οὐκ ὀφθαλμιῶ. UEHN.

Διαβάλλων] In dramatis titulo variat noster MS. et pro ulgato διαβάλλων, quod certe mendosum videtur, habet ιαβάλῳ· an forte Διαβόλῳ rectum? Nihil nisi haeremus hac pagina. IUNG.

Διαβάλλων] MSS. Διαβάλῳ· nihil est proclivius quam t inde legas Διαβόλῳ. Διάβολος titulus fabulis non ignotus. *icostrati* Διάβολον adducit *Athenaeus* lib. XI. ubi de canaro. verum enim vero vir doctissimus *Thom. Gatak. Adv. Iiscell.* lib. I. cap. 9. Διαβάλλοντι periculo suo rescribi bet; audire iuvat ipsa eruditissimi viri verba. postquam que ex *Donato* protulerat illum locum, de quo erudite disatavit *Kuehnius* noster ad segm. 137. haec subiicit: *Et* pollodori *quidem* Carystii, *non* Geloi *fuisse autumo*, (fala̓m scilicet Ἐπιδικαζομένην) *quae et geminam forsan inriptionem habuerit, a puella adiudicata alteram* Ἐπιδικαζομένην, *a parasito litem intendente alteram* Διαβάλλοντα. pollodori Διαβάλλοντα *laudat* Stobaeus tom. II. tit. 6. *ex* o Pollucis *Codicibus medela dabitur, apud quem* lib. X.

cap. 53. *depravatissime editum habemus*: καὶ ἐν Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου Διαβάλλων, Μέγα, ὦ Φορμίων, γλωττοκόμον. οὐκ ὀφθαλμῷ· *quod* Rod. Gualterus *interpres reddidit*: Et in *Apollodori Carystii Diaballis*, Magnum o Phormio, glottocomum non oculo: *quae verba Oedipo aliquo aut Sphinge etiam indigent. Tu, lector, rescribe sis meo periculo*: καὶ ἐν Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου Διαβάλλοντι,

— μέγα,
ὦ Φορμίων, γλωττόκομον, οὐκ ὀφθαλμιῶ.

Et in *Apollodori Deserente*, seu *Calumniante* — Magnum ecce Phormio vidulum, non lippio. Apollodori *Διαβάλλοντα esse ex* Stobaeo *discimus*, Apollodorum *huius auctorem* Carystium *fuisse ex* Polluce, *ex quo et* Phormionis *nomen habemus, et illius quidem opinor, qui fabulae* Terentianae *nomen dedit. verum istae de inscriptione gemina, deque fabula hac eadem cum* Terentiana, *ut leves fuerint coniecturae, at de* Pollucis *loco isto restituendo quod attulimus, nihil quam mera coniectura aut suspicio minus.* Quam nihil a nobis humani alienum est. de Ἐπιδικαζομένῃ et Διαβάλλοντι duplici unius eiusdemque fabulae titulo, cum qua *Phormio Terentianus* conveniat, quod coniicit Vir *Magnus*, fabulas esse meras scire potes e *Kuehnio* nostro ad segm. 157. sed emendatio loci *Pollucei* talis est, ut facile quemvis ad se pertrahat. malui tamen ego propius ad MSS. Διαβόλῳ· nec impedit, quod Διαβάλλοντα fabulam *Apollodori* laudet *Stobaeus*, cum eadem fabula Διαβάλλων et Διάβολος inscripta fuisse *potuit*, utriusque enim nominis haud diversa significatio. Praeterea vel MSS. ingratiis ὀφθαλμιῶ in textu refinxi, uti et *Gatakerum* emendasse vides. illam lectionem metri ratio requirit: οὐκ ὀφθαλμιῶ, *non lippio*. nihil habeo, quod huic interpretationi opponam, sensus enim integer: *perbene magnum esse vidulum istud tuum video, oculis enim non captus sum.* diffiteri tamen nolo, magis arrisisse mihi quae cogitanti super hoc loco veniebant in mentem; prae aliorum enim laboribus nostra plerumque solemus amplecti. scilicet *Apollodori* ῥῆσιν sic interpretabar: *Magnum sane, Phormio, vidulum istud. non equidem invideo*: ut *Virgilius Ecl. I. Non equidem invideo: miror magis.* — Ὀφθαλμιᾶν eleganter Graecis invidi dicuntur, quibus ex aliorum successu et fortuna oculi dolent, ut apud *Terentium est. Hesych.* Ὀφθαλμιάσαι, φθονῆσαι, (sic scribendum e *Suida*) ἐμβαλεῖν ὀφθαλμόν· posterius saepissime solet attribui τοῖς βασκάνοις, βάσκανον ὀφθαλμὸν ἔχειν, ἐπιβάλλειν· de altera significatione monuit et *Sui-*

σαι. Ὀφθαλμιῶσαι (ὀφθαλμιδᾶαι f.) φθονῆσαι ἢ ἐπιθυμητικῶς σχεῖν ἢ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάσχειν· οἱ δὲ πολλοὶ ὀφθαλμιῶντες ἐπὶ τοῖς χρήμασι παντοδαπὰς ἐπινοίας εἶχον περὶ αὐτοῦ. Est et apud *Polybium* variori significatione ὀφθαλμιᾶν περί τι, *summo alicuius rei desiderio duci*, ut oculi quasi pruriant ex conspectu. locus est Histor. lib. I. πάλαι περὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν λοιπὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ὀφθαλμιῶντες. possit et hic invidendi notio locum habere. sed alius haec sunt loci. [Ὀφθαλμιῶ restituit etiam *Canterus* ad libri sui oram. *Ex Addendis.*]

μ. ὦ Φ. γλωττοκόμον, οὐκ ὀφθαλμῷ.] *Gloss. Philox.* γλωττόκομον, *Loculum, cistellam*, pro *loculum*: tum pro οὐκ ὀφθαλμῷ, vellem οὐκ ὀφθαλμιῶ, *non lippio*. Kuehn.

μ. ὦ Φ. γλωττοκόμον, οὐκ ὀφθαλμῷ.] Versum ultimum non capio, nec aliter, ut dixi, in MS. est. Credo nec *H. Iunium Adagio, Animi scrinium servitus*, coepisse. nam mutilate citat, omissis istis οὐκ ὀφθαλμῷ, nec interpretatur, nisi quod tibiae lingularum receptaculo esse ait, quum tamen *Pollux* haec de alio vase adferre videatur. Nescio an forte ὀφθαλμιῶ suspicari debeamus:

— μέγα

ὦ Φορμίων γλωττόκομον, οὐκ ὀφθαλμιῶ.

Sed nihil dixi. Iung.

155.

περὶ γαλεάγρας, etc.] Titulus abest a C. A. Kuehn.

γαλεάγρα] C. A. leg. *βαλεάγρα*, male. nec habuit Codex *Salm.* Kuehn.

γαλεάγρα] MS. *γαλέαγρα*. Iung.

ἐν τοῖς ἀπογραφ.] Non comparet in C. A. C. V. ἐπιγραφομένοις, *in orationibus quae inscribuntur, Demosthenes contra Aristogitonem. Interpres* nihil hic egit. Kuehn.

ἐν τοῖς ἀπογραφ.] MS. *ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις*· et sic scribendum puto, scil. *λόγοις*· in orationibus *Demosthenis*, quae inscribuntur contra *Aristogitonem*, earum enim duae habentur. Eas tamen me percurrentem ea vocula fugit, quae forte se offeret alii. Iung.

ἐν τοῖς ἀπογρ. etc.] Reduxi MSS. lectionem *ἐν τοῖς ἐπιγραφ.* Ideo vero dixisse *Auctorem* nostrum *ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Δημοσθένους πρὸς Ἀριστογείτονα* iudico, quod genuinas esse *Demosthenis* illas orationes non putaret, qua de re monuit etiam *Libanius* in utriusque orationis argumento.

etsi vero utrasque studiose pellegerim, *γαλεάγραν* tamen me non invenisse profiteor. *Gloss.* *Γαλεάγρα*, *Cavea*, *Viverrarium*, *Muscellarium*, *Muscipula*. pro *muscellarium* lege *mustellarium*; alluditur enim ad originem vocis: aliam ex *Polybio* notionem tradit *Suidas*.

μυάγρα.] Sequitur in C. A. *ἣν εἶπεν ὁ Ἀριστοφάνης εἰπον. ἀνδίκτην ὄντα καὶ Καλλίμαχος τὸ μέντοι ἀνεστάμενον* etc. Kuhn.

Φοινίσσαις]. *Phoenissas Aristophanis* et *Athenaeus* laudat, ut indicavit *Casaub.* III. *Athen.* 12. Iung.

ἐν δὲ Πλ. εἰκοὶν, etc.] MS. *ἐν δὲ Πλούτῳ εἶπον*, τ. pessime depravatus locus hactenus, quem quis corrumpere amplius conatus est et in MS. ad vulgatum, ni fallor, modum. *εἶπος* sive *εἰπὸς* idem quod *ἶπος* sive *ἰπός*· et putem vetustam scripturam retinendam cum MS. *Hesychius*: *Εἶπος*, *παγὶς καὶ πᾶν βάρος*. scribe itaque: *ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὸν* (sive *ἰπὸν*) *τὴν μυάγραν καλεῖ*. Locus *Comici* quis sit, mehercle tamen nescio, et offerebat se quidem ille:

ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος,

putabamque forte legendum *ὁ δ' ἰπὸς ἡμ.* Sed alteram lectionem et *Scholiastes* retinet. Iung.

ἐν δὲ Πλ. εἰπεὼν]. Textum e MSS. emendavi *εἰπὸν τὴν μυάγραν καλεῖ.* sic et *Salmas.* Instituerunt autem vocem illam in *Pluto* quaerere viri eruditi, neque, si ipsis credas, fefellit eos opinio; nam primus *Iungermannus* noster, ne non in *Aristophanis Pluto* vocabulum id extaret, *ἰπνὸς* mutare sustinuit in *ἰπὸς* vel *εἰπὸς* v. 816. huic succenturiatur vir ingenio et eruditione praestantissimus *Rich. Bentleius* ad Fragm. *Callim.* 233. cuius adpendam tibi verba sequenti nota. sed, me iudice, plures erunt qui vulgatam *Aristophanis* lectionem anteferent eruditorum hominum coniecturis etiamsi speciosissimis, utpote cui faveat ipsa rerum sequela, et tamen hoc improbato ne sic quidem nos sollicitos esse oportet de fide *Pollucis*, cum *Plutus* primus extiterit et secundus, quorum alterum aetatis longae texit oblivio, alter etiamnum extat. in illa itaque, quae periit, fabula *Pluto* quidni potuerit *ἰπὸς* vel *εἰπὸς* reperiri?

156.

* *εἰπόν τε ἀνάκτῃσι*, etc.] MS. nihil variat in hoc *Callimachi* loco ab editis libris. *Etymolog.* *Ἀνδίκτης, εἶδος παγίδος.* *Ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἅλασθαι* — *παρὰ τὸ δίκειν τὸ βάλλειν.* Inde igitur et mox leg. *ἀνδίκτην ὄντα*. Seb.

* εἰπόν τε ἀνάκτησε, etc.] C. V. εἶπεν· leg. ἶπον. verba *Callimachi* ita refert: ἀναίκτητις μᾶλλον εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι ὡς καὶ τὸν ἂν διεκτήνοντα· leg. τὸν ἀνδίκτην ὄντα εἶδος μυάγρας· vid. *Hesych.* est versus hexameter *Callimachi*, qui sic legendus: Ἰπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι· vid. *Hesych.* in ἀνδίκτης et ἀνδίκει· hactenus C. V. et nota illi ascripta: Ἶπος et ἀνδίκτης aviculae sunt, quae muscas venantur. Vid. *Hesych.* in ἶπος. *Salm.* eadem habet, nisi quod ἰλέσθαι legit cum interpretatione, *vitare* aut *evitare*, quod non intelligo. Kuhnh.

* εἰπόν τε ἀνάκτησε, etc.] MS. εἰπὸν τε ἀναίκτητε, μᾶλλον εἰδ. μ. ἀλέσθαι· ὡς καὶ τὸν ἀνδικτήνοντα, ε. μ. Partim ex *Etymologico* Magno haec restituit *Seberus* noster. *Cl. Salmasius* ὁ πάνυ in Fragmentis *Callimachi*, quae ante aliquot annos studiosissime collegit, auctoremque emendavit, ita se emendasse nobis indicavit: ἶπον τ' ἀνδίκτην τε. Iam itaque horum doctiss. virorum ope et nostri MS. adminiculo totum locum ita scribo: καὶ Καλλ. δὲ ἔφη,

εἶπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι.

Ὡς καὶ τὸν ἀνδίκτην ὄντα εἶδος μ. Ita enim ista a *Polluce* subiecta scribenda sunt. Iung.

* εἰπόν τε ἀνάκτησε, μ. ε. μ. ἀλλ' ὡς τὸν ἀνδιτήνοντα etc.] Non multo melius huius loci fatum fuit in MSS. Codicibus ac in vulgatis libris; utrobique enim corruptissima leguntur, nisi quod in MSS. posteriora recte, si commoda distinctione separentur, ὡς καὶ τὸν ἀνδίκτην ὄντα, quam quoque lectionem in *Falckenburgianis* Excerptis reperio. bene vero factum, quod eruditi viri egregio conatu ad loci restitutionem sint aggressi. *Salmasius* primam inter hos laudem meretur, cuius etiam hoc de loco verba e Comment. ad *Consecr. Templ.* in *Agr. Herodis* adiicere non erit inutile. agit ibi vir summus de affinitate τοῦ ι et ει, fuerat enim in isto lapide scriptum κεῖνα δῆμον, et post alia multa haec refert: *Sic* εἶπος *pro* ἶπος, *et* εἰπωτήριον *pro* ἰπωτήριον. *Gloss.* praelum, εἰπωτήριον ληνοῦ. *vulgo habetur in Vet. Gloss.* Praenum, εἰπωτήριον ληνοῦ. εἰπωτήριον *dixit pro* ἰπωτήριον, *pressorium scilicet, nam* ἰποῦν *est* premere etc. *Hinc* εἶπος *pro* ἰπὸς *est* mustricula *in illo versu Callimachi apud Poll. lib. X. cap. 34.* Εἰπόν τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἀλέσθαι· εἶπος *enim et* ἀνδίκτης *genera muscipularum. corruptissime vulgo versus ille legitur in editionibus Pollucis. Hesychius:* Εἶπος, παγὶς, καὶ πᾶν βάρος. *Gloss. Vet.* Εἴπωσις, ἡ σφίγξις, *Pressus: pro* ἴπωσις.

Hactenus eximie *Salmasius*, qui callide videtur reticuisse fontem emendationis suae *Etymologum Magnum*. Alter est *Rich. Bentleius* ad *Callim. Fragm.* 235. cuius omnia, quae ibi tradidit, describere non poenitebit, siquidem haec *Pollucea* egregia luce perfundant: *Μυάγρα· Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι· ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὼν, τὴν μυάγραν καλεῖ. καὶ Καλλίμαχος δὲ ἔφη, Εἶπον τ' ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἁλέσθαι, ὡς καὶ τὸν ἀνδίκτην ὄντα εἶδος μυάγρας.* Qui quidem locus, in vulgatis codicibus mendosissimus, recte ita emendatus est a viris eruditis fide *Etymologici Magn.* Ἀνδίκτης, inquit ille, *εἶδος παγίδος. Ἀνδίκτην τε μάλ' εἰδότα μακρὸν ἁλέσθαι.* Sed praeterea est aliud mendum in eo loco *Pollucis* nondum animadversum. Legendum enim: *Ἐν δὲ Πλούτῳ εἶπον τὴν μυάγραν καλεῖ. Aristophanes in Pluto muscipulam vocat εἶπον.* Et ita sane Codex MS. qui fuit *Isaaci Vossii.* Frustra tamen quaeres id vocabulum in ea fabula *Aristophanis.* Nimirum iam per saecula aliquot vox ea inde exulavit, nunc tandem mea opera ad sedem pristinam reditura. Extat locus pag. 41.

ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.

Legendum inquam *ὁ δ' ἶπος* cum auctoritate *Pollucis*, tum ipsius sententiae causa, quae hoc pacto plus salis *Comici*, et plus ridiculi in se habet. *Τὸ ἰπνὸς* tamen agnoscunt *Scholiastes* et *Suidas* v. *Ἰπνὸς*, qui exponunt *μαγειρεῖον*. Sed hoc parum refert. Nam et in eadem fabula alia lectio mendosa a *Scholiaste* illo ceu vera agnoscitur: pag. 20.

ἀσπάζομαι δ' ὅτι ἡ προθύμως ἥκετε,
καὶ συντεταγμένως κοὐ καταβεβλακευμένως.

συντεταγμένως, ait ille, *καθωπλισμένως μετὰ τάξεως.* Atqui illud *συντεταγμένως* in metri leges peccare liquido apparet. Legendum

καὶ συντεταμένως, κοὐ καταβεβλακευμένως.

Haec vir ille eruditissimus. de mutatione vero *τοῦ ἰπνοῦ* in *ἶπον* superius quid mihi videatur exposui. rem ipsam porro paucis expediam: *ἰπὸς* vel *εἰπὸς* omne genus instrumenti vocatur, quo aliquid premitur, constringitur et aggravatur. vidimus eam ob causam *εἶπον* *Hesychium* exposuisse *πᾶν βάρος*· quin et apud *Hippocratem* *ἰπὸς* usurpatum legisse memini de *compressione.* corrupte scribitur in *Galeni Glossis:* *Ἰπὸς, ἡ πόσις ἐν Μοχλικῷ*· scribendum enim vel *πίεσις*, quae vox apud *Dioscoridem* et in *Gloss.* *πίεσις, pressus*, vel *πίλησις*. Hinc significatione strictiori *ἰπὸς* *pressorium.* vid. *Poll.* VII, 41. et me ad segm. 135. in torcularibus etiam lo-

eum habent εἰκὸς et εἰκαστήριον· tandem παγίδα *Etymologus*, *Suidas*, nec non diversis in locis *Eustathius* exponunt; *Pollux* μυάγραν. sed paululum aliter et melius profecto *Hesychius*: Ἰκὸς (ita legendum enim) τὸ ἐμπῖπτον ταῖς μυαὶ ξύλον: itaque proprie ἰκὸς lignum illud, quod subruto παττάλῳ murem opprimeret. unde denique tota μυάγρα hoc nomine fuit dicta. Aliud muscipulae genus fuit ἀνδίκτης, quod satis ex *Callimacho* patet, qui ἰκὸν et ἀνδίκτην alias inepte coniungeret. omnes *Grammatici* vocem exponunt εἶδος παγίδος vel μυάγρας· solus *Hesychius*: Τὸ ἀναρριπτόμενον τῆς μυάγρας ξύλον· in quibus alludit ad originem ἀπὸ τοῦ ἀνδίκειν, quod est ἀναρρίπτειν. *Aeolicam* esse vocem tam eius forma quam ipsa nominis ratio commonstrat. verbum enim est *Aeolicum* δίκειν, nec minus illa forma ἀνδίκτης pro ἀναδίκτης. qualis vero fuerit haec muscipula, ex obscuris *Callimachi Hesychiique* locis colligere difficile est. *Callimachus* utique longe prosiluisse refert, μάλ' εἰδότα μακρὸν ἄλεσθαι· an itaque quoddam lignum, quod soluto quo colligatum erat vinculo murem securo inambulantem reiiceret et necaret? sic quidem videtur, nam et hodienum istiusmodi muscipularum genus in usu. sed erit, qui operae pretium non ducat in istis morari: quin pergimus itaque cum *Polluce*, qui iam τῶν μυαγρῶν partes recensere instituit. primum est σκανδάληθρον, quod quid sit videamus; tum de *Pollucis* dispiciendum est loco. meminit *Aristophanes Acharn.* Κἄτ' ἀνελκύσας ἐρωτᾷ, σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν Ἄνδρα Τιθωνὸν — adscribam quae ad rem nostram *Scholiastes* habet ceteris praetermissis: καὶ ἡ μὲν λέξις πεποίηται, inquit, παρὰ τὰ πέτευρα τῶν παγίδων, ἀπὸ τοῦ σκάζοντα συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν. ἄλλως. σκανδάληθρα λέγεται τὰ ἐν ταῖς παγίσιν ἐπικαμπῆ ξύλα, εἰς ἃ ἐρείδει, περ Ἀρχίλοχος λέγει ῥόπτρον· ἐνταῦθα οὖν λέγει ἐρείσματα λόγων καὶ βάρη. *Suidas*: Σκανδάληθρα, τὰ ἐν ταῖς παγίσιν ἐπικαμπῆ ξύλα, ἀπὸ τοῦ σκάζοντα συμπίπτειν, καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν· τὰ πέτευρα τῶν παγίδων, ἃ Ἀρχίλοχος ῥόπτρα ἐκάλεσεν. idonne *Suidam* non omnia de verbo descripsisse ex *Scholiaste Aristoph.* propter corruptelam loci, cui priusquam opera detur, praemittenda sunt *Etymologi* verba: Σκανδάληθρον, τὸ πέταυρον τῶν παγίδων, ἀπὸ τοῦ σκαζόμενον συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν· ἔστι δὲ τὸ ἐν τῇ παγίδι καμπύλον ξύλον, ᾧ ἐρείδεται· Ἀρίσταρχος δὲ ῥόπτρον ἔφη, οἷον· Ῥόπτρῳ ἐρειδόμενον· hinc per se patet, scribendum esse apud *Aristophanis Commentatorem*: σκανδάληθρον λέγεται τὸ ἐν τῇ παγίδι ἐπικαμπὲς ξύλον, εἰς ὃ ἐρείδει (sc. ἡ παγὶς) ὅπερ etc. sed ne videatur

Graeculus ille ingratus, egregium *Etymologo* beneficium non deteriori compensat. quis enim *Aristarchus* ille? pro quo *Archilochum* esse reponendum ex *Aristophanis Scholiastis* non obscure liquet. Ex his autem patet σκανδάληθρον fuisse asserculam in duas quidem divisam partes, sed apte coniunctam, cui ἡ παγὶς vel μυάγρα innitebatur, quaeque ad levissimum animalculi motum corrueret. id ipsum et παττάλιον esse dictum hic satis innuit *Pollux*, quanquam VII, 114 utrumque distinguat: ἐργάζοιτο δ' ἂν ὁ τέκτων μυάγρας, ὧν τὸ ἱστάμενόν τε καὶ σχαζόμενον, παττάλιον, τὸ δὲ τῇ σπαρτίνῃ προσηρτημένον, σκανδάληθρον καλεῖται· sed hoc nunc quidem curae mihi non erit. De παττάλιῳ vero et σκανδαλήθρῳ cum ita, ut dixi, se res habeat, qui *Pollucis* verba stare possint equidem non video, cum nihil in illis tale contineatur. levi mutatione locum refecero: τὸ μέν τοι ὑφιστάμενον ταῖς μυάγραις· *asserecula muscipulis supposita.* μυάγραν enim saepius τὸν ἰκὸν dici nescio an monere sit operae pretium. ῥόπτρον idem ac σκανδάληθρον. dictis accedat *Hesychius:* Ῥόπτρον, τὸ ἀποκαταπίπτον τῆς παγίδος, καὶ συλλαμβάνον· quod ipsissimum est *Pollucis* σκανδάληθρον τῇ σπαρτίνῃ προσηρτημένον. *Eustathius* plus una vice ῥόπτρον exponit πάγην.

παττάλιον] Vid. supra VII, 114. Seb.

παττάλιον] C. V. πλαττάλιον. Kuehn.

σκανδάληθρον κ.] C. V. ὃ σκανδ. τὸ δὲ σπαρτίον etc. Kuehn.

πάτταλος] C. A. πάτταλον. Kuehn.

πάτταλος] MS. mendose puto, πάτταλον, etc. Adducit haec *Turnebus* XXIV. *Advers.* 11. ubi ait *Pollucem* in muscipula funiculum, quo tenetur tenus, σπαρτίον et μήρινθον vocare, paxillum σκανδάληθρον. Iung.

Ἀνδρομέδιαν] MS. Ἀνδρομέδαν. Seb.

Ἀνδρομέδιαν] MSSti Ἀνδρομέδαν. *Salmas.* Ἀνδρόμητον *apud Hesychium vide quid sit.* Kuehn.

Ἀνδρομέδιαν] MS. τὴν δὲ Ἀνδρομέδαν Κρ. Et, quum etiam *Seberi* Codex ita habet, id potius sequar. Iung.

Ἀνδρομεδίαν] Verissima MSS. lectio Ἀνδρομέδαν, cuius ratio Commentatoribus eruditis latuisse videtur: paucis aperiam. *Cratini* fabula Σερίφιοι nomen habet ab incolis insulae Seriphi, quae Cycladum erat una. bene igitur apud *Pollucem* nostrum ἐν Σεριφίοις· ubicunque enim Σερίφοις legitur, substituendos existimo Σεριφίους, siquidem ita tituli ratio et origo ferat. Seriphios autem et Seriphum insulam

hac fabula tetigisse *Cratinum*, liquet ex isto versiculo apud *Hephaestionem* pag. 51.

χαίρετε πάντες θεοὶ πολύβωτον ποντίαν Σέριφον.

παρὰ δὲ Κρατίνῳ, inquit ille Grammaticus, ἐν Σερίφοις· emenda sis Σεριφίοις· et in ipsa χρήσει non male, me iudice, reposueris, πολυβώτου, ποντίας Σερίφου. Quae cum sic satis sint clara, ad rem prorsus diversam animus est convertendus. *Perseus* abscisso *Medusae* capite in Aethiopiam devenit, *Andromedamque Cephei* regis filiam saxo alligatam et expositam crudelitati marinae belluae vidit. hanc enim tanquam hostiam piacularem *Ammonis* oraculum et *Nereides* iratae poposcerant, quod iis omnibus forma se praecellere iactasset uxor *Cephei Cassiopeia*. ictus amore *Perseus* nuptias *Andromedae*, si illam a vinculis, occiso cete, liberasset, paciscitur. deûm itaque ope, praecipue vero *Minervae*, *Andromedam* solvit. at cum *Phineus*, cui prius desponsa fuerat *Andromeda*, insidias ei faceret, hunc cum eius sociis ostentato *Medusae* capite in saxa mutavit. tandem cum in Seriphum ad *Polydectem* rediisset, matrem cum *Dictye* vidit ad aras confugisse propter iniurias *Polydectae*: ad regem igitur admissus, hunc convocatosque eius purpuratos protenso *Medusae* capite lapides fecit. Plures fabulae meminerunt; ego vero breviter ex *Apollodoro Biblioth.* lib. II. proposui. adde sis *Scholiastem Apollonii Rhodii* ad libr. IV. et *Hyg. Fab.* 64. Nunc autem nemo non animadvertit, uti censeo, quae sit *Andromeda*, quam δελεάστραν vocaverit *Cratinus*, haud dubie *Persei*, qui eius inciderat amorem, et qua ratione *Andromedae Persei*que potuerit fieri mentio in Seriphiis. Monet autem *Nonnullus* *Nicophontem* dixisse δελέαστρον. ita nimirum et apud *Suidam*: Δελέαστρα, παγίδες· apud *Hesychium* tamen, ut rectissime viri docti emendant, Δελεάστρας, παγίδας. prius in *Anthologia* legi.

ἐν τοῖς Σεριφίοις] Abest ἐν Σεριφίοις a C. A. Kuehn.

δελεάστραν] C. V. σελεάστραν. Kuehn.

ἐν Ἀφρ. γοναῖς] *Nicophon* ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς laudatur quoque apud *Scholiast. Aristoph.* ad Ὄρνιθας, non longe ab initio, et iterum ad idem drama de σκυταλίῳ Laconum. Jungerm.

δελέαστρα εἴρ.] E MS. pro δελεάστραν, quod iam ante mirum *Cratinus* in genere foeminino, *Nicoph.* vero in neutro id nomen usurpavit. Seb.

δελέαστρα εἴρ.] C. A. ante δελέαστρα εἴ. omittit ἐν Ἀφρ. γοναῖς. Kuehn.

δελέαστρα εἴρ.] MS. noster, ut Seberi, δελέαστρα εἴρηκ' πέτευρον δέ, οὔ. Et primum quidem pro vulgato δελεάστρω Seberus noster recte reposuit. Alterum quod attinet, tam πέταυρον invenitur de gallinario quam πέτευρον. Iung.

πέταυρον δὲ] MS. πέτευρον, nimirum quasi πέτευδον, παρὰ τὸ τὰ πετεινὰ ἐν αὐτῷ εὕδειν. vid. Lexicon Doricum Aem. Porti et Iul. Caesar. Bulengeri lib. I. de Theatro cap. 51. Seber.

πέταυρον δὲ] C. V. πέτευρον δὲ, οὐ τὰς ἐνοικιδίας etc. Kuehn.

πέταυρον] E Codicibus exaratis scripsimus in textu πέτευρον· nec aliter habent Excerpta Falckenburgiana. superius appellasse Grammaticum vidimus πέτευρον bacillum istum seu paxillum, qui sustentabat muscipulum, ex utriusque scilicet, tam huius quam illius, qui in murum erat depactus similitudine. sed in Etymologo legebatur πέταυρον· sic et apud Suidam, cuius origo nugacissima ad hunc rhombum facit. πέταυρον scilicet quasi πέτευδον, παρὰ τὸ εὕδειν ἐν αὐτῷ πετεινά· an igitur in illo potius scribas πέτευρα, quia et πέτευδα? Hesych. Πέτευρον, σανίς, ἐφ' ἧς αἱ ὄρνεις κοιμῶνται et apud eundem: Πέταυρον· εἶδος παιγῖδος· nec non Πέταυρα, τίγνα· tigna scilicet appellant Romani bacillos istius modi, quibus aves vel gallinae insident. sic et Suidas: Πέταυρα, τίγνα. quae scriptura ad recentiorum Graecorum pronunciationem est conformata, ut αὖρος, ἁβρὸς, λαῦρος, λάβρος, Εὖρος pro Ἔβρος apud Schol. Theocr. ad Eid. 7. aliaque plurima. his adde Scaligerum ad Festum voce Petauristae. Tum MSS. sequutus in textu dedi τὰς ἐνοικιδίας. Paulo post erat in vulgatis λεγέσθω.

τοὺς ἐνοικιδίους ὄρν.] C. A. τὰς ἐν οἰ. Kuehn.

τοὺς ἐνοικιδίους ὄρν.] MS. τὰς ἐνοικιδίας ὄρνιθας. Utrumque credo rectum. Sic κατοικίδιος ὄρνις apud Longum meum initio lib. III. Poemenic. Iung.

Ἀριστ. λ.] Abest a C. A. Kuehn.

καὶ * κρεμάστραν] E MS. pro κρεάγραν, quod μαγειρικὸν ἐργαλεῖον supra VII, 25. pro κρεμάστρα autem apud Aristoph. κρεμάθρα legitur Nub. fol. 71. et 105. Seb.

καὶ * κρεμάστραν] C. A. legit καὶ κρεμάγραν ἤ. τ. ν. Salm. C. κρεάγραν. Kuehn.

καὶ * κρεμάστραν] κρεμάστραν et noster MS. habet; quamvis apud Aristoph. ἐν Νεφέλαις legatur κρεμάθρα, sicut et Seberus indicavit: Φέρε τίς γὰρ οὗτος οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ· nec aliter Suidas et Scholiastes ibi agnoscunt. Iung.

157.

λεγέσθω] C. A. λέγεσθαι. C. V. λεγέσθωσαν. δ. δ. etc. Kuehn.

λεγέσθω] MS. λεγέσθωσαν, δοκοὶ etc. Iung.

στρωτῆρες] Glossae Veter. Στρωτὴρ, ἡ λεπτὴ δοκὸς, asserculus. στρωτῆρες, asseres, asserculi. vid. Suid. in στρωτὴρ ex Harpocr. Kuehn.

καλυμμάτια.] C. A. καλύμματι. leg. divisa voce, κάλυμμά τι. explicat quid sint στρωτῆρες, nempe κάλυμμά τι, tegumentum quoddam maioris trabis. caetera absunt usque ad καλυπτῆρες. ad στρωτῆρες etiam refero haec verba: καὶ μετὰ κεράμου καλυπτῆρες. ergo integra descriptio στρωτήρων esset, καλυμμάτια, leg. κάλυμμά τι καὶ μετὰ κ. κ. sunt asseres vel asserculi, latten Germanice, qui una cum tegulis domum contegunt. ἐν τοῖς Δημιοπράτοις pertinet ad sequens Κορινθιουργεῖς ἴκριώτῆρες, ita enim MSSti, Corinthii operis tigilla; sunt et καλυμμάτια certa species tegendis domibus. vid. cap. 43, Salm. legit καλυπτῆρες Κορινθιουργεῖς. in V. C. scriptum Κορινθιουργῆς, quod confirmat nostram lectionem. Kuehn.

Δημιοπράταις, καὶ κορινθιουργοί.] Scribe, ut in MS, Δημιοπράτοις, καλυπτῆρες κορινθιουργεῖς. Emendaverat ita iam et optimus noster Salmasius, cuius certissimis coniecturis non nunc primum MS. noster secundas agit. Aliud, ait ille, est κορινθιουργὸς, aliud κορινθιουργής. κορινθιουργὲς opus dicitur, κορινθιουργὸς operarius. Et sunt apud ipsum Pollucem supra alicubi aliquoties exempla. Nos tantum addamus quae ex aliis, et quidem de multis pauca noster Salmasius nobiscum communicabat. Apollonius Rhodius κανωνίῳ (apud Steph. editur κανωπῷ) δευτέρῳ,

κορινθιουργὶς ἐστὶ κιόνων σχῆμα.

Is versus apud Stephanum meum legitur, in quo hodie perperam vulgatur κορινθιουργεῖς. Aelianus: λέγεται μὲν οὖν τοῦ φύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα Ἀργολικὴν, τὸν δὲ θώρακα Ἀττικὸν, ὁ δὲ κράνος Βοιωτιουργές. Aristophani Εἰρήνη, Ναξιουργὴς κάνθαρος, et Λυκιουργῆ, pocula quaedam appellata, quia in Lycia fiebant. Critias ἐν Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ κλίνην Μιλησιουργῆ et τράπεζαν Ῥηνιουργῆ vocat. Iung.

Δημιοπράταις] Vulgatissimum hoc vitium secure iam praeterire possumus. mox erat in editis: καλυπτῆρες, κορινθιουργοί· egregie MSS. καλυπτῆρες κορινθιουργεῖς, opere Corinthio facti, cuius formam et elegantiam multis Vitru-

vius describit; aut a *Corinthiis artificibus* saltim. istius autem generis, quale κορινθιουργής est, plurimae sunt voces. quasdam collegit *Salmasius* in *Iungermanni* nota. similis hic addere, spero, non ingratum erit. et primo loco quidem ipsum illud κορινθιουργής est apud *Callixenum* de *Alexandria*, μόνων κεφαλαὶ Κορινθιουργεῖς. Vid. eruditiss. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III, 24. ubi et alia vocis istius exempla reperies. φιάλαι λυκουργεῖς *Demosth.* Orat. adversus *Timotheum.* sic enim ibi editur. *Wolfius* interpretatus est *phialas Lycii operis*, quod si verum, legendum esset λυκιουργεῖς, et forsitan ita scribi unus et alter velit, sed nescio quid de Lyco non ignobili artifice, cuius meminerit *Plinius*, memoriae succurrit; et tum quidem λυκουργής, qua ratione in *Luciani Lexiphane* dictum τρυήλης Μενεξοουργής. sed recte Λυκιουργής· commodum enim succurrit *Athenaei* locus XI. c. 11. ubi de phialis istis scribit, ad eumque vid
endus Magnus *Casaubonus.* κάνθαρον Ναξιουργῆ *Suidas* habet et *Athenaeus.* *Anacreon* καρικοεργής ὄχανον. sed haec sufficiunt.

ἀντήρια δὲ etc.] C. V. ἀντηρίδα δὲ τ. β. *Salm.* ἀντηρίαν δὲ etc.

ἀντήρια δὲ etc.] MS. ἀντηρίδα δὲ τὴν βαστ. quod pro vulgato ἀντήρια omnino reponendum videtur. Iung.

ἀντήρια] Vel ipsa constructionis forma ἀντηρίδα MSS. lectionem probaverit. meminit huius loci obiter *Palmerius* ad *Hesych.* in Ἀντεροί. In sequentibus editam lectionem ex *Iungermanni* mente castigavi, qui de στήριγγι affatim egit. utrumque *Plutarchi* locum tetigit et *Lipsius* de *Cruce* c. IV. Ante nos ita legebatur: καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸν ῥ. τ. ἅρμ. τὸ τ. ἁμ. ἀν. ξ. ὅ. ἄζ. ἦ. ὁ στήριγμα κ. Λ. Κνημίαν et apud *Hesychium* reperio, etsi paululum diversa significatione.

Ἀχαιός] MS. Ἀχαῖος. Seb.

Ἀχαιός] C. A. Ἀχαῖος. Kuehn.

Ἀχαιός] MS. Ἀχαῖος (ut et *Seberi* habet). *Achaei* nomen cum hoc dramate et apud *Hesych.* restituendum puto in ἐκαλλώπισε· ubi male Ἀχαιοὶ Ἰμον, quum legendum sit, Ἀχαιὸς Ἴριδι. Iung.

καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸν ῥ. τοῦ ἅρμ.] Leg. καὶ τὸ τὸν ῥ. τ. ἁ. ἢ τῆς ἐμ. ἀν. ξ. *Casaub.* de *Sat. Poësi* lib. I. pag. 185. Seberus.

Currus temonem, prominens scil. lign.] Lignum, quod temonem currus sustinet. Seb.

καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸν ῥ. τοῦ ἅρμ.] C. A. ὥσπερ καὶ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος, ὅταν ἄζευκτος ᾖ, ὁ στ. κ. λ. ὥσπερ καὶ τὴν

κνήμην, κνημίαν. C. V. καλεῖται δὲ οὕτως καὶ τὸ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος τῇ (leg. ᾗ) τῆς ἁ. ἀνέχον ξ. ὅταν ἄζευκτος ὁ στήριγγα καλεῖ Λυσίας. Kuehn.

καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸν ῥ. τοῦ ἅρμ.] Quae sequuntur in iis Casaubonus noster lib. I. de Sat. c. 5. emendat: καὶ τὸ τὸν ῥ. τ. ἅ. ᾗ τῆς ἁμ. MS. noster adhuc magis iuvat habens καλεῖται δὲ οὕτως καὶ τὸ τόν· et mox ἅρμ. τῇ τῆς ἁμ. ἀνέχων, corruptius. tum ὅτ' ἂν et ὁ στήριγγα. Cuius ope iam, et nostri Casauboni, locum totum ita restituendum credo: καλεῖται δὲ οὕτω καὶ τὸ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος ᾗ τῆς ἁμάξης ἀνέχον ξύλον, ὅταν ἄζευκτος ᾖ, ὃ στήριγγα καλεῖ Λυσίας. Quae ἀκτηνὶς dicatur, eam στήριγγα vocasse Lysiam ait. optime. videtur et Hesychius firmare: Στήριγγες, ἐρείσματα· οἱ δὲ τὸ δίφρουν, ὅπερ ὑποτιθέασι τῷ τῆς ἁμάξης ζυγῷ· οἱ δὲ βάκτρον. Nec igitur illo Plutarchi Probl. Rom. (ubi quaerit, cur damnatos furti vel alius servilis delicti, φουρκιφέρας vocent) loco: ὁ γὰρ οἰκότριβος ἰδίου καταγνοὺς τινα μοχθηρίαν, ἐκέλευε πλοῦν ξύλον, ὃ ταῖς ἁμάξαις ὑφιστᾶσιν, αἰράμενον, διὰ τῆς συνοικίας ἢ τῆς γειτνιάσεως διεξελθεῖν etc. τὸ δὲ ξύλον ἡμεῖς μὲν στήριγγα, Ῥωμαῖοι δὲ φοῦρκαν ὀνομάζουσι· id mutandum tenere in στήριγμα, ut iussit ibi in suis Notis Xylander, hoc Pollucis loco vulgato potissimum nixus, idemque visum ere fuit et H. Stephano in Thesauro. Sed probam voculam, quam MS. Pollux et Hesychius firmant, eiiciendi causa non est. Nec nimis abibat, si ductus literarum spectes, Petavii ber, qui eo loco Plutarchi exhibet στήρημα. Inde potius in altero loco Plutarchi, qui in Coriolano est, ubi quoque ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσιν, de eadem servili poena: ὃ γὰρ, ait, οἱ Ἕλληνες ὑποστάτην καὶ στήριγμα, τοῦτο Ῥωμαῖοι φοῦρκαν ὀνομάζουσι, legendum videatur στήριγγα· quamvis nec alterum loco temere movere velim. Iung.

κνημίαν] κνημίαν etiam MS. supra VII, 115. aliter. Seberus.

κνημίαν] Supra VII, 115. ex Lysia citat κνημίδα in hac signif. H. Stephanus hic. Sed ibi in MS. nostro ea deerant. Lederm.

158.

περὶ τρ. λογ.] Nullus apparet titulus in C. A. nec in Salmasiano Codice. Kuehn.

λογιστηρίαν] Meminit huius loci Rhodigin. VII. Antiq. lect. 6. Iung.

λογιστηρίαν] Mensam calculatoriam Graeci proprie solebant ἀβάκιον appellare, ut docet Ammonius in Ἄβαξ. Po-

lybius Hist. lib. V. καὶ ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψῆφοι. Ἔτι δὲ καὶ elegantius MSS. quam ἔτι καί. De τάρπη alibi dicam, ut et de γυργάθῳ· postea καὶ θώκους prorsus inepte. restitui MSS. lectionem tam in ipso *Polluce*, quam in *Aristophanis* χρήσει. θωμὸς est *acervus* apud *Aeschylum*. Athenienses in reticulis instrumenta litis secum tulisse ex hoc *Aristophanis* et aliis aliorum locis patet. itaque prorsus eleganter: *litium et quae ad has pertinent instrumentorum plena reticula, atque psephismatum acervus*. Athenienses autem tanquam litium rerumque forensium studiosissimos in Comoediis agitatos esse nemo nescit. saepius igitur ab *Aristophanis Interprete* legimus observatum: πρὸς τὸ τῶν Ἀθηναίων φιλόδικον ἀποτείνει.

πῖλον] Abest πῖλιον a C. A. et C. *Salm*. Kuehn.

πῖλιον] In MS. deest πῖλιον. pro πῖλον vero MS. oxytone πιλὸν habet, ut et supra VII, 171. ut et apud *Hesychium*: Πιλὸς, κοιλός. Sed pro πῖλιον malim par oxytone πιλίον scribere. Iung.

ἢ ἐστι πλ. ἐκ λυγων.] C. V. πλέγμα ἐκ λόγων· ἔτι δὲ καὶ γύργ. etc. ἔτι καὶ abest a C. A. et C. *Salm*. Kuehn.

ἢ ἐστι. πλ. ἐκ λύγων.] MS. ἢ (sed recte emendatum in ἣ) ἐστὶν πλέγμα ἐκ λυγῶν. Postea plenius: ἔτι δὲ καὶ γ. Iungerm.

καὶ θώκους] MS. θῶμον, seq. autem versu θωμὸς, quo cum accentu ea vox etiam alibi extat. Seb.

καὶ θώκους] C. A. θώκων ὡς Ἀριστοφάνης ἢ μ. etc. C. V. leg. θωμὸν et mox θωμός. *Hesych*. Θωμὸς, σωρὸς στοχῶν ἢ κορμός. *Salm*. C. θῶμον· qui et recte legit, Εἰ μὴ δικῶν τε γύργαθος, et ante eum *Casaubonus* in *Athenaeum* lib. I. c. 4. Kuehn.

καὶ θώκους] MS. καὶ θωμὸν (et ad oram: ἄλλως θῶκο. Ἀριστ. etc. μη δικων· et in *Aristophanis* χρήσει iterum θωμός. Et cur non restituamus vetustam lectionem, quam et MS. *Seberi* agnoscit, utroque versu? Scribe itaque: καὶ θωμόν. Ἀριστοφ. ἐν Δαιτ. εἰπ. ἢ (sive εἰ) μὴ δικῶν τε γύργαθος, ψηφισμάτων τε θωμός. Istud μὴ δικῶν eleganter sic *Salmasius* nos scribere iussit. nec aliter video etiam proferre *Magnum Casaubonum* in *Addendis* ad *Animadversiones* suas in *Athen*. ad locum prorsus similem huic nostro etiam apud *Athen*. lib. I. *Dipnos*. non longe ab initio: τὸν βίον φησὶν εὐσταθεῖς, οὐκ ἐγχειρογάστορες, γυργάθους ψηφισμάτων φέροντες, Ἀριστοφάνης· ubi Interpres turpiter hallucinatus est, ut et ibi I. *Anim*. 5. et ad *Theophr. Charact*. περὶ δεισιδαιμ. idem *Ma*-

gnus *Casaubonus* adnotavit. Ceterum ad istum locum credo *Nostrum* et supra VII, 176. respexisse. Iung.

159.

περὶ οἰκιδίων] Leg. *οἰκιδίων* etc. C. A. titulum non habet, nec *Salm.* Kuehn.

καὶ οἰκ. ὀρνίθιον] C. A. *οἰκίσκον ὁ. οἰκ. π. περδικοτροφεῖον ὡς Ὑπερίδης* interiecta absunt. C. V. *Καὶ οἰκίσκον δὲ ὀρ.* *Salm.* C. *καὶ οἰκίσκος δὲ ὀρνίθιον.* Kuehn.

καὶ οἰκ. ὀρνίθιον] MS. *καὶ οἰκίσκον δὲ ὀρνίθ.* Iung.

καὶ οἰκ.] Reduxi MSS. lectionem, *καὶ οἰκίσκον δὲ*, quae potior videbatur. de *οἰκίσκῳ* vero illam apud Atticos valuisse significationem, quam *Pollux* noster adnotat, elegantiorum scriptorum plura loca probant. inter alios *Eustathius*, seu cum quibusdam *Eumathium* appellare mavis, libr. IV. de *Ismeniae* et *Ismenes Amor.* pag. 118. *ὁ δὲ οἰκίσκους φέρει στρουθῶν*· et paucis interiectis: *στρουθοὺς τοὺς ἐν οἰκίσκοις δύ μελιζομένους.* *Hesych.* *Οἰκίσκος, ὁ τῶν ὀρνίθων*· et equidem in hanc rem rectissime adferri puto *Demosthenis* ex *Orat. pro Ctesiph.* locum: *πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστι τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ*· praeter *Ulpianum* sic intellexit *Didymus*, qui inter veteres Criticos excelluit. non itaque iure merito doctissimum Grammaticum hoc nomine culpari ab *Harpocratione* iudico, qui ipse mavult exponere *μικρῷ τινι οἴκῳ*· vide, sis, *Harpocrat.* in *Οἰκίσκῳ*, et eruditiss. *Maussacum* ad hunc locum, quem tamen ex hisce nostris sensum *Harpocrationis* non percepisse animadvertes, siquidem in loci *Demosthenei* expositione hunc *Ulpiano* consensisse existimet, quod sane vero est alienum. Ad illa vero summi Oratoris aurea verba non tantum *Gregor. Thaumaturgus*, ut *Maussacus* adnotavit, sed et in *Vitis Soph.* lib. II. *Philostratus* alludit, ne alios iam memorem. Ut autem haec *Pollucea* luce perfundantur, apposuisse iuvat *Harpocr.* ista: *ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς, Μεταγένης Αὔραις*· quae pleraque verbo tenus scripsit *Suidas*, nisi quod apud eum *ὀρνίθων τροφεῖον*, *Photius*; ut coniicio ex Auctorum, qui ab eo citantur, indice, ubi *Πελαργοὶ Aristophanis* e voce *Οἰκίσκος* proferuntur. sed ipsum me locum *Aristophanis*, in quem *Pollux* oculos coniecit, quod ad *οἰκίσκον ὀρνίθειον* certe, reperisse me puto apud *Eustathium* ad *A.* Ὀδ. *Ἐκ δὲ τοῦ οἴκου καὶ οἰκίσκος παρὰ Ἀριστοφάνει, περδικοτροφεῖον, οἷον· — τί δὲ τὸν ὀρνίθειον οἰκίσκον φέρεις;* quae itaque simul verba *Polluceis*

beneficio petita scimus ex *Aristophanis* 'Ολκάσι· non enim in istis *Comici* fabulis, quae extant, legisse me memini. sed apud *Eustathium* ὀρνίθειος, apud *Nostrum* vero ὀρνίθιος οἰκίσκος, quod nescio an moneri sit opus. In Codice *Falckenburgiano* scriptum fuisse videtur περδίκιον.

'Υπερίδου] MS. 'Υπερείδου. Iung.

ἐκπηδήσαντες] MS. ἐκδήσαντες. Seb.

ἐκπηδήσαντες] Pro ἐκπηδήσαντες MS. noster, ut *Seberi*, ἐκδήσαντες habet. Iung.

ἐκπηδήσαντες] Equidem in hoc me loco haesisse non diffiteor, non quod difficilis intellectu sit, sed propter MSS. varietatem. sensus enim ex eorum lectione haud incommodus elici potest: *religantes ex perdicum caveis*, ut quem vel quodcunque aliud caveis istius modi alligasse nescio qui dicantur. sic et C. *Salm.* mihi tamen vulgata lectio mire lenocinatur, ut itaque neminem indignari velim, si quidem in hac retinenda scriptura animo meo sim obsequutus, quanquam alias MSS. vestigiis diligentissime insistam. scilicet considerant se quidam in περδικοτροφείοις, unde, cum occasio rebus agendis commoda affulgeret, quam celerrime prosiluerunt. aliis tamen idem ius, quod mihi arrogavi, facile concedam.

καὶ χοῖρον. etc.] C. A. χοῖρον. Φρύνιχος τὸ δὲ αὐτὸ καὶ χοιροκομεῖον, omissis ceteris usque ad γρυμαία. Kuehn.

ὡς Εὔπολις, etc.] MS. noster τρέφ. ὡς ἐν Πεισάνδρῳ Φρύνιχος, omissis Εὔπολις καί. Iung.

τὸ δ' αὐτὸ] MS. τὸ δέ. Iung.

Λυσιστράτῃ] Verba *Comici* ea fabula paulo a fine longius:

καὶ μὴν ἀπὸ τῆς Σπάρτης οἱδὶ πρέσβεις ἕλκοντες ὑπήνας·
χωροῦσιν, ὥσπερ χοιροκομεῖον περὶ τοῖς μηροῖσιν ἔχοντες.

Sed et alibi apud eundem *Comicum* reperio, ut Σφηξὶν·

Φ. τουτὶ τί ἐστι; Οἰκ. χοιροκομεῖον ἐστίας. Iung.

160.

γρυμαία] C. A. γρυμμαῖα δὲ etc. C. V. γρυμέα etc. quod affert et *Salm.* Kuehn.

γρυμαία] Pro γρυμαία MS. γρυμέα habet. *Phrynichus* quoque ita *Eclog. Attic.* γρυτή· καὶ τοῦτο τῶν παρακειμένων· τὸ γὰρ τοιοῦτον ἅπαν γρυμέαν συμβέβηκε καλεῖσθαι.

ubi *Nunnesius* notat apud *Hesychium* esse γρυμνίαν, et *Phavorin.* γρυμναῖαν, mavultque γρυμαίαν, ut apud *Poll.* et *Suid.* sit. Sed apud *Hesych.* est γυμναία· ex serie tamen incipientium a γρυ patet apud eum scribendum γρυμαία, vel γρυμία. Scilicet utrumque dici notavit et *Magnus Casaub.* VII. *Athen.* 11. IUNG.

γρυμαία] Profecta fuit haec lectio ab illis, qui MSS. scripturam falsam esse iudicarunt. sed et recte γρυμέα dicitur, ut ab eruditis viris monitum; non difficulter itaque illam scripturae rationem in textum admisi. rarior autem vocis, quam his adnotat *Pollux*, est significatio; sed et in *Suida*: Γρυμαῖα, ἡ σκευοθήκη. Hunc autem *Onomasticographi* locum prae oculis habuit *Petavius* ad *Themistii Basanistēn*, ubi visum eruditum de γρυμαίᾳ, quo vocabulo *Themistius* ibi utitur, notantem vide. me quoque ad *Polluc.* VII, 196. quo in loco non infelici coniectura, ut existimo, pro συρμαιοπώλας reddidi γρυματοπώλας, adire potes, ubi tamen illa de notione ago, qua vilioris pretii mercem γρυμαία designat. De χοιρεκομείῳ videndus et *Suidas*, qui nec *Aristophanis* praeteriit locum.

καὶ θύλ. καὶ ἀσκοθ.] C. A. θύλ. ἀσκοθ. ὡς Ἀριστοφάνης, ἀσκοπήρα· κέστρα σφύρας τ. εἰ. σ. ἀλλὰ μὴν κ. σ. delet καὶ ἀσκοθ. C. *Salm.* KUEHN.

ἐν ταῖς Ὥραις] MS. ἐν ταῖς Ὥραις Ἀριστοφάνους· καὶ κ. SEBERUS.

ἐν ταῖς Ὥραις] C. V. Ὥραις Ἀριστοφάνης. KUEHN.

ἐν ταῖς Ὥραις] MS. ἐν ταῖς Ὥραις Ἀριστοφάνης· auctius. sed hoc pacto melius Ἀριστοφάνους scribas cum *Seberi* nostri MS. IUNG.

ἐν ταῖς Ὥραις] Fabulam eam esse *Aristophanis* nemo humanior nescit. alibi argumentum eius explicui. hanc igitur ob causam haud male me facturum existimavi, si adderem e MSS. ἐν ταῖς Ὥραις Ἀριστοφάνους. ἀσκοθύλακος *Epiphanium* aliquando legenti occurrit.

καὶ κέστρα δὲ σφύρας] *Rhodiginus* XXVII. *Ant. Lect.* 4. *pro stimulo sive stilo* interpretatur. Sed inepte. Certe σφύραν exponit et *Hesychius* inter alia hoc κέστρα. pro *malleo* potius accipiendum etiam *Noster* infra docebit denuo segm. 185. nam οἰκοδόμοις, vel τέκτοσιν καὶ λατύποις, stimuli usus non est, ni fallor, sed σφύρας, quam etiam supra *Pollux* iis attribuebat. IUNG.

ἐν Αἰγὶ] ἐν Αἰγεῖ. vid. *Casaub.* in *Athen.* libr. VII. cap. 4. SEB.

ἐν Αἰγὶ] Corrige *ἐν Αἰγεῖ*, ut ex *Casaubono* nostro *Seberus* monuit. Profert autem ipsam *ῥῆσιν Sophoclis Casaubonus* VII. *Athenaeus* 4. ita: *Κέστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν Ἤλαυνε παίων*. MS. a vulgatis non variat. Quid si,

κεστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ, καὶ κατὰ τὴν ῥάχιν
ἤλαυνε παίων —. Iung.

κέστρα σιδηρᾶ] *κέστρᾳ σιδηρᾷ* scriberem. vid. *Hesychius* in *κέστρα*. *Salmas*. *κέστραν σιδηρᾶν*, et modo *Αἰγεῖ*. Kuhnn.

κέστρα σιδηρᾶ etc.] Primo loco monendus lector est *Αἰγεῖ* restituisse nos pro *Αἰγί*· nunquam enim *Sophocles* fabulam ediderat, cui titulus esset *Αἴξ*· hanc autem scripturam tam certam existimavit *Meursius*, ut in *Sophocle* suo simpliciter ne facta quidem vitii in vulgatis editionibus mentione, *Αἰγεῖ* scribere non vereatur. num autem recte censuerint *Casaubonus* et *Meursius* ex *Stephani* non bene constituto loco plenum fabulae titulum esse *Αἰγέα ἐκλυόμενον*, alibi disseram. Summi vero Tragici locum priusquam aggrediamur, de *κέστρᾳ* ponenda sunt *Hesychii* verba: *Κέστρα, ἀμφωτήρων ὅπλον, σφῦρα*. Idem: *Κεστρίαι, σιδηραί*· quod ad posteriora, scribenda duco *Κέστρᾳ σιδηρᾷ*, quae produxerit *Hesychius* ex hoc eodem *Sophoclis* loco. sed eorum quidem, ut plurima aliorum, interpretatio est amissa. aliter tamen si quis hoc de loco sentiat, non intercedam, quo minus suo iudicio fruatur. *κέστρα* vero *malleus* est, ut bene *Iungermannus*: nec tamen inepte, credo, *Rhodiginus stimulum* dixit. utrumque enim verum. sed in his tempus non teram. In *Sophoclis* autem *ῥήσει* veram me lectionem restituisse opinor: *ἀλοῆσαι πλεῖον*. in *Falckenburgianis* Excerptis profecto *ἠλοῆσαι* vel *ἠλωῆσαι πλεῖον* adnotatum est, unde facili negotio illa, quam dedi, scriptura conficitur. *Iungermanno* vitii quiddam in hoc loco subesse videtur, dum in omnes eum partes versat, nec a vulgata lectione MSS. dissentire sit. sed quam illud *ἀλοῆσαι* commodum sit, probandum restat. *Ἀλοᾷν* apud Graecos *verberare* dicitur. proprie quidem *frumentum ἀλοᾷν*, *flagellis* seu *τριβόλοις teritur*, unde in *Philoxeni Gl. Tero*, *ἀλοῶ*· et *Etymol*. *Ἀλοᾷν, τύπτειν, βάλλειν· καὶ τὸ θρύπτειν ἐπὶ τῆς ἅλω σῖτον*, ubi vides utramque significationem adnotatam. *Hesych*. *Ἀλοιᾷ* (ita scribendum) *τύπτει, Ἀττικῶς, ἀφ' οὗ καὶ ὁ πατροτύπτης καὶ μητροτύπτης πατραλοίας καὶ μητραλοίας λέγει. μᾶλλον λέγονται*· sic et apud *Etymologum*: scilicet per *ἐπένθεσιν τοῦ ἰῶτα* factum ex *ἀλοᾷν ἀλοιᾷν*

observante *Eustathio*. Idem *Hesych.* Ἀλλοᾷ, τύπτει et Ἀλοῶν, πλανῶν καὶ τύπτων. Addendus *Suidas* in Ἀλοιῶν, ubi adfertur ex Auctore nescio quo: ὁ δὲ ῥοπάλῳ ἀλοιῶν. *Aelianus*: οἱ μὲν τινὲς πυγμαῖς, οἱ δὲ κορύναις, οἱ δὲ λίθοις, οἱ δέ, ὅ τι ποτὲ παρέπιπτεν αὐτοῖς ὑποχείριον ἀλοῶντες, αὐτῶν ἀποῤῥαγῆναι τὴν ψυχὴν ἠνάγκασαν· et apud *Josephum* ὑπ' ἐλέφαντος ἀλοᾶσθαι, id est, καταπατεῖσθαι, συντρίβεσθαι. vides tamen illius incerti auctoris et *Aeliani* χρῆσεις a *Sophoclis*, ut restituimus, loquendi formula parum differre. ab hoc ἀλοᾷν verbum, quod compositum vocant, descendit καταλοᾷν, quod reddidimus e MSS. *Polluci* nostro VIII, 76. πληγαῖς ἔκοψε, κατηλόησε· ibi *Iungermannum* adi. elegans in *Diogene Laërtio* locus VI, 42. in philosophi cognominis vita: τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας καὶ κατάλοήσας αὐτὸν etc. *Meidiav* scilicet. neque scio an ullibi alia notione accipi debeat. nescio itaque, quid impulerit eruditissimos viros *Wolfium* et *Xylandrum*, ut vocem hanc *trucidare* verterent, ille quidem in *Aeschinis* περὶ Παραπρ. ὅτε αὐτῶν τοὺς ὁμήρους λαβόντες οἱ Φωκεῖς κατηλόησαν· quem sane locum melius cepit *Iungermannus* ad *Poll.* VIII, 76. hic vero apud *Plut.* de *Virtut. Mulier.* cap. περὶ Φωκίδων· οἱ δὲ πεντήκοντα καὶ διακοσίους ἐκείνων ὁμήρους κατηλόησαν· ubi duplicem eruditiss. *Interpres* errat errorem, primo quod κατηλόησαν exponat *trucidaverant*, cum melius, credo, dixisset, *verberibus contuderunt*: altero loco, quod ἐκείνων intelligat Phocenses, cum ad Thessalos referenda sit illa vox, uti constat ex *Aeschinis* allato loco, qui quidem eandem tangit historiam. Ultima cura debetur *Hesychio*, apud quem ita reperio, Κατηλόωσται, κατατέτριπται. non equidem ignoro ἀλοκίζειν esse ἀροτριᾷν, unde καταλοκίζειν· sed an hoc recte exponi possit κατατρίβειν addubito. quid itaque? scribi velim: κατηλόηται, cui emendationi momentum facit *Suidas*: Κατηλοημένη, συντετριμμένη. Ex his affatim constare potest de genuina notione τοῦ ἀλοᾷν· de saevissima scilicet et gravissima verberatione intelligitur, qui significatus apprime loco *Sophocleo* convenit; contra ea velim eruditi perpendant an satis recte dici possit ἐλαύνειν κέντρα σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν, quamquam hoc haud ita velim urgere. Pristino me nitori hactenus restituisse locum arbitror; alii metrum reficiant, quod nescio an satis bene se habeat, si sic constituas:

— κέντρα σιδηρᾷ
πλευρὰ, καὶ κατὰ ῥάχιν ἀλόησαι πλεῖον —

Iambos mallem, quos ipsos unius voculae πλεῖον iactura, vel

potius in eius locum supposita vulgata lectione, ita confeceris:

κλείτρῳ σιδηρῷ πλευρὰ καὶ κατὰ τὴν ῥάχιν
καμὼν ἀλοιῆσαι —.

Sed, ut dixi, aliis ista cura sit commissa. porro, nec id enim praetereundum duco, pro καὶ κατὰ scribi praeferam κᾆτα· scimus illam corruptelam non raro accidisse: κᾆτα pro atque, adeo, itidem, eleganter ponitur. *Hesych.* Κυρτίς, ὀρνιθοτροφεῖον· quod pertinet ad κυρτὴν, quae mox sequitur.

καὶ κύρτῃ σιδηρᾷ etc.] Pro κύρτῃ *Hesych.* Κυρτίς, ὀρνιθοτροφεῖον. convenit cum *corbe* Latinorum. *Herodotus* in *Clio*: ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ, *cepissent eos, quasi in cavea, vel nassa,* proverbialiter. Kuehn.

καὶ κύρτῃ σιδηρᾷ etc.] Ubi itaque mentem habuere viri doctiss. qui *Polluceam* aiunt velle κύρτην *significare vel argenteum forma caveae?* nihil hic de argento, sed de ferro. *Herodoti* locus qui sit, quem *Pollux* innuat, nescio. mihi quidem hic in promptu est *Clione*, cap. 191. κατακληΐσαντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας, ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ. Iung.

Θρᾴττεις, ἐς καλιὸν ἐν τύχοι] MS. ἣν τύχῃ κ. Seb.

Θρᾴττεις, ἐς καλιὸν ἐν τύχοι] C. A. non habet Θρᾴττεις, qui verba *Cratini* ita exhibet: ἐς τὸν καλιὸν ἣν τύχῃ καθείργνυται. C. V. ἐς τὸν κ. ἣν τύχῃ, καθεργν. *in caveam, si ita res ferat, compingitur. Salmas. Cod. Vetus*: ἐς τὸν καλιὸν ἣ τύχῃ καθείργνυται. Kuehn.

modo Περσικὰς a nemine alio ἀναξυρίδας exponi, quod hic a Polluce fieri videtur, eaque de causa Auctori nostro dicam scripseram, qua ego quidem eum prorsus absolvo, si huic erudito lectori coniectura nostra placuerit. una scilicet manus vulnus opemque feret. nimirum Onomasticographi locum ea ratione scribendum existimo; καὶ Περσικαί, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις: τὰς δὲ ἀναξυρίδας ἔοικε καλεῖν Ἀντιφάνης ἐν Σκύθαις ἢ Ταύροις σαράβαρα. Σαράβαρα καὶ χιτῶνας etc. cum sarabara vulgo dicantur exteriora vestimenta, Aristophanes ita videtur feminalia appellare. sensus, ut quidem puto, expeditus et clarus, nec quisquam erit, qui σαράβαρα per ἀναξυρίδας apte exponi posse negabit. at enim, inquis, ne sic quidem constituto loco Περσικαὶ aliter intelligi possunt ac antea; iunguntur enim ταῖς ἀναξυρίσι, σκελέαις etc. tanquam eiusdem generis et notionis. sed qui paullulum se triverit in Polluce, non ignorabit, saepe ab eo colligi et componi quae saltim non plane sunt diversa. accedit, quod ipse Περσικὰς calceamenti muliebris genus agnoverit VII c. 22. Cognosce, lector, et arbitrator.

ποδίδες] Pro ποδίδες Salmas. V. C. ποδίσκας. ipse leg. ποδεαὶ vel ποδεῖ. Valesius pro ποδίδες leg. ποδῖλις, pedules. Kuehn.

ὡς Ἀριστ. ἐν N.] MS. ἐν ταῖς Νεφ. Seb.

ὡς Ἀριστ. ἐν N.] C. A. ὡς Ἀ. τὰς α. ε. κ. Kuehn.

ὡς Ἀριστ. ἐν N.] MS. ἐν ταῖς Νεφέλαις, ut et Salm. MS. Locus est, ni fallor, iste, ubi Comicus illudit Socrateim, quo artificio fuerit dimensus intervallum, ὁπόσους ἅλλοιτο τῆς αὑτῆς πόδας pulex, κηρὸν διατήξας, εἶτα τὴν ψύλλαν λαβὼν, ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε.

κᾆτα ψυχείσῃ περιέφυσαν Περσικαί.

χαύνας ὑπολύσας ἀνεμέτρει τὸ χωρίον. Iung.

καλεῖν. ἐν δὲ Σκ. ἢ T.] MS. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκύθ. sed scribendum erat Ἀντιφάνης. Vid. supra VII, 59. et Casaub. in Athen. lib. VI. cap. 10. Seb.

καλεῖν. ἐν δὲ Σκ. ἢ T.] Post καλεῖν C. V. recte ex lib. VII. cap. 13. Ἀντιφάνης δὲ ἐν Σκύθαις ἢ T. et sic Pollux liberatur ab incogitantia vel inconstantia, quam ei impingit Casaub. in lib. VI. Athen. c. 10. Kuehn.

καλεῖν. ἐν δὲ Σκ. ἢ T.] Rectissime MS. noster καλεῖν Ἀντιφάνης δ' ἐν Σκύθαις ἢ T. ut scribendum etiam noster Seberus monuit ex superiore loco VII, 59. Iung.

πάντας ἐνδεδυκότας] MSSti, πάντα ἐνδεδυκότας. Salm. etiam πάντα e V. C. legit et merito ita constituit: Σαρ. κ.

v. ἐνδεδυκότες Πάντες — de Persicis *Stephanus* de *Urb.* in Πέρσαι. de Sarabara *Hieronymus* in cap. 3. *Daniel.* Kuehn.

πάντας ἐνδεδυκότας.] MS. πάντα ἐνδεδ. supra sane aliter in MS. erat, uti ibi indicavi; nempe πάντες ἐνδεδυκότες. Jungerm.

ἅμαξις] MS. ἁμαξὶς, et mox ἁμάξιον. et malim certe ἁμαξὶς scribere, ut apud alios est. mirum vero ni et in isto respexerit ad locum *Aristophanis*, qui quoque in Νεφέλαις est:

τούτου πριάμην σοὶ Διασίοις ἁμαξίδα.

Ubi *Scholiastes* etiam τὸ μικρὸν ἁμάξιον exponit. Jung.

ἅμαξις etc.] Ut restituimus accentum ἁμαξὶς, habuit etiam *Falckenburgii* Codex. *Hesychius*: Ἁμαξὶς, γένος σταφυλῆς ἀπὸ ἀναδενδράδος· καὶ τὸ μικρὸν ἁμάξιον Ἀττικοὶ οὕτως καλοῦσιν. totum tamen hunc locum qui praeterire potuerint *Commentatores* nostri secure sine vitii suspicione, non video. sensum nescio qua meliori fortuna perspexit nugacissimus alias Interpres, *currus quidem minor, quo pueri ludunt*: sed talem sententiam, si quid in istis video, e textu Graeco nullis fidiculis extorqueas. facile quidem talem emendationem dedero, quae sensum istum contineat, ᾗ παίζουσι τὰ παιδία· sed neque diffiteor, mihimet ipsi hoc pacto non satisfacio, siquidem a vulgata lectione longius ac par erat recedat. rem ipsam et in *Eustathio* reperio ad *Il. M.* ὅτι δὲ ὑποκοριστικὸν τῆς ἁμάξης ἡ ἁμαξὶς, ὃ δηλοῖ μικρὸν ἁμάξιον ποιούμενον εἰς παίγνιον τοῖς παισὶ, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. hoc filum si sequamur, non inepte forsitan in *Polluce* reposuerimus, καὶ παίγνιον τοῖς παιδίοις· sed alii forte felicius, quos libenter audiemus. ἁμαξὶς et apud *Etymologum* et in *Gl. Vet.* exstat. observare autem te velim illud ludi puerilis genus, quod nescio an a *Meursio* aliisque, qui hac de materia scripserunt, sit adnotatum. eos enim revolvere per temporis angustias non licet.

καὶ κώδων δὲ ἔν τι κ. etc.] καὶ abest a G. A. ut et ante στρόβιλος, item τάχα δὲ καὶ, et copulae quae sequuntur. V. ἔν ἐστι κ. ε. Kuehn.

καὶ κώδων δὲ ἔν τι κ. etc.] MS. καὶ κώδων δὲ ἔστιν τῶν κ. Jung.

καὶ κώδων δὲ ἔν τι τῶν ex. etc.] Melius in MSS. ἐστὶ, quod restitui. languida est et inepta lectio vulgatorum: περὶ τοῦ κώδωνος, κωδωνίζειν, κωδωνοφορεῖν etc. plura notavit Schol. *Aristoph.* multis in locis. κρόταλος et βακτήριον utraque

non bene antehac praeposita particula καὶ carebant. Paulo post vulgo fuit ὡς Ἀριστοφάνης, quod nec improbum erat. sed MSS. sequi, si qua fieri poterat cum ratione, proposueram. *Comici* locum corruptissime ante *Seberum* ediderant. ille e MS. suo restituit, sed *Falckenburgii* tamen Codex mire variat tam a MSS. quam editionibus: Οὐ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἐν ἄλστων καλαμίσκον ἔνσταζον τουτοΐ· non erit sine sensu hic locus, ita si scripseris: Οὐ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα Εἰς τὸν καλαμίσκον ἔνσταξον τουτονί· sed ἔνσταξον parum idoneum ad metri legem; quapropter ἐνστάλαξον, ut et in *Aristophane* vulgatur, omnino retinendum: οὐ δὲ vero, pro quo in *Polluce* et *Comico* Σὺ δ' ἀλλὰ etc. publicatur, non tantum non postponi debet, sed etiam anteferri. hos versiculos alter hic apud *Aristophanem* praecedit: Οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου· quae Dicaeopolis ad quaerentem apud se, et oculis medicinam petentem agricolam dicit, quibus iterum agricola respondet: Οὐ δ', ἀλλά μοι etc. *Non quidem id a me fiet*, scilicet, ut Pittali, eiusque discipulorum, ut *Scholiastes*, opem implorem, et apud eos querelas fundam; *sed tu potius etc.*

ὑστριχίς.] C. V. ὑστριωχίς. Kuehn.

ὑστριχίς.] MS. ὑστριωχίς. Sed ω a recentiore manu deletum est, et sane ὑστριχὶς, ἡ μάστιξ supra II, 24. recte in MS. erat. Iung.

ἀρνακὶς, βακτηρ.] MS. καὶ ἀρν. καὶ β. Seb.

ἀρνακὶς, βακτήρ.] MS. καὶ κώδ. καὶ ἀρν. καὶ βακτ. Et sic etiam MS. *Seberi*, inseramusque illud καί. Iung.

καὶ σάκκος, etc.] MS. σάκος, καὶ λυχνὶς ἢ πυξίς, καί· nescio an ἢ vel ἡ velit. Iung.

καὶ ἕτερον τι τ.] Absunt a C. A. Kuehn.

ὡς Ἀριστ. ἐν Ἀχ. etc.] MS. ὅταν ἔφη Ἀρ. Locus *Aristoph.* est fol. 301. a pr. edit. aberant quae inclusa. Seb.

tu autem mihi etc.] *Nic. Frischlinus*:

> *age unicam saltem pacis stillam mihi*
> *in hoc specillum instilla, quaeso.*

Καλαμίσκος enim ibi specillum vel simile instrumentum medicorum, quo instillant pharmaca in ulcera. *H. Stephanus.* Seberus.

ὡς Ἀριστ. ἐν Ἀχ. etc.] C. V. ὡς ὅταν φῇ Ἀ. et mox σταλαμμόν. Kuehn.

ὡς Ἀριστ. ἐν Ἀχ. etc.] MS. noster: καλαμίσκος, ὅτ' ἂν φῇ Ἀριστ. Iung.

εἰρήνην] Ut *Seberus* supplevit, ita et MS. noster habet. NGERM.

ἐν] Deest *ἐν* in MS. nostro. IUNG.

169.

περὶ τῶν ἐφ' ὧν etc.] Nihil huius tituli comparet in C. nec legerat *Salm.* KUEHN.

καὶ ἀλία δὲ] Ita MS. pr. ed. *καὶ ἀλίαδες*, et *Interpr. et alina vasa fuerunt buxina, in quo.* SEB.

καὶ ἀλία δὲ] MS. noster *καὶ ἀλλα δέ.* Sed emendatum ut lidit *Seberus* noster ex suo MS. Vulgo antea erat: *καὶ ιάδες σκεῦος·* quod *H. Stephanus* non capiebat, idcirco adribens ad oram: *cur non dicit σκεύη, quum sit ἀλιάδες·* nec irum, quum vulgata corrupta et *ἀλία* legendum sit. *Hesyhius: Ἀλία, ἐν ᾧ τρίβονται οἱ ἅλες, ἢ εἰς οὓς ἀποτίθενται.* quae rorsus ita in *Etymologico τῷ μεγάλῳ* leguntur, nisi quod ι, *εἰς ὃ ἀποτίθ.* quemadmodum et apud *Hesychium* corriendum puto. patet et ex exemplis a *Polluce* subiectis eum on aliter scripsisse. IUNG.

καὶ ἀλία etc.] *Gl.* MSS. *Ἀλία, salinum. πυξὶς ἁλῶν* ita ccurrit in cuiusdam *Comici* fragmento apud *Athenaeum.* legantissimum est *Apollonii Tyanei* Epist. 7. dictum: *ἐμοὶ ὲ εἴη τὴν ἀλίαν τρυπᾷν ἐν Θέμιδος οἴκῳ·* cuius hunc esse senum iudico: *mihi vero liceat parce vivere et iuste: ἐν Θέμιδος ἴκῳ, in aede Themidis* iustitiae praesidis. simul eo alludit, uod philosophi non raro fuerint in aedibus deorum commorati, cuius rei non semel apud *Diogenem* est mentio; uin et viros sanctiores templis sacerdotes excipere solebant, ua de consuetudine alibi dicam. *Archippi Ἡρακλῆς γαμῶν* it ab *Athenaeo* citatur. forsitan argumentum fuit *Herculis* et *Hebes* nuptiae, ut *Epicharmus Ἥβας γάμον* composuit forte non dissimili argumento. tam enim ex illo *Archippi* quam ex hoc *Epicharmi* varia edulium genera notata inveni. Alias idem *Archippus Ἀμφιτρυώνα* primum et secundum edidit, qui quidem *Herculis* censebatur pater.

Ἄρχιππ. μέν τοι etc.] C. A. *ὡς Ἄ. ἄ. π. Στράτις δὲ* etc. KUEHN.

Ἄρχιππ. μέν τοι etc.] MS. *Ἄρχ. μέν γε ἐν ἡρ. γ. φ. ἅλια π. Στρ. δ'.* Sed iterum repositum *ἀλία* ab alio, qui omnia fere ad vulgatam lectionem reformare ausus fuit, cuique saepius *τὸ ἐπανόρθωμα*, ut *Protagoras Socratem* incusat, *μεῖζον ἁμάρτημα ἔχει, ἢ ὃ ἐπανορθοῖ·* hic quidem recte. nam et MS. mox *ἀλία* habet incorrupte. IUNG.

εἰ δὲ κινήσειεν Ἁλμ. τ. ὕδ.] C. A. *Στράτις δὲ Κινήσει.* melius C. V. *Στράττις δὲ ἐν Κινησίᾳ Ἁλμυρὸν τ. ὕδωρ. ἐτήρουν τι λεπτὸν ἐν ἀλίᾳ κ.* *Strattidis* versus forte hi fuerint:

— *Ἁλμυρὸν τὸ ὕδωρ,*
ἐτήρουν τι λεπτὸν ἐν ἀλίᾳ κεκομμένον.
— *Salsugo subest aquae,*
observabam tenue quid in ἀλίᾳ contritum.

De *Strattidis Κινησίᾳ* infra cap. 52. plura. *Salm.* V. C. *Στράττις δειμμήσειεν ἁλμυρόν τι ὕδωρ.* Kuehn.

εἰ δὲ κινήσειεν Ἁλμ. τ. ὕδ.] Pro *εἰ δὲ Κινήσειεν* etc. MS. noster: *ἐν Κινησίᾳ Ἁλμυρόν τε ὕδωρ, ἕτερόν τε λεπτὸν ἐν ἀλίᾳ κεκομ.* praeclare. Inde enim, ut videtur, nobis in promptu loci restitutio, quem ita mecum scribas: *Στράττις δ' ἐν Κινησίᾳ,* — *ἁλμυρόν θ' ὕδωρ,*
ἕτερόν τε λεπτὸν ἐν ἀλίᾳ κεκομμένον.
Strattidis fabula *Cinesias* alias a *Nostro* laudata est supra II. 232. et infra segm. 190. Iung.

εἰ δὲ κινήσειεν etc.] Latuit eruditos viros illa corruptela. nec miror, cum ulcus tam coecum et absconditum sit. eius autem rectam emendationem communicavi iam ante hos quatuor annos cum viro quodam doctissimo, cui ne tum quidem coniectura mea displicuit. iam illam e MSS. confirmatam reperio, quorum adeo lectionem sum sequutus tam in fabulae titulo reformando, quam toto *Comici* loco: *ἁλμυρόν δ' ὕδωρ* bene *Iungermannus* e lege metri. illas vocalium elisiones vulgari errore supplere amant librarii, cuius rei sexcenta sunt in *Polluce* nostro exempla. *Cinesiae* quod fuerit argumentum dudum est, cum ex *Harpocratione* ostenderunt eruditi homines. ad eum videndus *Maussacus*, cui tamen fidem haberi nolim, cum apud *Erotianum* pro *Κυνηγοῖς* substituit *Κινησίαν*· nulla enim ratio dari potest, quae dissuadeat credere fabulam *Κυνηγοὺς* a *Strattide* conscriptam. *Meursius* profecto *Κυνηγοὺς* agnoscit. In sequentibus ante nos ita legebatur: *καὶ ἴσως ἂν ἔοικε τοῦτο* etc.

καὶ ἴσως ἂν ἔοικε τοῦτο etc.] C. A. *ἴσως ἂ. ἔ. τοῦτο τὸ ἀγγεῖον* etc. C. V. *ἂν ἐοίκοι τούτῳ τῷ.* *Salm.* *ἂν ἔοικε ἐν τούτῳ.* Kuehn.

καὶ ἴσως ἂν ἔοικε τοῦτο etc.] MS. hic: *καὶ ἴσως ἂν ἐοίκοι τούτῳ τὸ ἀγγείῳ* etc. Et *ἐοίκοι* pro vulgato *ἔοικε* mihi potius videtur. Iung.

ἀλλὰ μὴν καὶ φορμὸς] Non habet C. A. nec *φορμίον*, nec *ἐν δὲ τῷ Γ.* sed *φορμὸς φ. ψ. ὡς Ἀ. Φορμῷ σχ.* etc. Kuehn.

(φορμίον)] E MS. *Hesych.* properoxyt. φόρμιον. Seb.

(φορμίον)] Illud φορμίον ita et in nostro MS. extat. Iungerm.

ἐν δὲ τῷ Γ. Ἀρ.] MS. ἐν δ. τ. γ. ὁ Ἀριστοφ. plenius articulo. Iung.

φορμῷ σχοινίῳ.] Quid est φορμῷ σχοινίῳ? Scribendum omnino, ut noster MS. habet, φορμῷ σχοινίνῳ. Et supra *Noster* sic attulit, ubi vulgo integrum remansit VII, 173. Iungerm.

φορμῷ σχοινίῳ] Bene MSS. σχοινίνῳ· simili ratione ἠθμὸς σχοίνινος, δι' οὗ τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρίας καθιᾶσιν, apud *Hesychium.* eadem macula *Euripidis* obsedit locum segm. 178. ubi et veram lectionem MSS. servarunt. Mox faventibus MSS. et *Iungermanno* ἡμισάκιον in textu reposui, quod et ita dudum emendandum esse coniectaveram.

Δημιοπράταις] C. A. Δημιοπράτοις ἀλῶν τρία ἡ. π. ὥσπερ σησ. ἡμισάμιον. *Salm.* Cod. Δημιοπρ. etc. πέπραται. Kuehn.

Δημιοπράταις] Scribe: ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις· quamvis et MS. hic vulgatum errorem sequebatur. Iung.

ὥσπερ καὶ σησάμων, ἡμισάμιον.] MS. σησάμιον. Seb.

ὥσπερ καὶ σησάμων, ἡμισάμιον.] C. V. ἡμισάκιον. ita et *Salm.* *Lege,* inquit, ὥσπερ καὶ σησάμων ἡμισάκιον· *subaudi* *e iisdem* Δημιοπράτοις. Kuehn.

ὥσπερ καὶ σησάμων, ἡμισάμιον.] MS. ὥσπερ καὶ σησάμων, ἡμισάκιον· eleganter ἡμισάκιον· et emenda ita sis. Ut ἡμιφόρμιον, φορμὸς ἡμίσειος, ita ἡμισάκιον in iisdem Demiopratis, ἡμίσειος σάκος, sive σάκκος. Vulgatum ἡμισάμιον mehercle putidum sat est. Iung.

170.

Calamus quoque, cuius etc.] *Pollux* non κάλαμον ab *Homero* nominari ait, sed ὄροφον, quem describit στεγαστῆρα καὶ κάλαμόν τινα, nisi malis στεγαστῆρα κάλ. genus calami aquatilis, quo domus tegi solebant. *Schol. Br. Ham.* ὄροφος εἶδος καλάμου πρὸς ὀροφὴν ἐπιτηδείου. *Iliad.* ω, 451. Seber.

ὅς τίς ἐστι στεγ. καὶ κάλ.] MSSti στεγαστὴρ κάλαμος· ὡς Ὅμηρος· addit C. A. dein καλάμου ὀρόφου etc. στροβίλου. Kuehn.

ὅς τίς ἐστι στεγ. καὶ κάλ.] MS. ὄροφον τὶς ὀνομ. ὅς ἐστιν στεγαγαστὴρ κάλαμος, ὃν καὶ etc. Et videtur certe legendum: (vel ὅστις) ἐστιν στεγαστὴρ κάλαμος, ὃν καὶ etc. non ut vulgo στεγ. καὶ κ. restituemus et infra segm. 172. στεγαστὴρ κάλαμος hic est, qui tectis aedium inserviebat; quod ut

clarius videas, *Homeri* locum indicatum et a *Sebero* nostro ex 'Ιλ. ω. adscribere placet, cum παρεκβολαῖς *Eustathii*. Sic ibi princeps Poëta de *Achillis* tentorio:

ἀλλ' ὅτε δὴ κλισίην Πηληϊάδεω ἀφίκοντο
ὑψηλὴν, τὴν Μυρμιδόνες ποίησαν ἄνακτι,
δοῦρ' ἐλάτης κέρσαντες, ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν
λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες.

Ὄροφος δὲ, ait *Eustathius* ibi, καλαμίσκου εἶδος ὑδροχαροῦς ἐπιτηδείου εἰς ὀροφὴν, ὃς ἐν λειμῶνι ἐπανθεὶς, δασεῖαν ἐπανθοῦσαν ἔχει λάχνην· ὅτε καὶ ἔστιν ἀγαθὸς ἐρέφειν· ἀπ' αὐτοῦ δὲ διὰ τὴν παλαιοτάτην χρῆσιν καὶ ἁπλῶς αἱ τῶν οἰκιῶν στέγαι πᾶσαι ὄροφοι λέγονται. Et alter ille *Breviorum Scholiorum* auctor: λαχνήεντ' ὄροφον, τὸν δασύν· λέγει δὲ τὴν ἀπὸ τῆς καλάμης ὕλην, καὶ τῆς τούτων κόμης· ὄροφος γὰρ εἶδος καλάμου πρὸς ὀροφὴν ἐπιτηδείου. Ut vero στεγαστῆρα κάλαμον dixit hic, ita infra στεγαστῆρα κέραμον segm. 182. Iung.

ὅς τις ἐστι στεγαστήρ. καὶ κάλ. etc.] Non dubitavi integram MSS. lectionem in textum referre, quae oppido concinna est et elegans. de ὀρόφῳ et καλάμῳ στεγαστῆρι quaedam a me ad caput XLIII. observabuntur. *Physica*, Φυσικά. quae dicebantur fuisse controversa ex hoc *Pollucis* loco patet. et alia quoque *Aristotelea* monumenta fuerunt, quae quidam aliis adscripserunt parentibus. sic τῆς ἰατρικῆς συναγωγῆς βίβλοι nomen quidem praeferebant philosophorum principis, sed revera censebantur compositae a *Menone*, eius discipulo, quam ob causam et Μενώνεια vulgo fuerunt dicta. auctor est *Galenus*, qui idem mentionem alicubi facit τῆς τῶν Φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς a *Theophrasto* editae, quem tamen libellum ab his Physicis diversum fuisse puto, vel eorum appendicem saltim. de utroque opere videndus in *Theophrasto Meursius*. apud *Pollucem* vero scribendum quis potius existimet, Φυτικοῖς propter arborum factam hic mentionem. Φυτικὰ cum Φυσικοῖς saepe confusa, ut docet *Meursius*.

ὃν] Hoc est ὄροφον. *Iliad.* ω, 451. Seb.

ἐν δὲ 'Αριστ. ἢ Θ. Φυσικοῖς] MS. καὶ ἐν 'Αρ. Seb.

ἐν δὲ 'Αριστ. ἢ Θ. Φυσικοῖς] Sequitur in MS. καὶ ἐν 'Αριστοτέλους δὲ, ἢ Θεοφρ. Iung.

στροβίλου] C. V. στροβίλλου etc. Kuehn.

στροβίλου] MS. στροβίλλου, πιτύος. Iung.

εἴποις δ' ἂν, καὶ ὠλένας, etc.] C. A. εἴποις δ' ἂν ὠλενίδας παρωλεν. πενήκην· προκ. καὶ ὡς 'Α. περίθετον ἐργυρυάδης 'Αλκμαίων καὶ Μένανδρος ὀλυνθίαν· ita C. A. *Salmas.* εἴποις δ' ἂν καὶ ὠλενίδας ἐν τι. Α. εἰρημένας· *reliqua desunt.* Kuehn.

καὶ ὠλενίδας] Desunt in MS. *καὶ ὠλενίδας*. IUNG.

ἐν τοῖς Δημιοπράταις εἰρημένον.] C. V. *εἰρημένας*. KUEHN.

ἐν τοῖς Δημιοπράταις εἰρημένον.] Scribe, ut noster MS. abet, *ἐν τοῖς Δημιοπράτοις εἰρημένας*. IUNG.

ἐν τοῖς Δημιοπράταις] *Δημιοπράτοις* textus habet. alibi ixi. Mox erat in vulgatis *εἰρημένον· εἰρημένας* optime ISS. scilicet *πυρωλενίδας*, quas armillarum quoddam genus uisse vel ipsum nomen indicat. *Πηνήκη* scribitur et *πηνίκη* t *φενάκη* et *φέναξ*, unde *φενακίζειν*, *decipere*, ut ab altero riori *πηνικίζειν* vel *πηνηκίζειν* descendit. alibi dixisse meiini. erat autem meretricularum praecipue hoc capillitium. on raro eius facit mentionem *Lucian. Dial. Meretr.* ut *Dial.* 4. *τὴν μὲν πηνήκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς· galerum* Romani dicebant.

πηνήκην] Supra II, 50. IUNG.

περίθετον.] Supra II, 35. IUNG.

περίθετον.] Nimirum *Aristophanes περίθετον κόμην* dixerat, ut *Xenophon Cyrop.* lib. I. *κόμας προσθέτους*, quibus Medi capitis ornandi causa uti solebant. pluribus in Commentario de *Pers. Regn. Brissonius.* quin et apud *Aelian. V. H.* I. c. 26. *περίθετον δὲ εἶχε κόμην·* et alibi saepius. *Michaël Apostolius*, *Suidas* et *Etymologus* in *διαπηνικίζω πηνήκην* vel *πηνίκην* exponunt *κόμην περιθέτην*, ut ex *Amphide* et *Menandro περιθέτην* adducit *Pollux.* non tamen negligenda videtur *Falckenburgiani* Codicis lectio *περίθεσιν.* haud dispari ratione in *Glossis* veteribus extat: *Galericulum, περιθήκη. περιθήκη* et *περίθεσις* eadem sunt. an igitur haec lectio vulgatae praeponenda diliberabunt eruditi viri. *Clemens* etiam *Paedagog.* III. c. 11. *ἀλλοτρίων προσθέσεις τριχῶν* nominat. De *προκομίῳ Michaël* quo dixi loco, ad quem vide *Pantinum*, et *Suidas.*

Ἀλκμαίωνι] C. V. *Ἀλβαίωνι*. KUEHN.

Ἀλκμαίωνι] MS. *Ἀλκμαιίωνι*, et mox *ὀλύνθια*. Sed utrumque emendatum ad vulgatum modum. Sed supra II, 55. *κεφαλὴν περίθετον* ex *Aristophane* adfert, ut quidem hodieque in *Thesmophoriaz.* extare indicavi. IUNG.

171.

περὶ κλίμ. etc.] Nihil de hoc titulo habet C. A. nec Codex *Salm.* KUEHN.

σκεῦος δέ, καὶ ἡ κλ.] C. A. ita incipit: *κλίμαξ οἱ ἀναβασμοὶ* τ. κ. κ. *κλιμάκιον ἐν Ἀμειψίᾳ, κλιμακίδα. Salm.* C. *καὶ κλίμαξ· οἱ ἀναβασμοὶ* etc. KUEHN.

σκεῦος δὲ, καὶ ἡ κλ.] MS. *σκεῖος δὲ καὶ κλίμαξ· οἱ ἀναβασμοὶ τῆς κλ. κλιμακτῆρες, ὡς ἐν Ἀριστοφάνους δρ.* quam lectionem, licet parum quoad sensum referat, vulgatae tamen praeferam, nisi quod utrumque *καὶ* retineam potius, *ἀναβασμοὺς* per σ noster MS. aliquoties, nec, si bene memini, aliter. Attice nempe, ut supra retuli ad lib. IV. alicubi. *κλιμακτῆρας* quoque supra IV, 127. et VII. 113. habuisti in MS. edebatur enim antea in vulgatis hic etiam *κλιμακτῆρες* sed *κλιμακτῆρες* et ab *H. Stephano* in suo Codice factum, idemque placuisse videtur *Casaubono* nostro VII. *Athen.* 14. ubi de *Aristophanis Dramasin* agit. Iung.

σκεῦος δὲ, καὶ ἡ κλίμαξ. etc.] De scalis multa eaque non vulgaria possent notari; sed his supersedebimus hoc loco: *ἀναβασμοὶ* (sic enim MSS) *τῆς κλίμακος, κλιμακτῆρες*; de istis vide sis *Salmasium* non procul initio doctissimi Commentarii de *Annis Climactericis*. *κλίμακος ἀμείβων ξέστ' ἐπάλξεων βάθρα· Eurip. Phoen.* v. 1186. ubi *κλιμακτῆρας* intelligit. vid. *Schol.* Mox ante nos legebatur: *Ἀριστοφάνης Δράμ.* etc. MSS. ut consuevi, sequutus sum.

Δημιοπράταις, κλιμάκιον] *Δημιοπράτοις·* et *κλιμάκιον* e MS. et Not. *Sylb.* vid. et *Eustath. Odyss.* fol. 412. pr. edit. *κλιμάτιον*. Seb.

Δημιοπράταις, κλιμάκιον.] MS. noster etiam, *τοῖς Δημιοπράτοις, κλιμάκιον·* ut recte eque suo *Seberus* edidit. et *Henr. Stephani* etiam manu *κλιμάκιον* pro eo quod antea edebant, *κλιμάτιον*, repositum erat. Extat id et in *Aristophanis Εἰρήνῃ*, non longe a principio:

> *ἔπειτα λεπτὰ κλιμάκια ποιούμενος*
> *πρὸς ταῦτ' ἀνερριχᾶτ' ἂν ἐς τὸν οὐρανόν.*

id est, Q. S. *Fl. Christiano Interpr.*

> *deinde tenues scalularum machinas*
> *faciens in altum se trahebat aethera.* Iung.

ἐν δὲ Ἀμ. οἱ κλ.] C. V. *Ἀμειψίου Κοίνῳ κλ. Salmas. deest nomen fabulae. forte: ἐν δὲ Ἀμειψία Σαπφῷ κλιμακίδα.* recte legit C. *Voss. ἐν Ἀμειψίου Κοννῷ·* vid. *Athenaeum* lib. V. c. 18. ubi eandem citat fabulam. *Casaub.* autem legit *Κόννῳ*. Kuehn.

ἐν δὲ Ἀμ. οἱ κλ.] Sed iam sequitur longe corruptior locus, ubi confunditur dramatis nomen male cum nomine rei ex isto dramate promptae. Tu scribe, ut noster MS. diserte habet: *ἐν δὲ Ἀμειψίου Κοννῷ, κλιμακίδα. Amipsiae* fabula fuerit *Κοννὸς* nomine, in qua dictam habes *κλιμακίδα*

ale acceperunt viri doctiss. qui in Thesauro ex *Aristo-ane* id, uti κλιμάκιον, putarunt a *Polluce* proferri. Iung.

ἐν δὲ Ἀμειψίᾳ, ὦ κλιμακίδα.] Quanto MSS. praestantius, i servarunt ipsum fabulae titulum, ex qua vox haec κλι-κὶς est depromta: ἐν δὲ Ἀμειψίου Κοινῷ· ita et probe ·ibi *Iungermannus* putat. sed *Meursius* in *Attica Biblio-ıca* Κόννῳ restitui vult ubicunque legitur Κοινῷ, eique nsentit vir non minus eruditione quam diligentia conspi-us *Ioh. Alb. Fabricius* in *Biblioth. Graeca.* Κόννον *Ami-:ae* laudant *Athenaeus* aliique. vide *Hesych.* in Κόννου ψῆ-ν aliosque *Paroemiographos*, *Aristoph. Vesp.* et *Scholia-m.* nec dubito quin *Connus* ille *Lyristes* titulum fabulae argumentum suppeditaverit. ab eodem, credo, κοννόφρονες, φρονες· nec est, quod eruditissimi *Meursii* rationibus oppo-m; quapropter et hoc loco eam lectionem reposui. non im erit quisquam, credo, qui sibi persuadeat Κοινὸν fa-lae *Comici* huius esse nomen. alio loco hac de re accu-ius.

καὶ κύμβαλα] C. A. κύμβ. (C. V. κύμπαλα) καὶ παρδάλει λ. σανὶς λ. Kuehn.

καὶ κύμβαλα] MS. κύμπαλα. Iung.

ταῦτα εἴη. καὶ παρδάλω, etc.] MS. ταῦτα ἦν· καὶ παρδάλει· le an potius leg. παρδαλῇ, λεοντῇ· quae *Interp.* expressit. ·berus.

ταῦτα εἴη. καὶ παρδάλω, etc.] C. V. ταῦτα ἢ, καὶ παρδάλη, ὶ λεόντη, καὶ σαλίς· leg. inquit *Salm.* cuius C. παρδαλὶ, ρδαλῇ, καὶ λεοντῇ, σανίς. *Salm.* C. καὶ ταῦτα ἦν. Kuehn.

ταῦτα εἴη. καὶ παρδάλω, etc.] MS. noster ταῦτα ᾖ· καὶ ρδαλὴ, καὶ λεόντη. Sed ab alia manu repositus accentus ctior, καὶ παρδαλῇ, καὶ λεοντῇ· mihique primum legenti ι visum vulgata restituenda. quae coniectura et *Seberi* no-:i. eam quum MS. noster satis firmet, ita posthac emen-mus. supra V, 16. ubi eaedem voculae, mendum quoque accentu erat in MS. nempe λεοντὴ et παρδάλη. Iung.

ταῦτα εἴη. etc.] Mox παρδάλω καὶ λέοντι editum erat ılgo. reduxi verissimam MSS. lectionem. legendus ad *Il.* . p. 375. *Eustathius.*

καὶ σανὶς] Sequitur καὶ σανὶς· ut etiam in MS. nostro ıendatum est, quum alias σαλὶς esset. nec illud loco mo-'am facile, quamvis et huic aliquid simile inveniam apud *Hesych.* Σαλία, πλέγμα καλάθῳ ὅμοιον, ᾧ (an ὃ?) ἐπὶ τῆς κε-ιλῆς φοροῦσιν αἱ Λάκαιναι· οἱ δὲ θολία. Iung.

καὶ οἷς ἂν οἱ ὀρνιθ. etc.] *οἱ* non est in C. A. C. V. *ἐν ὀρνιθοθήρᾳ χρῶντο.* Kuehn.

καὶ οἷς ἂν οἱ ὀρνιθ. etc.] MS. *καὶ οἷς ἂν ὀρνιθοθήρᾳ χρῶντο, παγίδες, καὶ νεφέλαι, καὶ δίκτυα·* et scribe *καὶ δίκτυα.* Possent et priora ita scribi: *καὶ οἷς ἐν ὀρνιθοθήρᾳ ἐχρῶντο.* Sed non opus videtur. Iung.

π. καὶ νεφέλαι etc.] C. A. *π. νεφέλαι δίκτυα.* C. V. et *Salm.* C. *καὶ δίκτυα.* *Gl.* *Νεφέλαι, retes augurales. maculas retii* etiam dixeris Latine. caetera non sunt in C. A. Kuehn.

ἐν Ὄρνισι] MS. *Ὄρνησι.* Verba *Aristophanis* in *Ὄρνισι* sunt non longe nimis ab initio:

μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα.

Ubi *Scholiastes* adnotat *νεφέλην* etiam *εἶδος δικτύου θηρευτικοῦ* esse. Iung.

172.

περὶ πήρας, etc.] Titulus non est in C. A. Kuehn.

πηρίδιον εἴποις ἄν, etc.] *Salm.* C. *ἂν* delet. C. A. *καὶ θ. κ. θ.* Kuehn.

Σκηνὰς καταλαμβ.] MS. *καταλαβούσαις.* Seb.

Σκηνὰς καταλαμβ.] *σκηνὰς καταλαμβανούσαις* recte noster MS. ut vulgatum a *Sebero* est, quamvis ineptus quis denuo *σκηναῖς* emendarat in MS. Iung.

καὶ θύλακα καθ' Ὅμ.] Ubi hoc legatur apud *Homerum* mehercle nescio, scirem autem libens, ut *λάρνακα χρυσείην Ἰλ. ω.* et *ἀργυρέην Ἰλ. σ.* indicio indicis, quem utilissimum confecit in eum Poëtam *Seberus* noster, apud eum legi scio. Iungerm.

καὶ θύλακα etc.] MSS. in hoc loco reformando parum nos adiuvant. sic lectum fuit ante nos: *καὶ θύλακα καθ' Ὅμηρον, καὶ * οὔλακκον·* pro qua posteriori voce *θύλακον* me restituisse neminem aegre laturum existimo.

*καὶ * οὔλακκον.*] F. *θύλακον.* Seb.

*καὶ * οὔλακκον.*] C. A. *καὶ οὐλάκειον.* C. V. *οὔλακον* *Salm.* pro *οὔλακον* recte leg. *θύλακον.* Kuehn.

*καὶ * οὔλακκον.*] Quod sequitur, *καὶ οὔλακκον,* in MS uno *κ,* est, *καὶ οὔλακον.* Mihi nihil incidit, nisi quod e *Sebero* nostro, forte *θύλακον* scribendum. Iung.

καὶ θυλ. θυλακίσκιον] MS. *καὶ θυλακίσκ.* Seb.

καὶ θυλ. θυλακίσκιον] C. A. *θ. θ. κώρυκον.* C. V. *θυλακίσκον.* Kuehn.

καὶ θυλ. θυλακίσκιον] MS. *καὶ θυλακίσκον,* ut malim supra etiam *θυλακίσκον* ex *Triphalete Aristophanis* habet segm. 151. Iung.

κώρυκον, καὶ κωρύκιον, κωρ.] MS. interponit καί. Seb.

κώρυκον, καὶ κωρύκιον, κωρ.] C. A. κωρύκιον κ. βύσμα; ς Ἀριστοφάνης ὃ βύστραν Ἀναξ. κιθαρίστρια. C. V. καὶ ώρυκον, κωρυκίδα, ὡς ἐν ταῖς Ὁλκάσιν· καὶ κύσμα δ' ἄν. Uehn.

κώρυκον, καὶ κωρύκιον, κωρ.] MS. καὶ κώρυκον, καὶ κωρυκίδα, omissis καὶ κωρύκιον. Iung.

κώρυκον] In *Glossis*: κώρυκος, *pera*. magis enucleate *Hesychius*: Κώρυκος, θυλάκιον· ἔστι δὲ δερματινὸν ἀγγεῖον μοῖον ἀσκῷ· οἱ δὲ πλοῖον· οἱ δὲ λόγχην· rectissime κόγχην d *Athenaeum Casaubonus* emendavit. meminit etiam *Homer. Od. E.* et ad eum *Eustathius*. inde est γυμνάσιον διὰ κωρύκου, cuius mentionem facit et εὐτονίαν laudat *Paulus Aegin.* ib. I. c. 17. aliis, ut *Artemidoro*, θύλακος id ipsum ludendi enus appellatur. *Antiphanis* fabula Κώρυκος κύριος lauatur ab *Athenaeo*, si vera sit inscriptio, aut eius non alia orsitan ratio. Quod in *Polluce* sequitur κωρύκιον est et in *uida*: Κωρύκιον, κώρυκος, θυλάκιον, τὸ παρ' ἡμῖν βουλγίδιον πλέγμα δεκτικὸν ἄρτου. de βουλγιδίῳ inspice laboriosissimum ximii *Cangii* opus. κωρυκίδα reperies in *Epicharmi* loco egm. 179. ab eadem emanat origine κωρυκίδιον, cuius vocauli significationem a priori paullum diversam talem *Hesychius* adnotat: Κωρυκίδιον, ὅπερ οἱ τοξεύοντες δερματικὸν κοίωμα τῷ εὐωνύμῳ πήχει περιτιθέασιν. unius alteriusve vocuae translatione persanari potest hic locus: δερματινὸν κοίωμα, ὅπερ οἱ τ. etc.

Ἀριστοφάνους.] Deest Ἀριστοφάνους in MS. De *coryide* veteres παράγειν Ἀριστοφάνους χρῆσιν ταύτην scribit *Eustath.* ad Ὀδυσσ. ε. σπυρὶς οὐ μικρὰ καὶ κωρυκὶς ἢ καὶ τοὺς ὑττοντας ἐγείρει· quae forte ex Ὁλκάσιν et a *Nostro* intelecta fuere. infra quoque in *Epicharmi* χρήσει eadem vox egm. 179. ut et κώρυκοι in alia mox. Iung.

τοῦ αὐτοῦ εἰπ.] MS. τ. χρησίμων, Ἀριστοφάνους εἰπ. Iung.

γευστήριον.] στεγαστήριον, ut nunc editum mox e MS. t Not. *Syll.* tametsi MS. ibi στεγαστηρίῳ ῥόφῳ· ut dubitare ossis an verior lectio, στεγαστῆρι ὀρόφῳ. Seb.

γευστήριον.] Hoc ne sollicitandum quidem est; et errant, i qui hoc conati: βύσμα καὶ γευστήριον. *Aristophanes* enim unxit, ut ex MS. supra in ipsa χρήσει segm. 75. restitui. Ungerm.

γευστηριον.] Recte veram *Pollucis* et germanam lectioiem adseruit *Iungermannus*. ego quae hoc de loco notavi,

legere potes X, 75. ubi itidem occurrebat, sed magis plenior. De *γευστηρίῳ* vero alium hic adducam testem, qui quodcunque moveri potest litis facile decidet, et lucem insuper huic voci accendet. is est *Pherecrates* in *Tyrannide*:

εἶτα κεραμεύσαντα τοῖς ἀνδράσι ποτήρια
πλατέα, τοίχους οὐκ ἔχοντ', ἀλλ' αὐτὸ τοὔδαφος μόνον,
κοὐχὶ χωροῦντ' οὐδὲ κόγχην, ἐμφερῆ γευστηρίοις.

Ex quibus profecto clarissime perspicimus, quae fuerit huius vasculi figura, patellae scilicet simillima, lateribus destituta. locus est apud *Athen.* XI. *Βύστρα* a *βύσματι* non differt: *βύστραν ἐπιθεῖναι* nescio quo loco legerim. *βύειν*, unde voces hae deducuntur, *obdere*. *Gl. obde, βύσον.* *Hesych.* *Βύων τὰ ὦτα, ἐπιφράττων.* Vid. et *Suidam*. sic et *ἐπιβύειν*. *Hesych.* *Ἐπιβυσάτωσαν, φραξάτωσαν, φιμωσάτωσαν.* hinc *κυψελὶς ἐπιβύστρα* in *Luciani Lexiphane*, apud quem eundem *κυψελόβυστα ὦτα* et alia vox *παράβυστος*. *Antiphanis* e MSS. *χρῆσιν* auximus: *ἐκ φύλλων τινῶν* quod *τινῶν* nec non *Falkenburgii* Codex habuit. vides autem materiam *βυστρῶν* folia quaedam. huc attinere existimo haec *Hesychiana*: *Βύστραι· αἱ τῶν λαχάνων ἐνθέσεις.* proprie scilicet *opercula* non recte dicas *βύστρας* et *βύσματα*, sed materiam quandam contortam e foliis aut simili re, vel etiam quodvis ligneolum, quod foraminibus seu aperturis doliorum inseritur. *Aristophanes Amphiarao*, *βύσμα φλέων* apud *Suidam*. De *Anaxandride* vero *Comico*, cuius nomen saepius in Codicibus editis cum *Alexandride* fuit commutatum, diligentius egi ad VII, 59. in hoc autem errorem non levem *Meursius* commisit, eumque sequuti eruditissimi viri. sed hac tota de re alibi maiori cum cura disseram.

Κιθαριστρίᾳ] MS. *κιθαρίστρια.* Iung.

ἐκ φύλλων.] MS. *ἐκ φύλ. τινῶν.* Seb.

ἐκ φύλλων.] C. V. *ἐκ φύλλων τινῶν· ἀλλὰ* etc. vid. *Hesych.* in *βύστραι.* *Salmas.* *βύστράν τινα ἐκ φύλων τινῶν* ex V. C. Kuehn.

ἐκ φύλλων.] MS. auctius *φύλ. τινῶν*, ut et *Seberi*. Sic ergo particula versus fuerit:

— *βύστραν τιν' ἐκ φύλλων τινῶν.* Iung.

ἀλλὰ μὴν] C. A. *ἀλλὰ μὴν* non habet. Kuehn.

τῷ τε στεγαστηρίῳ] C. A. *τῷ δὲ στεγαστηρίῳ λ. κ. οἱ. στ. κ. ὡς Ἀριστοφάνης πόσους* etc. *καὶ αὖ ἐν κ.* etc. C. V. *τὸ στεγαστήριον ῥόφῳ* (*ὀρόφῳ*) *προσήκοιεν, καὶ αἱ στ. καὶ τὰ κ.* *Salm.*

τῷ στεγάστηρίῳ λόφῳ προσέοικεν· perperam. leg. στεγαστῆρι ὀφῳ. KUEHN.

τῷ τε στεγαστηρίῳ] Antea edebatur: τῷ τεγευστερίῳ λόφῳ οσήκειεν οἱ etc. *H. Stephanus* in suo Codice emendarat εγαστηρίῳ· *sic*, ait, στεγαστρίδα segm. 180. et προσήκοιεν. nostro MS. pessime haec reficta, τῷ στεγαστήρων ὀρόφῳ rius videtur voluisse λόφῳ) ita ut vix subluceat MS. lectio, ιae sublucet tamen et fuit haec: τὸ στεγαστήριο (quamvis deatur στεγαὐτήριον ῥόφῳ scriptum. illud ν enim nescio an recenti vel veteri manu) ῥόφῳ προσήκοιεν καὶ οἱ στρ. καὶ κ. Unde ne dubita totum locum ita emendare certo: ἀλλὰ ἦν τῷ στεγαστῆρι ὀρόφῳ προσήκοιεν καὶ οἱ στρ. dixi supra m de στεγαστῆρι καλάμῳ ad segm. 170. ubi id quoque *Polci* vindicavimus. Ceterum ne quid non indicemus, in IS. *Salmanticensi Schottus* hanc lectionem hic extare ait: λὰ μὴν ὡς στεγαστήριον ὀρόφῳ προσήκοιεν ἂν οἱ στρωτῆρες. INGERM.

τῷ τε στεγαστηρίῳ λόφῳ] Iam facile vulgata lectione ιremus, cum alia, eaque sola vera e MSS. suffici potest. ιeserunt hic eruditi viri, nec immerito. sed omnem abstert difficultatem *Iungermannus* noster perspicacissimus. Exerpta, quae *Falckenburgii* appellamus, talem exhibent loci ripturam: ἀλλὰ μὴν ὡς στεγαστήριον ὀρόφῳ προσήκειεν ἂν αὶ οἱ στρωτῆρες, καὶ τὰ καλυμμάτια· haec planissime conentiunt cum Codice *Schotti Salmanticensi*, nisi quod ibi ρσήκοιεν, quae differentia perparva est. et profecto, ubi quanam ex hoc libro lectionem *Schottus* adnotavit, eam et ab xcerptis nostris e vestigio confirmatam inveni, ut non levis ιihi suspicio oboriatur, eundem forte Codicem esse, quo *chottus* est usus, cum illo nostro, cuius Excerpta auro cona cara saepius et amplissime laudavimus. vellem sane istius odicis aliquando nobis copiam dari; nec dubito, quin lurima egregia, quae hactenus latuerunt, ex eo proferri ossent. illa vero lectio quanti sit facienda, ego quidem aud facile dixero. id tamen mihi firmiter persuadeo, nonullam eius nobis habendam esse rationem. si liceat voculam nserere, sensum ex illa scriptura non ineptum nec incomnodum apparabo: ἀλλὰ μὴν ὡς στεγαστήριον (vel στεγαστήρια) ρόφῳ προσήκει, οὕτως ἂν καὶ οἱ στρωτῆρες etc. στεγαστήριον ιuo minus dici queat, nihil impedit, ut στρωτήριον a στρωτήρ· haec tamen adeo non defendo, ut aliis etiam me potius ledam, et Codicis P. atque V. lectionem sequar, quae vere legans est et perfecta. eam tamen expolivi *Falckenburgianis*

Excerptis adiutus. *Στεγαστὴρ ὄροφος* nihil aliud ac *στεγαστὴρ κάλαμος*, quem paulo ante haec e MSS. *Pollaci* reddidimus. *Ὄροφος, κάλαμος, ᾧ στεγάζουσι. ἤδη δὲ καὶ ἡ ὀροφή*; inquit *Hesychius*. quod latius exequitur *Eustathius* ad *Homerum*, et *Schol. Eurip.* ad *Orest.* *ὄροφος λεπτὸς κάλαμος καὶ καπυρώδης εἰς ὀροφὰς ἐπιτήδειος*· nec opus est in re nota veterum compilare scrinia. Progredior ad *στρωτῆρας*, in quibus si quid fuerit obscurum, detegemus. VII, 124. ita legitur: *γύψος, κέραμος στεγαστὴρ, ἐρέψιμα ξύλα, ἃ ὁ Θουκυδίδης εἶπε τὴν ξύλωσιν*· *πηλὸς* etc. ante *πηλὸς* in vulgatis editum fuit *στεγαστὴρ*, quod ibi nos merito eiecimus, siquidem e MSS. eadem vox paulo ante *κέραμος στεγαστὴρ* fuerit reposita. sed tamen ibi cogitandum esse dixi, num aliqua possit emendatione huic voci succurri, alibique periculum me facturum esse promisi. id hic non inopportuno fiet loco. scilicet quod tum animo meo obversabatur, erant *στρωτῆρες*, qui profecto non abs re et praeter *Pollucis* propositum eo loco interponi possunt. quid enim aliud *στρωτῆρες* quam *ἐρέψιμα ξύλα?* sunt igitur asserculi, qui tegulis tectorum substernebantur. *Benedictus asserculos* exponit, *asseres* cetera *Glossaria*. varie tamen interpretati sunt vocem veteres Grammatici: audire iuvat *Etymologici* Magni parentem: *καὶ στρωτὴρ λέγεται μὲν ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸ πλέγμα τὸ ἀπὸ τῶν καπύρων εἰς σκηνὰς καὶ καλύβας πεποιημένον· οἱ δὲ ῥήτορες στρωτῆρας καλοῦσι τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δουροδόκων τιθέμενα· ἢ τὰ εἰς ὀροφὰς πεποιημένα· ἄλλοι δὲ πλέγμα λέγουσι τὸν στρωτῆρα ἀπὸ ῥάβδων εἰς ὀροφὴν πεποιημένον*· quae posteriora praecipue ad rem nostram faciunt; ex istis enim patet *στρωτῆρας* dictos esse asserculos decussatim positos, qui tectum sustineant. usum hac voce reperio *Philonem* libr. V. *Βελοποιϊκῆς* p. 87. *Edit. Paris.* *εἶτα εἰς τὰ ἀνὰ μέσον τῶν ἁψίδων διαστήματα στρωτῆρας ἐπιβάλλειν τοὺς ἰσχυροτάτους, καὶ ἄνωθεν κάλαμον, καὶ καταλείψας ὡς βέλτιστα*· pauloque post ea: *καὶ στρωτῆρας ἐπιβαλὼν κεράμωσον*· *asseres* utrobique reddidit *Interpres*. viden' igitur aut *κέραμον* vel tegulas, aut *κάλαμον* his asseribus instratum? utraque materia domos contegere solebant. *στρωτήρια* dixit *Etymologus* in *Γέῤῥα*, ut volebamus *στεγαστήρια* modo a *στεγαστὴρ* enata, et *στρωτηρίδια Hesych.* *Γεῤῥάδια, στρωτηρίδια.* De illis autem *δοκιδίοις τοῖς ἐπάνω τῶν δουροδόκων*, quae structurae loco tantum, non itidem usu ab istis asserculis, quos exposuimus, differebant, videndus et *Harpocratio*, quem *Suidas* verbo tenus exscripsit. In *Aristophanis* priori loco *ἀνδρὼν* intelligendum de andro-

tide nemo sani capitis *Iungermanno* controversum fecerit; l eum itaque modo accentum posui. alteram etiam *ῥῆσιν* ›rariorum petulantia violavit. reduxi MSS. lectionem. ɪn noluerit forsitan aliquis ad normam vulgatae scriptionis: ; *ἐν καλυμματίοις* etc. ut *ἐν καλυμματίοις* pro *καλυμματίοις* .hibitum putetur. hoc autem qualiscunque sit pretii, MSS. men adhaerere consultum duxi.

καλυμμάτια.] MS. *καὶ τὰ καλ.* Seb.

καλυμμάτια.] MS. *καὶ τὰ καλυμμάτια.* Sic et MS. *Seberi.* ·c aliter scribendum est, quo modo et praecessit *καὶ οἱ στρω-ρες.* Iung.

173.

πόσ. ἔχει στ. ἀνδρῶν οὑτοσὶ] *Salm.* pro *ἔχει* ex C. V. ıbet *ἔχεις, qui et ἀνδρῶν retinet.* alius homo doctus adscri-it: *ἀναδρῶν.* Kuehn.

πόσ. ἔχει στ. ἀνδρῶν οὑτοσὶ] MS. *ἔχεις στρ. ἀνδρώνου·* d *σ* male repetitum ab initio sequentis vocis. Ceterum pro *δρῶν* quoque *ἀνδρὼν* si mecum leges, versiculus aptum sen-m habebit, et non aliter scripsisse *Comicum* existimo:

πόσους ἔχει στρωτῆρας ἀνδρὼν οὑτοσί;

e loco enim quaerit, qui *andron* (cuius etiam supra men-› I, 79. IX, 46.) vel *andronitis* vocatur, differentiae a *gy-ıeceo* causa, quotnam is *στρωτῆρας* contineat. Eundem lo-ım *Harpocratio* intellexit, quum in *στρωτὴρ* ait, hoc no-en esse etiam *ἐν Ἀριστοφάνους Βαβυλωνίοις.* Quid vero *ρωτῆρες* vid. e *H. Steph.* in Thesauro. Iung.

ἐν καλυμματίοις] Post *ἐν* deest nomen fabulae, tollen-ımque comma post *καλυμματίοις.* *Sylb.* Seb.

ἐν καλυμματίοις] Pro *αὖ πάλιν Salmas.* C. V. *αὐπαλίως.* V. *ὡς οὐ κ. τ. ὀ. ἦ. quod domum non tegeret καλυμμα-ıις.* Kuehn.

ἐν καλυμματίοις] MS. *καὶ αὖ πάλιν, ὡς οὐ καλυμματίοις* , etc. Sic et hic elegantem versiculum restituimus:

ὡς οὐ καλυμματίοις τὸν οἶκον ἤρεφε.

.si potius tamen *ὃς οὐ καλυμ.* *Aristophanes* scripserit. ngerm.

φαίης δ' ἂν κατ' Ἀρ.] C. A. *καὶ παττάλους ἐ. κ. σ. ὑπο-h'ριον.* Kuehn.

φαίης δ' ἂν κατ' Ἀρ.] MS. *κατὰ Ἀριστ.* Iung.

σμινύδας, ἀγκαλ.] C. V. *καὶ σμ. καὶ ἀ.* C. A. *σμικύδας* ›. *Salmas.* *σμινυΐδας καὶ ἀγκαλίδας·* etc. *καὶ* semper adie-›. Kuehn.

τμικύδας, ἀγκαλ.] MS. ὑποσίδηρον, καὶ σμινύδας, καὶ ἀγκαλίδας· quasi et has quatuor voculas ex iisdem Ὀλκάσιν additae. quod credere nil absurdum forte. IUNG.

σμινύδας] καὶ interpositum e MSS. Omnia quae hic proferuntur et ego iuxta cum *Iungermanno* ex *Aristophanis* Ὀλκάσιν fabula deprompta iudico. etsi vero MSS. cum vulgatis ferme conveniant, quaedam tamen in hisce aliter atque vulgo leguntur scribenda duco. primum quidem κάτταλον ἐγκρούειν restituendum mihi videbatur, *clavos pangere*. pari modo ἐπιούρους ἐγκρούειν apud alios. ipsumque illud κάτταλον ἐγκρούειν LXX. *Interpretes* alicubi habent. dein σκύταλον mallem: σκύταλον enim alibi legisse me non memini, quanquam ea tantum de causa vocabulum illud sane non temere reiiciam, cum permulta reperiantur apud Graecos non duplicis tantum, sed et triplicis formae. dixerint igitur σκύταλον et σκυτάλην. σκύταλος autem ὑποσίδηρος vel σκύταλον ὑποσίδηρον *baculus ferreus ligno obductus*. et ita vocari dolo potuit. Vid. *Hesych.* in Δόλωνες. contra ea ἀγάλματα ὑπόξυλα, *statuas* vel *imagines ligneas auro* vel *argento illitas*, ut *Scholiastes* anonymus in *Hermogenem* exponit. ea vero qua dixi notione ὑποσίδηρος apud *Platonem* occurrit, apud quem et ὑπόχαλκος, *subaeratus*, ὑπάργυρος, ὑπόχρυσος· alibi data occasione de istis et similibus notabo. Porro σμινύδας probabili coniectura in σμινύας esse commutandas mecum cogitaveram. σμινύη satis e solo nostro *Polluce* cognosci potest: σμινύδα vero quis dixit unquam, aut quis reperit? sed, ut ingenio sum minime proclivi ad quicquam facile mutandum, quippe qui sciam ista virorum eruditorum inconsiderantia saepius bene constituta veterum auctorum loca deturpari potius quam illustrari et emendari, rationes circumspexi, si quae forsitan inveniri possent, quibus σμινύδας vindicarentur. et offerebant se certe. σμινύδιον enim unde, nisi ἀπὸ τῆς σμινύδος? ut σανὶς, σανίδος, σανίδιον, et talia infinita. porro apud *Hesychium* est Σμινὶς, σμινύη· ubi meo periculo restituas licet σμινύς. sartas itaque tectas sibi suas σμινύδας habeat *Aristophanes*.

νευρίδα, λ. π. etc.] C. A. νευρίδα καὶ λίθους πωρίνους. C. V. νεβίδα καὶ λ. πωρινοὺς καὶ κηρύκιον. πώρινος λίθος *tophus* est. *Gl.* πῶρος, ὁ λίθος, *Tofus*. Pro νεβίδα leg. νεβρίδα, *pellem hinnuli cervini*. KUEHN.

νευρίδα, λ. π. etc.] MS. νεβρίδα καὶ λίθους πωρίνους καὶ κηρύκιον· quae quoque vulgatis certe rectiora: ut haec

mnia sint *Aristophanea* e *Tagenistis*. Miseret me τοῦ κη-ύκιον, quod ita vulgo solum astat. Iunc.

νευρίδα, λ. πωρίνους. κηρ.] Arrisit veterum librorum lectio. νεβρὶς et νευρὶς propter simillimam apud recentiores Graecos pronuntiationem facile confundi potuerunt. supra iusdem modi et alia exempla adduxi. nebrida Graeci dixeunt variam *Bacchantium* vestem, unde proverbio dicitur uis νεβρίδα ἐνεῖσθαι, qui deditus est ebrietati, vel homo ertumnus et mutabili ac doloso ingenio. rem totam alibi lenissime explicui. Vides autem hic λίθους πωρίνους, qui n memoriam revocant *Pollucis* locum VII, 123. ubi cum *Autor* noster λίθον πώρινον recensebat, hunc ipsum, credo, *omici* locum in mente habuit. veteres autem πώρινον λίθον ixerunt *tophum*, πῶρον, eadem elegantia, qua *Maecenas* *pigr.* in *Horatium Iaspios lapillos* ipsos Iaspides vocavit, c mellitissimus *Anacreon* Πάρθιοι ἄνδρες pro ipsis Parthis dhibuit. *Nonnus* in *Dionysiacis* hanc dicendi concinnitaem non tam oblatam usurpasse, quam studio et data opera ptasse deprehenditur. tum post haec καὶ κηρύκιον· illa vox reliquis vulgo maiori distinctionis nota fuit separata, et litudinem suam quodammodo deplorabat: κηρύκιον vel κηκειον et *caduceus*, pacis signum, et locus, in quem praeonium facturi adscendunt. utram notionem locum hic habere dicamus? priorem omnino. vide *Hesychium*. Sed veiendum ad alteram ex *Heroïbus Aristophanis* ῥῆσιν, in qua aucis defungemur. *Hesychium* ex his *Comici* verbis recte *opingius* emaculavit: Ἀνακωδώνισον, ἀνάσεισον· et credibile t Grammaticum illum ad hunc *Aristophanis* locum respoisse. quid autem hic τῷ ῥόμβῳ facies? ego quidem opinor μβον ab *Aristophane* appellatum τὸν κώδωνα, quo moto et itato vigilias circuibant atque excitabant οἱ περίπολοι vel ριπολάρχαι· quod traditum pluribus in locis ab *Aristophanis Scholiaste* et *Hesychio* nemini humanioris ingenii latebit. rcommode igitur ῥόμβον ἀνακωδωνίζειν. Non me praeterit ium etiam ῥόμβου in sacris magicis usum esse, cum scilicet concusso devotiones faciebant, et manes ab inferis evobant. *Hesychius* inter cetera de *rhombo*: καὶ ἐν ταῖς τελεῖς δινεῖται. non diversus est ab hoc στροφαλὸς Ἑκατικὸς, ius in Chaldaeis oraculis et *Pselli* ad haec Commentariis mentio, ac de quo pererudite scripsit Britanniae non perarum decus *Seldenus* de *Dis Syror.* P. II. nec non *Meursii Lection. Theoph.* cap. III. possem ea de re pluscula rte non cuivis cognita et observata proponere; sed tem-

pori et instituto serviendum esse sentio. hac vero posteriori significatione si ῥόμβον in Comico velis interpretari, non valide obnitar, quamquam prius praeplaceat.

ἴθι δη λ. etc.] C. V. ἴθη δή· et ῥόββον C. A. *rhombum concute ut resonet*: quod fiebat in magarum incantationibus. *Hesych.* ἀνακοδίνισον male. Kuehn.

ἴθι δη λ. etc.] MS. ἴθη (sed emendatum ἴθι) δὴ λ. τ. ῥ. ἀνακωδώνησον. Sed recte vulgo, et integer est senarius:

ἴθι δὴ λαβὼν τὸν ῥέμβον ἀνακωδώνισον.

Ῥόμβου variae significationes, ut apud *Hesychium* et alios videre potes. Iung.

καὶ ὡς] καὶ abest a C. A. Kuehn.

πτωχ. βακτ.] βακτήριον πτωχικὸν, *baculus mendicorum.* Kuehn.

πτωχ. βακτ.] MS. alio ordine, βακτηρίου πτωχικοῦ. Iungerm.

πτωχικοῦ βακτηρίου.] *Falckenburgii* Excerpta: πτωχίων βακτηρίου· quod parum abest, quin pensius et praestantius vulgata lectione existimem. sanequam ipsa me formationis raritas delectat, quanquam exemplis tamen non careat; praesertim cum pleraque omnia, quae ex *Aristophane Pollux* hoc loco adfert, a communi usu sint remotiora, ut ipsum illud, quod adiacet, βακτήριον, quam βακτηρίαν magis usitate Graeci dicunt. textu tamen immutando abstinui, ne quis mihi iure merito convicium facere posset. Mox ἀντὶ καμπύλης debere legi quivis vel mediocri ingenio animadvertisset. male habuit *Iungermannum* nostrum hic locus. qui enim βακτηρία Περσὶς ἀντὶ καμπύλης usurpari potuit, cum *scipionem Persicum* alii Grammatici rectum fuisse tradant? me quidem ista difficultas primum eo impulit, ut emendare aggrederer: καὶ βακτηρία δὲ Περσὶς, ἥτις ἀντίκειται καμπύλῃ· quae mihi audacia an feliciter cesserit, non dixero. aliorum id esto iudicium. sed re tamen iterum expensa illam opinionem meam reliqui. scilicet observandum maxime insolentia ab *Onomasticographo* nostro hic esse ex *Aristophane* congesta, ut iam antea dixi; quibus omnino annumerari meretur, si βακτηρίαν Περσίδα ἀντὶ καμπύλης posuerit. haec autem *Aristophanea* esse ex eius Γήρᾳ docuerint αὐλοὶ καλάμινοι, quos itidem attulit segm. 153. De baculis interim qui erudita et rara concupiverit cognoscere, illum adire iubeo ad *Casauboni Commentarium* in *Theophr. Char.* Περὶ Ἀρεσκείας.

Περσὶς, ἀντὶ καπύλης] C. A. *περὶς*. C. V. *Πέρσης ἀντὶ αμπύλης*. leg. *Περσίς*. *Hesych*. *Περσικὰ* inter alia dici vult ρθὰς βακτηρίας, nisi ibi *μὴ* exciderit, ut notetur baculus *ncurvus*: aut *Hesych*. accipiendus de baculi parte inferiore; uae recta esse possit, summa tamen incurvata. *Salmas*. C. απήλης. Kuehn.

Περσὶς, ἀντὶ καπύλης] MS. *Πέρσης*. Sed vulgatum vi-etur rectius, non quod etiam sequitur *ἀντὶ καπύλης*· pro eo nim omnino emenda, ut MS. noster habet, *ἀντὶ καμπύλης*. ersicam itaque *βακτηρίαν* ait incurvam esse. Sed contra ab *Iesychio Περσικὰ* inter alia, *ὀρθαὶ βακτηρίαι* exponuntur.)uae inter se pugnare videntur, et explicanda sunt a *Ca-zubono* nostro, cuius de baculis, eorum forma multiplicique pud veteres usu observata dudum expectamus. Iunc.

καλαμίνους αὐλούς.] C. A. *αὐτούς*. Kuehn.

καλαμίνους αὐλούς.] *καλαμίνους αὐλοὺς* et nuper supra ̣gm. 153. nominavit. Et nescio sane quam apte hic intru-ím, nisi forte locus mutilus est vel disiectus. Iung.

τοὺς δὲ κάλους, etc.] C. A. *τὰ δὲ σχοινία καὶ κάλους* (C. . *κάλως*) *καὶ ὅπλα. ἀ. εἰ. O. δὲ ο. β. Salm*. C. *τοὺς δὲ καὶ* ς. *lege κάλως*. Kuehn.

τοὺς δὲ κάλους, etc.] MS. *κάλως*· rectum quoque.)ngerm.

τοὺς δὲ κάλους] Recte quidem; sed MSS. ratio erat ha-enda, in quibus *κάλως* Ἀττικώτερον, quod apud *Aristophanem* ccurrit non uno in loco: *πάντα κάλων σείειν* Attici plerum-ue, cum vulgo *πάντα κάλων* dici soleat. Vid. me ad segm. 53. *Ὅπλα navis armamenta* praecipue ab Ionibus dicuntur, ım ob causam apud *Herodotum* et *Hippocratem* frequenter ıeo vox occurrit. *Galeni Glossae*: *Ὅπλα, κάλοι ἀπὸ στού-ιυ* (*στύππου*) *ἢ λίνου, ἢ κανάβεως*.

Funem nauticum] *Odyss*. φ, 538.

> *κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νηὸς ἀμφιελίσσης*
> *βύβλινον*.

ıod interpretantur: *Iacebat sub porticu instrumentum navis ino inde ramis instructae Byblinum*. *Schol. Brev*. *βύβλινον*, *ινάβιον*· *οἱ δὲ τὸ ἐκ παπύρου*. Seb.

βύβλινον.] C. V. *βιβλίον*, male. Kuehn.

βύβλινον.] MS. *βίβλινον*· et sic etiam *Eustathius* vide-ır agnovisse, si recte apud eum edunt. Sed ut idem etiam onuit, et se in iis, quae ad *Περιηγητὴν* commentatus est, onuisse ait, *διφορεῖται κατὰ τὸ δίχρονον ἡ ῥηθεῖσα βύβλος*,

quemadmodum et μόλυβδος apud veteres: δηλοῖ, addit, αὐτὸ καὶ ὁ γράψας ἐν ῥητορικῷ Λεξικῷ, ὅτι βύβλινον καὶ βίβλινον δεχῶς. Locus alias *Homeri* in Ἰλ. φ. hic est:

κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης
βύβλινον, ᾧ ῥ' ἐπέδησε θύρας —. Iung.

174.

περὶ χρυσῶν. etc.] Titulus non extat in C. A. nec in *Salmasiano*. Kuehn.

καὶ χρυσ. καὶ ἀργ.] Quidam maluerunt dicere χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν κόσμον. *Casaub.* in *Athen.* lib. VI. cap. Seberus.

καὶ χρυσ. καὶ ἀργ.] C. A. ἀργ. χαλ. εἰς Ἀριστ. γ. κ. δὲ etc. ultimum καὶ χρυσώματα non adest: caeterum χρυσώματα, ἀργ. notant *aurum factum*, *argentum factum*. Dictise. *Menagius* in *Laërt.* libr. IV. pag. 178. putat hoc loco *Pollucem* falsitatis argui, quod dicit *Athenaeus* lib. VI. cap. 4. nempe quod οἱ ἑλληνίζοντες dicendum moneant ἀργυροῦν κόσμον, χρυσοῦν κόσμον, non ἀργυρώματα, χρυσώματα. sed *Pollux* falsus non est per hunc locum, ut qui nihil aliud testatur, quam χρυσώματα etc. apud idoneos extare Auctores, quibus tamen non moventur οἱ ἑλληνίζοντες ἀκριβέστεροι, ut a sententia discedant. Codex *Salmas.* καὶ ἀργ. καὶ χρυσ. Kuehn.

καὶ χρυσ. καὶ ἀργ.] MS. alio ordine, ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα. Iung.

χαλκώμασιν] Locus est non longe ab initio lib. IV. *Anabas.* de *Carduchorum* sedibus: ἦσαν δὲ καὶ χαλκώματα παμπόλλοις κατεσκευασμένα αἱ οἰκίαι. Iung.

ἐν Πελασγοῖς] C. V. ἐν Πελαργοῖς. Kuehn.

ἐν Πελασγοῖς] MS. ἐν Πελαργοῖς· et sic emenda pro vulgatis Πελασγοῖς. Citantur *Ciconiae Aristophanis* et supra VII, 105. et apud *Harpocrationem* in Οἰκίσκῳ, et apud *Athen.* lib. IX. ut etiam iam indicavit *Casaubonus* noster IX. *Animadv.* 2. Et *Scholiastes Aristophan.* in *Plut.* ubi de *Patrocle*, de eo ἐν Πελαργοῖς mentionem fieri indicat, ut et inferius idem de *Neoclide* in iisdem, et ex ea fabula versum de Ἀδμήτου λόγῳ profert ad Σφῆκας. Puto autem in verbis *Aristophanis* distincte legendum χαλκώματα, προσκεφάλαια. Addo et alium locum *Aristophanis* Σφηξίν· Ἔπειτ' ἐκεῖνο σόν τι τῶν χαλκωμάτων· Ὀροφὴν θέασαι· κρεμάδι' αὐλῆς θαυμασον. Iung.

ἐν Πελασγοῖς] Reposui MSS. lectionem Πελαργοῖς, quae Comici fabula creberrime solet a Grammaticis citari. Πελαρ-

nem vel macie corruptum et tetrum vel pauperrimum paxillo seu clavo comparare solemus; quod huic rei momentum facit. an qua probabilitatis specie nostra se coniectura commendet docti lectoris iudicium facio. Sed satis est istius rei. *Ἐν δὲ τῇ τοῦ νεῶ ποιήσει* editum fuit ante nos, cum vera sit scriptura *γοῦν*. mox *Ἀπολλόδωρος*, si MSS. obsequamur, est reiiciendus, cum illi prae se ferant *Θεόδωρος*· sed in ipsis istis Codicibus antiquis tamen vulgata lectio est in margine adnotata. et sane difficulter quis discernat, quae lectio alteri sit anteponenda. *Apollodorus* enim nobilis architectus *Adriani* Caesaris aetate viguit, cuius facit mentionem *Aelius Spartian.* in *Adriano*, ad eumque Magnus *Casaubonus* notat *Dionem* de eo multa narrare. quin etiam *Apollodori* Commentarius extat de oppugnandis urbibus, quem inter *Mechanicos* Auctores Parisiis ediderunt. *Apollodori* statuarii praestantissimi meminit etiam *Plinius* H. N. lib. XXXIV. cap. 8. sed MSS. tamen lectionem longo intervallo vulgatae antistere iudico, ut mox ostendam, cum prius observavero suaviter errasse *Iungermannum* nostrum, qui sibi persuaserit *τὴν τοῦ νεῶ ποίησιν* fabulam esse, de cuius auctore vero dubitaverit antiquitas. non ita profecto est. *Philo* et *Theodorus* architecti fuerunt celebres, qui pluribus inventis, quibus aedificandi artem auxisse narrantur, famam suam ad posteros propagarunt. *Philones* vixisse traduntur plurimi. ego Atheniensem illum nobilem architectum intelligo, cuius et *Ausonius* in *Mosella* fecit mentionem v. 302. *Non hoc spernat opus Gortynius aliger, aedis Conditor Euboïcae, casus quem fingere in auro Conantem Icarios patri pepulere dolores Non Philo Cecropius, non qui laudatus ab hoste Clara Syracosii traxit certamina belli.* Celebratissimum huius est armamentarium Athenis, quod mille capiebat naves, referente *Plinio* H. N. lib. VII, 37. hunc etiam memorat *Cicero* lib. I. de Orat. aliique. sed vide Doctiss. *Vinetum* ad *Ausonii Mosellam*. Supersunt et *Philonis* sed alterius, uti puto, *Βελοποιϊκά*· etsi enim videantur viri doctissimi in illam sententiam propendere, eundem esse hunc cum Atheniensi *Philone*, multae tamen sunt dubitandi causae, quas, ut instituti nostri rationem habeam, hic non commemorabo. *Theodorum* autem quem fuisse dicamus? apud *Pausaniam* equidem pluries memoratum invenio *Theodorum Samium*, *ὃς πρῶτος διαχέαι σίδηρον εὗρε καὶ ἀγάλματα ἀπ' αὐτοῦ πλάσαι*· inter alia *Lacon.* cap. 12. ibidem hic *Theodorus* construxisse narratur Sciadem, locum in quo Lacedaemonii comitia habebant,

quamvis alibi adfirmet *Pausanias*, nullum huius *Theodori* opus ex aere factum sibi unquam fuisse visum. Plastices inventor *Plinio* traditur, cuius haec sunt H. N. XXXV. c. 12. verba: *sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhoecum et Theodorum tradant multo ante Battiadas Corintho pulsos*: hinc quoque Samo *Theodorum* hunc oriundum fuisse non obscure constat. Hunc tamen plastices repertorem Milesium esse prodidit *Athenagoras*. sed ut *Theodorum* nostrum *Samium* penitius cognoscas, erudite lector, binos eiusdem *Plinii* adferre locos lubet, eosque inter sese comparare, si forte possint industria nostra resplendescere. primus est lib. XXXIV. c. 8. *Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit praeter similitudinem mirabilem fama magnae subtilitatis celebratus*. alter libr. XXXVI. cap. 15. de labyrintho Lemnio. *Architecti illum fecere Zmilus, et Rholus et Theodorus indigena*. Scribendum in hoc loco *Zmilis*, cuius et apud *Pausaniam* aliosque mentio. tum *Rhoecus*. vidimus enim et supra *Rhoecum Theodoro* iunxisse *Plinium*. *Rhoecum Theodori* parentem dixit *Diodorus Siculus*, a quo *Pausanias* dissentit, ut observat *Dalechampius* ad *Plin.* XXXV, 12. Sed hic qui possit ab errore *Plinius* excusari non video. cum enim de Lemnio labyrintho agat, *Theodorum* indigenam hoc opus fecisse ait. *Theodorus* certe Lemnius non erat, sed, ut multis probatum, Samius. priori loco Sami labyrinthum condidisse refert. de Samio labyrintho nihil quidem iam succurrit; cogitabam itaque: *Theodorus, qui labyrinthum fecit, Samius*. vel: *qui labyrinthum fecit Lemni, Samius*. nisi quis maluerit illam varietatem ex diversis auctoribus, quibus *Plinius* usus fuit, ortam esse. rem alii considerabunt attentius, et si quid supersit tenebrarum discutient. nobis ad *Pollucem* est redeundum. Opus autem ἡ τοῦ νεὼ ποίησις an continuerit structuram alicuius templi, an vero normam et rationem excitandi fani, non ego nec quisquam alius facile affirmet; ne tamen nihil hac de re sciamus, facit *Vitruvius Prol.* libr. VII. *Postea Silenus*, inquit, *de symmetriis Doricorum edidit volumen; de aede Iunonis, quae est Sami, Dorica Theodorus*. sane hic ipse liber ἡ τοῦ νεὼ ποίησις dici potuit, quod nemo diffitebitur. sed et *Philonem* eo ipso loco scripsisse narrat *de aedium sacrarum symmetriis, et armamentario quod fuerat* (credo legendum *fecerat*) *in Pyraei portu*. qui vero praecise fuerit liber, de quo *Theodori* esset an *Philonis* dubitatum est, nostrum non est pronunciare. In loco *Theodori* seu *Philonis*

'eddidi cum MSS. *Κυνδάλους δὲ ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον·* alibi]uid *ζυγὸν* in re tectonica dicatur, forsitan exponam; eam amen suspicionem benivolum lectorem celare nequeo, quam le hoc loco concepi; scilicet numerum clavorum excidisse ıugurabar, sed facili tamen negotio hoc pacto restituendum: *Κυνδάλους δὲ ε* (id est, *πέντε*) *ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον·* praeceptum :nim hic locus continet; si placeat haec coniectura nostra, ıperae tulimus pretium.

ἐν δὲ τῇ τοῦ νεὼ π.] MS. *ἐν γοῦν τῇ τ.* Seb.

ἐν δὲ τῇ τοῦ νεὼ π.] C. V. *νεῶ·* templi delineationem composuerunt Architecti vel *Philo* vel *Theodorus* vel *Apollodorus*. .uehn.

ἐν δὲ τῇ τοῦ νεὼ π.] MS. *ἐν γ' οὖν τ. τοῦ νεῶ·* et *Seberi* ostri MS. *ἐν γοῦν*. Iung.

ἢ Ἀπολλόδωρος] C. V. *Θεόδωρος*. Kuehn.

ἢ Ἀπολλόδωρος] MS. *ποιήσει, ἣν ἢ Φίλων, ἢ Θεόδωρος υνέθηκε.* Et ad oram a manu mustea: *ἄλλως, Ἀπολλόδωρος*. xaminent itaque viri docti, quis hic *Comicus* fuerit, cui raeter *Philonem ἡ τοῦ νεῶ ποίησις* tribuitur, *Theodorus* an *lpollodorus*. Iung.

κινδάλους γὰρ ἐχ.] MS. *κυνδάλους·* vid. supra IX, 120. ;eber.

κινδάλους γὰρ ἐχ.] C. V. *κυνδ. δὲ ἐ.* etc. Kuehn.

κινδάλους γὰρ ἐχ.] MS. *κυνδάλους δὲ ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον.* *Seberi* MS. etiam hic *κυνδάλους* habet, ut etiem ante scriındum diximus. Iung.

φαίοις] C. V. *φαίης*, quod melius est. Kuehn.

φαίοις] MS. *φαίης δ' ἂν* etc. et sic emenda. Iung.

φαίοις δ' ἂν] *φαίης* MSS. uti mox *οἷον* pro *ἢ*, quod non epte ad sensum textui *Seberus* inseruerat. In ultimo capite ›dicum scripturam, adsentiente *Iungermanno*, adscivi.

ἢ πλίθον] Pro *ἢ* C. V. *οἷον*. Kuehn.

ἢ πλίθον] MS. noster, *καὶ ἐπίθεμα οἷον πλίθον ἢ λ. ἢ φ.* ae lectio planior, et restitui tuto possit. nisi quod *ἐπίθεμα* 'e *ἐπίθημα*, cuius *χρῆσις* subiicitur, scribas, perinde esse to, idque et supra variavit alicubi. Iung.

ἐν γοῦν] MS. *ἐν γ' οὖν*. Iung.

Εἰρήνῃ γέγρ.] Absunt a C. A. Kuehn.

τὴν δὲ ἀσπίδα etc.] C. V. pro *τὴν δὲ* leg. *τὴν γοῦν*. post C. A. *ἐπίθεμα*, et non habet *εὐθέως*. Kuehn.

τὴν δὲ ἀσπίδα etc.] In verbis *Aristophanis* MS. *τὴν γοῦν* τ. et *ἐπίθημα* ut vulgo est. ea hodie in *Aristophanis Εἰρήνῃ* i non puto. Iung.

"Ομηρος δ' ἔφη etc.] *Odyss.* ι. 314. Sex.

"Ομηρος δ' ἔφη etc.] C. A. "Ομηρος, ὡς εἴτε φαρέτρη ... ἐπιθείης· quod verbum C. V. omittit. Kuehn.

"Ομηρος δ' ἔφη etc.] MS. "Ομ. δὲ ἔφη, ὡς εἴτε φαρέτρη πῶμα· omisso ἐπιθείης. Et bene φαρέτρῃ· emendaque — ὡς εἴτε φαρέτρῳ πῶμ' ἐπιθείη· verba enim *Homeri Odyss.* ι. sic de *Polyphemo*:

δειπνήσας δ' ἄντρου ἐξήλασε πίονα μῆλα
ῥηϊδίως ἀφελὼν θυρεὸν μέγαν· αὐτὰρ ἔπειτα
ἂψ ἐπέθηκ' ὡς εἴτε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη. Iung.

189.

περὶ κοροπλ. etc.] Titulus non extat in C. A. nec in *Salmasiano*. Kuehn.

τὸ μὲν δὴ ξ. εἰς ὃ πλέκ. * τὸ πῖλον] Leg. εἰς ὃ πλάττουσι τὸν πηλόν. Sex.

τὸ μὲν δὴ ξ. εἰς ὃ πλέκ. * τὸ πῖλον] C. A. τὸ ξύλον ... etc. C. V. ᾧ περιπλάττουσι τὸν πηλὸν οἱ κοροπλάθοι, κάν... etc. *Dio aurei oris*. οἱ κοροπλάθοι τύπον τινὰ παρέχοντες, ὅταν ἂν πηλὸν εἰς τοῦτον ἐμβάλλωσιν, ὅμοιον τῷ τύπῳ τὸ εἶδος ἀπο... λοῦσι.' Kuehn.

τὸ μὲν δὴ ξ. εἰς ὃ πλέκ. * τὸ πῖλον] MS. noster ξύλον περιπλάττουσιν τὸν πηλὸν οἱ κοροπλάθοι, κάναβος καλ. et ad ... ab alia manu: ἄλλως ᾧ πλέκουσι τὸν πιλόν. Tu priorem lectionem, quam in nostro MS. esse dixi, (nisi quod παρά... habeat) ita reponere non dubitabis. Eadem prorsus *Hesychius*: Κάναβοι, τὰ ξύλα, περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν π... τιθέασιν· ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται. Vid. et *Leopardus* XI. Em. 8. istud πλέκουσιν vulgatum mendosum esse, emendareque iubet: εἰς ὃ πλάττουσιν τὸν πηλόν· sed ... nostri lectio recte habet. confirmat insuper hanc lectionem quam restitui iussi ipse *Polluci* supra VII, 164. ubi etiam ... ρόπλάθος, τῶν δὲ κοροπλάθων· et mox περὶ ὃ δὲ οἱ τοὺς π... (sic ibi MS.) πλάττοντες τὸν πηλὸν περιτιθέντες πλάττουσι ... το τὸ ξυλήφιον κάναβος καλεῖται· πηλὸς variis δημιουργοῖς serviebat, unde apud *Platonem Theaeteto*: πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν. ...

τὸ μὲν δὴ ξύλον, etc.] Viri naris emunctioris iam dudum absque MSS. naevos loci deprehenderant eosque eluere tentaverant. quin etiam noster *Interpres*, in eum enim forte fortuna oculus delabitur, videtur quoque mendum in hoc loco detexisse, cui ille pro viribus in sua versione suppetias ... sed non ignorant exercitati in legendis veterum scriptis ... quanti sit aestimanda quae sine MSS. bonis auctoribus ...

mpenditur. fieri enim non potest non, ut solis nixi conie-
:turis etsi verisimillimis saepissime labamur. hoc illi lucide
unt experti, qui ad *Aristarchi* lucernam in poliendis anti-
quorum et evolvendis chartis lucubrant. Veterem scripturam
epraesentare non erit inutile: τὸ μὲν δὴ ξύλον, εἰς ὃ πλέκου-
ι τὸ * πῖλον οἱ κοροπλάθαι, κάνναβος καλεῖται· et paulo post
:άνναβον καλεῖ· sed MSS. et *Hesychius* κάναβος, quorum au-
:toritati me dedidi lubens, quanquam et alias viri summi
Scaliger et *Salmasius* κάνναβον scribere ament. κίνναβος apud
Suidam suo ordine legitur: Κίνναβος, inquit, τὸ εἴδωλον, πρὸς
ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ
γράφοντες. Ἀριστοφάνης καὶ ἄλλοι πολλοί· ex quibus multis
oppido pauci sane supersunt. eadem ferme leges in Ἀπ' ἀκρο-
φυσίων λόγους ἐνδεικνύναι· sed ibi posterior *Aristophanis* ver-
us ita scribendus, Πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων, καὶ ἀπὸ κινναβευμάτων·
metri causa. non dubitabile est κίνναβον hunc *Suidae* eundem
sse omnino cum κανάβῳ, etsi parumper in vocis interpreta-
ione a se mutuo discedant. sed illud tanti non est ponderis,
ut nos morari debeat: κάναβος enim, cui lutum circumdabant
ictores, vere εἴδωλον quoddam et imaguncula erat. non dee-
it fortasse, qui *Suidam* hic suspectum habeat. et quidni po-
uerit hic ipsi contingere quod aliis pluribus in locis, ut,
lum vitioso utitur codice, malam Lexico scripturam inserue-
it eamque non recte sit interpretatus. probum itaque quis
:redat κάνναβον vel κάναβον et καναβεύματα· unde eleganter
:t *Comice* ῥήματα ἀπὸ καναβευμάτων· sed hoc quodcunque
sequi lectoris arbitrio permitto, qui mea, si meliora dederit,
ier me licet refigat. De nostri vero *Pollucis* loco luculen-
er egit Vir Illustriss. *Ezech. Spanhemius* ad *Iuliani Caesares*
pag. 441. ubi sic locum constituit e C. *Vossiano*, ut nos
:mendavimus. Romanis autem *stipites* et *stipae* dicebantur
:άναβοι, ut cognoscere potes e *Festo* in *Stipatores*, ad quem
ocum videndus Illustr. *Scaliger*, qui κάνναβον a Graecis no-
ninari inquit. Κοροπλάθης, quantum memini, non usitari
olet. itaque κοροπλάθοι, ut et Illustriss. *Spanhemius*: κορο-
:λάστης in *Iuliani Caesaribus* extat, quod ipsum tamen purio-
is Atticismi doctores *Thomas* aliique damnant. a quo primum
iaec ars sit reperta invenies apud *Athenagoram* pro Christianis:
Ἀπὸ δὲ τῆς Κόρης ἡ κοροπλαστικὴ εὑρέθη· ubi porro historiolam
enarrat istius inventionis lectu iucundam, virginem scilicet
stam amore iuvenis alicuius correptam, figuram illius dormien-
is adumbrasse in pariete, cuius pulchra et mirabili similitudine
captus pater Corae, ducta in pariete lineamenta excavavit,

lutoque opplevit, imo vero, quod magis est, istius operis exemplar etiam tunc sua aetate Corinthi adservari tradit. sed praetermittendum non est, *Suffridum Petri* in MS. Codice legisse χοροπλαθική, idque alteri praeferre; a qua quidem sententia non sim alienus. nescio tamen, an et alterum omnino sit emovendum et damnandum, siquidem et ἀνδριαντοπλάστης et similia dicantur; praecipue vero, quia nec castissimi scriptores voce χοροπλάστης uti erubuerunt, quod nimis forte morose *Thomas* cum aliis improbavit. *Phrynichus* sane qui exactissimus Atticae phraseos censor huius ne verbo quidem meminit. praeterea videntur veteres *Grammatici* censuisse non omnino similem esse significationem χοροπλάστου et κοροπλάθου, qua de re legi possunt quae *Etymologici Magni* pater adnotavit. distinxit autem superiori loco *Athenagoras* κοροπλαστικὴν et πλαστικὴν, cuius artis incunabula fovisse scribit *Theodorum Milesium*. sed alii tamen illam differitatem neglexerunt, *Lucianus* in *Prometheus es in verbis*: καὶ τὸ μὲν ὅλον ἐν πηλῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ πλαστικὴ κατὰ ταῦτα τοῖς κοροπλάθοις· iidem etiam in facetissimi et bene Graeci hominis *Lexiphane* πηλοπλάθοι. sed longius nos avertit huius vocabuli cura. redeundum ad *Pollucem*. Fere fueram oblitus monuisse in Excerptis *Falckenburgianis* pro ξύλον legi πήλον. Opportune vero et facete *Strattis* Sannyrionem macie confectum et extenuatum κάναβον appellavit; simili modo κυνδάλου, ut supra notabam, et ὑπέρου γυμνότερος· quae possent conferri, si ista res ageretur. De *Strattidis* actoris fabulis, et inter eas de *Cinesia*, erudite disputavit et luculenter Vir Summus *Is. Casaubonus* ad *Athenaeum*. alibi ea quoque dixisse quaedam memini. fabulam autem hanc inprimis a *Strattide* compositam fuisse, ut *Cinesiae* impietatem et scelestissimos mores vivide depingeret expressis verbis docet *Harpocratio*, et pluribus *Athenaeus* lib. XII. sed, ut fieri solet, omnia *Strattis* corripuit ad invidiam *Cinesiae* faciendam. corporis igitur tenuitatem et macilentiam sugillavit aliosque insuper ea occasione adiecit, qui simili de causa in vulgus erant cogniti: *Sannyrionem* eorum in numero recensuit et *Aelianus* H. V. lib. X. c. 6. Ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητής, καὶ Μέλιτος ὁ τραγῳδίας ποιητής καὶ Κινησίας κυκλίων χορῶν etc. oculos autem, cum haec scriberet, *Aelianus* coniecit in *Aristophanem*, qui eodem ordine numerum horum gracilium in fabula *Gerytade* exposuit, ut ex *Athenaeo* liquet. sed et aliis hac eadem de re notatum video. Tum quam inepte publicabatur αὐτὸ δὲ τὸ ξύλον· lectionem

nobis restitutam ferme sic etiam habet Codex *Falkenburgii*, πίλινον, et calculo suo comprobavit dicto loco *Spanhemius*, qui praeterea adfert *Demosthenis* verba e *Philipp.* I. ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους· quae et mihi excerpseram. Ita *Noster* VII, 164. περὶ δὲ ὃ οἱ τοὺς πηλίνους πλάττοντες etc. Ibi profecto melius reduxissem istam MSS. lectionem, vulgata tamen scriptio componenda cum *Festo* in *Stipatores*. Hic vero non praetereunda censeo etiam haec *Hesychii*: Κανάβιος πηρός, ᾧ χρῶνται οἱ ἀνδριαντοποιοὶ πρὸς πλάσιν· siquidem mihi persuadeam, vocem illam a κάναβος esse derivatam. Paulo post ἐναπολείπεται, probante *Iungermanno*, longe magis idoneum est ad sententiam.

κοροπλάθαι] Ita et MS. *Sylb.* κοροπλάθοι fecit in libro suo, quomodo est et apud *Suid.* qui sic vocari ait τοὺς ἐκ πηλοῦ τινος, ἢ κηροῦ, ἢ τοιαύτης τινὸς ὕλης πλάττοντας κόρας, ἢ οὔρους. Seb.

κάνναβος καλεῖται] MS. κάναβ. ut supra etiam editum VII, 72. 94. 164. *Hesych.* Κάναβοι, τὰ ξύλα περὶ ἃ τὸ πρῶτον ἡ πλάσται (iidem praeced. ibi versu ἀνδριαντοποιοὶ) τὸν κηρὸν τιθέασιν· ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται. Seb.

κάνναβος καλεῖται] *Suid.* κίνναβος in ἀπ' ἀκροφυσίων καλεῖται non habet C. A. Kuehn.

Στράττις ἐν τῷ Κινησίᾳ] C. A. Στράτις omisso ἐν Κινησίᾳ. Interpr. *in venatione*, ac si legisset Κυνηγεσίᾳ· rectius lib. V. c. 23. sect. 2. *Strattis in Cinesia*. nempe *Cinesiae* Poetae Dithyrambici corpusculum macie enectum et plane iunceum Comico sale saepius defricatum est. *Aristoph.* in *Ranis*:

> εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ
> αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.
> *Si Cleocritum Cinesia alatum dares,*
> *tolleret aura eum maris super aequora.*

Ibi eundem φιλύρινον, *tiliaceum*, vocat *Plato Comicus* apud *Galenum* VII. *Hypomnem.* in *Aphoris. Hippocrat.*

> — μετὰ ταῦτα δὲ
> Εὐαγόρου ὁ παῖς ἐκ πλευρίτιδος Κινησίας,
> σκελετός, ἄπυγος, καλάμινα σκέλη φορῶν,
> φθόης προφήτης, ἐσχάρας κεκαυμένος
> πλείστας ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι.
> — *postea vero* (*prodibat*)
> *Evagorae natus ex pleuritide Cinesias*
> *aridus, sine pure, crura arundinea ferens,*

tabis propheta, crustis ustulatus quam plurimis ab Euryphonte medico totum per corpusculum. KUEHN.

κάνναβον] *Hesych.* οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται lib. II. *Epigram. Graec.* σῶμα τὸ κανναβινον· *corpus cannabinum*: id est, *gracillimum, tenuissimum.* conf. *Aelian.* V. H. libr. X. cap. 6. *Scholia Aristoph.* KUEHN.

κάνναβον] MS. *κάναβον* iterum uno ν, quomodo scribere debes. et *canabos* haec excerpens habet et *Coel. Rhodiginus* VIII. *Antiq. Lect.* 19. ubi tamen crasse labitur, explicans *canabum exile lignum pileorum textrinae accommodatum.* scilicet vitiosa lectio ei lapsui causam dedit, quod de pileis hic loquatur, cum de luto vel terra sigillata Nouus agat. IUNG.

αὐτὸ δὲ τὸ πῖλον] MS. *αὐτὸς δὲ ὁ πηλὸς. ὃς περ.* SEB.

αὐτὸ δὲ τὸ πῖλον] C. V. *πήλινον*· post C. A. *ὅπερ* εἴληφε etc. KUEHN.

αὐτὸ δὲ τὸ πῖλον] Iterum male *πῖλον*. *Leopardus* emendat: *αὐτὸς δὲ ὁ πηλὸς ὃς περιείλ.* sed non erat tanta mutatione opus, si sequamur nostri MS. scripturam, quae haec est *αὐτὸ δὲ τὸ πήλινον, ὃ περιείληφε* etc. et tutius sequamur credo, tantum est in bonum Codicem incidisse. IUNG.

ἐναπείληπται] MS. *ἐναπολείπεται.* SEB.

ἐναπείληπται] C. V. *ἐναπολείπεται.* KUEHN.

ἐναπείληπται] MS. tam noster quam *Seberi* ἐναπολείπεται, quibus accedit et *Salmanticensis*, adnotante *Schotto*. Et sensus cogat nos hoc ut aptius vulgato *ἐναπείληπται* retinere. IUNG.

* *μίλιγδος κ.*] *Λίγδος*· *Leopard.* Emend. lib. XI. cap. ubi et ex *Ael. Dionys.* affertur: *λίγδος, χωνός τρήματα ἔχων συνεχῆ*· vid. *Eustath. Iliad.* fol. 1314. item *Hesych.* MS. similiter editis, nisi quod *πίλινον* est pro *πῖλον*. SEB.

* *μίλιγδος κ.*] C. V. *μήλιγδος κ.* sequitur haec nota μίλιγδος a *μηλίζω*, *propter luteum colorem, ut puto, dicta.* vel *videtur legendum λίγδος· vid. Eustath. φ. Ἰλ.* p. 1314. hactenus nota *Vossiana*: sed senarius *Sophoclis*, qui statim sequitur, docet integram vocem *μίλιγδος* esse, et per *ἀφαίρεσιν* λίγδος. *Salmas.* C. V. *λίγδος* habuit. KUEHN.

* *μίλιγδος κ.*] MS. *μήλιγδος καλ.* infra tamen etiam μίλιγδος habet, ut vulgo est. *Leopardus λίγδος* ait esse emendandum ex *Ael. Dionysio*, nosterque *Seberus Hesychium* et *Eustathium* videndum esse ait. Et sane illi aperte hoc λίγδον vocant. Nescio itaque quid agam, quum alterum μίλιγδον tam constanter MS. noster retineat. Et in versu *Sophoclis*

quem statim indicabo, id quoque non facile in λίγδος mutetur. Iung.

* μίλιγδος] Eratne igitur in extremo opere cum loco tam molesto confligendum? *Seberus* stellulam huic vocabulo non sine ratione praefixerat, ac si vitiosum esset vel obscurum. MSS. tamen μίλιγδος et μήλιγδος constanter vindicant. analogiam et formandi rationem si consultum eas, nihil ab ea, credo, praesidii huic voci invenies. sed ulterius est progrediendum, priusquam certi quid hac de re statui possit. *Sophocles* ἐν *Αἰχμαλώτοισιν*. *Salmasius* et *Meursius* in *Sophocle* suo existimarunt *Αἰχμαλωτίσι* debere reponi, contra quos sensit *Casaubonus*, et rectissime, ut iam e MSS. discimus, qui expresse *Αἰχμαλώτοις*· sed in *Tragici* loco mirum in modum se viri eruditi torserunt. ad textum quod attinet, Codicis *Palatini*, qui omnium nostrorum est fidelissimus, integram lectionem reduxi: ita defoedatam, inquis, et inexplicabilem? imo vero. praestat enim MSS. vel maculosam lectionem in textu conspici, quam longe corruptiorem vulgatam retineri, huic autem χρήσει operam non translatitiam navavit *Kuehnius* noster, in cuius opinione unus et alter forte acquiescet. non itidem ego tamen, cui illud ὀμματεῖν etsi ingeniose erutum oculos pungit. ὀμματεῖν enim vel ὀμματεῖσθαι, si sequimur *Hesychium*, qui hic omnino audiendus, est oculorum damnum pati, quod qui possit probe ad hunc locum accommodari non video. sensus enim loci talis esse proculdubio debet, *clypeus crebris perforatus est telis, tanquam ligdus*: itaque superius monuit: καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐναπολείπεται· ut scilicet clarior hinc *Sophoclis* loco lux affulgeret. praeterea si vel maxime probari posset ὀμματεῖν significare *crebros habere oculos*, illam tamen loquendi formam ἀσπὶς πυκν' ὀμματεῖ tam enormem esse et inscitam nemo non animadvertit, ut *Sophocli*, Poetae politissimo et exacto, adfingi non debeat. Codex *Vossianus* literis claris ημίλιγδος· quod *Kuehnius* noster dum nimis opere ad finem vergente festinat, non fideliter expressit. Eo iam me devenisse sentio, ut de hoc loco quis animi mei sensus sit aperiendum videam. id autem a me quam brevissime fiet ea ratione eaque modestia, qua me semper usum fuisse confido. Primum itaque seu μίλιγδος seu μήλιγδος vocem nauci non esse existimo. quanquam enim pro hac lectione MSS. stent, saepius tamen professus sum eorum tam superstitiose rationem non esse habendam, ut rationibus etiam validissimis anteponi debeant. quod *Excerptis* V. C. adscriptum est: μή-

λιγδὸς a *μηλίζω* propter luteum colorem, ut puto, dicta; tam... non est, ut animum eo attendere operae sit pretium. nec enim quis *μηλίζω* dixerit sed *μηλίζω*· quod ipsum etsi non indecore fieri posset, nulla tamen auctoritate vocabulum hoc munitum est: omnibus enim aeque est ignota *μηλιγδὸς* et *μίλιγδος*· cum tamen *λίγδος* hac in notione ab *Hesychio*, *Eustathio* aliisque adnotetur, et iam, spero, vi... fontem monstrabimus. In *Sophoclis* versiculo bene est quod *λίγδος* reposuerit *Kuehnius*, ipseque huic eruditissimi vi... opinioni iam nunc accedo lubens. sed illud *ἡμῖν* a versiculi debito pede et modulo refutatur vel nobis tacentibus. ... me satisfacturum puto et sententiae et versuum legi, si ... posuerim:

ἀσπὶς μὲν ἡμῖν λίγδος εἰς κυκνὸν πατεῖ.

Inde enatum est *ἡμίλιγδος*· eadem corruptela Codicis *Falkenburgiani* fragmentum invasit aegre. 76. *ἡμισκάφη* ... *ἡμῖν σκάφη*· sic enim ibi legendum firmissime mihi persuadeo. illud *ἡμίλιγδος* librarius, ut error errorem parit, credidit esse *ἡμίλιγδος*, quod, ne *Pollucis* lectio videretur dissentire versiculo *Sophocleo*, etiam *Auctori* nostro pro *λίγδος* restituit exscriptorum inscitia: hanc esse huius erroris originem plane non dubito. Sed altera *Sophoclei* carminis pars ... danda superest, *κυκνὸν πατεῖ*· de *Kuehnii* coniectura ... mihi visum sit exposui supra. sed inquis, an aliud aliquid in promtu, quod melius sit? non enim est, ut aequum ... lectorem speremus, si quaevis aliorum dicta cum super... reiiciantur. equidem non diffiteor, eum forte versiculi ... morbum esse, qui medicum me longe peritiorem requirat. ... illum sapientissimum et esse et haberi, qui miscuit utile dulci, vetus est *Horatii* dictum. ubi itaque nullam utilitatem purgato *Tragici* versu lectori adferre possum, id fortasse nugis meis consequar, ut eum aliqua saltim delectatione ... voluptate perfundam. nemini non notum esse potest, plurimam Romanae linguae partem originem suam Graeciae ... ferre acceptam. itidem haud opus esse confido, ut ... ostendam apud veteres Tragicos, *Aeschylum* praecipue et *Sophoclem*, multas inveniri voces, quae alibi auctorum frustra quaerantur. inter eas pace tua reponam *πατεῖν*· notio popularis et obvia est *calcare*: altera quae hic locum habere queat ex lingua Latina derivanda venit. *patere* enim et *patulus* usus sunt tam frequentis, ut ea de re nemo ... possit. nec deerit alius etiam color, quo haec suspicio ... commendetur. ab illo *πατέω* vel *πατάω* (diversam enim ...

iugandi formam habuisse veteres in uno eodemque verbo supra multis alicubi exemplis confirmavi) *πατάνη*, quam *patinam* Romani vocant, descendere videtur. *patina* certe nomen invenit a patula, quam habet, figura. praeterea *πετάω*, et *πετάννυμι*, *extendo*, *expando*, familiari commutatione *α* in *ε*, versaque in activam, ut aiunt, significatione neutra. sic itaque a *πατεῖν* vel *πατᾶν*, *patere*, ut a *σιγᾶν*, *σιλᾶν*, *σιλεῖν*, *silere*, *λαθεῖν*, *latere* etc. hoc si quis mihi concedat, iam sponte nativus versiculi sensus patebit: *multis foraminibus patet*. haec autem qualiacunque nolim, ut quis maioris pretii faciat quam ipse ego, qui forsitan his scribendis nihil aliud quam chartam perdidi. Iam totus *Pollucis* locus sic ex opinione nostra refingendus est: *καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐναπολείπεται, λίγδος καλεῖται· ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη ἐν Αἰχμαλώτοις·*

ἀσπὶς μὲν ἡμῖν, λίγδος ὣς, πυκνὸν πατεῖ.

De significatione vocis qui praeter *Pollucem* videri possint, iam indicarunt eruditi viri. res est tamen intricata, si quis inter se loca componat. quanquam vero animus non est in eam me disputationem demittere, apponere tamen lubet *Eustathii* verba ad *Odyss. X.* *ἴσως δὲ ἐκ τοιούτου τινὸς τρόπου καὶ λίγδος παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ ὁ χῶνος, περὶ οὗ ἐν ἑτέρῳ Ῥητορικῷ Λεξικῷ γράφεται καὶ ὅτι λίγδος χωνεία, ἀλοιφή· καὶ λίγδοι, χωνευτήρια, χόανα, νομισμάτων διατυπώσεις·* ego, qui *λίγδος* exponi possit *ἀλοιφή*, neque enim ignorantiam meam diffiteri velim, plane non capio. nec etiam *Hesychium* tale quid habere video. et profecto ab aliquo iam tempore in istis citationibus suspectum habui *Eustathium*, tanquam si ex memoriae penu nimis multa depromserit ipsis scriptoribus non inspectis, aut saltim vitiosis usus fuerit exemplaribus. est ubi in hisce Notis nostris istius rei specimina produxi, alibi forsan ea de re latius acturus. interim eruditi viri rem perpendant. *Hesychius* de *λίγδῳ*, *Λίγδος*, *τόπος χοάνης καὶ ἡ θυεία καὶ ἐν ῇ χωνεύουσιν·* quae sic ego scripserim, adscitis etiam, quae placuerunt, aliorum emendationibus: *Λίγδος*, *τύπος*, *χοάνη*, *ἐν ῇ χωνεύουσιν*, *καὶ ἡ θυεία·* de *τύπῳ* et *χοάνη* res est certissima. *mortarium* ita appellatum non negaverim quidem. sed errasse si quis *Hesychium* statuat ex similitudine *λίγδου* et *ἴγδης* vel *ἴγδιος*, de quo vocabulo supra a nobis est actum, ego non valde obnitar. alter *Hesychii* locus sic est: *Λίγδα. ἡ ἀκόνη καὶ ἡ κονία·* pro *ἀκόνη* *Salmasius*, qui diligentissimam *Lexici* huius auctori praestitit operam, *χοάνη* legit, quod non respuo. sed quid fiet altera voce? restituendum opinor *χωνεία* ex *Eustathio*; aut, si medelam au-

daciorem adhibere liceat, sic omnia lego: *Λίγδα, αἱ χοάναι, καὶ τὰ χωνεῖα· λίγδος* et *λίγδον*· talia sunt plurima. *Hesych.* *Χωνευτήριον, χωνεῖον*· quam facile haec menda se potuerit insinuare, quisque rei *Criticae* peritus animadvertit. Idem *Lexicographus*: *Λιγδοῦ χοάνη· οἱ δὲ τὰ λίκνα τῶν ἀργυρίων.* assentior viris doctis, qui refingunt: *Λίγδοι, χοάναι* etc. sed nolim exponi, quae sint *λίκνα ἀργυρίων*. in *Eustathio* legebamus *μισμάτων διατύπωσις*. Id tandem ex re obscurissima certum est *λίγδον* significare *formam*, in qua cera includitur, ut imaginis figuram induat, *conflatorium, infundibulum*. Cetera incerta; neque aliquis omnia, credo, expediet, nisi maior lux aliunde affulgeat.

190.

ὅθεν καὶ Σ. ἐ. ἐ. Ἀ. Α. ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμα] MS. ἀσπὶς μὲν ἡμ. *H. Steph.* leg. *ἡμιμίλιγδος*, accepta nimirum μιῳ pro vera voce. Seb.

ὅθεν καὶ Σ. ἐ. ἐ. Ἀ. Α. ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμα] Non exstat in C. A. C. V. *Σοφοκλῆς ἐν αἰχμ.*

ἀσπὶς μὲν ἐμοὶ λίγδος ὡς πυκνὰν πατεῖ.

Clypeus quidem mihi, uti ligdus, crebra habet foramina.

vel *crebris hiat foraminibus. Salm.* V. C. *ἀσπὶς μὲν ἡμίλιγδος πύκνωμά τι.* Kuehn.

ὅθεν καὶ Σ. ἐ. ἐ. Ἀ. Α. ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμα] MS. *αἰχμαλώτοις*, et observat Magnus *Casaubonus* VII. *Athen.* *Αἰχμαλώτους Sophoclis* etiam apud *Hesychium* laudari, ipse que dubitat, an sit diversum drama ab *Αἰχμαλωτίσιν*, quae passim citantur, quasque et noster *Salmasius* hic reponendas ait. Sequitur ipsa *χρῆσις Sophoclea* omnino integrior in MS. nostro sic:

ἀσπὶς μὲν ἡμίλιγδος ὡς πυκνὸν πατεῖ.

Qui sane integer aenarius est, quem tamen ut mutari faciam posse non video, ita nec eius intellectum capio, quem viri eruditi evolvent. Jung.

ἡμίλιγδος] Versus *Sophoclis* videtur *κατὰ τὸν δεύτερον πλοῦν* ita legendus:

ἀσπὶς μὲν ἐμοὶ λίγδος ὡς πύκν' ὀμματεῖ.

Clypeus quidem mihi ut ligdus crebros habet oculos.

id est densis passim perforatus est ictibus. *Hesychius*, *Ὀμματεῖν, πηροῦσθαι, ἢ βλάπτεσθαι*· ita enim locum istum lego rem, cum lectio vulgata, *Ὀμματεῖς, πηροὺς ἢ βλάπτεσθαι*, nec caelum nec terram attingat. at si quis senarium *Sophoclis* ut a nobis restitutus est, conferat cum *Hesychio*, facile intel-

liget, ὀμματεῖν significare πηροῦσθαι, *mutilari*, βλάπτεσθαι, *damno affici*, quod ex clypeo ictibus telorum hinc inde perfosso clarum est. nec improbabile est, *Hesychium* respexisse ad locum *Sophoclis*. Kuehn.

σκεῦος, ὡς Πλ. Δ. τὶς ἔνδ. καὶ ἐπιπ] MS. ὡς Πλ. ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν δότ. τις ἔνδ. καὶ τοῦ ἐπ. Seb.

σκεῦος, ὡς Πλ. Δ. τὶς ἔνδ. καὶ ἐπιπ.] C. V. σκεύη ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοῦ πιπόρματα. C. A. vulgatam lectionem retinet, nisi quod legit etiam καὶ τοῦ ἐπιπόρπαμα. *Aἱ ἀφ' ἱερῶν Platonis* etiam laudatae *Athenaeo* lib. X. c. 13. ubi *Casaub*. et *Nostro* supra lib. VII. cap. 13. sunt autem, *sacerdotes faeminae*: ut alius *Comicus* scripsit στρατιώτιδας *faeminas milites*. versus *Platonis* est:

δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοὐπιπόρπαμα.
efferat quis intus citharam et epiporpama.

id est, *fibulam*. *Hesych*. ἐπιπόρπωμα. Kuehn.

σκεῦος, ὡς Πλ. Δ. τὶς ἔνδ. καὶ ἐπιπ.] MS. σκευή, ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφιερῶν· an itaque σκευή· sed σκεῦος vulgatum non temere mutem. supple tamen drama *Comici*, et scribe: ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν, ut etiam habet MS. *Seberi*. drama etiam supra a *Nostro* laudatum VII, 46. de quo vid. *Casaub*. X. *Athen*. 13. enumerat et *Suidas* in *Comici* eius dramatum catalogo, quamvis apud eum ἀφιέρων edatur. Sed dramatis titulus fuit: αἱ ἀφ' ἱερῶν· id est, *mulieres Deo sacrae*, vel *mulieres redeuntes a sacris*. ἐπιπορπάματος huius meminit hinc et *Colvius* Not. in lib. II. *Florid. Apuleii*: ubi Citharoedicus status in *Bathylli* statua describitur, suspicaturque etiam eo loco *Apuleii*: *dexterae psallentis gestu suo sabulum Citharae admovet, ceu parata percutere.* ipsa χρῆσις vero *Platonis Comici* in nostro MS. auctior et ita legitur: δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοὐπιπόρματα· sed τοὐπιπόρπαμα sine dubio voluit scribere, pro τὸ ἐπιπόρπαμα, sicut praecessit. inde potest vulgatus contextus suppleri. Iung.

σκεῦος, etc.] Mutilus erat ante nos hic locus, quem MSS. auxilio redintegravimus. en lectionem veterem: ἐπιπόρπαμα δὲ κιθαρῳδοῦ σκεῦος, ὡς Πλάτων, Δότω τις ἔνθοδεν καὶ ἐπιπόρπαμα· quae sagaci mente expensa sponte sua vitium inveteratum produnt. Fabula *Platonis Aἱ ἀφ' ἱερῶν*. varie titulum exponunt viri docti. quid *Casaubonus* ad *Athenaeum* dixerit, a quovis legi potest. ego elegantissima loquendi formula *feminas sacris operantes* ita existimo a *Platone* dictas. exempla similia non desunt. eodem enim modo

οἱ ἀπὸ παιδείας homines eruditi et literis humanioribus exculti appellantur. *Philo Legat.* ad *Caium* de *Augusto*: Καὶ τὰς ἐν δείπνῳ συνουσίας ὁ πλεῖστος χρόνος ἀπενέμετο τοῖς ἐκ παιδείας. ita loquuti *Lucianus*, *Athenaeus*, et quivis politiores. apud *Galenum* memorantur οἱ ἀπὸ πασῶν τῶν λογικῶν τεχνῶν. *Athenagoras* Πρεσβ. οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας. satis ridicule Interpretes, *qui a philosophia nomen habent*. nec alia ratione intelligendum censeo *Xenophontem* εἰς Ἀγησίλαον, cum scribit, καὶ ἐκ τῶν ὁπλιτῶν ἐκέλευε τινὰς ἀφ᾽ ἥβης δύο ὀμόσαι αὐτῷ· sed satis est huius rei; nam et caussam istius phraseos hoc loco explicare si conarer, oblivisci me instituti quis merito diceret. videndus etiam *Meursius* in *Attica Biblioth.* Quam commode vero et scite τὴν κιθάραν et τοὐπιπόρπαμα. sed inquit *Pollux*: ἐπιπόρπαμα δὲ κιθαρῳδοῦ σκεῦος. *Interpres*: *Citharoedi instrumentum*. quod instrumentum? ineptit more solito. σκεῦος hic amiculum exterius, ut saepe alias, significat. sed MSS. tamen lectionem praeferendam esse duxi, etsi *Iungermannus* non bene contemnat. σκεῦος enim saepissime *amictus* vel *vestis exterior*. *Hesychius*: Σκευή, ὅπλισις, στολή. audi *Eustathium* ad *Iliad.* μ. τοῦτο δὲ κατ᾽ ὁμοιότητα τῆς πόρπης, ἀφ᾽ ἧς καὶ ἐπιπόρπημα κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ τῶν κιθαρῳδῶν ἐφεστρὶς, ἣν οἱ Δωριεῖς ἐπιπόρπαμα φασί. sed ipsos etiam Atticos has Dorica vocis forma fuisse usos ex *Polluce* patet. dicitur et ἐπιπορπεῖν. *Etymolog.* in *Περιάζειν*. ἱμάτιον μόνον ἐπιθατέρα ἐπιπεπορπημέναι. quae tamen paululum aliter ab *Euripidis Scholiaste* ad *Hecub.* v. 934 efferuntur: ἱματίδιον ἔχουσαι πεπορπημένον ἐφ᾽ ἑκατέρου τῶν ὤμων. quanquam alias ex eodem fonte hausisse videntur ab hac tamen significatione alia notio probe distinguenda, qua designat ipsius fibulae quoddam ornamentum, uti gemmam fibulae insertam vel tale quid. *Etymologus*: Ἐπιπόρπημα ἐστι τὸ ἐπὶ τῇ πόρπῃ προκόμισμα λίθινον ἢ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν· sed, quaeso te, quid est προκόμισμα? certissime restituo προκόσμημα, quae vox etiam occurrit apud *Diogen. Laert.* lib. I. segm. 7. προκοσμήματά τε καὶ χρυσοφορίας ἀπαγορεύειν. Apud *Hesychium* autem scribitur Ἐπιπόρπαμα, τὸ ἐπάνω τῆς πόρπης· καὶ τῶν ἱππέων τὰς χλαμύδας συνέχουσα πόρπη· ita locus ille distinguendus. cetera quae sequuntur ab hac voce removenda puto, neque intelligo tamen. sed an et apud *Hesychium* ἐπιπόρπαμα vel ἐπιπόρπημα? alterutrum verum puto, nisi quis et illam scriptionem defendere velit. De stola citharoedica memini non vulgaria legisse apud *Salmasium* ad *Tertull.* *Pallium*.

τὰ κεράμια] E MS. Seb.

τὰ κεράμια] τὰ κερ. quae *Seberus* noster inseruit, ita et in *Nostro* extant. Iung.

τὰ κεράμια] Eadem haec et in *Falckenburgii* Codice reperiuntur.

ἐν γοῦν τῷ Ποιητῇ Πλ.] C. A. ὡς Πλάτων, abest tum et πότερον cum δήποτε. Kuehn.

ἐν γοῦν τῷ Ποιητῇ Πλ.] Λάκωνες ἢ ποιηταὶ apud *Suidam* inscribitur hoc drama, ut me admonuit *Salmasius* meus, qui itaque mallet hic Ποιηταῖς legere. Iung.

ἐν γοῦν τῷ Ποιητῇ etc.] Titulum aliqua ratione mutari nolim. *Salmasius* frustra fuit in hoc loco. Λάκωνες ἢ Ποιηταὶ apud *Suidam*, si pars inscriptionis posterior mendo modo vacet, alia est fabula atque diversa a Ποιητῇ, quem et *Athenaeus* laudat. sed credo deceptum *Salmasium*, quod in sequentibus apud *Suidam* reperiret ποιητὴς Πείσανδρος, adeoque praecipuam tituli partem Πείσανδρος omitti non posse existimaret. non diffiteor *Aemilium* etiam vertisse, *poeta Pisander*; sed omnino male. *Poeta* enim et *Pisander* non unius sed diversarum fabularum sunt tituli, proptereaque distinctione separandi apud *Suidam*. Sed ad ipsam χρῆσιν accedamus, quam qui bene expediverit, gratiam inibit a *Polluce* nostro. ego MSS. lectionem ferme reposui, nisi quod pro ἔχων τὴν δήποτε restituendum omnino sit cum *Iungermanno* ἔχονθ' ἣν δήποτε, ut scilicet referatur ad τόν. Forte si pro ἢ scriberetur καὶ, aptior enasceretur sensus hac ratione: *Θαυμάζω τὸν τήνδε πιθάκνην (πότερον ὀστρακίνην;) καὶ βίβλον ἔχονθ' ἣν δήποτε·* ut πότερον ὀστρακίνην clausura a reliqua oratione intelligantur esse separata. si πότερ' scripseris, forte bini senarii ex hoc loco exsurgent, quorum prior uno deficiat pede. sed hanc rem missam facio. Quid si putemus describi in his verbis poetam illum quemcunque, quem sibi traducendum *Plato* sumserat? quantum apud lectores *Kuehnianae* sententia ponderis sit habitura, equidem nescio.

Θαμαίζω τὸν τὴν π. etc.] C. V. τὴν δυπιθάκνην πότερον ὀστρακίνην ἢ βίβλον ἔχων τὴν δήποτε· legerem:

— θαυμάζω τόνδε, πιθάκνην
πρότερον ὀστρακίνην ἢ βίβλον ἔχονθ' ἣν δήποτε;
— admiror hunc dolium
prius testaceum quam librum quemcunque habere.

Forte sermo est de *Diogene Cynico*, vel Poetam traducit, qui ante sibi prospexit de vini dolio, quam de libro. Kuehn.

θαυμάζω τὸν τὴν π. etc.] MS. *θ. τ. τὴν δαπιθάκην* ...*τερ* *ὀστρακίνην ἢ βίβλον ἔχων τὴν δήποτε.* a recentiore ma... vero, *δ* in *δαπιθ.* vel deletum vel in *κ* mutatum. Viri do... haec examinabunt et emendabunt. leviter quidem secund... MS. tentabam: *θαυμάζω τὸν τήνδε πιθάκνην πότερ' ὀστρα... νην ἢ βίβλον ἔχονθ' ἣν δήποτε·* sed viri docti, ut dixi, h... omnia rectius et melius. Iung.

Ἡρόδ. δὲ καὶ κερ. κ. etc.] C. A. *κεραμείην* vel *κεραμ... ην*, Ionice. caetera absunt. Kuehn.

Ἡρόδ. δὲ καὶ κερ. κ. etc.] Locus est in *Melpomene* ... Scythis, quomodo foedera inire soleant, cap. 70. *ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεράμινην οἶνον ἐγχέαντες αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων.* Poterat et *Noster*, vel nos non inconvenienter addamus *κεραμίαν κύλικα* ex *Platonis Lyside*, ubi: *ἆρα κ... πολλοῦ ποιοῖτ' ἂν οἶνον, εἴπερ τοῦτο ἡγοῖτο τὸν υἱὸν σώσειν... μήν; ἔφη· οὐκοῦν καὶ τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ ὁ οἶνος ἐνείη; Πάνυ γ... ἆρ' οὖν τότε οὐδὲν περὶ πλείονος ποιεῖται κύλικα κεραμίαν, ... τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ; οὐδὲ τρεῖς κοτύλας οἴνου, ἢ τὸν υἱόν;* Iungerm.

καὶ Ἀν. Βοτρ. Καὶ οὐκ ἂν μοι etc.] MS. *οὐκ ἄν γέ μοι τουτὶ γένοιτο κεράμινον.* Seb.

καὶ Ἀν. Βοτρ. Καὶ οὐκ ἄν μοι etc.] C. V. *Ἀναξίλας Β... τρυς Διωνίου κἄνγε μήπου τι γένηται κεράμινον·* ascriptum *Ἀναξ. Βοτρυδίωνι, οὐκ ἄνγε μή πού τι γ. κ. Salmas.* καὶ οὐ... *ἄνγε μοι ταυτὶ γένοιτο κεράμιον* ex V. C. Kuehn.

καὶ Ἀν. Βοτρ. Καὶ οὐκ ἄν μοι etc.] MS. *καὶ ὁ Ἀναξίλ... Βότρυς* (sed ad oram alia manu *γρ. Βυτρυλίωνι*) *Διονίου κἄν... μήπου τι γένηται κεράμινον. Seberus* noster e suo hanc lectionem profert: *οὐκ ἄν γε μοι τουτὶ γένοιτο κεράμινον.* sed e... emendanda, quomodo noster MS. ducit: *καὶ ὁ Ἀναξίλας Βο... τρυδίωνι·*

οὐκ ἄν γε μοι πού τι γένηται κεράμινον.

Et sic etiam *Salmasius* noster, qui *Βοτρυδίωνι*, graecanicum et analogum esse ait, *Βοτρυλίωνι* neutrum horum. Sed ab... solvamus nos tandem. nam in ipso fine ita haerere sane quoque molestum est, et non tamen aliter nobis contingit, quum mox ab MS. nostro destituamur. Iung.

καὶ Ἀναξίλας etc.] Ita vulgati Codices: *καὶ Ἀναξίλας ἐ... Βυτρυλίωνι· καὶ οὐκ ἂν ἐμοὶ ταυτὶ γένοιτο κεράμινα.* Anaxila... fabula *Βοτρυλίων* nominatur et a *Diogene Laërtio* III, ... sed hic MSS. nostri *βοτρὺς δίωνι* clarissime pro *Βοτρυδίωνι* quod non hic tantum cum *Salmasio*, sed et apud *Diogene...*

eponendum affirmo: βότρυς, βότρυδος, Βοτρυδίων. Versiculus iam non paulo est elegantior, atque fuit antea, seuque perspicuo. Sed tamen non minus concinne, et quam ninime recedens a MStae lectionis vestigiis scripseris Οὐκ ἄν γε· μή που τὶ γένηται κεράμειον: quod ipsum voluisse videtur, qui suam emendationem Codici *Vossiano* adscripsit. alias et vulgata lectio paululum e MSS. adiuta sic constitui potest:

οὐκ ἄν γε μοι ταυτὶ γένοιτο κεραμινόν.

vel τουτὶ, ut in MS. *Seberi* legitur. ipsa scilicet varietas et lectionum multitudo nos implicat et detinet.

191.

περὶ τῶν ἐκ πλ. etc.] Titulum C. A. non habet. Kuehn.

Ἑλένη] MS. Ἐλένη, et mox MS. Ἐλενοφορίοις. Inde vero *Diphilum* ἐν Ἑλενηφοροῦσι dramate emendat apud *Athenaeum Casaub.* VI. *Anim.* 1. et apud *Hesychium* etiam inenio aspirate: Ἑλένια, ἑορτὴ ἀγομένη ὑπὸ Λακώνων· et Ἑλένιος, ἀγγεῖον χωροῦν τέταρτον. Iung.

Ἑλένη] Nomen, ut existimo, ab antiquo ἕλειν ortum st. de Ἑλενηφορίοις videndus omnino *Meursius* de *Fest. Graecor.* Dissentit autem ab *Auctore* nostro, uti videtur, *Hesychius*: Ἑλένιος, ἀγγεῖον χωροῦν τέταρτον· τέταρτον vero ei liquidae mensura, ut ex eodem *Lexicographo* discimus. hoc autem convenire nequit vasculo vimineo. at potuit tamen eadem vox diversa vasorum genera, sint modo figurae non dissimilis, significare. olim in *Hesychio* emendabam, Ἑλένη ἐστι etc. sed opus non est. subintelligi videtur, κάδος, κρατὴρ aut simile quid. huc pertinere puto quae scribit *Eustathius* ad *Odyss.* O. Ἑλένη δὲ, εἰ καί τις κρατὴρ Ἑλένης παροιμιάζεται διάφορος, ὡς εἰκὸς, τὴν κατασκευὴν καὶ πρέπων φωτὶ τοιαύτῃ. quod si verum, crater hic seu vas primo quidem Ἑλένης κρατὴρ, tum demum simpliciter ἑλένη appellatum videtur. Apud veteres in omni re sacra ἄῤῥητον aliquid erat, quodque profanis, quin etiam quibusdam initiatis nefas erat. hinc toties ἱερῶν ἀῤῥήτων et ἀποῤῥήτων mentio. horum autem cognitio hauriebatur per μυστικοὺς λόγους, quos *Platonici* non raro memorant. sic etiam *Noster* libr. VIII, 108. ἄῤῥητα ἱερὰ Διονύσῳ θύειν, ubi vide quae mihi notata.

σπάρτινον] Pro σπάρτινον C. A. σπαρτίνῃ, ut referatur d Ἑλένῃ. Kuehn.

οἰσυΐνον] C. V. οἰσύνον pro οἰσύϊνον, *labra habens ex vimine contexta.* Kuehn.

εἰ δὲ βούλει etc.] Non est in C. A. nam post Ἐμπ*ορίοις* est, *καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη ὑφάσματα, ὑφάς.* Kuhn.

ἔτι μὲν ὑφάσματα etc.] C. V. *ἔστι δὲ ὑφάσματα* καλ*ται μὲν ἰστρίανον, προτόνιον, ἡμίμετρον, ποδώνυχον* pro πα*νον* C. A. *προπάτανον.* *Hesych.* notat Ἰστριάνιδες dici ἀπ Athenienses *σκεπάσματα, οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερὰ κανᾶ* unde gerem hoc loco *ἰστριανά.* de Hemimitro *idem*, Ἡμίμετρ *ὕφασμα ὃ* (vel *ᾧ*) *ἐκαλύπτετο* supple, *τὰ ἱερὰ κανᾶ* vel ἱερ *Salm.* putat *ἡμίμιτρον* etiam legendum esse apud *Hes* pro *ἡμίμετρον.* pro *ποδώνυχος idem ποδώνυμος* male. Kuh

ἔτι μὲν ὑφάσματα etc.] MS. *σκευῶν· ἔστι δὲ ὑφάσ* *καλεῖται μὲν ἰστριανὸν, προτόνιον, ἡμίμετρον.* Cetera des ultima pagina nempe exsecta, quod facinus crudelis ma illa nimis saepe in optimum *Pollucis* Codicem exercuit. videntur haec vulgo satis corrupta. et an legimus itaque MS. particulis saltem transpositis: *σκευῶν, ἔστι μὲν ὑφά**ματα, καλεῖται δὲ ἰστριανὸν, προτόνιον, ἡμίμετρον·* sic certe, et in vulgatis vestigia fere ipsa corruptae quis vid tamen primae lectionis. e quibus primum *ἰστρίανον* sine bio fuit, quo tegebant sacra canistra, quod *ἰστριανίς* *Hesychium*, qui scribit: Ἰστριάνιδες, *αἱ Σκυθικαὶ στολαί*, *παρὰ Ἀθηναίοις σκεπάσματα, οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερὰ κανᾶ·* et *ἰστρίανα* de *ποικίλαις*, puto, *ἐσθῆσι·* inde enim scilicet ita *τὰ μέτωπα* stigmatiarum servorum vocasse *A* *stophanem ἐν Βαβυλωνίοις.* Alterum *προτόνιον* quoque ὑφάσ fuit, ut exponit *Hesychius*, de quo plura *Suidas.* Ter *ἡμίμετρον* quoque *ὑφασμάτων* genus aliud, ut non male haec ex MS. constituisse sim visus. Id ita et in MS. extat restituendumque et *Hesychio* est, ubi: Ἡμίμετ *ὕφασμα ὃ ἐκαλύπτετο.* Legendum *ἡμίμετρον·* sed quid *λύπτετο*? deest sine dubio *κανοῦν*, vel tale e sacris. Ιυ

ἔτι μὲν etc.] Melius e MSS. locum hunc constitui *ἔστι δὲ* et *καλεῖται μὲν ἰστρίανον·* ineptissime vulgo: *δὲ ὑφάς· πάτανον* etc. prius *ἔστι* etiam praeferunt *Falk* *burgiana* Excerpta. *Sopingius* quoque operam huic *Poll* loco dare voluit, in quo quidem voluntatem eius laud sed nihil ille tamen dignum *Auctore* nostro praestitit. *ρειαν Πανδρόσου* memorat *Auctor* noster. nimirum sanctiss *Pandrosos* ab *Atheniensibus* est culta. *Athenagoras*: *Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι, καὶ Πα**δρόσῳ, αἳ ἐνομίσθησαν ἀσεβεῖς ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα.* M *ἐπίπομπα* ex *Augustano* Codice in textum reposui.

προτόνιον] Vid. *Suidam.* Seb.

ἡμίμετρον] MS. ἡμίμετρον. Et: ἐσθ. ἡ τῆς. *Pandrosi* mentio etiam supra VIII, 103. Seb.

ποδώνυχον] *Hesych.* Ποδώνυμος, ἐσθὴς ἱερὰ τῆς Πανδρόσου. Seb.

ποδώνυχον] Apud *Hesychium* ποδώνυμος est. sed ποδώνυχος quoque restituendum videtur. Iung.

ἡ ἐσθὴς] Nec C. A. nec *Salm.* habet ἡ ἐσθὴς etc. usque ad Πανδρόσου· nec mox καλεῖται. Kuehn.

τὰ μὲν ἄλλα κ.] An legendum: καὶ τὰ μὲν ἄλλα καλύμματα ἱερῶν· τάδε etc. sed quid sunt ποδόπομπα quae sequuntur? et an sanius *Seberi* Codex ἐπίπομπα? ego hic parum video. Iung.

192.

τὰ δὲ ποδόπομπα etc.] MS. τὰ δὲ ἐπίπομπα παραπόμπια καί. Seb.

ὅταν Δ. εἴπῃ σαχ. etc.] Prius legebatur: ὅτ. Δημ. εἴ. συκοφάντας, τοὺς πλ. ταῖς γυναιξὶ, τοὺς κρυφάλους ἀπ. Sed emendatum e *Scholiast.* in *Oration. Demosthenis* contra *Olymp.* vide *Edition. Wolfianae* tom. VI. fol. 171. sic supra VII, 191. alias σακκισ. et IX, 59. σακκυφ. itidem utroque corrupte pro σαχυφ. ut nunc editur. Seb.

ὅταν Δ. εἴπῃ σαχ. etc.] C. A. Δημοσθ. συκοφάντας· etiamnum apud *Demosthenem* σαχυφάντας legitur. Kuehn.

ὅταν Δ. εἴπῃ σαχ. etc.] Inepte perquam haec legebantur συκοφάντας, τοὺς πλεονέκτας, quae noster *Seberus* rectissime emendavit, quemadmodum et *Leopardus* olim II. Emend. 3. Ungerm.

ὅταν Δημοσθένης etc.] Sic in editione *Basileensi*: συκοφάντας, τοὺς πλεονέκτας ταῖς γυναιξὶ τοὺς κρυφάλους· in margine notatum e Codice *Falckenb.* σακκυφάντας τοὺς πλέκοντας· sed recte iam *Seberus* haec expresserat. *Eupolidis* locum in versuum ordinem ex metri lege disposui, praeeunte *Iungermanno.* pauca oppido sunt mutata: θέρμαυστριν voluit *Iungermannus,* cui morem gessi. alias et θερμάστριαι, κάμινοι et θέρμαστρις apud *Hesychium,* ut non plane necessaria videatur illa emendatio. κλίνας rectissime legi in Codice *Vossiano* nemo negabit. Pervenimus ad finem, qui non potuit non nobis expectatissimus esse in opere tam vario et molesto, cui tantum laboris et diligentiae impendimus, ut vix quisquam rerum harum inexpertus accrederet. si quid praeter has dotes, quas quemvis animi non ignavi et a natura humana remoti possidere par est, ingenii et artis ad poliendum *Pollucem* attulisse aequo lectori videbor, amplissimum operae pretium

retulero. [Restituit etiam *Canterus ἀναχυφάντας* et κλίνα-τας pro vitiosa antiquiorum editionum lectione. Haec sunt quae, dum oculo properante meas adnotationes relegi, corrigenda videbantur et emendanda. fuerat in promtu quasdam a me usurpatas loquendi formulas, quae non ab omnibus aeque probantur, substitutis usitatioribus delere. sed quaestum illius operae nullum animadvertebam, praecipue si Lectoris benevolentia, quod futuram spero, istis talibus ignoverit. In praefatione vero, quod solummodo monendum restat, in istis, qui *Pollucis* nostri fecerunt mentionem, enumeravi *Anthologiae Scholiastem*, quem melius omisissem, cum post *Henricum Stephanum* quisquis ille vixerit. de *Eustathio* vero, quem omnino *Pollucis* non meminisse, sic enim putabam, summopere mirabar, dubitationem mihi nonnemo fecit qui nostri *Pollucis* nomen in *Eustathio* se reperisse confirmabat. quin etiam apud Eruditiss. *Fabricium* de Lexicis *Eustathium* inter eos diserte nominari invenio, qui *Pollucis* meminerint. Itaque me sustineo, dum certius ea de re constet. *Ex Addendis.*]

τοὺς κεκρυφάλους] C. A. *τὰς κεκρυφάλας*, omisso ἀνάδεσμον. *Gloss. κεκρύφαλον, reticulum.* Kuehn.

Pilas] *Καρδόπους*, mactras. *Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.* Iam dudum enim tempus mihi (heu nimium fugax!) identidem illud, *manum de tabula*, insusurrat. Seb.

ἐν Εὐπόλιδος Π.] C. A. coniungit *Κρατῆρας ὀκτώ, χύτρας δύω τρυφλία κνέφαλα θέρμαστριν* etc. in fine duplex est lectio, textus enim habet *λήϊνον*, margo vero, vel potius statim subiicitur, *γρ. καὶ λύχνον*· pro *λήϊνον* male λιτὸν quod *Hesychio εὐτελὲς ἱμάτιον*. videtur autem catalogus iste constare senariis hisce:

καρδόπους καὶ κρατῆρας ὀκτώ τε χύτρας
δύω τρυβλία, κνέφαλα, καὶ θέρμαστριν,
ἓξ θρόνους μάκτραν τε καὶ κάννας ἑκατόν,
κόρημα, κιβωτὸν, λύχνον —.

C. V. pro *κάννας* legit *κλίνας*· crediderim Poetam descripsisse pompam supellectilis non adeo lautae, uti fecit *Martialis* lib. XII. *Epigr.* 32. *Salmasius* ita scribit laudatos versus:

— καρδόπους δέ, καὶ
κρατῆρας ὀκτὼ, δύο χύτρας, δύο τρυβλία,
κνέφαλά τε, καὶ θέρμαστριν, ἓξ θρόνους, χύτραν,
κάννας ἑκατὸν, κόρημα, κιβωτὸν, λύχνον.

Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ· τῶν μὲν εὖ καὶ καλῶς εἰρημένων, δόξα

θεῷ· κατὰ τὸ ἐλλεῖπον δὲ τῇ τῆς φύσεως ἀσθενείᾳ συγγνώμην αἰτοῦμαι παρὰ τῶν ἐντευξομένων τοῖς ἡμετέροις πόνοις. Kuehn. ἐν Εὐπόλιδος Π.] Ceterum iam ventum ad summum est, quamobrem deo sit gratia, experiemur itaque adhuc an *Eupolidis* versus in suos numeros redigere possimus. an itaque forte καρδόπους, Κρατῆρας ὀκτώ, καὶ χύτρας, δύο τρ. legendum? mox etiam θέρμαυστριν ex MS. *Seberi* restituendum. sed hoc me turbat, cur bis legatur χύτρας, χύτραν· nec itaque mihi satisfacio. ponam tamen licet non concinne omnia:

— καρδόπους
κρατῆρας ὀκτώ, καὶ χύτρας, δύο τρυβλία,
κνέφαλά τε καὶ θέρμαυστριν, ἓξ θρόνους, χύτραν,
κάννας ἑκατὸν, κόρημα, κιβωτὸν, λύχνον —.

Noster *Salmasius* vero ita:

— καρδόπους δύο,
κρατῆρας ὀκτώ, δύο χύτρας, δύο τρυβλία,
κνέφαλα δὲ —.

Cetera, ut ego. addit nonnihil tamen adhuc sb requirere, nec omnia menda se abstersisse praestare audere; spondere tamen haud longius se abesse a vera lectione, eundem non immerito turbat istud, quod iterum occurrat χύτραν· mendumque subesse recte suspicatur, quod ille alias forte tollet. Ungerm.

θέρμαστριν] MS. θέρμαυστριν· cum supra segm. 66. θερμαυστρὶς et θερμαστρίς. *Hesych.* Θερμαστρὶς, σκεῦος παραπλήσιον καρκίνῳ, ᾧ χρῶνται οἱ χρυσοχοοι. Seb.

κόρημα] Ita in MS. et supra VI, 95. et segm. 28. prior. edit. κόρυμα. Seb.

INDICES IN ANNOTATIONES

I, INDEX SCRIPTORUM.

II. INDEX GRAECUS.

Z.

H.

Θ.

III. INDEX LATINUS.

A.

RICHARDI BENTLEI

EPISTOLAE DUAE

AD

TI. HEMSTERHUSIUM.

ERUDITISSIMO VIRO,

TIB. HEMSTERHUSIO

S. P. D.

RICHARDUS BENTLEIUS.

